RENATI CHOPPINI ANDEGAUI. I.C. ... DE CIUILIBUS PARISIORUM MORIBUS AC...

René Choppin, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 F
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

37 2.14.
37
f
4
37
d
4
13.4.I.36

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RENATI

CHOPPINI

ANDEGAVI. I. C.

Et in Summa Pariſienſi Curia,

ADVOCATI.

DE CIVILIBVS PARISIORVM MORIBVS AC INSTITVTIS.

LIBRI. III.

Ad HENRICVM. IIII. *Franciæ, & Nauarræ* REGEM *Chriſtianiß.*

SECVNDA EDITIO.



PARISIIS,

Apud MICHAELEM SONNIVM, via Iacobæa, ſub Scuto Baſilienſi.

M. D. C. III.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SACRATISSIMO REGI HENRICO· IV· AVGVST., FRANCICO, NAVARRICO.

RENATVS CHOPPINVS.

TALEM POPVLIS *Principem optabat Trajani optimi Encomiaſtes, qualem nõ inteſtinis oppreſſa Armis Reſpublica, ſed Pax, agnatio, & exorata Terris Numina dediſſent. At Nos, contrà, Gallicam Monarchiam tibi (*REX *auguſtiß.) diuinitùs datam agnoſcimus, vt ſtirpe delatam, in ruinis afflictæ, euerſæq́ propemodùm Factionibus Reipublicæ: Abs quo nimirùm Rege, ceu Atlante, cœleſtis, ita terreſtrem Francorum Orbem ſuſtentatum experimur. Quùm enim Herculeo iam labore Ciuilia Mala ſanaris armatus, Togatum nunc, ciuilis Diſciplinæ Reſtitutorem te nobis pollicemur. Ouidiani inſtar Herois, qui,*

Pace data Terris, animum ad Ciuilia vertat
Iura ſuum, Legéſque ferat iuſtiſſimus Auctor, Metam. vlt.
Exemplóque ſuo Mores regat.

Hoc quippe, poſt Gallicos exleges Tumultus, rediuiuæ Politiæ velut † ἀποτέλεσμα, *vocat Tullius propugnaculum, murúmque publicæ Tranquillitatis & otij. Tua itaque, non minùs Politica & cenſoria patriarum Legum inſtauratione, quàm Militari virtute, ſtabit Regij nominis tui decus, cum publica* RE FRANCICA, *immortale.*

† opus perfectum & abſolutum. In Piſon.

Vtì victura feretur
Gloria Trajani, non tam quòd, Tigride victo,
Facta triumphati fuerit Prouincia Parthi,
Quàm, PATRIÆ quòd mitis, & æquus erat, &c. Claud. in. 4. Conſul. Honor.

ETSI *verò ſingulis Galliæ Municipibus nunquam ſua de-*

fuerit † Autonomia, propriúmque Ius, ab vetuſtis præſertim & incorruptis Auorum Moribus, auſpice Rege, profectitium: Exiſtimaui tamen, curandis Francici Morbi reliquiis, cicatricique vulnerum obducendæ præſentius nullum inueniri pharmacum poſſe, quàm illuſtrata ſubinde principis Vrbis Lege ciuica, ceu Capitis, myſticum Corpus reliquum moderantis. Vt enim Solymorum vrbem, Hebræi: ita PARISIORVM, *Galli, ſtatuère primariam Regni Sedem: in qua, plurimùm auctoritatis maieſtatíſque Regiæ foret, iam inde ab conditore Franciçæ Religionis* HEROE *illo clariſſimo. Nec mœnium vtique ambitu, Ciuitatíſque ampliſſimæ ſpatiis metimur hanc Lutetiæ noſtræ dignationem præcipuam, ſed Gallicarũ Legum officina & conditorio, Reiq. Publ. patriæ Monumentis inſignibus. Ac veluti Græciæ Oppidis aliis præluxerũt Athenæ, Nomotheſia ab ipſa, & Areopagiticis S. Conſultis: Sic Lutetiana in Inſula, magnificam ſtruxere Baſilicam maiores tui, Galliarum* AVGVSTI: *Vnde, velut è ſinu Regis, Iura peterentur, ac Regij Senatus decreta latè ferrentur in ſubditos: idémque Regum ſimul domicilium, & Iuſtitiæ tribunal extaret. Quali fermè argumento, prouinciæ Ponti metropolis eſt Neocæſarea Iuſtiniano Imp. dicta, & Cæſarea Paleſtinæ: Hadriano, Syriæ Antiochia: Epheſus Ioniæ, Antonino: Berytus Phœniciæ, Theodoſio & Valentiniano.*

ROMANORVM *planè Cæſarum reuocato more, promulgantur in Vrbe Edicta noſtrorum Principum, antequàm in Prouincias emittantur: Atque vt Romæ in Senatu recitabantur illorum Orationes, & S. C. fiebant, quibus eæ conſecrarentur ſeu confirmarentur: Regiæ itidem Conſtitutiones iudicio probantur Lutetianorum* PATRVM, *nec priùs vim Legum obtinere creduntur, quàm publicis ipſorum Actis cõſignentur. Municipiorum rurſus Mores ac Inſtituta, de quibus iſtic ſuſceptus Nobis eſt ſermo, referri ſolent in commentarios Curiæ Pariſienſis, ſtatim ac, mandante Principe Tribonianis quibuſdam & Theophilis, ſpeciatim recognita fuerint, regionatimque deſcripta.*

QVINETIAM *Pariſienſis Agri ciuiles Ritus popularéſque amplexata eſt Francica vetuſtas, quaſi †* Παγκελτικῶς, *nec vnius ſigillatim Municipij † topicum Ius ac priuatum, ſed publicè colendum per Gallias, quæ Moribus potiſſimè reguntur. Idipſum graphicè oſtendit Codex manu exaratus, Rege Karolo. 6. dein typis excuſus An. 1515. hac tituli præſcriptione.* Le grand Couſtumier de France, & Inſtruction de practique, & maniere de proceder & practiquer és ſouueraines Cours de Parlement,

† *propria Lex.*

Pariſien. Conſuet.

6. Paralip. 2. Et. 4. Reg. 21.

Galliæ Rex protochriſtianus, Clodoueus.

Iſocrat. in Panegyr. & in Areopagitico.

Palatium, Lutetiæ.

Iuſtin. Nouellis, De moderat. Hellenop. De Proconſ. Paleſt. Spartian. in Hadriano. l. 4. ꝟ. De Offi. Proconſ. l. vn. De Metrop. Beryt. lib. 12. C.

Authent. Vt fac. nou. Conſtit.

Vlpian. l. 2. D. de fer. & l. 20. ꝟ. de pet. hæred.

Conſuetudo Pariſ.

† *totius Franciæ.*

† *locale.*

Digitized by Google

Parlement, Preuoſté & Viſcomté de Paris. *Ac ne pluribus rem teſtibus comprobem, quos, edita iam olim Præfatiuncula ad Leges Pariſiorum, citaui, Vnum profero exemplum ab priſca Albiorum memoria, & Hiſtoria Belli Albienſis: quod, Philippo. 2. imperante, geſſit Montfortius Comes in Narbonenſi Gallia aduersùs Hæreſum nouatores. Quùm enim ſanctis Armis iungenda videretur* † πολιτικὴ *Legum diſciplina quædam, placuit trino Pop. Ordini Appamiis coacto, Nouembri Menſ. An. 1212. Præſide Montfortio, ea ſeruari paßim Iura Prædiaria, quæ, Pariſiorum Vſu Conſuetudinéque Francica, pridem inualuiſſent. Quemadmodùm hiſtorico Libello conſtat, de rebus Albiorum, deprompto è Scriniis huius Imperij.*

Hiſt. des Albigeois.

† *ciuilis.*

Trium Patriæ Statuum Cõuentu habito, politici Artic. nonnulli ſtatuuntur in Appamienſi oppido, Fuxenſis Comitatus.

DEINCEPS *vtique in ſuos fines redactum obijci poterit Municipium iſtud, quùm certis eius metis Territorij adſtricta fuerit adſcriptáque Pariſiorum Conſuetudo, An. 1510. Aliarum inſtar Municipalium Galliæ regionum, queis ſua vicißim Lex* † αὐτόχθων, *ſeorſimq́; reſtituta ſit, eodem auctore Ludouico. 12. Rege. Aſt nemo quoque inficias ierit, prouincialis cuiúſque Moris Capita, ambigua, vel tacita prorſus, Pariſienſi, tanquam prærogatiua Lege, ſæpius definiri, aut propioris illi Prouinciolæ ciuico Ritu. Ex quo, non temerè Pariſiis inditus quondam* ROMÆ GALLICÆ *titulus*, PATRIIQVE *communis Soli, ab Regio in Senatu patrono Karoli. 6. Atquin, deficiente aliquando Municipiorum Iure proprio, Romanum inuocarunt Galli veteres, ceu Fundi populi: quique Francorum Iure in Sicilia vtuntur, eius defectū identidem Romano ſuppleuère. Haud aliter ac Longobardi, in quæſtionibus Beneficiariis, ſicubi domeſtico Prouinciæ ſuæ Vſu inexcuſſa reperiantur. Noſtratis, ad hæc, Doctrinæ ciuilis concinnatores priſci miſcuère Romana ſparſim Prudentum reſponſa, aut Reſcripta Principum, velut* † εὐνομίας. *Quo in genere præſtitit admodùm Petr. Fonteneus, qui Libellorum ſupplicum Magiſterio fungebatur in Aula B. Ludouici: Ianus dein Buteleriius, Senator Pariſienſis, Karolo. 6. rerum Domino: tum Ioh. Gallus, eadem tempeſtate Aduocatus Fiſci in Senatorio illo Conſeſſu. Ne vetuſtiores adducam iſtuc obſoletarum Conſuetudinum Scriptores anonymos, hac Librorum Epigraphe.* Li liures des Loyx en François, ſelon les Vſages & Couſtumes du Pays. *Item,* Li è Statu dou Roiaume de France.

† *indigena.*

Ioh. Galli Quæſt. 312.

Neapol. Conſtit. De in integ. reſtit. mulier.

cap. Sciendum. De feudi cognit, In Feud.

† *rectam Legiſlationem,*

Butel. in Summa Rurali.

Gall. in Styl. Parlam., Parte. 5.

POSTQVAM *igitur Errici. 3. iuſſu emendatæ ſunt Pariſiorum Conſtitutiones Municipales, An. 1580. Illuſtriùs etiam hodie, quàm antea, has experimur ceu Gallici Iuris ciuilis Regulas,*

Lex noua Pariſ., haud propriè Ius ciuile Gallorum dicitur, ſed eius vniuerſi Regula, ex Iu-

Digitized by Google

te quod erat, Senatus Decretis explanato, deſumpta: Inſtar Regularum Iuris ciuilis Rom.

adeóque Romanum veluti Jus inter Galliæ Municipes quoſuis, ſi quid peculiari iſtorum Lege intactum, obſcuriúſue dictum exciderit. Decretis enim Ordinis Ampliſs. contextum vſquequaque Ius Ciuile Francorum iſtud, ſuffragatore nititur Galliæ Senatu maximo, nedum Pariſien. Pop. Claſſe triplici, in vnam coëuntis de ſua Lege ſententiam. Romani necnon Juris pars potiſsima, S. Conſultis conſtat, quæ Pomponius. I. C. *quino Volumine digeſta concluſit. Pari ſtudio & opera, Iulius Paulus Jmperiales Sententias collegit, in cognitionibus prolatas à Rom. Cæſare Antonino. Ne his ſubijciam, inſtitutum à Valerio & Horatio* Coss. *fuiſſe, vt Senatuſconſulta in ædem Cereris ad Ædiles pleb. deferrentur: quæ Conſulum arbitrio priùs ſupprimebantur, vitiabantur. Itaque Francicis. S. C. compoſita Pariſiorum Conſuetudo, nõ minùs pro Lege ſeruanda, vti prædictum eſt, quàm vniuerſim ſcripta Francorum Regum Sanctiones, ſeu quæ alia, Senatorio in ſolio Lutetiæ, Præſidibus ipſis, ſtatuantur. Quo etiam in Regio Iuſtitiæ lectiſternio, ſedit Karolus. v. ſæpiuſculè, ac pro Tribunali cognoſcens, forenſes controuerſias dijudicauit. Eundem togati Principis morem Gallica Turonum Comitia imitandum propoſuère Karolo. viij. regi abnepoti, vt frequens Iudiciis adeſſet. An. 1483. Huius pariter in Sceptra ſucceſſor Ludouicus. xij. perhibetur, Liliatis Pariſiorum ſubſelliis, quum Jus diceretur, præfuiſſe crebrò, nec illibenter diſertos patronos audiiſſe.*

Pariſ. Senatus, Curia Franciæ dicta Fabro, in l. 1. C. de ſum. Trinit. Quaſi omnium Galliæ Ordinum Epitome.

Paulus, cum Decretorum Libris, ſcripſit de Septemuiralibus Iudicijs.

Ex. T. Liuij. lib. 3.

Parlamentum Pariſien., *Lict de la Iuſtice du Roy.*

De Turonicis Regni Statibus, Libello edito.

Arnol. Ferroni. Hiſtor. Franc.

MAGNIFICVM *certè, ac glorioſum Maioribus tuis extitit, Regia in Vrbe, Latinorum, Græcorúmque Auguſtorum hoſpitium: Karoli. 4. nempè, Sigiſmundi, Karoli. 5., Germaniæ, & Palæologi Thraciæ Imperatorũ. An. 1378. 1415. 1539., & . 1400. Honorificus rurſùm in Alma Vrbe prædicatur exterorum Regum incolatus: Leonis, Armeniæ, An. 1385. Ludouici. 2., Siciliæ vtriuſque, An. 1388. & Alphonſi. 5., Luſitaniæ, An. 1476. Ne ſummos percenſeam Galliarũ Proceres, qui hanc toto Terrarum Orbe celeberrimam ſibi delegère olim Domicilij ſedem. Jta profectò, vt nobis peræquè, Regum vrbs Lutetia, ac Roma, Cyneæ Pyrrhi Legato, videri poſsit. Verùm enimuerò palmarium tibi vnum* (REX) *Regiæq; tuæ ciuitati, viſitur iuridicæ Deæ Templum, Legúmque cultus ac Judiciorum: ex quibus hauſtam indubiè perſpicimus Pariſienſem Francicorum Morum velut* † ἐγκυκλοπαιδείας. *Vrbs quippe iſthæc, conſultiſsimorum ferax ingeniorum, edidit pleráque, non modò iudicata priuatim, ſed publicè etiam decreta, Francica de Re ſalutéque communi. Hinc Galliæ Concilium illud, Pariſios indictum, aut Senonibus tranſlatum à*

Karoli. 4. Lutetiam aduentus, die. 4. Ianuar. 1378. Sigiſmundi, die. 1. Mart. 1415. & Karoli. 5. Imppp., menſ. Ianuar. 1539.

Froſſart. Hiſt. lib. 3. cap. 21. 22. 23. &. 115. Comminius in Lodoico. xj. Cap. 92.

Alexandri. 3. Rom. Pont. Lutetiam ingreſſus, An. 1164. Vbi Sacella quædã in Phano B. Germani Pratenſis dedicauit. Ex Chronic. Monaſterij S. Germani.

† omnimodam diſciplinæ eius ſeriem.

Belli Gall. Lib. 6.

Iulio

Iulio Cæſare. Exin quoque ſacra Francorum Synodus Lutetiæ peracta, An. 552. Childeberto Rege. Quam, trina poſt Annorum centuria, conſecutus eſt Gallici Cleri Conuentus. 2. An. 829. Ludouico & Lothario Impp. Poſtmodùm coactis ibidem PanCelticis Comitiis, Regem ſalutandũ curauit Ludouicus. 7., primigenium ſuum Philippum: (An. 1179.) Qui, ab Cœleſtis muneris ortu promeruit Theodoti cognomẽtum. Ac Franci deinde Sacerdotes, Lutetiam coière ſolenni ritu, de Põtificio ſchiſmate deliberaturi. An. 1380. De ſumma autem Reipublicæ noſtræ, Pariſiis actũ, frequenti Ordinum conſeſſu, An. 1328. 1356. 1412. 1420. aliáſq; multoties. Vt ſileam interim, Regalis faſtigij titulum Pariſiis olim attributum, prima florente Merouingiorum Auguſta proſapia.

Concil. Tomo. 2. &. 3.

Ludouicus Iunior, Rex cõuocauit Pariſijs generale Concilium Statuum Regni, quòd fil um ſuũ Philippũ in Regem ſubleuare vellet. Rigordi verbis, Lib. Geſtor. Philippi A-Deodati Reg.

Ita, apud Rigordũ, Pariſijs congregati à Philippo. 2 Rege, feruntur Ordines Regni, pro ſacro Bello Tranſmarino. Menſ. Maio, An. 1188.

REGIIS *igitur auſpiciis condita Pariſiorum Lex œcumenica, vt diffunditur latiùs per Galliam, ita luce eget, interpretationéque Prudentum ampliori. Cui quidem Interpretum operæ ſcriptionique primam admouit manum, Lutetia ſua Papinianus,* MOLINEVS: *ac Natali in ſolo, vetuſtæ Conſuetudinis Rubricas duas iuſtis Commentariis quondam expoliuit. Ego proinde tanti viri doctrina auctoritatéque deterritus, quieſcere ſtatueram, nec, fœlicibus cœptis, illotæ manu poſtrema, quaſi maculam adſpergere. Sed diuerſam in ſententiam trãſuerſum me rapuit tot beneficiorum recordatio ab huius loci Genio acceptorum, formata puerili ætate in regio Burgundiæ Muſæo Pariſienſi, An. 1550. & 1551. Quam haud diu poſteà excepit adoleſcentiæ noſtræ inſtitutio ciuilis in Auditorio Lutetiani Senatus, omnigenæ Diſciplinæ theatro, ſeminarióque lectiſſimorum Franciæ Magiſtratuum, iam inde ab Anno. 1559. Vnde Nos quantuluſcunque impulit cultus ingenij,*

Volum. 1. Froſſarti, cap. 22. 170. Et Mõſtrelleti lib. 1. Cap. 99. &. 134.

Pariſienſe Regnum, Aimoini lib. 3 cap. 58. &. 88. De Geſt. Franc.

De Feud., & Cenſib.

Annua cultori poma referre ſuo,

& communis Francorum nũnc, vti priuatæ Andium Patriæ antea, Leges forenſibus Scholiis exornare. Cuiuſmodi inſtituto noſtro ſtimulos addidit noua iam facies, formáque Pariſienſis Conſuet., poſt Molinei fata, nouatæ multifariam. Eius inſtar Nauis quodãmodò, cuius reficiendæ cauſa, omnes tabulæ refixæ ſint, apud Iulium Paulum. I. C. *Quò minùs antiqui Scholiaſtæ Manes, ſuas Nos inuaſiſſe poſſeſſiones, rectè quiritentur. Hanc præterea telam exorſus à capite, pertexui more noſtro, nec, niſi perfecto ſuſceptæ Commentationis Opere, conquieui. Sepoſitis modò iis, quæ, de Pariſien. Morum vſu praxique, aliis obiter Scriptis meis interſeruntur.*

In Andegauam Cõſuetud., Auctoris Libri. 3.

l. Inter ſtipulãtem. §. ſacram. De verb. oblig.

TVAS *denique, ſeu matricis Galliarum Ciuitatis Leges ex-*

Digitized by Google

*cipe (*REX MAX.*) noſtris hiſce excultas vigiliis: Quæ Regiæ legiſlationis ſuccedaneum Populare munus, in tuenda ea ornandaque, teſtentur impletum vtcunque ab Tuæ* MAIEST. *deditiſsimo ciue ac ſubdito. Vnum viciſsim, communis eiuſce* PATRIÆ *nomine, peto abs te ac poſtulo, vt, pro votis tuis eximiis,*

Publica Res, Duce te, vigeat, victrixque ſupremo
Cardine fortunæ ſedeat: ſpectabit ab Aſtris,
Quicquid ages, placidus Rex cuncta regentis Olympi,
Lætus honore tuo: ſed nullo lætior actu,
Quàm quòd te PATRIÆ baculum ſupereſſe labanti,
Nomen & hoc meritò Scipionis habere videbit.

Quod ſi euenerit, vti ſpero, edices tandem magnificè cum Seuero Imp., Turbatam Rempub. vbiq; accepi, pacatam etiam Britannis relinquo. Interea DEVM OPT. *precor, vt* MAIESTATEM *tuam nobis perdiu incolumem conſeruet. Lutetiæ*
Die. 16. Iul. 1596. *Pariſiorum, Poſtridie Idus Quintiles, Anno* CIↃ. IↃ. XCVI.

AVCTORIS,

De ſuo, in recentes PARIS. LEGES *Municip., Commentariolo.*

OCTASTICHON.

Quæ, nouus Arpinas, Francæ noua profero Romæ,
  Sume, ſed exili IVRA notata manu.
Hæc, totidem ſummi verè CONSVLTA SENATVS,
  PVRPVREIS decuit pingier ipſa NOTIS.
Alex. Mag. Regium vti ſolus vultum depinxit Apelles,
  Seu qui, Lyſippus, duceret æra faber.
Aſt rudibus Scholijs varios aliena colores
  Muſa feret, patrij cultior Arte Fori.

An. 1603. *De ſecunda verò eiuſd. Oper. Editione.*

ME SENE, poſt nonnulla, dedit DEVS his quoque finem.

AD IANVM

Digitized

AD IANVM SEGVERIVM

REGIÆ VRBIS PROPRÆTOREM LECTISS. ET ORNATISS.

RENATI CHOPPINI PROOEMIVM.

DE PARISIEN. IVRE MVNICIPALI.

1 NON SEMEL à me, pio in Rempub. ſtudio efflagitaſti (V. CL.) vt ciuicas Prouinciæ tuæ Præturæque Leges Notulis aliquot expolirem. Ego certè initio cauſatus ætatem, quæ me otio redderet, ceſſi demum votis optatíſque tuis: ac propè ſexagenarium in ponte retineri me ſum paſſus, ſi quid denuo in publicum caneſcens hic ſtylus conferre poſſet. Neque tamen diutius Opere in iſto conſeneſcendum duxi, vt tanquam Protogenis Ialyſum poſteris viſendum relinquerem, ſed Gallicæ Ciuitatis Iura carptim dilucidéque explananda, patriis tum S. Conſultis, tum Reſponſis forenſibus I. Coss. noſtratium: Quæ dietim vndecunque, ceu Sybillina folia, collegi in communem Fori vſum, propoſitíque Argumenti tractationem. Tulliano quippe elogio, Ius Ciuile in Senatoriis decretis, & Iuriſperitorum auctoritate conſiſtit: veluti in Legibus, Edictis Magiſtratuum, more, æquitate.

2 SENATVVM certè Iudicata, quibus iſtic ſum adiutus, vt expediam ſummatim, ea probabiliùs trahuntur in exemplum, quæ, Senatores ipſi, auctoréſque literis mandarint: Quorum & prærogatiuam eſſe reor in ſimilibus controuerſiis ſententiam. LVTETIANA imprimis publicarunt Ioh. Butelerius, Conſcriptus Curiæ, ſub annum. 1400. Ægid. Magiſter, protopræſes, An. 1562. Nic. Valla, in ſupremo illo Ordine, Conſiliarius, annum circiter. 1566. Queîs Ioh. Gallus rectè accenſebitur, fiſcali Aduocatione in Senatu nobilitatus, Karolo. VI. imperante. Vt gregarios alios prætercam Areſtographos, Vilhelmum Brolium, qui ſumma in Curia cauſidicus florere cœpit. An. 1330. I. Lucium, forenſem procuratorem Auguſtæ Franciciæ, in Errici. II. Imperio: ac deinceps, Ianum Paponem, Foreſiorum Prætoris Vicarium. THOLOSANÆ porrò Curiæ Conſulta citantur

In Summa Rurali.

In Deciſion.

De Reb. Dub.

Gulielm. de Brolio, Styli Parlamentaris Compilator An. 1340. quem Stylum I. Gallus citat, Quæſt. 233. De eo Brolio, plura, in Lib. albo paruo Caſtelli Pariſiorũ.

Digitized by Google

Bened. in Cap. Raynutius Et Aufrer. in Deciſ. Cap. Tholoſ.

Natal. *du Failh. en ſon Recueil d'Arreſts de Bretag.*

Argentr. in Tit. de Donat. Briton. Cōſuet.

Deciſ. Boërij

Chaſſ. in §. 7. *Des droicts apparten.* In Conſuet. Burgun.

Centuriæ cauſarum deciſarum, *En la Court des Comptes & Aydes de Prouence.*

Deciſion. Neapolitanæ.

Deciſ. Senatus Pedemontani.

Chambery.

ImperialisCameræ Areſta.

Peckij Lib. de Teſtam. coniug.

Rotæ Rom. Deciſion.

Bellameræ Deciſ.

à Benedicto, & Aufrerio, PATRIBVS Tholoſanis, atq; in calce Francici Styli Senatorij. GRATIANOPOLITANA item, à Vido Papa, & Franciſ. Marco, Delphinatem in Senatum allectis. RHEDONENSIA Armorices, à Leſtratio, Præſide; Natali Failhio, Senatore Rhedonenſi: & Argentreo, Rhedonum Præfecto. NORMANICA Rothomagi his ſubtexere eſt, à Terrieno ſparſim concinnata, in pragmatico Neuſtriæ Iuris Volumine. Antiquiùs verò pronuntiata in Iuridicis Normaniæ ſeſſionibus *Scacarij* titulo, euoluuntur in autographo Codice, quem habeo, & priſcæ Conſuet. patriæ Monumentis. AQVITANICI rurſum Senatus placita profert Nic. Boërius, Præſes Burdigalenſis: DIVIONENSIA Burgundiæ, Chaſſeneus, ſed paucula, quæ Legum etiam vim obtinere, mordicus aſſerit. AQVENSIS dein Vectigalium Curiæ, definita Sententijs, edidit Franciſc. Claperius, eo in Foro Conſiliarius, Prouinciæ Maſſilienſis. Peregrina, ad hæc, ſupremorum tribunalium Iudicia ac exempla promere, eſt operæpretium: quæ non dubiæ æquitatis ratione fulciantur. NEAPOLITANA quippe, eruditiſſimi compilarunt Matth. Afflictus, & Ant. Capycius, Senatores Parthenopæi. Vulgatæ poſthæc, Thomæ Grammatici, Deciſiones aliæ Neapolitanæ, An. 1600. ARAGONIÆ, Martini Monteri à Cueua: PISANÆ, Alexandri Raudenſis: & ALEMANICÆ, ex Imperiali Prætorio, Andrææ Gaylli, An. 1601. SVBALPINA peræquè Taurinorum Decreta congeſſit Octauianus Cacheranus, in eo Senatu Præſes. ALLOBROGICA necnon Camerinæ Curiæ placita extant, in Lib. publicarum Sabaudiæ Conſtitutionum, typis impreſſo, An. 1567. GERMANICA itidem Auguſtæ Nemetum, exſcripſit Mynſingerus, qui in Cæſarea Spirenſium Iudicum Decuria Aſſeſſuram gerebat. An. 1564. Nec ita dudum, BELGICA Mechliniæ S.C. quædam recenſuit Petr. Peckius, vir Senatorij ordinis, An. 1582. ROMANÆ demum Aulæ, de ſacerdotiis Iudicata, in literas redegêre ſeriatim, Apoſtolici palatij Auditores tres, Vilhelmus Horborch, Germanus, Ægid. Bellamera, Hiſpalenſ. Archiepiſcopus, & Vilhelmus Caſſadoren. Epiſcopus Algarenſis.

L. qui concubinā §. cùm ita. ff. De Legat. 3. l. quæſitum. §. ſed an inſtrumenti. De inſtruc. & inſtr. leg. l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua pluu. arc. l. quæſitum §. cùm vir. De legat. 3. l. pediculis. §. 4. ff. de auro & arg. leg.

HAVD ſolis porrò Senatuum præiudiciis, & exemplis vſus ſum 3
in explicanda hac Pariſiorum Conſuetudine: at ſelectis etiam Collegarum meorum Reſponſis in foro, quùm à Conſultoribus indies de Iure Moré-ve patrio rogati ipſi dicerent ſententiam, & diuina Themidis oracula quotidie depromerent. Quo fermè modo, Alfenus Varus Seruio placuiſſe ſcribit de Iure Quiritium: Seruiúmque ita reſpondiſſe, auditores eius retulerunt. Tum apud Alburnium Valentem Paulus relatam inuenit ſpeciem facti, de qua in conſultationem collata reſponderit. Neratius quoque, Proculum conſultum reſponſa dediſſe memorauit. Similiter Francicis in Conſiliis forenſibus tritum, refricat Durandus Speculator, vt quicquid Areſto deciſum in CVRIA FRANCIÆ, vel à Fori peritis auditum quis obſeruaſſet,

Digitized by

uaſſet, id conſulenti Litigatori ſubinde exprometet. Imò & vetuſtiſſimæ Legis, quamprimùm Romæ lata eſſet, interpretatio deſiderauit Prudentum auctoritatem, diſputationémq; Fori aſſiduam: Cui Pomponius adeò Iuris Ciuilis inſigne nomen impoſuit.

Tit. de requiſit. conſilij. §. quoniam pertinet.

L. 2. De orig. Iur.

4 CÆTERVM, vt fratres tui clariſſimi, Præſes, Patronúſque Fiſci in Senatu, tenuère primas, in reſtituenda alter, alter in ſtabilienda, ſic tu in interpretanda Pariſiorũ Lege, poſtremas: tres viciſſim Præfecti Vrbi ſumma cum laude. Nam ille, pro ſuo Magiſtratu, accuratè promouit Iuris patrij reſtitutionem An. 1580. eóque negotij accitis Lutetiæ Iuriſperitis celeberrimis, componendas curauit Pariſienſium, ï. Francicarum Pandectas Conſuetudinum. Quas &, proximè ſucceſſor in Præturam Vrbis, excoluit communis Frater, non minùs prudenter, quàm religioſè. Laudauit hercle poſteritas eorum induſtriam, qui vaga diſperſáque Regum ac Cæſſ. Edicta, ceu conſutos centones, in vnum corpus coëgiſſent. Inde Romanis Gregorianus Codex adſtructus, Hermogenianus, Theodoſianus: Gotthis, & Francis quondam, Theodoricianus, apud Sidonium: Alphonſinus, Hiſpanis: Ne Græcorum Ἑξάβιβλον omittam, de Legibus collectum à Baſilio Macedone, & filio Leone Philoſopho, Thraciæ Auguſtis. Gallicorum autem Morum ciuilium ſynopſis, epitoméq; adeò exhibetur, nouo hoc Pariſienſ. Conſuetudinis Volumine, non modò ob matricis Vrbis, ſed Magiſtratuum quoque dignitatem, ac iudicium præſtantiſſimorum Galliæ I. Coss: Qui tantæ molis Operi gnauiter allaborarunt. Secundas verò Fraternis partes tibi ſumpſiſti explanandæ eius Conſuetudinis, & noſtrarum, quas vrges, Annotationum luce quadam colluſtrandæ. Quibus abs te excitatis, vtinam labor hic noſter reſpondeat, ſimul & Vrbanæ tuæ Præfecturæ meritis, quæ multiplici Rempublicam officio pridem ſibi deuinxerit.

Petr. & Anton. Seguerij.

Theodorici Gothorum Regis gener Alaricus Codicem Legum collegit, ex Roman. libris decerptum. Sidon. Apollin.

Hiſpanorum Iuris ciuilis ſeptipartitũ Opus, ab Alphõſo. 9. Rege pertextum.

5 SIQVIDEM TVÆ DITIONI NON SOLÙM COMMISSA ROMA EST *Francica*, VERVM ETIAM INTRA CENTESIMAM POTESTATEM TE PROTENDERE ANTIQVA IVRA VOLVERVNT: NE TANTÆ CIVITATIS IVDICEM MVRALIS AGGER INCLVDERET, CVM ROMA, OMNIA (.ï. Lutetia, Gallias) POSSIDERET. Vt Caſſiodori phraſin vſurpem. Nam & ex vltimis Galliæ oris aditur Prætor Vrbis almæ, de regio annulo Caſtelli Pariſiorum cogniturus: Iuriſq; dictio hæc, eodem, quo Regnum, territorio circumſcribi in iſto genere, arguitur priſco S.C. Lutetiano, pridie Kalend. Ianuar. An. 1319. Quod aduerſùs Clementiam Hutini regis viduam Heroïdem prolatum fuit, quæ à Præfecto Vrbi Senatum appellarat. Variis quoque Principum Reſcriptis ſancitur forenſe illud ſignatorij Annuli Lutetiæ priuilegium: Karoli. v. videlicet, ſexto. Idus Februar. An. 1367. vetuſtiorúmque Regum, quos alibi recenſuimus. Vnde ſi quis executioni intercedat Obligatoriæ Chartulæ, quæ Principali ſigno obſignata ſit

Præfecti Vrbi Iuriſdictio.

Variar. lib. 6. in formula Præfecturę Vrbanæ.

Areſtum Curiæ, die vlt. Decemb. An. 1319. de priuilegio Sigilli Caſtelleti Pariſien.

Die. 8. Febr. 1367.

Philippi Valeſij priuilegium pro Scholaſticis Pariſien. quibus Conſeruator delegatur Præpoſitus Vrbi.

Pariſienſi, ſeu conſimile de eo emergat diſſidium, Vrbanæ Præfecturæ totum vindicatur. Edicto Karoli. VII. An. 1447. Legitur præterea Philippinum diploma mandatæ Lutetiano Prætori Iuriſdictionis latiſſimæ, de rebus Scholaſticorum Academiæ Pariſienſis. An. 1340. Decemb. luce vlt.

Garde gardienne pour l'Eueſque & Chapitre de Meaux, les Abbez de S. Pharon, de Bourgueil, &c.

Vnius eiuſdem notio diſceptatióq; eſt de profanis Templorum multorum litibus, Epiſcopalium, Monaſticorum, aliorúmque ſacrorum Collegiorum: Quæ, tametſi ab hoc Municipio longè diſſita, reſeruantur Iuridicæ illius poteſtati.

Piſcium Mercatoribus vectoribúſque Lutetiam commeatus liber, Conſeruatórque datus Præpoſitus Vrbi.

Ex tutelaribus ipſorum Codicillis regiis, quos ad verbum deſcriptos comperio in veteri Codice rubro Caſtelli Pariſiorum. Quinimò exteri maritimorum piſcium propolæ eximuntur iuridico omnium imperio, præterquàm Lutetiani Prætoris. Reſcripto Karoli Quinti, Menſ. April. An. 1364. Deinceps verò Sextus, & Septimus Karoli, criminum quæſtionem delegarunt animaduerſionémque huic, ceu Præfecto Auguſtali, in bacchantes per Galliam prædones, graſſatores, & depopulatores agrorum. Tabulis ſolennibus. 13. Kal. Iunias. An. 1389. Septimo Iduum Ianuar. An. 1420. & Nonis April. An. 1437.

Literæ patentes die. 20 Maij. An. 1389. die 7. Ianuar. 1420. & 5. April. 1437. *Extraicts du Liure noir, en la Châbre du Procureur du Roy au Chaſtelet de Paris.*

Haud ſecus omnino, ac Romuleæ Vrbis Præfectura ſcelerum vindex fuiſſe traditur quorumlibet, nec eorum dumtaxat, quæ intra Vrbem admitterentur, ſed quæ extra eam pariter, intra Italiam. Quemadmodùm Diui Seueri Epiſtola declaratur, ad Fabium Cilonem Præfectum Vrbi miſſa.

L. 1. ff. de Off. Præf. Vrb.

Qiùm autem Regij ſtemmatis Dynaſtæ illuſtriores, qui Pariſiis degebant, ſibi aſſererent familiæ ſuæ criminum coërcitionem, quæ Lutetiæ patrarentur, ſtatuit Karolus. 5. familiarium iſtiuſmodi maleficia, ab vno caſtigari Præpoſito Vrbi oportere. Luculento diplomate, 10. Kalend. Iunias An. 1369.

Regiæ literæ, 23. Maij. 1369.

Solus necnon regiæ Vrbis Prætor in equeſtres ſuos Apparitores animaduertit, vbicunque regionum Gallicarum, officio abuſi ſint, miniſterióque Viatorio. Vt Karolus. 6. edixit, Septimo Kalend. Sextiles An. 1392.

Die. 26. Iulij. 1392.

* Præfectis Vrbi.

Abs quo rurſus indultum * Ἐπάρχοις τῆς πόλεως, inuenimus, vtì veniam gratiámque damnatis facerent earum mulctarum, quæ Fiſco addictæ, denas æris libellas Pariſien. non excederent. Authenticis Literis An. 1398. pridie Kalend. Octobres.

Die vlt. Septemb. An 1398.

Quæſt. 276.

Semel tantùm Petrus Marignius, Magiſter libellorũ ſupplicum in Regia, commiſſus fuit *a la Garde de la Preuoſté de Paris*. Die. 30. April. 1421.

In ſumma, regius Karoli Orator in Senatu prodidit Ioh. Gallus, Lutetianam Præturam vt Regia Iura tutari, ita Regio, Senatorióque proximum Iuridicæ poteſtatis gradum in Vrbe obtinere. Proin vacuæ Præfecto, Sedi Iuridicæ Pariſiorum præeſſe ſolet publicus Regis Regníque Procurator in ſuprema Curia Pariſien. Id quod, pro ſuo munere, obtinuit contradicto Iudicio Regius Actor Scæuola Iahierus: licèt contranitente Galliarum Nomophylace, & Aulicis Conſiliariis. Ex Regeſto Curiæ, 4. Idus Martias An. 1420.

M. Gaucher Iayer.

12. Mart. 1420.

QVÒD SI miretur aliquis, Prætorium Vrbis Magiſtratum 6
tuum ita latè patere, &, ab ſingulari Regum beneficio, reliquos antecellere, In tuos potiùs ciues Municipéſque intueatur, Regiis tot priuilegiis honeſtatos, quot verè Auguſtæ Ciuitati vix irrogari vnquam

Ciuium Pariſien. priuilegia.

quam

Digitized by Google

quam potuerint. Ædilitio enim huius Collegio multiplex eſt olim data Immunitas: cuius & Seruator peculiaris, Iudexque priuilegiorum ciuilium, decretus Senatus Pariſienſis. Reſcripto Karoli Pulchri, An. 1324: quod Henriciano Codici Francicarum Conſtitutionum interſeritur. Teſtatum eſt inſuper Karoli. v. Codicillis, ducentos ante annos, Lutetiæ Ciues eximio Iure antiquitùs præditos fructuariæ Tutelæ Cuſtodiæq; liberorum impuberum, quaſi natalibus claros: & Equeſtribus armis inſignes, Nobilium virorum more, emicuiſſe. Quocirca Princeps ille, Lutetianos, immunes ſolutóſque nummariis prædicat oneribus, quæ plebeio cuiuis clientelarium fundorum comparatori indixerit, iam inde ex Anno. 1324. Eius verò parens, Ianus. 2. Rex, copiam ciuibus poteſtatémque fecit, manus extranei rebus debitoris primitùs inijciendæ. Iunio Menſ. An. 1361. Iuxta hæc, Carolus. 6. munificè ſtatuit, Pariſienſibus obæratos rei Vinariæ mercatoribus, vinculis cogi, nedum pignoribus captis, adempto ceſſionis bonorum perfugio: Qualiter etiam antea Vrbani maritimorum Piſcium venditores reos debendi ſuos diſtrictè pignerabantur. Epiſtola aperta, Septemb. Menſ. An. 1403. Is rurſum Princeps, Fiſcali tributo liberum eſſe iuſſit fœnum & auenam: quæ Stabularij Lutetiæ ciues, & Pandochei hoſpitibus subminiſtrarent. Luculentis Tabulis. Mart. Menſ. An. 1408. quæ in ſumma publicorum Vectigalium Curia promulgatæ ſunt tertio Idus Februar. Anni conſequentis. Planè Sextus idem Karolus ampliſſimis verbis repetiit, diſtinctéque probauit ſingularia Negotiatorum ciuium Iura: quæ extraneis negabantur, merces ſecundo flumine, aut terreſtri itinere Lutetiam aduehentibus. Diplomate. 4. Idus Septemb. An. 1409. Sanxit pariter Rex ipſe ciuicas Decurionum Vrbis, incolarúmque ſingulorum prærogatiuas, cum Ædilitia Iuriſdictione priſca, reditibus annuis, poſſeſſionibúſque Ædilium, ac honorario ciuium Conuentu, quem vocabant, *Le Parlouër aux Bourgeois*. Reſcripto. 13. Kalend. Februar. An. 1411. Illo autem in Colloquio populari, ceu curiatis Comitiis, dicebantur ſententiæ identidem de Prouinciali More priuatarum hæreditatum, dotium, vſucapionum, aliorúmque id genus: quæ, ab veteribus Inſtitutis, vulgò cuſtodirentur iſtic, abſque conſignatione literarum. Vnde concinnatus Quaternio vetus Ædilitiorum plebis Reſponſorum, calamo exaratus, Rege Philippo. 4. Quem nobis Libellum commodauit Petr. Pithœus collega noſter, patriæ, externæque Antiquitatis callentiſſimus: Vtì ex autographo illo, ceu Ariadnes filo ducti, priſcos Ritus Francicæ Metropolis, certiùs fœliciúſque tractaremus. Superiora porrò in natalem Lutetiam priuilegia cumulauit eius alumnus Rex ille Sextus iure * πρωτοπραξίας ante Fiſcum ſuum: Ita, vt Lutetiano ciuj debitum æs quodlibet, præceptū voluerit ex bonis Fiſco commiſſis. Lata Lege, 5. Iduum April. Ann. 1420. Secundùm anteriùs præſcripta ab eodem, 6. Idus Octobres. An. 1411. Quibus

Caroli. 4. Regis Priuilegium, Præpoſitos Mercatorum & Scabinos Lutetiæ, de cauſis ſua iura, franchiſias, & Priuilegia ſpectantibus, alibi litigare nō teneri, quàm in Parlamento.

Charta inſignis, Karoli. v. die. 9. Auguſti. An. 1371. *de la Garde noble & bourgeoiſe de Paris.*

Francs fiefs.

Ville d'Arreſts ſur les debteurs forains.

Priuilegium, *des Marchans de vins,* Inſtar *des Vendeurs de Poiſſon de mer ès halles de Paris.*

Hoſteliers de la Ville, & Fauxbourgs de Paris, francs de l'Impoſition du foin & auoine qu'ils vendent & diſtribuent en leurs Hoſteleries.

Die. xi. Febr. An. 1409.

Baliſtariorum verò Pariſien. exemptio à ſubſidiis tributiſque regiis, memoratur noſtro. Lib. 1. Andegauæ. Conſuet. Interprete, Cap. 55. Art. 5.

Patentes litteræ, die. 10. Septemb. An. 1409. *Sur le fait de la Marchandiſe, diſtinctement des Marchans forains.*

20. die Ianuar. An. 1411.

Ex hoc chirographo Exemplari, quædam ſparſim intexuimus noſtris hiſce Monumētis.

* primùm exigendi.

Regiæ Literæ, die 9 April. An. 1420. (*Que les Bourgeois de Paris ſoyent payez de leurs debtes auant tous*

Digitized by Google

tes confiſcations) publicatæ in Camera computorum Die. 22 Iul. & in Parlamento, die. 22 Ianuar. 1420 iuxta antiquiores Literas, 10. Octob. An 1411.

poſtremò adiecit Ludouicus. x I. immunitatem Hoſpitij militum, Aulicorúmve, à Metatoribus quandocunque deſignati. Regias tabulas Octob. Menſ. An. 1465. probante Senatu. x I. Cal. Decemb. ſequen. Subiunxit iis Princeps *Feudalium* vacationem munerum onerúmque militarium, cum priuilegio Fori Lutetiani: ne in rem actione conuentus, aliena in Tribunalia ciuis traducatur. Chartis ſolennibus. 5. Iduum Nouemb. 1465. & 6. Kalend. April. An. 1480. Quarum vetuſtiori Pariſienſes PATRES ſubſcripſere. xi. Kal. Decẽb. eod. An. Quoniam autem libero rerum commercio Emporioque publico ornantur Ciuitates, ditantúrque Ciues, modum præſtituit Ludouicus vectigalium exactioni, quæ mercimoniis, exoticis præſertim, impoſita Lutetiæ eſſent. Edicto. 7. Idus Februar. An. 1464. quod fiſcalium Indictionum Curia Max. comprobauit, tertio Iduum Martiar. ſubſeq. Vetuit prætereà illeipſe Rex, annonarias merces, quæ Lutetiam conueherentur, nouis tributis onerari: ne cariore annona grauioréque Ciues premerentur. Epiſtola aperta Septemb. Menſ. 1474., Senatus Actis inſcripta, tertio Calend. Decemb. Anni prædicti. Quæ ſingularia quidem Iura omnia Reges poſteri rata gratáque eſſe iuſſerũt: Ludouicus. 12., pridie Idus Iunias An. 1512., Franciſcus. 1., Aprili Menſ. 1515. & Hẽricus. 2., Iunio. 1553. Quorum diplomata Senatus propalàm legi recitaríque præcepit Idib. Auguſti, quarto Idus Februar. An. 1515. & 15. Kal. Sextiles. 1553.

21 Nouemb. — 9. Nouemb. — 27. Mart. — 21. Nouemb. — Die. 7. Febr. 1464. — 13. Mart. — 29. Nouemb.

Confirmatio Priuilegiorum Vrbis, 12. Iunij 1512. 1515. & 1553 Verificata in Senatu 3. Auguſti, 10. Februar. 1515. & & 18. Iul. 1553.

IN HANC veluti ſyluam antiquiora Vrbis priuilegia conijcere, 7
non eſt neceſſe, temporaria nimirum, vel obſoleta hodie, aut ſeriùs vſitata. Cuiuſmodi iſtud à Philippo. 2. Lutetianis irrogatum Opificibus. An. 1201., vt qui ex iis nummariam Indictiunculam Regi appenderent, vernaculè *Le Haultban*, ipſorum merces Opificio ſuo apte, leuiori vectigali obſtringerẽtur. Hûc ſpectat itidem Philippi. 4. munus in Ciues ſuos egregium Nouemb. Menſ. An. 1303. de vacuis ruinoſiſque Ædibus vrbanis auctioni & haſtæ ſubiiciendis, quæ annuarum penſitationum mole obruerentur, déque libera harum luendarum poteſtate. Vt colligere eſt ex chartaceo Volumine rubro Caſtelli Pariſien. Quod, vnà cum vetuſtis ſimilibus, Volumen mutuum ſumpſiſſe me, ceu æs alienum, more Candidatorum, profiteor, à Karolo Vilmonteo Procuratore Fiſci in Præfectura iſta, patriæ Reipub. ſtudioſiſſimo. Vnde quorumdam interim error deprehenditur, huius Priuilegij auctorem laudantium Philippum. 1. Regem: Cuius ſeculo ac Imperio minimè quadret Dies, & Conſul ſeu Princeps, Diplomati priuilegiario adhibitus. Sicuti alio loco ſtrictim adnotaui. Regio dein Iani. 2. beneficio, Pariſienſes Ciues, cum villicis ac colonis, onere leuantur moleſtiáque prehenſionis equorum ſuorum, curruum agreſtium, & reliquorum id genus: quæ Aulici pagatim oppidatímque de more abripiebant. Id quod Iani filius Karolus. v. non modò ſanxit, ſed piè etiam ampliauit. Conſtitutione perlata, 4. Idus Quintiles, An. 1364. &. 5. Kal. Maias, 1369. Codicillari

Priuilege des Haultbaniers, i. meſtiers, qui Haultban doiuent au Roy.

Priuilege des Bourgeois ſur les vuides des maiſons vuides, ruïneuſes & non uſées, & ſur le rachat des rentes qu'elles doiuent.

Philippus. 1. regnare cœpit An. 1060. Eius verò pater Henricus. 1. An. 1031. quo. mendosè ſcribitur: [illegible] Magiſtri) datum fuiſſe à Philippo. 1. ciuibus priuilegium. Ex Franc. Chronic.

Sacræ Politiæ lib. 3. Tit. 6. art. 2.

Touchant les priſes.

12. Iulij 1364 & die. 27. April 1369.

Digitized by Google

Codicillari item priuilegio Karoli. v. proregis Franciæ cautum fuit, Pariſienſium nomina, debitáque iis Francico Orbe toto exolui ſubinde, ac Præfecto Vrbi propterea adito ſummatim, liberari. Cuius nempe ad Vrbis inſtructionem munitionémque, aduerſùs hoſtiles inſultus, ciues tùm loculos ſuos exhaurirent. Vt Regij illius Inſtrumenti ſcriptura exprimitur, poſtridie Nonas Septemb. An. 1358., ſexennio antequàm Carolus Gallicum in Solium eueheretur.

6. Septemb. 1358.

8 TRANSEO ad Sacerdotes Lutetianos, queîs, ſua de re profanóque latifundio, propria iura munificè conceſſerunt Chriſtianiſſimi Reges. Imprimis enim circumferuntur Philippina duo Pacta conuenta ab Epiſcopo cum Principe. Anteriùs quidem, cum Theodoto, (An. 1222.) Poſterius, cum Audace, Philippis, An. 1280. Sextili Menſe. Alterum ſpectat Eccleſiæ res Pontificalis: Alterum, Monaſticæ D. Eligij, quæ Pontificali adunata eſt. Vtrumque, diſtinctis Territorij finibus circumſcribit profanam amborum Iuriſdictionem, ſolariúmque vectigal, Regis & Epiſcopi. Sacrum autem huius, pontificiúmque Imperium vt perſtringam obiter, is ſibi eximiè vindicat alienarum Diœceſum Clericos, reos criminis: qui in Vrbe comprehenſi, ad ſuos Iudices reijci poſtulent. Huic namque Pariſiorum Antiſtiti à Conſcriptis Curiæ addicta eſt in extraneos illos maleficij quæſtio ac coërcitio, nequicquam reluctantibus ſuarum Diœceſum Epiſcopis. Decreto aduerſùs Rothomagenſem pontificem, 4. Kal. Mart. An. 1367. In Santonum Præſulem, 5. Idus Decemb. 1390. In Cenomanum, An. 1393. & alios, quorum meminit Ioh. Gallus. Prehenſionem verò Clericorum in Vrbe, haberet néne Epiſcopus Pariſienſ. ab Eccleſiaſtica ſua Iuriſdictione, tractatum eſt in Curia, negotiúmque olim propalàm diſceptatum. Promebat ille priuilegiarias de eo tabulas Phil. Pulchri, An. 1300. & Hutini filij, An. 1315. Menſ. Decembri. Quas lectitaſſe ſe profitetur Ioh. Gallus, eóque Fiſci cauſam agente, placuit Ordini Clariſs., quæſtionem ad plenius deliberandi conſilium reuocari. Areſto. 13. Kal. Apriles An. 1392. Epiſcopi pariter Senatus, Regiis ſubnixus eſt priuilegiis compluſculis. Nam Canonicorum Sodalitium Eccleſiæ Pariſienſ., à ſumma vetuſtate, latifundiis potitur, vicis, oppidulis, cum mero Imperio profanáque Iuris dicundi poteſtate ampliſſima. Quo nomine, Regia Philippi. 4. Reſcripta vulgò cientur, Iunij luce. 15., tum Septemb. Menſ. Anni. 1304. & 1313. Quæ Hutinus filius rata habuit, ſanxit. Decemb. Menſ. An. 1315. Prædiariis item Eccleſiæ de rebus quæ mouentur controuerſiæ, non aliud ſortiuntur Forum, quàm Principis Senatorium Pariſienſe. Cuiuſmodi gratioſum Fori ius produxit Karolus. vi. ad noua fundorum dominia Canonicis parta, nedum ad dotalia ſacri Collegij. Præclaris Codicillis Iun. Menſ. An. 1390. Queîs facilè diluitur Lutetiani S. C. Antinomia, prolati An. 1386. apud Ioh. Gallum, Quæſt. 110. Sexennio quoque antea, Rex idem Karolus prædicarat

Epiſcopi, & Capituli Pariſ. Priuilegia Regia.

Phil. Aug.

Prioratus de S. Eloy, dependens à B. Mauri Foſſaten. Abbatia.

Senatus Areſta, die 26. Febr. 367 & 9. Decemb. 1390.

Quæſt. 216. 322. 371.

Quæſt. 276.

Appoincté au Conſeil, 20. Mart. 1391 Sed anteriore anno deciſum contra Pariſien. Epiſcopum, narrat Gallus, Quæſt. 146.

Concordatum in Curia An. 1336. Menſ. Iun. inter Epiſcopum & Capitulum Pariſien. de Eccleſiaſticis Iuribus controuerſis.

Iudicatum pro Regio Procuratore, quòd Capitulum Pariſien tenetur placitare coram Præpoſito Pariſ. & Bailliuo de Corbolio in ſua ſede de Corbolio, licèt non teneatur placitare coram ipſo, in ſua Sede Pariſien.

Digitized by Google

Epiſcopales Pariſiorum conſtitutiones Synodicæ celebrantur in Bibliotheca ſacra, Vilhelmi nempe, Stephani, Galonis S. R. E. Cardinalis, & Odonis, Pariſien. Antiſtitum. Tomo. 4. & 6. Biblioth.

28 Martij. 1380.

Regia Admortizatio terrarum Eccleſiæ.

27. Septemb. 1467.

In Metrico Opere manuſcripto, circa annum. 580.

ingenuè, Eccleſiaſticos Sodales eorúmque profanos Iudices, antiquitùs liberos ac immunes à Regibus factos quauis æris mulcta, quæ perperam iudicanti alioquin legibus infligeretur. Literis conſignatis. 15. Cal. April. An. 1380. Præter hæc, Ludouicus. XI. DEO ſacróque dicauit profanos fundos, quoſcunque eius Delubri Max. ſacerdotes in poſterum eſſent comparaturi. Pia morticinij donatione, Septemb. Menſ. An. 1465. quam Principalium rationum Magiſtri deinde comprobarunt. Quindecimo Kalend. Octobr. An. 1467. Nec immeritò ſanè, quùm vel à prima Chriſtianiſſimi Regni memoria commendatum ſit religione Cleri, Templum Deiparæ Virginis Pariſiorum. De quo, Fortunatus Rauennas, Pictauorum Antiſtes; qui, Iuſtino Iuniore Cæſ., florebat, hæc cecinit.

Aliorum Lutetiæ Templorum inferiorum iura priuilegiáque regia his paſſim Libris interſeremus.

Si Salomoniaci memoretur machina Templi,
Arte licèt par ſit, pulchrior iſta Fide.
Nam quæcunque illic veteris velamine Legis
Clauſa fuére priùs, hîc reſerata patent.
Floruit illa quidem, vario intertexta Metallo:
Clariùs hæc, Chriſti ſanguine tincta, nitet.

QVORSVM tot Regiæ Vrbis Iura ſingularia? Vt cunctis innoteſcat, quantò hæc Francicis præſtat aliis celſiore honorum gradu, tantò eas ſubmiſſiùs, huiuſce Inſtituta Ritúſque colere ac reuereri debere. Ac ne prærogatiuam eiuſmodi occulto liuore inſectentur Oppida reliqua, Publicè expedit, vnum vt Monarcham, ſic ipſius Ciuitatem principem omnibus ſuſpiciendam proponi: cuius ad exemplar Ciuitatis, in re dubia, cæteræ componantur. Quinimò Romanus Orator refert, Maiores ſuos Capua Magiſtratus, Senatum, Conſilium commune, ac omnia adeò Inſignia Reipub. ſuſtuliſſe: Veritos nimirum, ſi quod Reipublicæ veſtigium illis mœnibus contineretur, Vrbem ipſam Imperio domicilium præbere poſſe. Quò grauius mihi onus iniunctum animaduerto eius excutiendæ Legis Pariſienſis: In quam, ceu Cynoſuram, coniectos oculos perſpiciam Francorum omnium, qui Moribus præcipuè vtantur. Hûc itaque, pro Argumenti magnitudine ac dignitate, conferendas cenſui variarum Gentium Leges Moréſque patrios: vt commiſſorum inuicem vis, ratio, æquitáſque apertiùs eluceſcat. Nec Conſuetudinis quidem huius Contextui memet adſtrinxi ſedulus Interpres, nec ſingula ipſius Capita perſequi ordinatim inſtitui. Aſt Operis ſummam in pauca ſic partitus ſum, meo qualicunque animi ſenſu, vt nihil tamen intactum indeciſúmq; ex ſcripta Lege illa relinqueretur. Faxint modò Superi, vt quàm accurato iudicio patrium Ius in ciues excolis Proprætor, tam exacto, puréque Forenſi calamo Paraphraſtes ego illud apud omnes pertractare valeam. Sed ne te diutiùs, publicáq; morer tua munia, finem iſtic faciam, cum Abbone Leuita: qui, Odone Pariſiorum Comite, dein Rege, ipſius Vrbem Max. ita celebrauit. 9

Cic. in Orat. contra Rullum.

Conſuetudinaria Patria Franciæ.

Abbonis Cernui, ad Lutetiam, Lib. I. de Normanica Pariſiorum obſidione.

In

In medio Sequanæ recubans, culti quoque Regni
Francigenûm, temet ſtatuis percelſa, canendo:
Sum Polis, vt regina micans omnes ſuper Vrbes:
Quæ ſtatione nites cunctis venerabiliori.
Quiſque cupiſcit opes Francorum, te veneratur:
Inſula te gaudet, Fluuius ſua fert tibi gyro
Brachia complexo muros, mulcentia circum
Dextra tui Pontes habitant tentoria lymphæ
Læuáque claudentes: horum hinc inde tutrices
Cis Vrbem ſpeculare Falas, citra quoque flumen. Caſtella.

TRACTATVS, DE LEGE PARISIORVM, COMPENDIARIA SERIES.

MVNICIPALE Ius Pariſiorum tribus potiſſimè conſtituitur: RERVM diſtinctione ac Bonorum, quæ ſigillatim eo Iure diſponuntur: DOMINII item ipſorum acquiſitione, vel aſſertione, variis ex cauſis: IVDICIORVM denique Formulis, quæ ad tuenda illa, vel quærenda etiam aliquando, ſpectent. Ac triplex ſanè hoc Pariſienſium Legum Caput, omnes earum Rubricas complectetur, & Rubricæ adeò cuiuſque Articulos: tametſi inuerſo Textus, ſcripturæque ordine Conſtitutionis Municipalis. Quam, ſi ad verbum perlegere, cuiquam eſt animus, in calce Operis ſubtexendam putaui: Ne quid iuſtæ ipſius interpretationi deeſſe, faſtidioſuli rudiorum ſtomachi forſan cauſificentur.

Lib. 1. 2. 3.

LIBRI PRIMI, DE RERVM DIVISIONE, AC DEFINITIONE SINGVLARVM.

TITVLI. IIII.

1. *De Mouentibus, & Supellectili.*
2. *De Fundis nobiliter poſſeßis.*
3. *De Plebeijs latifundiis, in eáque Dominico Iure.*
4. *De Prædiorum Seruitutibus vrbanorum, & ruſticorum.*

LIBRI SECVNDI, DE ACQVIRENDO, ET ASSERENDO RERVM DOMINIO.

TIT. VIII.

1. *De Societate, ac communicatione bonorum.*
2. *De Dotalitiis.*
3. *De Donationibus, purè, mutuòve conceptis.*
4. *De Teſtamentis.*
5. *De Hæreditatibus.*
6. *De Lineari Retractu.*
7. *De Fructuaria pupillorum tutela.*
8. *De Longi temporis Præſcriptione.*

LIBRI TERTII, DE FORMVLIS IVRIS EXPERIVNDI.

TIT. IIII.

1. *De Interdictis.*
2. *De Actionibus in perſonam, vel in rem pignori obligatam.*
3. *De Prehenſione & diſtractione Pignorum.*
4. *De Fundorum Auctione proſcripta.*

RENATI

RENATI CHOPPINI

ANDEGAVI I. C.

ET IN SVPREMO FRANCIÆ SENATV ADVOCATI.

DE CIVICIS PARISIORVM LEGIBVS,

LIBER PRIMVS.

DE RERVM DIVISIONE, AC DEFINITIONE SINGVLARVM.

Tit. I.

DE MOVENTIBVS ET SVPELLECTILI.

NOTÆ BREVES INFRASCRIPTORVM HOC TITVLO.

1. *Bonorum genus duplex.*
   Actiones, quo genere bonorum cenſendæ.
   A pecudibus, patrimonia, peculia dicta.
2. *Venditionis Mobilium nulla eſt, ex vilitate pretij, reſciſsio.*
3. *Mobilia, hypothecæ iure non perſequenda.*
4. *Perſonæ domiciliique Domini Legem, Mobilia: ſitus ſui, immobilia, ſequuntur.*
   Immobilium poſſeſſor, fideiuſſores dare non cogitur.
   Querela nouitatis, *pro Mobili non intentatur.*

Vniuerſitatis Mobilium, cum Immobilibus, donatio, eſt vtroque reſpectu inſinuationi obnoxia.

Delphinale Statutum, redintegrandæ poſſeſſionis gratia.

5. *Iudæi, Mobilium capaces olim, in Francia: non, immobilium.*

Fœminæ, Mobilium hæredes, non fundorum, multiplici Lege Prouinciali.

Dos Mobilis, an cohæredibus filiæ ſit conferenda.

Res mobiles delicto confiſcantur: immobiles, hæredibus reſeruantur.

6. *Feudum in re mobili non conſiſtit.*

In eadem ipſa re, Linearis Retractus non procedit.

Doarium *pecuniariæ ſummæ, degenerat à natura conditionéque iuſti Dotalitij.*

7. *Bello capta Mobilia, cuius ſint: & an veteribus dominis Iure Poſtliminij reſtituantur.*

De Mobilibus, munire manum creditoris, oportet, apud Francos.

Quibus in Prouincijs, Mobilium executionem, pro debito, priùs fieri oporteat, quàm immobilium.

8. *Clericorum, de ſuis mobilibus, Priuilegium Regium.*

Eccleſiæ Mobilia alienare, licitum.

Liberior, de Mobili, diſpoſitio teſtamentaria, quàm de immobili patrimonio.

Belgicæ coniuges, in coniugalis Domus mobilia ſuccedentes.

9. *Latiùs patet mobilium, quàm immobilium quæſtuum, ſocietas connubialis.*

Donatarius mobilium, æris alieni liberator donatoris, multiplici Con*ſuetud.*

Camera Apoſtolica, ſpoliis defuncti Clerici *ſuccedens, quatenus eius debita ſoluat.*

Qui mobilia capit vi contractus matrimonialis, non Statuti locorum, aut Statuto conformis Pacti, minimè ſit debitis obnoxius.

10. *Mobilium donatario, competunt nomina debitorum.*

Cuius Lege domicilij teneantur Inſtrumenta debitæ pecuniæ.

11. *Cardinalis Romani Mobilia Francica, non reguntur Lege Romana.*

12. *Mercatorum extraneorum Mobilia, cui Legi ſubijciantur.*

Lutetiam frequentantes Mercatores, Ciuitatis priuilegiis non vtuntur, quandiu vxorem, liberóſque alibi, & familiam alant.

13. *Quæ cohærent ſolo, Mobilia immobilibus adnumerantur.*

14. *Molendinum, Torcular, aliquo caſu immobilia.*

An molendinum, cenſeatur ruſticum prædium, an vrbanum.

15.16. *Dolia item, & Vaſa vinaria, ſunt quadantenus immobilia.*

17. *Glebæ pariter adſcriptitij: Pecora autem, & animata fundi Inſtrumenta, omnino mobilia.*

Eanè, ſint fundi inſtrumenta, in quo laborant, an in quo morantur & cubant.

18. *Piſces*

Digitized by Google

18. *Piſces ſtagno impoſiti, aliquando immobiles.*
Columbæ, & Apes, quatenus reputentur mobiles, aut immobiles.
19. *Fructus pendentes, rèſque aliæ ſolo cohærentes.*
20. *Naturales fructus, induſtriales, ciuiles, ex quo die deberi dicantur.*
21. *Vites ligatæ, reputantur mobiles.*
22. *Syluæ non cæduæ Arbores, immobiles.*
Eccleſiaſticæ grandes arbores, inalienabiles.
23. *Reditus annui, communiter immobiles: Alicubi tamen, mobiles habentur.*
Mobilium, & Acqueſtuum *donatarius coniunx tenetur, alterius hæredem, debitis Reditibus, & alijs exonerare, conſtante matrimonio creatis.*
Coniugali Mobilium communione, veniunt Reditus volatiles, ab vno coniugum parti ante matrimonium, in Patria de Namtiſſement.
24. *Pecunia, ex Reditus annui redemptione, redacta, an immobilis cenſeatur.*
Pecuniarium ſupplementum hæreditariæ partis, immobile.
25. *Dotales nummi, in emptionem fundorum deſtinati, res Soli creduntur.*
26. *Simplex deſtinatio pecuniæ dotalis in comparationem prædij, facit illam, contra maritum, immobilem.*
27. *Pactione hac, vt fundus ære dotali emendus, ſit vxoris proprius, tanquam de ſua linea & ſtirpe, redditur æs illud inter hæredes vxoris immobile.*
28. *Aſsignatio reditus annui ſuper fundo mariti, quoad dotalibus nummis res ſoli comparetur, æquipollet emptioni prædiorum in rem vxoris.*
29. *Donatione Mobilium, non veniunt nummi, à venditore redditi in vim reſciſſorij venditionum Iudicij.*
30. *Theſaurus, Mobilis ſit nécne res, an immobilis.*
31. *Depoſita apud amicum pecunia, in alieno Regno degentem, deponentis hæredibus adiudicatur pro More domicilij defuncti, non loci reconditæ pecuniæ.*
32. *Pretioſa Mobilia, quatenus res ſoli exiſtimentur.*
33. *Officia venalia, diuerſo reſpectu, immobilia, vel mobilia.*
34. *Regia munera, ad obitum vſque* Officiarij, *perpetua, apud* Gallos.
35. Officiarij *creditori ſufficiatnè, intercedere iudiciariæ receptioni ſucceſſoris in reſignatum ipſi Officium ſui debitoris: An verò reſignatarij prouiſionem in* Cancellaria *præuenire neceſſe habeat, ad ſeruandam in Officium hypothecam.*
In exercendo Officio cæſi hæredibus illud reſtituitur, abſque onere priorum defuncti ipſius debitorum.
36. *Hæreditarium Officium, tanquam Mobile, inter hæredes diuidendum: niſi ex publicis vectigalibus, fundiſve, ſtipendiarium ſit.*

Tributa Fiſcalia, à priuatis empta, ſub facultate redimendi, ſunt immobilia.

37. Greffariatus *venditus ſub redemptiua facultate, an, Mobilium ritu, partiundus inter hæredes.*

38. *Forenſium Procuratorum Praxis, hodie venalis.*

Datáque ea ab auo, patreuè Procuratorè, in anticipationem ſucceſſionis, conferenda eſt inter hæredes donatoris.

39. *Ne iudicandi munus pretio venundetur.*

40. *Areſta* de reiglemens, *inter Regios fori* Officiarios.

41. *Vtenſilia, Ruta cæſáque, exemptiles Domus, Mobiles res ſunt.*

DE MOVENTIBVS,

Digitized by Google

DE MOVENTIBVS, ET SVPELLECTILI.

Tit. I.

LIBER PRIMVS.

1 RES, DE QVIBVS Francica agitur Conſuetudine, ſunt omnes aut Mobiles, aut Soli: nihil eſt tertium. §.88. Leg. Pariſ. Eóque, nomina debitorum ac iura, queîs mobile aliquid perſequimur, mouentibus accenſentur: Quibus autem immobile, rebus ſoli. §. 89. cit. Leg. & Bituricæ Cap. 4. Nam Protopræſes vtérque Lutetiani Senatus, idem ipſum ſenſit hac parte, Lizetus, Bituricen. Legum emendator An. 1539. & Thuanus, Pariſienſium, An. 1580. Tametſi ille ad Romani, hic ad Gallici Iuris normam reuocare eas viciſſim Leges contenderit. Vtcunque porrò neglecta Mouentium, viliſque poſſeſſio videatur Papiniano, certum eſt, patrimonia, à pecudibus, in hanc vſque diem peculia dicta. Priſcis quoque numiſmatis inciſum pecudis ſignum, bouis, aut ſuis apparebat. Quinetiam pecudibus ac iumentis initio plectebantur ſontes, quùm nummi vſus hauddùm frequens eſſet. Vt Plutarchi Publicola manifeſtum fit. Ex quo manauit Diſtichon vetus,

QVELS BIENS SONT MEVBLES, ET QVELS IMMEVBLES.

C. 4. Art. 1.

L. Si rem mobilem. D. de acquir. poſſeſſ.

Cætera luxuriæ nondum inſtrumenta vigebant,
Aut Pecus, aut latam diues habebat humum.

2 ANTEQVAM verò Mouentium genera quæque diſcutiam, eorum præmittenda vniuerſim natura eſt conditióque, à Prædiariis rebus planè ſciuncta. Ex multiplici enim amborum differentia, faciliùs vtrumlibet definietur. Primùm vtique, in rei mobilis pretio emptæ ac venditæ, licet contrahentibus ſe circumuenire, nulla reliqua ſpe reſtitutionis in integrum maiori annis. Maſuer. in Praxi Iudic. Tit. de empt. & vend. Quod tota quidem Gallia receptum, prodidit antiquior Senatorij Styli Conſcriptor, Part. 1. Idem vetuſta Boioariorum, & Samarobrina Cameraci lege expreſſum eſt. Lib. Legis Salicæ, Ripuar., Boioarior. Cap. 20. De

Mobilium, & Immobilium diſcrimen.

Styli Parlam. Parte. 1. Cap. 19. §. 10.

Couſt. de Cambray. reformata An. 1574. Die. 28. April.

Cõſuet. de Chaſteau-neuf, en Timerau. 2. April. 1526.

Tomo. 2. Regiar. Ordinat.

L. 2. C. De reſcind. vend.

Sic Lotharingiæ Cõſuet. (Art. 17. Tit. *Des cens, &c.*) Et S. Michaëlis *en Barrois* (Art. 28. Tit. De Iudicib.) *Meubles n'ont ſuyte par hypotheque, & le premier ſaiſiſſant y eſt preferé.*

venditionis forma. Et in Cameracen. Conſuet. monumentis, Rubr. De reſciſſ. Contract. Vnde ſoli demuntur minores annis, Mouentium venditores. Ex Molineo, ad Art. 86. Borboniæ Conſuet. Et ad §. 73. Caſtronouanæ Carnutum. Nec diuerſè pronuntiatum à Senatu poſtridie Kal. Apriles An. 1526. victore Corbino adoleſcente, qui in pretio coëmptæ Mulæ circumſcriptus fuerat. Sicuti à Rebuffo memoriæ traditum eſt. Verùm enimuerò fundorum alienatio vſquequaque reſcinditur ſecundùm eum, qui minoris, dimidia iuſti pretij, illos diſtraxerit. Vulgata Romanorum Cæſſ. ſanctione. Qua tamen lege, alienata reuocantur, quæ inſignia ſunt maximíque pretij Mobilia. Ferron. ad. §. 20. De Feud. In Burdigal. Conſuet. Talia ſiquidem rebus ſoli adſcribuntur, opinione quorundam. Bart. in l. Sciendum. D. qui ſatiſd. cogan.

Rothomagenſe Areſtum die. 14. Iulij. 1575. Cui noua conformis, Neuſtriæ lex, §. 96. 97.

Lib. 2. de Leg. And. Tit. 4. art. vlt.

Ordonnances de la Iuſtice & Police de Mets & pays Meſſin.

PRÆTEREA Mobilium in rerum pigneratione non ſeruatur 3
ordo hypothecarum apud Municipes Galliæ plurimos, nedum Pariſienſes. §. 170. & 178. ſuar. Leg. Normanis exceptis, quorum hypothecariam in hoc genere Formulam, ab Ritu patrio, amplexa eſt Curia ſumma Rothomagenſis. Decretó pridie Idus Quintiles An. 1575. ex altercatione Iacobi Bretinerij, aliorúmque Fauuelli cuiuſdam creditorũ. Quod in Lugdunenſi etiam Municipio procedere, docuimus alio loco: Et Mediomatricum ciuica Lege quadantenus cuſtoditur. §. 38. Chirographarij creditoris diuerſa cauſa eſt, (apud Neuſtrios illos, & Lugdunenſes): cui nimirùm, vtrobique, niſi alios præcurrenti in capiendis pignoribus, minimè ſubuenitur, nec competit exigendi debiti prærogatiua, niſi vigilanti, priúſque pigneranti bona debitoris. At verò, in fundis hypothecæ nexis, potiores habentur vbique Regionum, qui alios conflati æris alieni tempore antecedant.

Mobilia corpus ſequi, generale in Gallia. Molin. ad §. 6. Conſuet. Inſulanæ, Flandricæ. Iuxta Baldum in l. Nobiliores. C. de commer.

Iuſtitiarius quiſque Dominus Mobilia vacãtia capit, in ſuo Territorio iacentia, licèt defunctus eorum proprietarius alibi degeret, ac ſub Iuridico alterius Dominio. De Baſtardi bonis, ſecus, queis ſuccedit tantùm is, in cuius territorio ille natus, moratus, & mortuus ſit, ab multiplici Galliæ Conſuet. Vt dicemus. l. Tit. 3.

RVRSVS mouentia, lege reguntur domicilij perſonæque 4
Poſſeſſoris, nulla ſitus ipſorum ratione habita. Saluo eo, vt ſi in priuati bona Fiſcus ſuccedat, fiſcalis quiſque Dominus res mobiles probè occupet in ſuo iacentes Territorio: etſi defunctus alibi larem, ſedémque domicilij collocaſſet. Auctore Baldo, in l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. Alexand. in Reſpon. 31. Vol. 1. atque, ex noſtratibus I. Coss., Chaſſeneo, ad §. 16. Tit. De Manumortua, Burgun. Conſuet. num. 32. Indiſtinctè autem, res immobiles, legi obnoxiæ manent eius, qua continentur, Prouinciæ: Et vnius Fiſco regiunculæ, in qua ſitum habeant, adiudicantur. Sicuti concinnè diſtinxit Oldradus, Iuris Reſponſo. 17. ex §. ſi Iudex. De cleri. viol. pac. In Feud. Mobilium deinde poſſeſſor ſatiſdat: Immobilium, non ſatiſdat. Domitij Vlpiani ſententia, in l. Si fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum pro re mobili non ſit. Et Æmilij Macri leg. Sciendum. D. qui ſatiſd. cog. De re itẽ prædiaria, inſtituitur iudicium Vtì poſſidetis: de mobili, nequaquam, ſed huius vindicatio, re ſequeſtrò poſita, lite pendẽte. Vlpiani l. vn. D. Vtrubi. l. 1. §. illud vtiq;. De vi & vi armat.

Id

Digitized by Google

Id quod Francicos in Mores traductum, ait Maſuer. in §. item *caſus nouitatis* Tit. De poſſeſſorio. Dempta hinc vniuerſitate Mouentium, quam ea Regula non teneri, cenſuit Senatus pridie Idus Iulias An. 1537. Teſtante Rebuffo, Principalium Conſtitut. Interprete. Cui affine eſt Ius ciuile Pariſiorum, §. 97. Idem probandum de re ſe mouente, quæ immobili acceſſerit. Tunc enim, illius nomine, iudicio interdici poſſeſſorio, opinatur Maſuerius, vbi ſ. Iuxta Vlpiani reſponſum, l. 1. §. illud vtique Et §. ſequent. π. De vi & vi arm. l. ſi aliena. §. hoc iure. π. de vſucap. Cum Herennij Modeſtini leg. longè. π. De diuerſ. & tempor. præſcr. Qua itidem ratione propemodùm, decreuit Ordo Ampliſſimus, mobilium rerum donationem ſimul ac immobilium, forenſibus Actis inſinuandam vbiuis locorum, & vtroque bonorum genere donatorum inſpecto. Areſtis ſolennibus Natalis Dominici. An. 1573. Conſtat porrò, fundorum poſſeſſionem retineri animo poſſe: mouentium, non poſſe. l. Licet. C. De acquir. poſſeſſ. l. 1. §. Nerua filius. l. ſi rem mobilem. π. eod. Cui patrius Francorum Vſus non refragatur, aſſertore Maſuerio, in §. item nota. Tit. de poſſeſſorio. Exin Pannonum Conſuetudo ſcripta, *Poſſeſſionarij* iuris vocabulo, immobilia quæque deſignauit. In re tamen mobili quoque, obtinet Poſſeſſoria condictio ex lege Delphinatium, edita à Vilhelmo Area, Prouinciæ Rectore, 3. Nonas Nouemb. An. 1408. Vt Vido Papæ placuit. Quæſt. 212. Cuiuſmodi *Delphinalis Statuti*, quod ſuis ille Annotationibus Papa inſigniuit, verba ſic referuntur. SI QVIS PER LITERAS IVDICIS, AVT CONSENSVM PARTIS POSSIDENTIS, IPSAVE TACENTE, PER DECEM DIES INGRESSVS SIT FVNDI POSSESSIONEM, EAQVE POSTEA DEIICIATVR, TVNC IVDEX, SVMMARIO EXAMINE TESTIVM DE SPOLIATIONE ILLA PRÆHABITO, POTERIT SPOLIATVM IN POSSESSIONEM INAVDITA PARTE REMITTERE. Quo de Statuto vberiùs agitur, Vidi Papij Deciſ. 37. & 38.

Areſtum Curiæ Pariſ die. 14. Iulij. 1537. Tomo 2. Ordinat. regiar.

S. Conſultum die. 23 Decemb. 1573 inter Ioh. Belnardũ, procuratorem in Curia, appellantẽ à Sententia Requeſtarum Palatij, & Ioh. Gaſtellum, iiſque conſortes, intimatos.

Ex tripartito Opere Iuris Conſuetudinarij Hungariæ, Latinè ſcripti & publicati. An. 1490.

Statutum Delphinale. 3. Nouemb. à Gulielmo de Area, Gubernatore Delphinali conditum, & à Guidone Papa, peculiari Commẽtario expoſitum.

5 HEBRÆIS quondam in Gallia nil comparare licuit, præter res ſe mouentes. Gratianopolitana Papij Deciſ. 395. Idque iuridicos Neuſtriæ Conuentus olim decreuiſſe, innuitur tali Sententia apud Cadomum lata, An. 1222. IVDÆI NON POSSVNT EMERE TENEMENTA, APVD S. PETRVM SVPER DIVAM, INVITO ABBATE, DOMINO VILLÆ. In Delphinatibus tamen, Principis indulgentia poſteriore, libera fit iis rerum etiam ſoli emptio atq; commercium. Vt eſt apud eundem Papium, Deciſ. ſupradicta. Angliorum porrò, & Thuringorum Lex, de hæreditate ſanxit parentis maribus orbi, in hanc phraſin. SI FILIVM NON HABVIT, QVI DEFVNCTVS EST, AD FILIAM PECVNIA ET MANCIPIA: TERRA VERÒ, AD PROXIMVM PATERNÆ GENERATIONIS CONSANGVINEVM PERTINEAT. Tit. 7. Sic quadantenus Hungarico More comprehenſum eſt,

In Scacario S. Michaëlis, à *Caën, en Normand.*

Lib. Legis Salicæ, Ripuariorum, Aleman., Boioar. &c.

CONCAMBIO BONORVM QVANDO PECVNIA ADDITVR, FILIÆ HABENT PARTEM, IN PECVNIA TANTA: IN IPSIS VERÒ BONIS CONCAMBIATIS, NON. Hûc ſpectant quæ alio Opere memorauimus, Regias puellas ad mobilem parentum hæreditatem vocari, immobili autem excludi. Secundùm hæc, Iure prouiſum fuit Chauniaco Veromanduorum, Andegauo, Cenomano: ne, mobili re, dotata fœmina, nobilis præſertim, vrgeatur poſtmodùm à cohæredibus ad dotis collationem. Quò vergit Neapolitani Senatus placitum de mobili inæſtimato, quod doti dictum ſit: id ſcilicet poſteà conſumptum, nec in commune relatum, minimè ſorori obſtare, in herciſcunda cum fratre familia. Matthæi Deciſ. 247. Siculis pariter Conſtitutionibus, ſola publicantur damnatorum bona mouentia, liberis ipſorum patrimonio relicto. Tit. *De pœna foriudicatorum, baiulo dando filio eorum.* Nec diſſimili modo, apud Andes, Cenomanos, Cameracenſes, rediguntur in Fiſcum mobiles res criminoſi: immobiles, legitimis hæredibus addicuntur. Cæſareo itidem Friderici. 1. Edicto cautum, mouentia, publico: immobilia hæredibus eius adplicari, qui violatæ pacis reus, iudicium ſubterfugerit. De treuga & pac. §. Si verò violator pacis. De clericis demùm, noxæ damnatis bonorum commiſſoriæ, tritus fertur hic Galliarum Mos ab Oldrado I. C. vt illorum quidem res ſe mouentes, Epiſcopis: immobiles, profanis locorum Iuridicis dominis committantur. In Reſpon. 17. Quem tamen vſum ritúmque poſterior ætas obliterauit. I. Galli. Quæſt. 290.

Lib. 3 De Doman. Franc. Tit. 4. art. 3.

Art. 19. Chauniacæ Conſuet. repoſitæ An. 1510. Andega. Leg. §. 242. 243 Cenom. §. 259. & ſeq.

And. Conſ. §. 142. Cenom. 157. & Cameracen. mandata ſcriptis An. 1574.

PRO Feudalibus beneficiis vindicari nequeunt res mobiles: 6
quia dominium penes vnum, & perpetua poſſeſſio penes alterum eſſe non poteſt, quùm vſu tandem conſumantur. Aſt res ſoli, ſolóve cohærentes licitè conceduntur beneficij nomine. Lib. 2. Feud. in princ. Mouentium, ad hæc, nullus fuit olim vſusfructus: quæ abuſu videlicet, non vſu continerentur. Nec debebat vtique Romana mulier, (ait Cicero) cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legaſſet, cellis vinariis, & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus enim, non abuſus, legatus erat. Verùm, S. C. poſteriùs facto, iis quoque rebus vti licuit ac frui, quæ vſu tollerentur vel minuerentur: modò caueret fructuarius, quandocunque is fato ceſſiſſet, eiuſdem qualitatis rem reſtituiri. l. 1. l. ſi vini. ff. De vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. Huic tractatui vicina lex Gentilitiæ redemptionis auitorum bonorum ſeu paternorum: quæ ad mouentia non producitur: in quibus nempe, Maiorum ſtemmata haud perpetuò hæreant, ſed gentis familiæque veſtigia paulo momento euaneſcant. §. 144. Pariſien. &. 8. Inſulanæ Belgarum Conſuetud. Maſuer. in §. 1. De Retractu. Verſa vice, condicunt agnati permutatos fundos cum annulis, equis, aut mobilibus eiuſmodi. Boër. ad §. 1. De retract. in Conſuet. Biturig. Pari modo,

Tull. in Topic.

Retraict lignagier.

Biens meubles ne tiennent coſte ne ligne. Couſt. de L'Iſle.

Digitized by Google

modo, pecuniæ mobilis donatio propter nuptias alieniſſima eſt à
Dotalitio prædiorum, Moribus introducto. Illa enim, hæreditate
redit ad filiorum in mobilia ſucceſſores: Iſtud, contrà, ad agnatos
omninò, & paterni hæredes patrimonij. Art. 259. Legis Pariſio-
rum. Mulieri necnon ſecundas ineunti nuptias ſaluus manet vſus-
fructus immobilium, à priori viro donatorum. De mobilibus haud
ita, niſi, ſumpto arbitro, æſtimata fuerint, eorúmque nomine
prædes ac ſponſores adhibiti. l. 6. §. his illud. C. de ſecund. nupt.
Quod tamen patrio Franciæ Ritu temperatum eſt, matrémque,
filio in paterna mouentia, proprietate ſuccedere, iudicatum, etſi
nuptias ea repetiiſſet. Decreto Lutetianæ Curiæ, 19. Kalend. Se-
ptéb. An. 1575. ad prouocationem ex inferiore Pictonum Marchia.
Inter Mathurinam *Brunchault*, quæ mobilem filij hæreditatē adierat,
& Ianam *de Pinconnes*, defuncti germanam, quæ cauſa cecidit. Libe-
ros certè inter ipſos, duriuſculam audio Germaniæ Conſuetudinem
inoleuiſſe apud Martpurgum Cattorum, ſeu Heſſorum: vbi, ex
primo nati coniugio, immobilia auferunt omnia: ſecundi, mo-
uentia duntaxat, hæreditario iure. Vt Ioh. Ferranus Montan. e-
narrat, Legum Profeſſor Martpurgenſis. In §. ex non ſcripto. In-
ſtit. De Iure natur. gent. & ciu. Iuſtinianus inſuper fœnus admi-
ſit pupillaris pecuniæ, ac ſubſtantiæ, quæ tota mobilis foret: im-
mobilis verò, prohibuit. Authent. Nouiſſimè. C. de adminiſtr.
tut. Anteriùs etiam ſancitum fuerat à Theodoſio, Arcad. & Ho-
nor. Imppp. Mouentium, quæ erogarentur Honorarij titulo, tradi-
tionem valere ſine ſcriptura. De re prædiaria, ſecus, in qua alteri
6 mancipanda eodem titulo, obſignatis tabulis opus eſſet. l. vn. Cod.
de ſuffrag. Speculat. in §. fertur. Tit. de ſalariis.

Doarium vnius ſummæ pecuniariæ, quid differat a Cōſuetudinario.

Senatus Areſtum die. 14. Auguſti. 1575. in Patria Conſuetudinaria non ſeruari legem. Fœminæ § illud. C. de ſec. nupt.

Martpurgenſis huius Conſuet. meminit. Car. Molineus, ad §. 39. Montargiuæ Legis Municip.

7 AD Caſtrenſem diſciplinam pergamus, de bonorum delectu,
quæ Bellico iure hoſtis occuparit. Res mobiles ſi in bello capiantur,
in præda ſunt, & publicantur, Antiſtij Labeonis l. ſi quid bello. De
captiu. Immobilia verò applicantur iis, qui antiquiorem cauſam
habeant. Sexti Pomponij leg. Si captiuus. §. 1. eod. Tit. Atque hæc
idcircò, iure poſtliminij ad priores dominos reuertuntur: illa, pe-
nes occupantem prædæ nomine permanent. Legib. ſupraſcriptis.
Planè in caſtris Iudiciorum, diſciplináque Fori, ſatis fuit Norma-
nis quondam litigatoribus, fundorum oppigneratione ſummatim
iudicata facere. Sed in Francica ora citeriori, damnatis neceſſum
erat, mobili pignore dato, parere iudicantis ſententiæ imperió-
que Magiſtratus. Sicuti Areſto Pariſienſi deciſum refertur, I. Galli
Quæſt. 378. Iſthîc aduerte obiter, mobili quidem in pignore, pa-
ctum à maiori parte creditorum in gratiam communis debitoris,
obeſſe minori: ſed in hypotheca rerum ſoli, non obeſſe. Vt Diui
Marci Reſcripto notatum ait Domitius Vlpianus. l. 10. ✠. De pact.
Similiter Diuus Pius cum filio iuſſit, in vendundis ob æs alienum
pignoribus, mobiles res & animales priùs diſtrahi: ſi non ſuffice-

Mobilia, in bello captæ.

In Normania, ſufficit manum munire de hæreditagiis: in Francia, de mobilibus.

Hypothecariis creditoribus non nocet remiſſio partis debiti facta à maiori parte aliorum chirographariorū. Secus in dilatione ſimplici ab iſtis cōceſſa. Bart. & Alber. in l. Reſcriptum. Et Alexand. in l. Iuriſgentiū. §. hodie. D. de pact. Afflict. in Neapol. Deciſ. 288.

Digitized by Google

rent, etiam ſoli pignora capi. l. 15. §. 1. ff. de re iudic. Quem hodie quoque ordinem pignerandorum bonorum obæratì retinuit Franciscus Vſus, ſecundùm minores. 25. annis. Nec Belgicæ etiamdùm Galliæ prædia ſubijciuntur haſtæ præconis, inſtantia creditorum, ante excuſſas res mobiles obligati, aut excutiendarum certè diligentiam ab Apparitore præſtitam, Obligatorias tabulas exequente. Vt Cæſareo Karoli. 5. Edicto cautum fuit poſtridie Idus Decembres. An. 1546. Cap. 115. At Delphinatibus Allobrogum ſtatuta Lex vetus eſt liberæ ac promiſcuæ immobilium prehenſionis, nedum mobilium, in cauſam iudicati. Gratianopolitana Vidi Papij Deciſione. 281. Longè aliter ac Iberico Tarraconenſis Regni Iure prouiſum tradunt, quod nec vllam quidem mouentium ſe bonorum pignerationem admittit. Martino Montero teſte, in Aragonia Deciſ. 26.

Entre les Ordonnances de la Gouuernance d'Arras, faictes à Bruxelles. Die. 14 Decēb. An. 1546.

Delphinale Statutum.

M. Monteri à Cueua, Deciſiones Regiæ Audientiæ cauſarum ciuilium Regni Aragoniæ.

FRANCICORVM vtique ſacerdotum ſupellectili, Mouentibus-ve aliis manum inijcere publicam, ius non eſt creditori. Philippino inſigni priuilegio, cuius formula habetur eiuſmodi. ITEM VOLVMVS, QVOD SI MANDAVERIMVS, BONA ALICVIVS PRÆLATI VEL CLERICI CLERICALITER VIVENTIS CAPI, SEV AD MANVM NOSTRAM PONI, VIRTVTE MANDATI NOSTRI BONA EORVM MOBILIA NON CAPIANTVR, SAISIANTVR, NEQVE DOMVS EORVM DISCOOPERIANTVR. Quo de Iure ſingulari ſacris addictorum, viſitur priſcum Curiæ Conſultū, An. 1276. in Lib. 3. Olim, aliúdque prolatum An. 1386. apud Ioh. Gallum, Quæſt. 74. De illóque, Nos vbertim, Lib. 3. Eccleſiaſt. Politiæ. Parciùs autem Veneti, Eccleſiaſtico hoc vtuntur priuilegio, nec Clerum mouentia ſua oppignerare vetant, auctioneuè diſtrahere ob æs alienum, præterquàm Diuino cultui purè ſacrata. Ex S. Conſulto. 6. Kal. Nouemb. An. 1412. In conductas tamen à noſtratibus Clericis Ædes inuecta, pignori obligantur propter penſiones. Vt vult Molineus, ad §. 258. Bleſen. Conſuet., ac Stampenſis. 148. In ídque, expromptum voluimus Senonum Morem ſcriptum, Art. 262. Mobilia inſuper Templis dari, legari, ſiuit Imperator Fridericus. 2. Siciliæ Rex: at ſtabilium bonorum in Eccleſiam tranſlatitio Pacto interdixit. Neapolit. Conſtit. De reb. ſtabilib. non alienand. Eccleſijs. Vice verſa, Eccleſiaſtici Collegij mobiles res liberè abalienantur, nec vllis ſacrorum Canonum ſolennibus adhibitis. l. Iubemus. 2. vbi Bartol. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Innocentius ad Cap. relatum. De teſtam. Qualiter & impuberum mouentia væneunt citra Prætorium decretum: patrimonia, non æquè. Tit. Quan. decr. op. Et Tit. De præd. min. Vniuerſim autem, Saxonica Lege, immobilis rei alienatio inhibetur abſque propinquorum aſſenſu: Mobiles, contrà, diſtrahere, cuius licitum, quandiu gladio accinctus & clypeo, 8

Regium Philippi. 4. in Eccleſiaſticos priuilegium.

S. C. antiquioris verba, De Clericis obligatis ſub ſigillo Regis, compulſio ad Regem ſpectat, non ponendo manus in Clericis, vel in Mobilibus eorū.

Tit. 2. Art. 2.

Venetum Cōſultū, (in Volum. Statutorū Venetor.) die. 27. Octob. An. 1412. Quòd Mobilia hæc Eccleſiaſtica, libri, calices, cruces, vel aliqua paramenta Eccleſiarum, aliæuè Argentariæ pignerari nequeant pro mutua pecunia, nec aliquo modo alienari.

Hinc clericos demito, qui, ne ſoluāt debita, priuilegio abutuntur: Vt is qui in fraudem Iudicati, ne poſt quadrimeſtre vinculis ſoluere cogeretur, ſacerdos fieri curauit. Quem ideo Senatus iuſtè incarceratum decreuit die. 21. April. 1597. Roillarto, Anton. Regnardi, presbyteri cauſidico, & Beſnardo, Iac. *Fede* intimati.

clypeo, militarem in equum inſilire ſuapte vi potuerit. Speculi Saxon. lib. 1. Non aliter, ac Curiæ adſcriptis fas erat, Theodoſiano edicto, ſua de re mobili pro arbitrio ſtatuere: De immobili, non item: eius præſertim gratia & commodo, qui curialis non eſſet. L. vn. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod. Hæc, de viuorũ quidem pactionibus. Teſtanti porrò ampliùs eſt de mobilibus, & quæſtu permiſſum, quàm de rebus ſoli, quæ hæreditate conſanguineorum ei obuenerint, ab Gallico Ritu Prouinciali. Art. 292. 293. 295. Pariſ. Cõſuet. Eodem Francicarũ Ciuitatum Iure proprio, vteruis parens in mobiliũ aſſem liberis ſuccedit præmorientibus abſque ſobole: Immobilia verò maiorũ prædia, à liberis ad parentes non aſcendunt. §. 311. & 312. Leg. Pariſ. Quinimò in Belgicis Galliæ noſtræ finibus, ſuperſtiti coniugum nobili defertur Mouentium vniuerſitas, vt plurimùm: immobiles autem quæſtus, communi diuidundo iudicio ſcinduntur, inuicémque diſtribuuntur. Quali de More, ſpeciatim Rota Romana, Deciſ. 842. in Antiq. Reliquo item in Belgio, cui dominatur Hiſpanus, vxor vulgò lucratur mobilia vniuerſa, quorum, muliebris hic ſexus, capax extiterit. Louanij putà, Namurci, ac Eburonum Conſuetudine, quam recenſet Petr. Peckius, Senator Mechlinienſis. Lib. 2. De Teſtam. coniug. Cap. 1. & 15. Talem vxoriæ ſucceſſionis in ſupellectilia viri Morem, extantibus quoque liberis, commendat Rota Apoſtolica, Deciſ. 476. In Antiq. Et Aymo Crauetta, Reſpon. 30. Denique mobilium vilitas ſupellectilium oſtenditur Bartoli dicto, in l. quod ad patris. De Murileg. Lib. XI. Cod., eorum nempe rationes editurum, quæ Repertorio ſolenni inſcripta ſupellectilia ſint, neceſſe non habere, conſumpta ipſa probare diſtrictè, ſed temporis lapſu probabiliter corrumpi potuiſſe. Quod Alexandro pariter viſum fuit, Reſponſ. 45. Vol. 1.

Art. 51. — Curialium res. — *Propres ne remontent:* Præter res donatas. Art. 313. — Senliten. Conſuet. §. 146 Veromãduæ, 20. Treceñſis, 85. Caluimontanæ, 67. &c. Quibus ſimilis eſt Pariſienſis, de mobilibus extra Vrbem ſitis. §. 238. — *Louuain, Namur, Liege.*

9 VNDE liquidò patet, mouentia ſe, à rebus ſoli, in multis Iuris articulis, diſcrepare. Verbi cauſa, nuptialibus tabulis conuenit, vt res mobiles, ac ſoli quæſtus, qui in matrimonio fierent, coniugibus inter ipſos communes forent. Ea in ſpecie, res duntaxat prædiariæ, quæ ab illis poſtea comparabuntur, non quæ partæ ſint ante coniugium, veniunt in ſocietatem. Aſt mobilium omne genus vtrique communicatur: ſiue cœlibi antea, ſiue coniugi quæſita ſint. Vt eleganter Molineus diſtinxit, ad §. 27. Burgundæ Sequanorum Conſuet. Cuius opinioni adhæſit Senatus Pariſien. ex facto propoſito inter Ianum Fraguerium, litiſque conſortes: & Nicol. Leonem, eorum vitricum. Decreto. 6. Kalend. Nouemb. An. 1593. Senatore Fleurio, litis inſpectore. Mobilis, ad hæc, res furtiua, publico emptori auocatur à domino, qui pretium refundere illi paratus ſit: Tholoſatium more ac inſtituto, Rubrica, de emptione & venditione. Secus in fundo ſub haſta vendito, cuius proprietarius, minimè auctionalibus præconiis

Mobilium, & Acqueſtuum in matrimonio faciũdorum ſocietas non excludit mobilia præſentia, vel anteriora, ſed acqueſtus tantùm reſtringit ac limitat. — Comitatus Burgundiæ Mos ſcriptus iuſſu Philippi. 2. Burgund. Ducis An. 1459. — Areſtũ Curiæ, Die. 27. Octobr. 1593. — Tholoſana Cõſuet. recognita & mandata literis, Die 3. Febr. An. 1285.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Edictum des Criées.

Andeg. §. 235. & 326. Cenom. §. 254. Turon. 237. Amb. 91. 92. Bolonienſis, 123. Borbon. 316.

Camera Apoſtolica ſpoliis Clericorum ſuccedit.

In Antiq.

Bollata charta die. 8. Febr. 1551. de bonis vacantibus morientium ſacerdotum.

Areſtum Curiæ, *apres Turbes faictes*, quòd Mobilia capiens in vim Conſuetudinis, vel ex contractu relato ad Conſuetudinem, non tenetur ſoluere debita: Niſi ad ea ſoluenda, per Conſuet. obligetur.

interceſſerit. L. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pign. & Principali ſanctione Francica de proſcriptis bonorum auctionibus, An. 1551. Rurſus mobilium hæres, donatarius, aut legatarius defungitur paſſim ære alieno hæreditario: ne fundi laréſque auiti, extra gentem ac familiam præcipiti licitatione traducantur. Andegaua ſcilicet lege, Cenomanorum, Turonica, Ambianorum, Boloniæ maritimæ, Borboniorum. Conſimile Ius Louanij obtinere, dicit Nic. Euerardus, Mechlinienſis Senatus Præſes, in Conſil. 50. Ita ſuccedens in peculium clerici Pontificius Fiſcus, tenetur peculiaribus creditoribus reſpondere: ſed cum aliquo certè temperamento. Si enim ille, Templi regimini præfectus fuiſſet, tunc eius, in rem Eccleſiæ modò verſa, nomina debitáque exolueret nouus Templi ſacerdos: Sin minùs, vndecunque profecta, peculio tenus lui oportet à peculiarium bonorum poſſeſſore. Vti argutè diremit negotium Rota Romanæ Aulæ, Deciſ. 856. De probat. & 865. De teſtam. Quanta autem ſit ſucceſſorij iuris eiuſmodi obuentio apud CELSISS. SEDEM, indicat haud dubiè ſacrum Iulij. 3. P. Reſcriptum ſexto Idus Februar. An. 1551., hoc titulo. *Deputatio Collectoris generalis Spoliorum, ad Cameram Apoſtolicam pertinentium in tota Italia*. Ex Lib. Romano, qui inſcribitur: Collectio diuerſarum Conſtitutionum & Literarum Rom. Pontif., à Gregorio. 7. vſque ad Gregorium. 13. Cæterùm ſi nudo ex Pacto, Mouentium vniuerſitas cuiquam addicatur, non peculij iure, hæreditario, aut meræ largitatis, ei tùm minimè onus incumbit debiti æris penſitandi. Quemadmodùm à Lutetiana Curia deciſum perhibet Molineus, ſecundùm Iſabellam Chabotiam, Cricei Dynaſtæ viduam mulierem, aduerſùs Franciſcum Fondettum Karoli Tourpini Cricei curatorem, ad §. 268. Turonicæ Leg. Ecquid iam de vidua, mobilium purè donataria, patriíſque Moribus ea, vti ſuperſtite, occupante? Nûm quæ æri alieno propterea obſtringitur, ſola priuignæ dotem cautam à defuncto præſtare compelletur? Primo quidem intuitu, compellendam putes fortaſſis, quùm dotales nummi mobilibus adnumerentur, conceptíſque in perſonam nominibus, queîs liberari hæredem à mobilium poſſeſſore expediat. Aſt mihi æquior viſa contrariæ partis ſententia, dotale aurum, à vidua coniuge, pro modulo duntaxat mobilium fortunarum, priuignæ appẽdi debere: inſpecto videlicet cumulo paternarum facultatum. Nec ènim dos, merè mobile exiſtimatur debitum, ſed patrimoniale, & ex vniuerſo parentis patrimonio delibandum: quaſi hæreditarij Aſſis prærogata vncia, ſeu quæ legitimæ portionis hæreditariæ vicem obtineat. Zenonia leg. Quoniam Nouella. Cod. de inoff. teſtam. l. cùm poſt. §. gener. l. quæro. ff. de Iur. dot. l. ſi filiæ pater. ff. de legat. 3.

Dos, ipſius filiæ proprium patrimonium eſt. l. 3. §. ſed vtrum, in fin. ff. de minor. 25. ann.

Vtrius lex domicilij, in exigendis debitis, ſequenda,

VICE etiam verſa, mobilium donatario competunt nomina 10
debitorum, quaſi mobilem ad rem ſpectantia: Quippe quùm

eiuſmodi

eiuſmodi iura & actiones, mobilium nomine cenſeantur. Gloſ. in Authent. De nō alienan. §. 1. Bartol. in l. 1. Cod. ſi aduerſùs tranſact. Maſuer. in §. Item nomina ſeu debita. Tit. de ſocietat. Quod Normanicis Moribus nuncupatim præſcriptum fuit. An. 1583. Rubr. Quænam res mobiles, immobileſve dicantur. Sed quia ſingulorum Municipiorum ſingulæ diſtinctæque habentur Leges, dubitatum fuit, an chirographa & cautiones debitarum pecuniarum, Lege regerentur domicilij creditoris ſeu donatarij mobilium, quaſi mobiles etiam ipſæ: an verò Regionis, in qua, conflatum debitum, & luendum eſſet. Nodum hunc ſolue, ab vnius, aut diuerſi Imperij ſummi Prouinciis. Si enim Galli hominis debitor exter ſit omninò, Britannus putà Mercator, qui in Britannia Inſula æs alienum contraxerit, ibidem creditori reddendum: Eo caſu, debitoris nomen Britannico patrimonio annumeratur, nec alio Iure diſponi id ſinet, qui ſupremo dominatu bonis præeſt debitoris. Ex argumento Domitij Vlpiani, in l. 35. π. De hæred. inſtit. Ita Bartholom. Socynus expreſſim, de Anglo, mercium negotiatore, in Reſpon. 175. Volum. 2. Poſt Lapum, in allegat. 91., de Hetruſco mercatore ſcribentem, eiúſque debito ex mercimoniis ære in Italia liberando. Cui ſuccinit Alexandri Imolens. Reſponſum. 16. Lib. 1. At verò, ſi media in Gallia Lutetianus ciuis Aquitano mutuas dederit pecunias, Aquitanicum nomen Lutetiana Lege tractabitur, ceu mobile Pariſiorum, eáque Lege, creditoris hæredes inter ipſos diuidetur. Quippe quùm debitorum nomina perſonis adhæreant creditorum. L. quis ergo. π. De pecul. l. ea verò. D. pro ſoc. Art. 348. Pariſ. Conſuet. Quoties tamen paciſcentium verbis, aut teſtatorum, mobilia loco circumſcribuntur ac ſitu ipſo, ea tunc nihilò ampliùs interpretatione trahūtur ad Iura inſtrumentáque debitorum, quàm ad æs circumforaneum. Sicuti de vtroque genere ab Æmilio Papiniano reſponſum eſt, l. Gaius. D. de leg. 2. A Serbidio Scæuola, de vſufr. leg. l. generali. §. vxori. Ab Vlpiano, l. ſi fideicommiſſum. §. 1. π. de Iudic. A Sal. Iuliano, l. huiuſmodi. §. Legatum. π. de Legat. 1. Ab Ælio Martiano, l. qui ſaltum. l. ſi chorus. l. ſi fundus. §. 1. A Cæcilio Proculo, l. ſi ita legatum D. de Legat. 3. l. cùm de lanionis. §. Sabinus. π. De inſtruc. & inſtrum. Rectè igitur M. Tullius, ſi vxori vir legaſſit omne argentum, quod ſuum eſſet, haud idcirco, quæ in nominibus fuerint, legata eſſe. Multùm enim refert, in arcâne poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur. Infit ille.

creditoris, aut debitoris, an vbi ſoluendum debitum.

Debitorum reſpectu, vel hæredum ipſorum, æs alienū, non eſt certi loci nomen, ſed vniuerſarum facultatum: Niſi oneribus annuis deſtinatum ſit certi loci patrimonium, vtpote alimentis, tributis, &c l. ſi fideicommiſſum. §. tractatū. π. de Iudic.

Nomina debitorum reſident in perſonis creditorum. Barthol. Socyn. in Conſil. 180. Vol 1.

In Topic.

11 QVIDNAM verò de duplici Mobilium poſſeſſoris domicilio, cuius dein hæreditatem fratres partiantur? Vtputà Cenomaniæ Epiſcopi, Galli, Romam ſeriatim emigrarunt, Bellaius, & Ramboilletus Cardinales. Qua in Vrbe, diutino incolatu contracto, è viuis demum exceſſêre. Mox hæſitatum fuit, fratrum nécne primigenio, mouentia defuncti vniuerſa, Lege obueniſſent Cenomanorum, an iunioribus ſimul viritim deferrentur, Romani Lege domicilij poſte-

Maximus natu nobilis, mobilium ex aſſe hæres. Cenom. Conſuet. art. 251.

Digitized by Google

rioris. Iuniores enim obnixè contendebant, prius Epiſcopale domicilium, noua rubri Galeri aſſumptione mutatum, traductúmque Togatam in ciuitatem, Senatoriæ dignitatis acceſſione, exiſtimari. L. Municeps. D. ad Municip. Quippe & Romani Senatores priſci, qui immorabâtur Prouinciis aliquando, Romæ domicilium nihilo ſeciùs retinebant. Leg. penul. Cod. De incol. Leg. 2. C. Vbi ſenat. vel clariſſ. Longè ergo firmiùs idipſum de Gallo Antiſtite credendum: Quo purpuratorum in ordinem Patrum allecto, vacarit Epiſcopalis ſedes domicilij prioris: quíque etiam, adita Roma, neceſſarius collega Romani Senatus, nedum ciuis Romanus, euaſerit. Ex facto tamen ita agitato conſulti reſpondimus, vnà cum Verſorio, forenſi Patrono diſertiſſ., familiarem Cenomaniæ larem aliò tranſlatum non videri: quem defunctus, ab ſacra eius Diœceſeos Præfectura, ſemel conſtituiſſet. Nouo quidem titulo ac purpura Cardinalitia, Pontificalem euanuiſſe titulum anteriorem, quùm vtriuſque mixtura piis Canonibus improbetur: ſed Pontificatus huiuſce commendationem titulo protinus ſucceſſiſſe: qualis apud Gallias commendatio Sacerdotiorum perpetua, iuſto Præſulatus iuri adæquaretur. Nec Francicis Magiſtratibus ferendum, mobiles res Francicas, peregrinis ſtare Moribus, exoticæq; Legibus Ciuitatis. Nam, vt Vuiſigothorum Conſtitutio loquitur, ALIENÆ GENTIS LEGIBVS AD EXERCITIVM VTILITATIS IMBVI ET PERMITTIMVS ET OPTAMVS: AD NEGOTIORVM VERÒ DISCVSSIONEM, ET RESVLTAMVS ET PROHIBEMVS. Quoniam igitur viris prudentibus placuit, duobus locis poſſe aliquem habere domicilium, nil vetat, Francicas res mobiles Cenomano patrio, Romanas extero Iure ſuo tractari, adminiſtrari. Perinde ac ſi vnus Italicarum rerum, Prouincialium alter ab eodem hæres nuncupetur. Iuxta Vlpiani leg. 35. de qua ſuprà. l. ſi res mobilis. ff. de rei vindicat.

In varij autẽ quæſtione domicilij, de quo planè non liqueat, ſequendum originis domiciliũ. l. filij. §. Municipes. l. de Iure. §. vlt. D. ad Munic.

Vacatione Epiſcopatus, aperta Regalia eſt, per Epiſcopi promotionem ad Cardinalatum.

Commendæ Beneficiorum, in Frãcia, Tituli inſtar, perpetuæ.

Legis Vuiſigoth. lib. 2. Tit. 1.

L. aſſumptio. §. 1. D. ad Municipal.

SED, ne longiùs è noſtris Pariſiorum finibus digrediamur, ne- 12
gotiantes iſtîc aduenæ, haud ideo ſortiuntur ibidem domicilium: etſi ciuilia patrimonij munera ſubeant, publicéque indictas pecunias cum ciuibus conferant pro modo mercimoniorum ſuorum. Ita decernente Senatu Francico, poſtridie Martinalium An. 1282. ſecundùm Lutetianos Ædiles plebis, aduerſùs Italos mercatores, formula infraſcripta. AVDITIS HINC INDE PROPOSITIS, PRONVNTIATVM FVIT, QVÒD DICTI MERCATORES TRANSMONTANI PRO RATA EOS CONTINGENTE CONTRIBVENT IN TAILLIA IIS IMPOSITA A PRÆPOSITO MERCATORVM PARISIEN., PRO DONO A VILLA PARISIENSI NVPER NOBIS FACTO, ET TAILLIABVNTVR RATIONE MERCANTIARVM SVARVM. ET QVIA NON MORANTVR CONTINVE

Inter Areſta expedita in Feſto B. Martini, An. 1282. Parte. 7. Styli Parlament.

Digitized by Google

TINVE' PARISIIS ANIMO IBIDEM PERPETVÒ REMANENDI, SED RECEDVNT QVANDO VOLVNT, ET HABENT PLVRES EXTRANEAS SOCIETATES, QVÆ EX HOC COMMODVM REPORTARENT, NON GAVDEBVNT LIBERTATIBVS ET FRANCHISIIS VILLÆ PARISIEN. HOC SALVO, QVÒD SI ALIQVIS MERCATOR TRANSMONTANVS, CVM VXORE SVA, LIBERIS, ET FAMILIA, MORAM TRAHAT PARISIIS, NEC SPES SIT, QVÒD RECEDERE DEBEAT, NEC HABEAT EXTRANEAM SOCIETATEM, NEC SOLVAT VLTRA MONTES TAILLIAM, VEL ALIQVAS REDEVANTIAS SEV ONERA VILLÆ, GAVDEBIT LIBERTATIBVS ANTEDICTIS.

Qui autem literariæ Mercaturæ ergô, nõ quæſtuariæ, veniunt Lutetiam ſcholaſtici, nullo tempore, Statutis ciuitatis, quoad mobilia alibi ſita, illigantur: peculiaréſque Iudices habent. l. quæſitum. ff. de leg. 3. l. Seiæ. §. Tyrannidæ. De inſt. & inſtrum. Auth. habita. Ne fil. pro patr.

Si igitur Mercaturæ gratia in Ciuitate moretur quiſquam diutius, eiuſdem ſubiacet iuriſdictioni, opinione P. Caſtrenſis: ac ciuili eo Iure, mercatoris incolæ mobilia reguntur, diſpenſantur. Quemadmodùm Lutetiana Curia iudicio definiuit, Pridie Idus Sextiles An. 1583. de Mouentium hæreditate, ac mercimoniorum Canaij, Pariſien. Qui Tholoſæ, diu multúmque negotiatus, cœlebs obierat. Coniunx tamen, mercium negotiator, qui extra Pariſios habeat inſtructam familiam, cum vxore & liberis, non fruitur Regio mercatorum ciuium priuilegio: tametſi Lutetiam quadriennio incoluerit. Hoc quippe, Ædilitia ciuium Sententia, quaſi Plebiſcito, decretum, tradit antiquus Quaternio Vrbanarum Legum, manu exaratus. Philippo. 4. Francis iura dante. Cuius ſcriptura Libri, iſthæc continentur. *L'an de grace. 1291. Le Lundy apres les huitienes de la Chandeleur, perdi Renuche Eſpinel. 20. tonniaus de vin, qu'il auoit acheté au port de Greue en liaue d'vn Marchant de Ponz ſus Yonne, parce que le deuant-dit Renuche les auoit deſcendus ſur terre à Paris, & mis en vn celier, qui eſtoit Agate la Mareſchale, aſſis en la Cité, en la ruë aus feues. Et ce prononça Iehan Arrode à ce temps Preuoſt de la marchãdiſe de liaue de Paris, par le conſeil de bones gens de la ville de Paris, por ce que le deuant-dit Renuche n'eſtoit pas ſtationere ne reſidant en la ville de Paris, por ce que il confeſſa pardeuant ledit Preuoſt en iugement, que il auoit fame & enfans demourans en Lombardie. Et por ce n'eſtet-il pas tenus por ſtationere & reſidant à Paris, ſelonc le priuilege du Roy, que li borjois de Paris ont. Iaſoit ce que le deuant-dit Renuche auoit bien proué pardeuant led. Preuoſt, que il auoit demouré & fet reſidance en la ville de Paris par. iiij. ans paſſez. Et fu ceſte Sentence donnée ou Paloüer au borjois dud. Preuoſt, en preſence de &c. Herui, & Yuon, ſerjans du Palouër.*

P. Caſtrenſ. in l. 2. C. de Iuriſd. omn. iud.

Pariſ. Curiæ Areſtũ die. 12. Auguſti. An. 1583.

Cayer des Ordonances vieilles de la Ville de Paris, & de la Preuoſté de leaue.

De iure ciuilitatis Lutetianæ, tempore que ad eam quærendam neceſſario, Vide, 1. Lib. 2. Tit. De cuſtodia nobili, & ciuili, Art. 3.

Parlouër aux Bourgeois.

13 HACTENVS mouentium ſe diſcrimen, rerúmque ſoli multiplex recenſuimus: Nunc quid illarum nomine, vel iſtarum, intelligatur Francico More, exponamus. Triplex bonorum genus conſtitui poteſt, mixtam ex ambobus naturam conditionémque ſpirantium. Alia per ſe mobilia, perpetuis fundi vſibus deſtinantur: Alia penitiùs cohærent ſolo, tametſi res ſoli neutiquàm exiſtant. Tertia

Digitized by Google

Artilleries, faucommeaux, pouldres, ſouffre & autres munitiõs de guerre eſtãs ès Fortereſſes pour la fortification d'icelles ſont reputez immeubles, & de la nature du Chaſteau.

Item *les Liures & ornemens de la Chapelle du Chaſteau, reputez immeubles, & n'appartiennent qu'à l'aiſné.* §. 97. Ambianę Cõſuet.

Niuernois.

Lotharingiæ Conſuet. (*ès Bailliages de Nancy, Voſges, & Allemagne*) *l'Artillerie, piece de fonte, arquebuzes à croc, & de guerre, & toutes autres Armes pour deffenſe de Chaſteaux & maiſons de Gentilshommes, ſont reputez pour immeubles.*

Die. 6. Iulij. An. 1392.

Threzor des Chartes.

In Summa Rurali.

ſpecies eſt propriè mouentium, & à ſolo diſiunctorum. Prima in ſerie locantur bellicæ Arcium machinæ: quæ ideo immobiles habentur, quòd ad tutelam loci vſquequaque pertineant. Vlpiani l. quæſitum §. ſi domus. π. De inſtruc. & inſtrum. Hinc, alienato Caſtro, cedunt Martia eius munimenta, & arma, tanquam neceſſaria tali rei fulcimenta. Oldradus nuncupatim, Reſponſ. 163. Quam in ſententiam coëunt Galli Municipes ferè omnes. Veromandui putà, §. 102. Rhemi. 23. Turonenſes, 227. Ambiani, 97. Borbonij, 286. Sedanij, 27. Bituriges, Cap. 4., Nouiodunenſes ad Ligerim, cap. 26. Legum ſuarum Prouincialium. Præter ea, quæ in hoc argumentum citat doctiſſimus Senator Lutetiæ noſtræ, Tiraquellus. In §. 1. Retractus linearis Pictauenſium. Nihilum ab iis diſſidet Lotharingius Mos, (de Bellicis eiuſmodi inſtrumentis), Art. 23. Rubr. De cenſib. Ob id quoque, Rex Karolus. 6. Lodoico fratri mancipauit, cum Aureliorum Ducatu, militares Machinas, quæcunque Regionis Arcibus eiuſce continerentur: Vtì Lodoicus viciſſim Turoniæ principatum, Regi, cum munimentis Arcium, remanciparat. Diplomate memorabili pridie Nonas Quintiles An. 1392. quod arcanis Imperij huius Scriniis intermixtum euoluimus. Nec multò pòſt, Butelerius Karoli. 6. Conſiliarius ſcripſit de bellicis caſtrorum fulcimentis, hoc modo. *Engin & artillerie de Fortereſſe, ou de maiſon, & les pierres appartenans à l'engin, ſont heritage.*

Moulin à vent, & à eauë, Preſſolier edifié en vne maiſon.

Molæ inſuper, torcularia, & id genus alia, quæ in æ- 14
dificiis ſunt, ædificij eſſe videntur Antiſtio Labeoni: quamuis minimè affixa, modò perpetui vſus cauſa, in ædibus poſita, ſint. l. 17. §. antepenult. π. de act. empt. At Pariſienſi Conſuetudine ita demum immobiles res cenſentur Molæ, Torcularia, Ædiúmque inſtrumenta reliqua, ſi terræ fixa ſint, eóque ſtructili opere concluſa, vt inde auelli eximíque integra non poſſint. Art. 90. Idem Nouioduni ad Ligerim More ſancitum (§. 8. De reb. mobil.) Et Lotharingio Iure Municipali, Tit. De cenſib. Art. 24. De torculari nominatim, quod terra teneretur, ceu immobili quodam, iactatur Senatus decretum Rothomagenſis, Quarto Kalend. Ianuar. An. 1528. Iani *Doly* vidua, cum hæredibus, altercante. Apud Terrienum, lib. 5. Commentar. in Neuſtriæ Leges. Mola peræquè, ſi immobili ædificio inhæreat, res ſoli exiſtimatur: inſtar tegularum domus, quandiu illi adplicatæ ſint, vna videlicet contignatione. l. cum qui ædes. π. de vſucap. l. granaria. π. de act. emp. Sinautem mobili ædificio nexa Mola fuerit, vtpote Naui ſuperpoſita, mobilis eſt, pariter ac Nauis ipſa. Vlpiani l. 1. §. ſi quis de Naue. D. De vi & vi arm. l. vim facit. §. quod in Naue. D. quod vi aut clam. Id tamen intellige locum obtinere, ſi Mola iſtiuſmodi, ex mera facultate, non ſi perpetuæ ſeruitutis iure, naui ſuperſtructa ſit. Quo caſu, immobilem eſſe, Molineus arbitratur.

Conſuet. Niuernenſis.

Normanicæ Curiæ Senatoriæ Areſtum die. 29. Decemb. An. 1528.

Cap. 1. *De querelle de poſſeſſion, & de poſſeſſion mouuable.*

Mola in Nauiculis, mobilis iudicanda. Iaſ. in l. quo minùs. π. De flumin. In Neuſtria tamen, *Batteaux & Nauires ſaiſis en Iuſtice, pour eſtre decretées, ſont immeubles.* Art. 505. & 567. Conſuet. Norman.

Molendinum habens ius ſeruitutis annexum, vt alij teneantur, ibi molituram facere.

arbitratur. In §. 221. Turonicæ, & in §. 282. Borboniæ Leg. Municipal. Belgica, ad hæc, Eburonum Conſtitutione permiſſum eſt Nauis magiſtro, vel domino, quæ tempeſtatibus abrepta, terræ-vè infoſſa ſit, eam cum mercibus requirere ac perſequi, nequicquam vetante locorum Magiſtratu. cap. 16. De ponder. & menſur. Art. 4. Rurſus mobili Naui adſtructa Mola, immobilibus accenſeri tum poterit, quùm certo Fluminis ſolo nonnunquam affixa ſit conceſſu Dynaſtæ loci, ab eóque propterea impoſitum ſolarium, proprietario Molæ. Nam vt ſolum, ita ſuperficiem, immobilem rectè dixeris. l. ſolum. ff. De rei vindic. l. eum qui ædes. ff. De vſucap. Vtì & ſuperficies ad dominum ſoli pertinet. Vlpiani Leg. Qui domum. D. Ad Leg. Aquil. Permagni verò intereſt, vrbanum nè prædium, an ruſticum definias hoc genus vectigalis Piſtrini frumentarij, quod publico Amni inhæreat, ſuburbana Ciuitatis in regiuncula. Vrbanis quippè ædificiis annuum Æs indictum liberè lui, conſtat ſacris Edictis noſtrorum Principum. An. 1539. & 1553. De ruſticanis ædibus, non idem. Atqui Molendinum Baldus ruſticis adſcribit prædiis. In l. Certi Cod. de loc. Iaſon ſimiliter, ad leg. quo minùs. ff. de flumin. Vrbanis, contrà, ædificijs tale Piſtrinum adnumerant Fortunatus Gartia in l. Item quia D. de Pact. Et Albericus Roſates, ad leg. penul. §. vlt. ff. de his qui deiecer. Tum Parte. 2. Statutor., Quæſt. 35. Veriùs vtique, mihi ſupradicta Mola videtur in ruſticorum ſeriem prædiorum referenda. Ex argumento Neratij. I. C. in l. eo iure. §. ſtabula. D. In quib. cauſ. pign. Verſ. Et quidem vrbanorum non ſunt, cùm à cæteris ædificiis ſeparata ſint. Vlpiani itidem reſponſo, in l. quæſitum §. Et Molas l. Cùm de lanionis §. Aſinam molendinariam. ff. De inſtruc. vel inſtrum. leg.

Statuts & Ordonnan. du Liege.

Molin ſur bateau attaché à quelques paliers & arches ſur l'eau & place certaine de la Riuiere, priſe à rente par le Muſnier du Baron ſieur de lad. riuiere.

Rachapt des rẽtes foncieres ſur maiſons des Villes & Faulxbourgs.

Tiraquellus huiuſce quæſtionis nodum, quem agitat, non ſoluit apertè. In Tract. Retractus linearis, §. 1. Glo. 7. Num. 92.

15 Dolia pariter, in rebus ſoli cenſentur, quæ prælo coniuncta ſint, quorum & ſtipites in terra defoſſi. Secus, ſi terra non teneantur, & ſupra eam ſint: Quo caſu, rutis & cæſis adſcribuntur. cit. l. granaria. l. penult. §. ſi dolia. ff. de act. empt. l. dolia. ff. de contrah. empt. Nec diuerſum Iulius Paulus ſenſit, Romani de eo S. Conſulti interpres. l. cætera. §. item prohibentur. ff. De legat. 1. Vlpiano autem placuit, vaſa vinaria & torcularia, fundi aut villæ non haberi: etiamſi terræ infoſſa eſſent, ædificióque cohærerent. l. fundi. ff. de act. empt. Aſt Pariſiorum Moribus aliud cuſtoditur, Art. 90. Queîs accommodantur ciuica alia Gallorum Inſtituta, vt plurimùm, calamo exarata, temporibus Karoli. 6. Vt diſpicere eſt in Summa rurali. Tit. de Mobilium, ac prædiorum differentia, Et autographo Volumine priſcarum Galliæ Conſuetudinum, verbis ita nuncupatis. *Par les Couſtumes d'aucuns lieux, tout ce qui eſt du Preſſoir, qui n'eſt enclaué en terre, maiſon ſur le ſueil, boys couppé, ſont reputez pour meubles. Mais tout ce qui eſt du Preſſoir tenant en terre,*

Cuues à vin, huyle, ou verjus, baignoires, & autres ouurages mis en la maiſon pour perpetuelle demeure.

Neuſtriæ item Cõſuet. *Les chaudieres & cuues des Tainctoriers & Braſſeurs, eſtans baſties ès maiſons des proprietaires, ſont reputées immeubles, Art. 504.*

Digitized by Google

Lib. 2. cap. *De la diuiſion des meubles, & heritages*, Codicis ita inſcripti. *Le grand Couſtumier de France, & Inſtruction de practique &c.*

grands vaiſſeaux à vin, que len ne pourroit mettre hors ſans deſpiecer, boys à couper tant ſoit le parement venu, tout ce qui tient à cloux & à cheuilles, grands pierres tenans encores aux pierres des murs, qui ſont iſſuz de l'heritage d'aucun par execution, tout ce eſt heritage. Fruits pendans à racine, poiſſons d'eſtangs, & grands engins à ietter pierres, de ceux eſt doubte : mais aux Couſtumes vous tenez. Ne iſtuc velut aceruatim congeram peculiarium, de re quáque mobili, & immobili, Conſuetudinum ſenſum iudiciúmque varium ac multiplex : Atrebaticæ nimirum, Hannoniæ, Melodunenſis, Bituricæ, Niuernenſis, Borboniæ, Cameracenſis, Viromanduæ, Sedaniæ, Iuliodunenſis, Turonicæ, Stampenſis, Aurelianenſis. Tit. Quæ res mobiles, immobiléſve cenſeri debeant. Geneuenſi necnon Conſtitutioni Rubrica conſimilis intexitur, editæ in Comitiis, quarto Kalend. Febr. An. 1568.

Ordinationes Geneuæ, in Conſilio generali ſancitæ, die. 29. Ianuar. An. 1568.

QVÒD ſi Villæ fructuarius, colonus, inquilinúſve ſolo fixerit dolia, mobiléve aliud, ſuum in vſum temporarium, haud propterea, ſic fixum, immobile efficitur. Vt patria Turonum lege definitum eſt, §. 226. & Normanorum. 503. Pari ratione Armoricus Senatus pronuntiauit, arbores fundo inſitas à conductore, fundi emptori neutiquàm cedere, ſed ab inſerente colono eximi poſſe. Areſto. 16. Kalend. Nouemb. Ann. 1575. prolato ſecundùm Iulian. Cloûetum hortuli conductorem, aduerſùs Philipp. Foucauldum emptorem, qui à profano Iudice Epiſcopalis Collegij Nannetenſis prouocarat Conſcriptos Patres Celticæ Britanniæ. Cæteroquin arbores, harúmque fructus, cum prædio, tranſire putantur, eius non modò alienatione prædij, ſed locatione etiam partiaria. Speculat. in Tit. De locato. §. 1. Verſ. illud autem. 16

Britonici Senatus Areſtum die. 17. Octob. An 1575 *Sur l'appel du iuge du Chapitre de Nantes.* Ex lib. Natalis du *Faill.*

Dominus tamen, oblato conductori pretio arborum, eas retinere poteſt.

Serfs, gens de corps, ſeruile condition, & de main-morte.

MANCIPIA dehinc prædiaria, glebæq; adſcriptitij ſerui, cenſentur fundi partes, & prædiarias inter res ipſas computantur. Herennij Modeſtini leg. 3. D. De diuerſ. & tempor. præſcript. l. ſi quis inquilinos. ff. de legat. 1. l. iubemus. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. Quemadmodùm De agric. & cenſit. Lib. xi. Cod. Alia pecorum conditio eſt, gregíſque animalium, ſeu animatorum fundi inſtrumētorum : quæ mobilia veriùs exiſtimãtur. l. 1. & 2. C. de verb. ſignif. Agro certè legato, ſterquilinium & ſtramentum, legatarij ſunt, ac quicquid ſtercorandi agri cauſa comparatum ſit. Trebatij diſtinctione, in l. fundi. §. 1. D. de act. empt. Nec, ſtercorantia quoque agrum pecora, ab huius fructuario probè tolluntur : niſi, in ſingulorum vicem ablatorum, parem numerum ſufficiat. Pomponiana leg. ſi grege legato. ff. de legat. 1. & Alfeni Vari leg. proponebatur. ff. de Iudic. P. Caſtrenſis, Reſponſ. 312. Bartholom. Veronenſis, in Tractatu, De ſeruitutib. ruſt. præd. Rubrica de Montibus, Hieronym. Cagnolus in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. Quod & cumulatiùs Nos executi ſumus, Lib. 1. Legum Andegauenſ. Haud vſquequaque tamen boues 17

Beſtiaux des meſtaiers.

Cap. 29. Art. 3. 4.

Digitized by Google

boues & armenta immobilibus cedunt: nec eodem idcirco iure æſtimantur. Guliel. Cugnei iudicio, in l. licet. Cod. de acquir. poſſeſſ. Triennio enim pecora hæc vſucapiuntur: etſi prædia, queîs innutriantur, decenni ſolùm quærantur poſſeſſione. l. rerum mixtura. §. de tertio genere. l. ſi aliena. §. Scæuola. ff. de vſucap. Ferronus, de iis latiſſimè, ad §. 4. 8. de Dote, & §. 24. de Feud. in Conſuet. Burdig. Vtri autem fundo addicantur pecora, quæ in vno cùm opus fecerint, in alterum reuertantur? . Ea vtique Senatus Pariſien. decreuit ad fundum pertinere, in quo operari, non in quo manere & excubare conſueuiſſent: Ideóque Decumanum ex iis animalibus prouentum Parocho adiudicauit, cuius ſacro in territorio, agri à pecoribus dictim exculti conſtituerentur. Areſto percelebri in Claſſibus Curiæ Inquiſitoriis, Maij luce. 3. An. 1597. ad prouocationem ex Municipio Boiorum. Iuxta Priſci Iaboleni ſententiam, in l. 4. ff. De inſtr. vel inſtrum. leg. Et Vlpiani reſponſum, l. ex facto §. Rerum autem Italicarum. ff. De hæred. inſtit.

18 De piscibus, communi calculo receptum, eos qui cuſtodiæ ergô in piſcina reponantur, mobilibus adnumerari: Stagno autem impoſitos, ad incrementum putà, fundi portionem eſſe, tanquam ſtagnum ipſum. l. funes. §. piſces. ff. de act. emp. l. Rutilia Polla emit lacum Sabatianenſem anguillarium. D. de contrah. empt. §. 91. Pariſ. Conſuet. Sed quamuis ſtagno incluſi piſces, immobilium naturam ſequantur, quia diutiùs tum adſeruari poſſint: Quamprimùm tamen ſtagni oſtia ſeu rétinacula aperta ſunt reſeratáque, tunc piſciculi, mobiles planè iudicantur. Quippe quùm, effuſa ſtagni aqua, ſeruari nequeant. Argum. l. ſi ex lapidicinis. ff. de Iure dot. Pluſcula de his, Maluilleus, ad Art. 92. Conſtitut. Regiarum, de aquis & ſyluis: Ac Nos antea, Legum Andenſium lib. 1. Nec abſimilia iis traduntur antiquo Francicorum Morum Codice, Tit. de Lineari Retractu, Libri. 2. At paulò aliter rem diremit Butelerius in Summa rurali, hoc ſermone. *Sachez, que tous poiſſons de viuier, d'eſtang, ou d'vne foſſe entour d'vne fortereſſe, ſont tenuz pour heritage: Et tous autres poiſſons, qui ne ſont de foſſe entour fortereſſe, comme de vuez, & de flaſques, ou de riuieres, ſont tenuz pour meubles. Encores peus, & dois ſçauoir, que poiſſon de viuier ou d'eſtang ſont tenuz pour meuble depuis le my-mois de Septembre iuſques au my-mois de Mars, pource que ceſt temps de paſqueſon, meſmement quand ceſt en viuier ou eſtang, qui ſe peut mettre ius par eſcluſe. Et ſe ceſtoit en la Comté de Haynault, ſuppoſé que ce fuſt en temps de paſqueſon, ſi ne ſeroit pas poiſſon tenu pour meuble, ſe la buyſe de l'eſcluſe auoit couru celuy temps, ou commencé à courre, mais demourroit heritage: Et ſuppoſe qu'en autre temps la buyſe euſt couru, pour ce ne ſeroit ce pas meuble: jaçoit ce que ſe fuſt pour peſcher: par ce que ce n'eſt pas temps de peſchage.* Horum inſtar Piſcium, Columbas, & Apes variè diſtinctéque interpretamur, nunc mobiles, nunc immobiles. Columbæ enim * periſterotrophio cōditæ, quod à ſolo extructum ſit,

Placitum Curiæ, *aux Enqueſtes*, pro Iac. Henillarto rectore parœciæ *de DeuCharges* intimato, contra Vilhelmum *Dangereſ, x* appellantem à Borbonio Molinorum Suppræfecto: Lcd. *Cure maintenu en poſſeſſion des diſmes d'aigneaux & beſtiaux paiſſans & cultiuans les terres de ſa paroiſſe, encores qu'ils* [illegible] *ſoint hebergez en bergerie d'autre paroiſſe.*

Poiſſon en eſtang ſans autre retenüe, eſt reputé heritage: Mais eſtant en jaulnoir, vel in alio continente *pres de l'eſtang en quelque foſſe, poſé, qu'il ſoit nourry de l'eau de l'eſtang, ou qu'elle y coure, il eſt reputé, meuble, &c. Du grand Couſtumier de France.*

Cl. Malleuillei, Fiſcalis Patroni in Præfectura aquarū & nemorum Pariſienſi, Commentarius ad Edicta de ſyluis & aquis.

At Victriacenſi Campanorum lege, piſces in ſtagno, aut piſcina, poſiti ad triēnium vſque, cenſentur immobiles, ſtagni inſtar: Exacto triennio quolibet, mobiles, quùm trienni ſpatio, de more ſtagnorum, expiſcatio fiat. Art. 114.

* *Fuye ou Colombier à pied, en Maiſon noble & ſeigneurial.*

videntur eius pars fundi, cui Columbarium inhæreat: Et alienato fundo nobili, cedunt emptori, vnà cum columbario, ex quo liber illis exitus, reditúſque vulgò pateat. Pomponiana Leg. 8. D. famil. hereiſc. L. 3. §. quidam rectè. ꝥ. De acquir. poſſeſſ. Diuerſa earum

Voliere, a pigeons y enclos & nourris, (comme en Ville & fauxbourgs) ſans ſortir aux châps.

cauſa eſt columbarum, quæ penſili tantùm ſolario plebeiæ domus teneantur, alantúrque modò aliquantiſper in domini victum ac paſtum nec Auiario ſuo euolare conſueuerint. Hæ quippe, ceu piſces

Poiſſon, en Reſeruoir.

in piſcina temporaria, mobiles exiſtimantur. l. 5. §. pauonum & columbarum. ꝥ. De acquir. rer. domin. l. poſſideri. §. item feras D. de acquir. poſſeſſ. Apes item, alueo concluſæ, vt viuario & ſeptis animalia, ſortiuntur rei prædiariæ naturam ac conditionem. Apum namque examen, quod volare & reuolare ſoleat, habetur Domus pars vel horti, cui aluearium inſideat: Et diſtractis ædibus cum horto, ſequitur nouum earum poſſeſſorem peræquè, ac hæredes inter

Regiæ Aragonum Audientiæ decretũ. die. 9. Septemb An. 1593., Villa ſaiſita & prehẽſa publicè, eius Apiarium alueumque apum intra illud conſiſtentium, ſaiſita etiam videri & apprehenſa: quùm alioquin apes ipſæ, ceu mobiles, ſequeſtrari nequeant.

ipſos familiæ herciſcundæ iudicio diuiditur. l. Pomponius. §. 1. D. famil. hereiſc. l. Naturalem. §. apium. ꝥ. De acquir. rer. domin. Queîs aptè quadrat Salica Lex, de furto apium, Tit. 9. Vnde Tarraconenſis Regni Senatus de eo cognoſcens pronuntiauit, Apes, cum alueo, tanquam Villatici ſoli partem, præconia Villæ pigneratione auctionéque, contineri. Iudicato, 5. Idus Septemb. An. 1593. quod Monterus percenſet, in ſanctiori illo Aragoniæ Conſeſſu regio Conſiliarius, Deciſione. 26. Reliqua Nos de Apibus & columbis

Martin. Monteri à Cueua, Conſiliarij in regia Aragonum Audientia Deciſiones.

executi ſumus, Lib. 3. Fiſci Gallici, Tit. 22. Et Legum Andegauenſ. Volum. 1. Cap. 12. 13.

Alterum genus Rerum eſt non ſoli quidem, ſed ſolo impli- 19
citum, quod ideo immobilibus accenſetur. Eiuſmodi ſunt fructus pendentes, ſylua, ædificium, prætorium Villæ, & alia quæuis ſuperficies. Adduntur iis penſiones ex ærario, telonea, ſeu menſa publicanorum, reditus annui ex re immobili, vel negotiatione, quæ locum immobilem habeat, vt quæſtus ſocietatis: Nummi item in prædiorum emptionem deſtinati, Panes vel annonæ ciuiles, Munera publica, quæ Regiis conſtant ſtipendiis annuis. Eandem in ſeriem rediguntur priuata vectigalia ære parta, ſeu vulgò Reditus hypothecarij: ſalinarum tributa, portus & itinerum, quæ *pedagia* vocitant: ius piſcandi in portu, ſtagno, aut flumine priuato: ius venandi, cædendi lapidem, Iuriſdictio, Apparitio, cuſtodia Arcis, vel Prætorij, & alia ſexcenta. Nam, vt ſingula ordine perſequar, maturæ fruges,

L. ſi eius. ꝥ. de rei vindic. l. ſi pendentes. D. de vſufr.

donec reſecentur à ſolo, immobiles habentur lege Quiritum, & Pariſienſi. §. 92. Sed Francica quædam Municipia id pro temporum

De his, plura, Ÿ. Art. 11.

ratione moderantur. Borbonij enim ciues, ſubinde poſt mandata aruis ſemina, & putatas vineas, mobilem ſtatuunt fundi fructum. Art. 284. patriæ Conſuet. Atrebates vtique, ab Idibus Maijs mo-

Artois.

bile ſanxerunt frumentum, quod in ſolo etiamdùm hæreret. §. 141.

Norman. Conſuet.

Iſtud quoque Neuſtrij municipes, mobile definiunt, Iani Baptiſtes die feſto ipſo, etſi terra contineri nondum deſierit. Art. 474. Norman.

Digitized by Google

man. Legis. Prata itidem, Nouioduni ad Ligerim, mobilia fiunt ſtatim, ineunte Vere, ex ciuico Niuernenſium ritu. Alibi demùm paſſim, condictum tempus fuit mobili pendentium adhuc fructuum ſorti & conditioni. Idque priſcis Galliæ Iudiciis receptum ac ſeruatum, perhibet Philip. Belmanerus, qui Claromontanæ Bellouacorum iuriſdictioni præfuit An. 1284. In Codice idiographo Bellouacenſis Conſuet., Cap. 23. ita relato. *Il auint, que. 1. eſcuyers, qui auoit vne demiſelle eſpouſee, vendi ſe bles en terre, & auant que li poins veniſt au ſoier, il morut : Et le demiſelle vaut renoncier as muebles, & as detes, & emporter ſon doaire quitte & deliure, & de ſe bles qui eſtoient en terre, ele en vaut porter la moitié par le reſon de ſon doaire. Et li marceans, qui acetes les auoit, diſt encontre, quele ny deuoit riens auer. Car ſe barons, qui etoit ſire de le coze, li auoit cel ble vendu, li quix bles etoit muebles par le Coutume de le terre, & ſil eut vendu el tans, quil fit le vente, toz ſes autres muebles, ne peuſt ele cele vente rapeler par le Couſtume de le Terre, & il li vendi le mariage durant, Il requeroit, que ſes marcies li fuſt tenus, & porce ſe mirent en droit. Il fu iuge, que li marceans l'emporteroit par le reſon de ſon acat.*

Niuern. Conſuet. Cap. 16. *Quelles choſes ſont reputées meubles, conqueſts, & heritages.* §. 3.

Li Liures de Coſtumes & des Vſages de Beauuoizins faict par Philippe de Beamanoir, Baillu de Clermont. L'an. 1284.

20 In propoſito fructuariæ viduæ argumento, occurrit ambigua quæſtio apud Conſcriptos Curiæ Rhedonenſis, nûm quæ ſub finem Maij vidua deceſſiſſet, eius hæredes lucrifacerent fructuarij fundi prouentus, cedentes Octobri ſequente. Verbi gratia, Sciano latifundio debentur frumentariæ penſiones annuæ, nummariíque cenſus honorarij, die Remigio ſacra: præter triticum, oleum, & alias id genus fruges, quæ ex Dominico ſolo quotannis percipiuntur. Tales indiſcriminatim fructus, ſuos eſſe contendebat viduæ mulieris hæres, pro quota anni portione manſiſſet in viuis. Iuxta leg. Diuortio. D. ſolut. matrimonio. l. ſi operas. ꝟ. de vſufr. Ac licèt fructus, natura, induſtriâve paratos, tempore metiamur, quo perfectè collecti ſint, & à ſolo reſecti: diuerſum tamen ciuilibus in fructibus obtinere, qui dietim pro rata temporis deberi credantur, etſi, longè poſtea, ſemel præſtari conſueuerint. Papiniani leg. ſi ſeruus communis. §. cùm ſeruus. ꝟ. de ſtipul. ſeru. E-contrariò autem, defendebat dominus proprietatis, tandiu fructus, ſoli partem exiſtere, quandiu ſolo tenerentur, nec ab eo dùm ſeparati fuiſſent. l. Iulianus. §. ſi fructibus maturis. ꝟ. de act. emp. Ipſos proinde fructuario neutiquá quæri patrono, clienti, aut beneficiario ſacræ Eccleſiæ, antequàm coacti, & mobiles facti eſſent. leg. 8. ꝟ. De ann. legat. l. vſufructuarius meſſem. D. quib. mod. vſuſfr. amittat. Ciuiles quidem fructus, qui momento temporis obuenirent, ilico fructuariis, ceu mobiles, acquiri: vtpote laudimia, cæteráque feudalis beneficij aduentitia emolumenta. Sed de annuis fructibus aridis, qui præfinito die dominis appendantur, aliud Ius conſtituendum. Neque enim priùs obeuntis fructuarij, quàm ea ceſſerit dies, ſucceſſorem, pendentes hoſce ac immobiles fructus probè ſibi vindicare. l. Herennius.

Regulariter fructus aridi (vt reditus fundiarij, & cēſus) non computantur pro rata, ſed tãtùm quo die debētur. Secus in liquidis, ſeu in reditu hypothecario, vel pēſione pro fructibus & horum loco debita: Quæ pro rata temporis computantur.

Fructus naturales, & induſtriales.

Fructus ciuiles.

Caſterenſi Flandriæ Conſuetudine, (*de Caſſel*) ita cauetur. *Item ſe le douagiere meſmes poſſeſſe ſon douaire, les hoirs profiteront ſelon la rate & portion de temps, que le douagier ou douagiere auroient veſcu, & non plus auant, ſans auoir aucune recompenſe des feurs ou ſemences.* Art. 306.

D. de vſur. l. Valerius. §. vlt. π. de Iure fiſci. Nihilo minùs, ſuprema Rhedonum Curia iſti promiſcuè confuſimque adiudicauit prædij fructus reditúſque annuos pro Menſium modulo Anni, quibus, fructuaria vitales adhuc ſpiritus hauſiſſet. Decreto memorabili, 3. Nonas Septemb. An. 1576. ex forenſi concertatione Iani *Perceuaux* fundorum proprietarij, cum hæredibus Franciſcæ Carneæ, Franciſci *Perceuaux* viduæ mulieris, fructuariæ. Quo in negotio Senatum mouit, opinor, donationis propter nuptias fauor ſingularis, tanquam alimentariæ, & alimentorum nomine pactæ: Quibus in annuis, anno ſemel inchoato, fructus integri debeantur. Caij I. C. l. in ſingulos. π. de ann. leg.

Placitum Senatus Armorici, Die. 3. Septemb. 1576. Ex Commentariis Natalis *du Fail*, Senatoris Britonici.

Præter hanc muliebris vſusfructus cauſam hærediorũ mariti, 21
mobiles dicimus eorumdem prouentus annuos, iure ſocietatis inter coniuges, ac ſuperſtiti, prima vice, cõmunicandos: Putà ſi frumento conſiti agri, putatæque vites fuerint, ex re ſumptúve cõmuni, quamuis alterius coniugum propriæ ac patrimoniales. Eius quippe pendentes anni fructus, quo alteruter obierit interim, diuidentur ex æquis, cum præmortui ſucceſſore. §. 239. Andeg. & 256. Cenom. Leg. Aurelianenſium pariter vinearum reditus, quamprimùm palmatæ ſint, mobilis eſt habitus veteri Aureliorum Iure. §. 273. Pariſiis verò aliud cautum reperimus, (§. 92. 231.) licet in vbere ac feraci ſolo. Nam &, Iuliani Apoſtatæ ſeculo, vites optimæ Pariſienſi in agro naſcebantur: ficus necnon, multi iam arte quadam efferebant, cùm eas per hyemem calamis tritici, tanquam veſtimentis, contegerent, & aliis huiuſmodi rebus, quæ cæli iniurias arboribus prohibere ſolent. Id quod, Lutetiæ tùm incola Iulianus, ſcriptum poſteris reliquit: eadem in Vrbe, Auguſtus primùm ſalutatus. Vtcunque ſit, in fructibus nondum ſeparatis à ſolo, conſiſtit hypotheca, tanquam in re ſoli: & in iis adeò, hypothecarij creditores chirographariis anteferuntur. Sicuti Ægid. Magiſter Senatum memorat iudicaſſe aduerſùs Claromontanum Aruerniæ pontificem, qui tales fructus, quaſi mobiles, hypothecis non ſubijci obtendebat, nec ipſarum ordinem vllum admittere. Lib. Deciſion. Queîs conſentaneum eſt Titi Caij reſponſum in l. fructus. π. de rei vindic. l. cùm conuenit. π. de pignorib. Et quæ, de fructuum Sacerdotij pigneratione, Speculator eleganter, in Tit. de Hæret. In fin. Verſ. In fauorem autem Fidei.

Vigne bechée, Terre enſemencée.

Vigne liée, reputée meuble.

Pariſienſis ſoli bonitas & fertilitas priſca.

Fl. Cl. Iulian. in Miſopogone.

In Tract. *Des criées.*

Cæterum grandes Syluæ arbores, haud priùs vnquam mo- 22
biles fiunt, quàm è nemore ſint excisæ. §. 92. Pariſ. Conſuet. Talium enim arborum, quæ in fundo contineantur, non eſt ſeparatum corpus à fundo. Vt Sextus Pomponius vult. l. 40. π. de act. empt. Quò accedit ratio Legis. Idem Pompon. §. de arbore. l. ſed ſi ex meis. §. arbor. D. de acquir. rer. dom. Hinc Eccleſiaſtici iuris Syluam non cæduam alienare prohibentur Clerici, ceu ſacrum immobile patrimonium. Francico Caroli. 9. Reſcripto, 6. Kalend. Decembres An. 1564.

In verſ. *bois couppé.*

Molineus ait, multis actionem Retractus linearis placuiſſe venditarum arborum ſyluæ non cæduæ, *& de vente de couppe de boys de haute fuſtaye* Ad Art. 201. Bleſen. Cõſuet.

Patentes Regię, die. 26. Nouemb. 1564.

1564. Quod Rothomagenſis, Neuſtriæ, Curia promulgauit. 13. Kalendas Apriles poſteriores. Ac conſimilium quidem huic Edictorum mentionem intulimus Lib. 3. REI DOMINICÆ Gallorum, Tit. 17. Sed idipſum poſthæc Senatorio Lutetiæ iudicio comprobatum fuit, Tertio Nonas Quintiles An. 1586. ex lite agitata inter nouum Bonifontis cœnobiarcham, & lignarios Negotiatores, qui à defuncto Cœnobij Præſule cæduas arbores mercati fuerant. Quo nimirum decreto Ordinis Ampliſſ., ſoluta eſt Regia manus, in eas Arbores priùs inuecta: grandium tamen cæſura arborum illis vſquequaque interdicta nominatim. Cùm igitur priſca Neuſtriæ Inſtituta vetuerint, de immobili quemque re ſua teſtari, pronuntiatum eſt quondam in Normanicis Conuentibus iuridicis, QVÒD COMES AVGI DEFVNCTVS NON POTVIT PONERE IN TESTAMENTO SVO. 5. MILLE LIBRAS BOSCORVM SVORVM, QVI NON ERANT VENDITI, VEL ABSCISSI: ET NVLLVS ALIVS ID POTEST FACERE IN NORMANIA, NISI DE BOSCIS ABSCISSIS. IN SCACARIO PASCHÆ APVD CADOMVM, AN. 1246. Sic mota aliquantò pòſt, in Senatu Galliæ, controuerſia, de arboribus cæſis è fundo Diuini iuris, factum *Parlamentare* Conſultum. An. 1263. illi non abſimile: Cuius formulam S. Conſulti ad amuſſim exprompſimus, Lib. 2. CENSVS AVGVSTI Francorum. Ex eodem fonte diffluxit tritum Iuris axioma, grandes arbores, fiduciariæ venditionis tempore, cædi ab emptore non debere. Arg. l. ſed & ſi. l. æquiſſimum. §. 1. ꝟ. de vſufr. l. diuortio. §. ſi fundum. D. ſolut. matrim. Proin fiduciario fundi poſſeſſori haud purè licet, feras viuariis incluſas occidere: ſed in demortuarum locum alias ſubſtituere tenetur. Tryphonini leg. 62. D. De vſufr. Quinetiam Boioariorum lege prouiſum fuit, VT NVLLVS, DE ALTERIVS SYLVA, QVAMVIS PRIÙS INVENIAT, AVES TOLLERE PRÆSVMAT, NISI EIVS CVMMARIANVS FVERIT. Iuſtiùs adhuc, ſyluaticis clauſi interraneis cuniculi, feruntur immobiles, & in eius fundi parte cenſentur. Auctore Butelerio in Summa rurali, vbi conſimilem in Atrebatibus dictam Sententiam refert. Quare Andegauo Ritu plectuntur extra ordinem, qui ex alienis interraneis cuniculos furtim abripuerint. Art. 192.

23 DE Reditu annuo variè ſtatutum eſt municipatim, vt mobilis ſit néc ne, an immobilis, pro more Territorij cuiuſque, exploremus. Bino imprimis Lotharingiæ, & B. Michaëlis More ſcripto, mobile habetur annuum Vectigal pecunia cōparatum. §. 12. Rubr. De cenſib. Apud Lotharingos: Et Artic. 3. Tit. Cenſuum ac Redituum, in Municipio D. Michaëlis, Barroducani. Saxonico pariter Iure, tales reditus, cenſúſve rei immobilis, mobiles ſanciuntur. Lib. 2. Differ.

Publicatæ in Parlamēto Normanico, Die 20. Mart. ſeq.

Areſtum Curiæ Pariſ. die. 5. Iul. 1586. inter Antonium *Anſanſan* Abbatem *de Bonnefontaine*, actorem: Et Iacobum *de Coucy*, legatarium vniuerſalem Ioannis *de Coucy*, Abbatis, patrui; ac Mercatores *des boys dependans de lad. Abbaye, eſtans en taillis, & couppe.*

Scacarij Normaniæ Areſtum vetus In Collectaneis[?] aliorum Areſtorum, manuſcripto.

In Curiæ Regeſto, Olim, dicto.

Lib. 2 De Doman. Francor., Tit. 9. Artic. xi.

Normanica lege, *pepinieres, cheſnotieres, haiſtrieres, ormieres, tenuz en reſeruoir, pour eſtre transplantez, ſuyuent le fonds. Neantmoins les vefues y prennent part, comme en meubles.* Art. 502.

Quoad cæduam ſyluam attinet, Atrebaticæ Conſuet. Art. 96. *Boys à couppe ordinaire, eſt reputé immeuble, & heritage, s'il n'eſt ameubly & couppé: mais blancs boys nō ſeans à couppe ordinaire, ſont reputez catheux.*

Emptor ſub facultate redimendi, non poteſt cædere grādes arbores pendente redemptiua facultate.

Boioar. Leg. Cap. 32.

Art. Des Connils des boys.

De cuniculis huiuſmodi domeſticis, Nos Lib. 1. Andeg. Leg. Cap. 52. Art. 3.

Cūſuet. *de Lorraine*, à Karolo Duce comprobata Mart. Menſ. An. 1594. *pour les Baillages de Nancy, Vosges, & Allemagne.*

Conſuet. *du Bailliage de S. Mihiel en Barrois*, typis excuſa apud Mouzonis Pontem An. 1599. Quæ tamen hypothecarios hoſce Reditus, quùm hæreditate cuiquam obuenerint, gentilitios & patrimoniales facit, aliorum inſtar immobilium.

Cap. 140. Lib. 2.

Digitized by Google

Iur. ciuil. & Saxon. In reliqua Germania non item, cuius Cæſareo Senatu iudice, immobiles exiſtunt penſiones huiuſmodi: quamuis perpetuæ luitioni obnoxiæ, Pacto conuento. Vt eſt apud Mynſingerum, Centuriæ. 1. Obſeruat. 69. Vbi Germanicum S.Conſultum promit, factum vndecimo Kal. Iunias An. 1542. aduerſùs coniugum ſuperſtitem, qui mobiles in res ſucceſſor, haud ideo annua iſthæc vectigalia rectè percipere iudicatur. Iis conſonat Iuſtinianea Nouella, in §. ſi verò reditus. Vt hi qui oblig. hab. ſe perhib. Cum Cyni dictatis ad l. hac edictali. §. his illud. Cod. de ſecund. nupt. Secus de temporario vectigali annuo, & modicum in tempus duraturo: Quale, Baldus omnino mobile exiſtimauit. in d. §. his illud. Cui ritè congruit Imperatoria Lex. Sancimus. §. ſi quis autem. Cod. de donat. Quinimò, Belgica paſſim Gallia, mobiles creduntur, Reditus quilibet ære conſtituti. In Ambianis putà, Veromanduis, Campania Francica: tum in Belgio, Hiſpanici iuris. Vnde tamen Mechlinienſes Brabantiæ excipio, quorum Conſuetudine ſic cauetur. PERPETVI CENSVS, REDITVSVE, SIVE REDIMI QVEANT, SIVE NON, INTER BONA IMMOBILIA COMPVTANTVR: IVSQVE PRÆFERENTIÆ TAM IN ILLIS BONIS VENDITIS, QVÀM IN REBVS SOLI, LOCVM HABET. Namurcenſi itidem Ritu patrio, in rebus ſoli numerantur annua vectigalia ære quæſita: modò ea apud Magiſtratum priuati paciſcentes agnorint. Galli porrò Celtæ, & Aquitani, immobiles definiunt annuas penſiones nummarias, quamuis perpetuò redimibiles. §. 351. nouæ Aureliorum Conſuetudinis, An. 1583. & Senatoria vetuſtioris interprete Sententia. 7. Kal. Mart. An. 1577. poſt turmatim auditos teſtes de ambiguo Prouinciæ Vſu receptiori. Sic Aruerno ex Municipio aditus Senatus decreuit, mobilium rerum donatariam coniugem tales reditus à viro partos improbè poſtulare. Iudicato nota digno, 7. Idus Septemb. An. 1581. In quinta Curiæ Inquiſitionum claſſe: vbi Larcherius ſenator litem recenſebat. Cuius deſumpta Iudicati ratio eſt ex Cæſarea Leg. Iubemus, ver. annonas. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Cap. 1. §. ſciendum, & ibi Bald. De feudi cognit. Ex Andibus item appellata publicorum Vectigalium Curia nuper pronuntiauit, coniugum ſuperſtitem, cui, Andegaua Lege, immobilium quæſtuum vſusfructus competat, annuo quoque Reditu licitè frui, quem debitor Rex de plebeiis nummorum Indictionibus ſoluendum marito adſignaſſet. Areſto poſtridie Nonas Martias An. 1595. pro Ren. Foſſeo, contra Annam & Chriſtinam Moſnieras, quæ, ab Indictionalium Baugeij oppidi Iudicum Sententia, eam in Curiam prouocarant. Nam & Andibus finitimæ Armoricæ mos inoleuit, vt priuata æris vectigalia annua, queîs penſitandis attributus ſit Principis canon Dominicus, immobilia exiſtimentur. Art. 425. Briton. Conſuet. Hinc Normanicus etiam Ordo Clariſſ. cenſuit, annuum reditum à coniugibus de Principe emptum, inter ipſos ea diuidi

Imperialis Cameræ Areſtum die. 21. Maij An. 1542.

Rentes viageres, & rẽtes heriteres cõſtituees à prix d'argent, reputees meubles. Conſt. de Cambreſis. Tit. quelles choſ. ſont repu. meub. Aliter Valentianis Hannoniæ, quarum ſpeciali Lege cautum, Art. 50. *que rentes heritieres à rachapt, ſont de condition d'heritages, excepté celles deuës ſur le corps de la Ville.*

Cõſuet. *de Malines en Brabant*, Latinè ſcripta à Pet. Nannio Alcmariano.

Cõſ. *de Namur*, (*Art. 10. Du droict reel*) omologata ab Hiſpano Rege, Comite Namurcẽſi, die 27. Septemb. An. 1564.

Placitum Curiæ Pariſ. die. 23. Febr. 1577. inter Nicol. & Guillerm. *les Berches* auũculos Ludouici *le Maſne*, appellãtes à Bailliuo Aureliẽſi, & Sebaſtianum *le Maſne* Ludouici patrem hæredémque mobilium. Quo Areſto (poſt interlocutionem Curię ſuper modo vtendi, die. 1. Sept. 1576.) reditus volatiles auũculis adiudicantur, vti immobiliũ hæredibus. Idque legi ac publicari in Auditorio forenſi Aureliorum præcipitur.

Pariſienſe Areſtũ die 7. Septemb. 1581. quòd ex pacto matrimoniali donataria mobilium vxor, non ideo lucratur reditus annuos à viro acquiſitos in Aruernia: vbi alioquin nulla Statutaria eſt bonorũ inter coniuges cõmunio.

Placitum Curiæ Iuuaminum Pariſien. die. 8. Martij. 1595. ad appellationem à ſententia *des Eleuz de Baugé*, diei. 23. Iunij. 1594. *touchant la rente aſſignée par le Roy, ſur la recepte des Tailles de Baugé pour le prix de l'Eſtat d'Eleu à la Fleche ſupprimé par led. Sieur ſur M. René de la Foſſe lors marié, nouuel Eleu.*

Digitized by Google

diuidi coniugalis ſocietatis Lege, quæ inibi priuatim obtineret, vbi Fiſcales nummi, de quibus præſtari reditum conuenerat, à Regiis Coactoribus exigerentur. Decreto Rothomagenſi, 10. Kalend. Septemb. An. 1546. inter Margaretam Normanam, Nicolai San-Mauricij viduā mulierem, & Mariam San-Mauriciam defuncti ſororem, hæredem. Scriptore Terrieno, ſuorum Commentar. Lib. 7. cap. 7. Vt enim in rebus ſoli, ſic in hypothecis fundorum ſpecialibus regundis, ſpectatur Prouinciæ ritus, qua prædiariæ illæ res contineantur. l. ſi fundus. ff. De euict. Alexand. Imolenſ. in Reſponſ. 31. de hypothecariis Reditibus, Lib. 1. Et Pet. Ancharan. in Reſpon. 163. Secundùm quæ, factum Pariſienſe S. Conſultum, ac ſolenni purpura recitatum eſt profeſtis ſacræ Pentecoſtes An. 1549. Aduerte tamen obiter, Neuſtriæ Lege noua, annuas æris penſitationes, quadantenus *mobiles* definiri, iiſque commutatos fundos, quaſi venditos, redimi Iure propinquitatis. §. 493. Omnimodò certè, Pariſiorum More, immobiles fiunt Reditus annui, donec, numerata pecunia, luantur, diſſoluantur. §. 94. 347. 348. Verùm enimuerò coniugum ſuperſtes, ſi nuptiali quidem pacto, alioue, mouentia ſibi lucrifaciat communéſque ſoli quæſtus, luere tenebitur debitum quodque vectigal hypothecarium, quod in matrimonio contractum ſit, quaſi ſocietatis onus conſortiíque bonorum: Cuius & compendium ſolidum ad ſuperſtitem redeat. Argum. Leg. Omne æs alienum D. Pro ſoc. Atque ita Senatui propalam viſum, in excelſo illo Tribunali, poſt publicam Oratorum fori diſſertationem, Martelieri, pro appellante ex Andegauia: & Chauueti, pro aduerſario litigatore. Nono Kalend. Maias. An. 1598. Aſt, verſa pagina, vbicunque volatiles Reditus, lege mobiles exiſtunt Municipali, vxor, mobilium cum viro ſocia, partem capit talium Redituum, quos ante nuptias maritus ſuoptè peculio comparaſſet: Tametſi illa nihilum è re communi in eorum emptionem contuliſſet. Auctore Senatu Pariſiorum, quem Nicola Normana ab regio Ambianorum Iuridico prouocarat: eáque ex prouocatione, vidua hæc Cardoni coniunx obtinuit PATRVM CONSCRIPTORVM iudicio, poſtridie Nonas Sextiles An. 1580. Litem collegis ſuis enarrante Textore, in ſecunda Curiæ Inquiſitionum Decuria. Nec iniquè profectò, quùm longè fauorabilior ſit legitimæ, ancipitis, oneroſæque Societatis conditio, qua de agitur iſthîc, quàm Pactitiæ, munificæ, & lucratiuæ Donationum cauſæ, de qua, in ſuperiori ſpecie facti. Ex dictatis Ioh. Fabri ad l. de fideicommiſſo Cod. De tranſact. Cum Theodoſiana lege vlt. Cod. de Codicil. Verſ. Non enim par eadémque ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere.

Rentes conſtituees ſur le domaine & recepte du Roy, immeubles.

Rothomagenſe Areſtum die. 23. Augusti An. 1546. *que rentes acquiſes ſur le Roy tiennent la nature du lieu, où ſe fait la recepte dud. Sieur, & ou les heritages des obligez ſont aſſis.* Rhemenſi autem Conſuet. *Acquiſitions des Aydes & gabelles du Roy, reputees meubles. Art. 18. De la qual. et differ. des biens.*

Lutetianæ Curiæ Areſtum generale, in immobilibus ſeruandam loci cōſuetudinem, in quo ſita illa ſint.

Areſtum Curiæ, *en plaidant à la grand Chambre.* Die 23. April. An. 1598. confirmans Sententiā Seneſchali Andegauen.

Rentes volantes & hypothecaires.

Senatorium decretum die. 6. Auguſti. 1580. in 2. Camera Inqueſtarum, infirmans ſententiam Bailliui Ambianen.

24 EXIN proximè videndum, an pecunia, quæ, talis Reditus luitione, ſuſcepta ſit, conditionem eandem, cum ipſo, qualitatémque retineat. Rem ita diſtingue: Aut reditus is, fundúſve pupil-

Digitized by Google

laris fuit, cuius ex ceſſione, vel abalienatione redacti ſunt nummi. Et hos vtique, tùm immobiles nummos prædicamus, ſuperiorique ſimilis Reditus, prædiíve emptioni Lege dicatos. cit. §. 94. Et Karoli. 7. Edicto de redemptione annuorum vectigalium. Aut verò ad maiorem annis, Pacto eiuſmodi, peruenit rei pretium : Quo caſu, merè mobile iſtud arbitramur. Cum Baldo in l. ea demum. Cod. de collat. Et Firmiano, in ſuo Indice, ver. bona mobilia.

Ordinatio du *Rachapt des rentes miſes ſur les maiſons de la Ville & faulxbourgs de Paris.* Nouemb. Menſ. An. 1441. Art. 23.

Deniers d'vn Rachapt de rente.

Cui opinioni ſuffragatur Pragmaticus Gallici fori vſus, potiuſquàm diuerſæ Maſuerij ſententiæ, in §. item nomina. Tit. de ſociet. Noſtratem hunc vſum adnotante Tiraquello, in Retrac. Lineari, §. 1. Eccleſiaſtici tamen Iuris latifundia, aut vectigalia, pupillaribus exæquantur : diſtractiſque iis, aut redemptis, peræquè Templi ſacerdos pretium conferre tenetur in alterius immobilis comparationem. §. 122. Pariſ. Mor. & Regia Karoli. 7. Lege lata An. 1441. §. 30. Tum Lutetiano S. C., Februarij luce. 5. An. 1539. in publicanda Franciſci. 1. Sanctione Octob. Menſ. præced.

In verb. *Ou autres choſes.* Glo. 7. num. 113.

Verſ. *En faiſant touteſfois faire le remploy en autres heritages, ou rentes.*

Edictum regium, de redẽptione annuorum redituum, Eccleſiis, & Hoſpitalibus debitorũ à poſſeſſoribus vrbanarum ædium.

Quo quidem S. Conſulto, ad paria rediguntur vxorij Reditus annui, quorum, maritus, redemptionis ſortem neceſſariò acceperit. Cæteroquin is abſciſè non cogebatur pridem, annuos reditus, vel fundos mercari, ex nummaria priorum ſponte venditorum æſtimatione : ſed pretium ipſorum in commune referebatur, iure nuptialis conſortij rerum mobilium. Sicuti Patres Pariſienſes grauiſſimis Sententiis definierunt : Thuano Præſide Max. in conſpicua purpura recitante, Dominici Natalis peruigiliis An. 1579. Antequàm enim Pariſiorum Conſuetudo nouaretur, diſcerni ſolebat in Iudiciis annuarum eiuſmodi penſitationum luitio, quæ, publica, aut pactitia lege contraheretur anteriori, ab ea, quam maritus vltrò, nec inuitus admitteret, ſiue eas ipſe penſiones vxorias alteri mancipataret.

Solenne placitum Curiæ, *à la prononciation generalle de Noel*, 1579.

Rente racheptable par contract, ou par Edict. De quibus, Pariſ. Mos, Art. 119. cum. 3. ſeq.

Quùm enim, iubente Edictis Principe, lui poſſint vectigalia, Vrbium ædificiis impoſita, Senatus idcircò, in Edictis hiſce comprobandis, proſpectum voluit ſacræ Eccleſiæ, pupillis, & coniugibus, quorum vectigalia neceſſariis rationibus abalienarentur. An. 1539. Rurſum ſi dotalibus tabulis, aut lege mancipi receptum eſſet, vt quæ diſtraheretur, vxoriæ rei pretium in conſimilem maritus verteret, tunc ſtandum fuit receptitio Pacto.

Le Remploy inexecuté des propres de l'vn des cõioincts par mariage, alienez, ou de ſes rentes rachetees, ſe reprẽd ſur la maſſe de la communauté. Art. 232.

His demptis caſibus, Maiores noſtri, Iuris regulam hanc forenſi vſu complectebantur, Pecuniam, verè mobile quid eſſe, ac de mouentibus ſtatuta, illi adplicari debere. l. ſi chorus. §. 1. ϖ. de legat. 3. l. hoc Senatuſconſultum. §. 1. l. quoniam pecuniæ. ϖ. de vſufr. ear. rer. l. Iulianus. D. de petit. hæred. l. lex quæ tutores. Cod. de adminiſtr. tut. Verùm enimuerò, recenti Pariſiorum Conſtitutione cautum eſt, ſi quid coniugum alterutri proprium, væneat, aut, refuſa à debitore pecunia, redimatur, id ab illo ex communibus fortunis præceptum iri. Art. 232. Subnecte his nummarium partis hæreditariæ ſupplementum,

Soulte de partage, ſortitur naturam immobilis ei cui debetur.

mentum, quod in herciſcunda familia cohæredum alteri receptum cautúmque ſit. Immobile enim hoc vulgò creditur, quaſi in vicem hæreditatis, ſucceſſorium pretium. Ex nota Leg. Si rem. ff. De petit. hæred. Et Lotharingio Iure prouinciali, Rubr. De hæreditat. §. 7. Aſt ſtrictim vtique iſthæc accipienda, vt coniuges quidem inter ipſos, inuicémque repræſentantes, obtineat fictitia alienatorum ſubrogatio illa, pecuniariíve additamenti inter cohæredes par fundis conditio: non autem in vlteriore perſonarum gradu, generéque inter eas, ſucceſſoriauè ſerie. Ea quippe iura & actiones, hæreditate veniunt ad legitimos in mouentia ſucceſſores, quaſi pro re mobili habeantur: non ad poſſeſſores immobilium Tit. pro hærede, quaſi immobilis venditi pretium. Vti Curiæ Ornatiſſ. iudicio deciſum, I. Gallus atteſtatur. Quæſt. 1. Cui pulchrè concinit Molinei diſtinctio, ad §. 17. Niuernen. Legum. Rubr. de Iure coniugatorum. Idémque in viduo, aut vidua coniuge procedit, tanquam mobilium hærede gnati fato præuenti. Filio enim competens pecuniæ condictio, quæ ex redemptione propriorum parentis Vectigalium illata eſſet, conſtante matrimonio, confunditur in ſoſpite altero parente: velut mobilis hæreditatis domino, raptorum morte liberorum. Ita certè, vt patrimonij hæres agnatus nummos iſtos repoſcere ab eo nequeat, ceu patrimoniales, aut ex re patrimoniali redactos. Quemadmodùm Lutetiani PATRES celebri Areſto decreuerunt poſtridie Idus Sextiles An. 1591. in explananda Pariſienſi lege. 94. Secus in ære dotali emundis prædiolis deſtinato, quod Ritu patrio hæredij vicem omninò teneat. Tunc enim parens in hoc genus pecuniæ non ſuccedit præmorienti filio, dotatæ matris hæredi: Ne ille, ex ſua vel ignauia vel calliditate præmium ferat. Sic in eum iudicante Senatu Pariſien. ex finibus Burgundij Ducatus, poſt accuratam cauſæ diſceptationem, Quarto Nonas Apriles An. 1591. Quùm Gottofredus, pro appellante: Et Chezellus, pro aduerſa parte, dixiſſent. Nec diuerſum poſtea CONSCRIPTIS CVRIÆ placuit, ſecundùm propinquos tranſuerſa linea hæredes filiæ, aduerſus patrem, qui materna ex re dotali nummaria fundos mercari cunctatus eſſet, tanquam vxorium patrimonium lege Pacti connubialis. Haudquaquàm enim obſtante Meloduni Senonum Conſuetudine, quæ laterali hæredi antiqua modò defert auitáque defuncti hæredia, Clariſſ. Ordo addixit maternam illam dotem tranſuerſariis gnatæ hæredibus, ceu maternum immobile, ac gentilitium filiæ latifundium. Decreto luculento, in prima claſſe Curiæ Inquiſitoria, Octauo Kal. Maias. An. 1599. Iuxta Neapolitanum S. Conſultum, cuius fidem facit Matth. Afflictus, Deciſ. 237. Seu quæ Ferronus ad amuſſim de eo percenſuit, in Burdigal. Conſuet. §. 6. De dote. Item ſi viuus maritus teſtamento iuſſerit, grandes fundi ſui Arbores diuendi in

In Art. 17. Niuern. *Deniers de mariage ſortiſſás nature d'heritage, aſſignez, ou promis d'aſſigner, ſont cenſez immeubles pour la femme, ſes heritiers, & ayans cauſe.* Hoc eſt indiſtinctè verum, contra maritum, ſed non reſpectu aliorum, niſi eſſet aſſignatio annua, & ſic habens vim immobilis.

Solenne Placitum Curiæ die 14. Augusti An. 1591. *Entre Franc. le Camus, Macé Patroillart, & Catherine le Camus ſa femme, heritiers des propres de Fiacre le Camus leur nepueu demandeurs, & Iehanne Benoiſt ſa mere, defendereſſe, à laquelle on demandoit le remploy des rẽtes du Pere, rachetées ſur luy meſmes.* Aliter *du rachat fait ſur le mineur.*

Decretum Curiæ *en plaidant*, die. 2. April. An 1591. ex Conſuetudine Ducatus Burgundiæ, de dotali auro in emptionem fundi deſtinato, immobili habito, etiam reſpectu ſucceſſorum.

Pariſien. Areſtum in. 1 Camera Inqueſtarum Die. 24. April. 1599. inter Ludouicum *L'heureux* patrem hæredémque mobilium Ianæ filiæ, appellãtem à Præpoſito Meldunenſi, & Stephanum *Preuoſt*, eiuſque vxorem, d. Ianæ in propria materna ſucceſſores. Dn. Forgeto litis Relatore.

Digitized by Google

rem vſúmque fœnebrem impuberis filij, Illarum pretium, immobile quid cenſetur, perinde ac ſi impuberis mater tutrix eaſdem venundediſſet. Ideóque, hac in ſpecie, agnati tranſuerſo gradu, id pretij rectè vindicabunt: excluſa matre, mobilium hærede. Tametſi initio res, quaſi mobilis, ad pupillum paterna deſtinatione peruenerit: de qua deſtinatione, Cæſarea Lex. 1. 3. Quan. decre. op. Cum Vlpiani Leg. 1. §. ſi defunctus. De reb. eor. Atque huius quidem ſententiæ auctorem laudo Senatum, ex Forenſi patronorum Actione, Iolij pro appellante: & Mornaci, pro aduerſario, vtrinque perorantium. Tertio Kalend. Iunias An. 1595. In Volumine cauſarum Campanarum.

Parlamenti Areſtum Die 30. Maij An. 1595. *au Roolle de Châpagne. Pour l'heritier immobilier, contre la mere du deffunct, touchant le pris de grands boys vēduz.*

FRANCICA planè Iuriſprudentia immobilem definit eam pecuniam, quæ donatoris ſtipulatione parentis deſignata ſit comparationi prædiorum: licèt re ad exitum non perducta, nec effectu ſecuto. Art. 93. Pariſien. 497. Normanicæ, 27. Rhemenſis Conſuet. Quod Legum velut ænigma, variis dubiiſque agitatum opinionibus, diſſoluit ita iam olim Senatus noſter, ſententiæ principibus viciſſim Antonio Prato, & Ioh. Selua, qui ſummum in eo Magiſtratum geſſère. Idem quoque, Antonium Burgum ſenſiſſe Galliarum Iuriſpræfectum, ait Ferronus Senator Burdigalen., & Lutetiæ, ſe Præſide, ita ſancitum, ab eo accepiſſe, quùm apud Diuionem Burgundiæ ageret, in Aulico comitatu. Ne huc plauſtra Legum, Interpretúmque ſcripta effundam, in hoc themate pugnantia inuicem: quæ Tiraquellus, poſt Boërium, coaceruauit. §. 1. De Retract. Lineari, Gloſ. 7. Et Burdigalen. Deciſione, quam citauimus alibi. 25

De pecunia dotali deſtinata in emptionem rei prædiariæ.

In Commentar. Burdigal. Conſuet. Tit. de Dote. Art. 6.

Lib. 2. Legum Andegauen. Partis. 1. cap. 2. Tit. 2. Art. vlt.

SVMMA rei eſt, vt ſola dotalis auri deſtinatio, de qua ſuprà, immobile ipſum adſtruat, intuitu mariti, huiúſque diſpendio. Ne poſtea communioni mobilium, quæſtuúmque coniugalium Moribus inductæ permixtum illud iactitet vir ipſe, aut hæres eius: ſed dotales vel nummos, vel fundos, ex compacto, viduæ mulieri, hæredibúſque reſtituat. In Prouinciis autem, quæ Romano Iure vtuntur, quùm nulla ſit bonorum inter coniuges ſocietas, minùs neceſſaria illa videtur cautio ac ſtipulatio collocandæ dotalis pecuniæ in fundorum acquiſitionem: ſalua rei vxoriæ Actione Legibus prodita. Inſuper profectitia Parentum dos eiuſmodi, vicem ſortitur vxorij patrimonij: ab agnatis verò data, quæſtuum vicem vxoris peculiarium. Vt prædicta Neuſtriæ Conſuetudine expreſſum eſt, lucidiùs hercle, quàm Pariſienſi, aut Rhemenſi ſuprarelatis. Sed vtrobique par ratio conſimile Ius ſuadet, quùm vel donata coniugum alteri à propinquis tranſuerſim, vt ei ſint propria, extraneo coniugi nullatenus communicentur. §. 246. Legis Pariſ. Quantò igitur iniquiùs partem capiat maritus dotalis pecuniæ, ex qua ſi prædium mercatus fuiſſet, pro fide nuptiis ſanctiſſimè pacta, dotale ipſum nudo vſu ac fructu poſſediſſet. Vt Paulus I. C. ſubindicat. l. res quæ ex dotali. ππ. de Iur. dot. 26

In Patria Iuris ſcripti, qualiſcunque dos, purum eſt purúmque vxoris patrimonium, diſtracto matrimonio plenè reſtituendum L. 2. D. ſolut. matrim.

Verſ. *Choſe immeuble donnée à la charge qu'elle ſera propre au donataire, ne tombe en communauté.*

Digitized by

27 Ast ſi progrediamur longiùs ad hæreditariam pecuniariæ dotis deſtinatæ ſucceſſionem, & tranſmiſſionem ad alios, Obſcurior vertitur quæſtio, an illa, hæreditate tranſeat ad dotatæ ſucceſſores in mouentia, an verò ad laterales patrimoniorum hæredes. Nec enim hanc theſin video à Scriptoribus vllis agitatam, nedum excuſſam. Mea fert opinio, ex lege pacti dotalis, hæreditarium ius talis dotis metiundum. Nam ſi in coëundis nuptiis conuenerit, dotali ære prædium comparari, quod ſponſæ gentilitium fieret patrimonium: Eo caſu, fundis licèt inemptis, haud dubitatur, noſtrorum Morum regulæ locum fore, *Paterna paternis, Materna maternis*: & dotem illam ad tranſuerſarios fœminæ, aut liberorum ipſius hæredes ex materno ſtemmate,redituram. Molin. ad Quæſt. 1. Ioh. Galli. In ea potiſſimùm Galliæ Regione, cuius ſcripta Lege, nummi dotales iſtiuſmodi, purè immobiles habeantur. Quippe quùm indefinita, vulgò æquipolleant generatim diſpoſitis. Pauli leg. Si plures. ff. de Legat. 3. Quoties, ad hæc, priuato cum Pacto, coit publicæ Legis vinculum, eò firmiùs, vtrinque ſubnixus actus, in omnes protenditur. Iuſtiniani ratione deſumpta, ex Authent. Itaque. Cod. commun. de ſucceſſ. Sed muto etiam ac elingui, in hac parte, Municipij Iure publico, tantumdem valet pactitia dotis deſtinatio in emptionem rerum ſoli, quæ puellæ genti familiæque adſcribantur. Tunc enim gentilitiis quoque, & agnatitiis nuptæ hæredibus prouiſum exiſtimatur, quodá velut familiæ fideicommiſſo. Sicuti, purpurea in Toga, Senatus princeps Harleyus pronuntiauit. Diebus Chriſti Natalitiis. An. 1600. Omnium item minorum annis, (in quibus puellæ nubiles ſunt) nummi cenſentur haud dubiè immobiles, qui depoſiti, concluſíve in arca fuerint ad comparationem agrorum. L. à Diuo Pio. §. vlt. ff. De re iudic. l. quid ergo. §. vſuras, D. de contr. & vtil. act. Præterea ſi, cum deſtinatione patrisfamil., fiat ad vlteriora progreſſus, nempe ad depoſitionem pecuniæ, quæ marito in ſpem prædiarij commercij credatur, Pecunia tùm, deſtinatione ipſa, fit perpetuò immobilis. Ex præclaro Capite Leg. Iuliæ de fundo dotali, l. 4. quæ dotali prædio, ſponſalibus ſecutis, idem ius ſaluum eſſe iubet, integrúmque perinde, ac celebratis iam nuptiis. Id quod bellè torquetur in exemplum nummariæ dotis deſtinatæ, (vt ſ.) à Felino Sandæo, in Cap. cùm adeò. De reſcript. Et Magiſtro, Luteriani Senatus Præſide primario. In Tract. *Des criées*.

Pecuniaria dos deſtinata à *l'employ en acqueſtz d'heritages reputez le propre de la femme de ſa coſte & ligne*, dicitur perpetuò immobilis, cũ infraſcripta cautione.

Duo vincula vno potiora.

Solenne decretum Curiæ die. 22. Decemb. An. 1600.

Cap. 1. *des Criées* Lib. Deciſionum.

28 Cautiùs tamen acturos puto nuptiarum auctores, ſi, cum dotis deſtinatione conuenta, ſtipulentur annuam penſitationem, cui, in rem nuptæ, hæredia viri adſignentur: donec is pactæ deſtinationi, partis latifundiis, ſatisfecerit. Molin. ad §. 17. Niuernen. Leg. ſuprà relatæ. Nec enim penſitatio iſthæc minùs habet virium, quàm ex dote coëmpta latifundia, ſimilitérque hæreditario iure transfunditur ad laterales muliebris patrimonij ſucceſſores, ſeu qui mulieris liberos materna ſtirpe vel agnatione contingant. Vti non obſcurè Nea-

Aſſignat de Rente, à faulte d'employ des deniers dotaux.

Digitized by Google

politanos Patres iudicaſſe, refert Matthæus, cõſcriptus Curiæ ſummæ Neapolit. In Deciſ. 237. à Nobis ſuprà citata. Ob idque, Iac. Vergneus, & vxor, defuncti matertera, petitorio hæreditatis iudicio, ſuperarunt maternum eius auum, Ægid. Magiſtrum: Qui pecuniariam filiæ dotem dederat cum lege futuræ emptionis prædiorum ex ea pecunia, & annui interea reditus coniugi à marito adſignati. S. C. Pariſienſi peruulgato, circa Annum. 1554. Ex aduerſo autem, ſi nudè ſimplicitérque pepigerint futuri coniuges, nummos, qui doti dicantur, nupturæ proprios ac peculiares fore, Haud mutatur quidem mobilis iſtorum primæua conditio, ſed à coniugali bonorum communione in maritum excipitur. Nec diuerſum ſtatuendum, ſi expreſſim conuenerit, dotale æs in fundorum emptionem impendi, aliàs, ſolidum, dirempto matrimonio, dari, præſtari. Hac enim Pacti formula, gignitur purè mobilis actio, condictióque nummariæ dotis. Quare ex conſimili dotalium tabularum clauſula, cenſuit Senatus, dotatæ auiam ſuperſtitẽ, quaſi mobilium hæredẽ, propinquis anteferri, in Patrimonia lege ſuccedentibus. Decreto in publica Fori diſputatione, 4. Idus Martias An. 1577. Buiſſonio, Méq;, litigatorum hinc inde cauſidicis.

Lutetianum Areſtum, ex appellatione à Sententia Requeſtarum Palatij dicta, die. 21. Maij An. 1553. inter Iacob. *de la Vergne*, & Genoueſam Magiſtram, vxorem, immobilium hæredem Ægidij *Herzian* nepotis ex ſorore Claudia Magiſtra, aduerſus defuncti maternum auum, *pretendant, les deniers dotaux par luy baillez, & aſsignez à l'employ en propre, eſtre vn propre conuentionel, & non naturel*: & ſic, deficientibus filiæ liberis, *reuerſible à luy. Mais ce propre auoit ia fait ſouche en l'enfant de lad. fille.*

Placitum Curiæ, *en plaidant du Roolle de Paris.* Die. 12. Mart. An. 1577.

Sic bonus Iudex variè, cum hypotheticis Scęuolæ reſponſis, con- 29
ſtituit ſecundùm ea quæ proponantur. Nam, vt noſtratibus aliena quoque Iudicatorum exempla admiſceam, tractatum eſt in Rhedonenſi Senatu Britanniæ citerioris, de re nummaria, ex reſciſſorio venditi fundi iudicio, an mobilium donatariæ competeret eius coniugi, qui priore in connubio mercatus prædium eſſet. Negabant enim donatariæ priuigni, tale fundi pretium, mobile eſſe, & Mobilium largitate comprehẽdi. Nam etſi, reſoluta legibus venditione, res eò redacta eſſet, ac ſi nummaria ſors penes patrẽ ſuum, fundi emptorem, vſquequaque permanſiſſet: Alterius tamen intuitu, nouæ ſcilicet vxoris, aliud ſentiendum. Quo die contracta ſit donatio, fundi dominium poſſeſſionémque etiamdùm penes maritum emptorem conſtitiſſe, nec, ominoſum cœptæ iam litis reſciſſoriæ euentum, coniugi datum ab eo, mente præſumi. Hinc colligunt anteriore ex thoro liberi, emptionis pretium iudicio irritæ poſt diſtractas ſecundas nuptias, immobile videri, & immobilis prædij, velut ſuccedaneum, vice defungi. Ex ſentẽtia Claudij Triphonyni, leg. cùm in fundo. §. ſi fundus communis. ff. de Iure dot. Queîs ſubiungi poteſt, longè diſſitam eſſe iudiciariam & coactam, à pactitia & ſpontanea, fundorum alienationem, ſeu alienatorum reuocationem: Vt quali bonorum genere pretium fundi cenſeri debeat, mobile-ne, an immobile, certiùs dignoſcatur. A parte autem donatariæ ſuggerebatur in contrarium, donationis tempore motam à venditore condictionem ex lege Diocletiani, Rem maioris pretii: Maritum proinde donatorem, qui tùm litigaret, litis exitum, donatione; tranſcribere ipſi voluiſſe, ac forenſis ſaltem aleæ reliquias, iúſque pretij fundi reſiduum. Arg. l. vlt. Cod. de litig. l. ſi domus.

Empti fundi pretiũ redditum, immobile, aduerſus ſecundam coniugem, iudicatum.

Cod. De reſcind. vendit.

Digitized by

domus. §. vlt. l. quod in rerum. §. 1. ꝟ. de legat. 1. Diſceptato vtrinque negotio, pronuntiatum eſt aduerſùs mobilium donatariam: ſaluo, receptóque ei in hoc genus bonorum DOTALITIO, quaſi immobile ac patrimoniale. Areſto Rhedonenſi, in Armoricis, pridie Idus Sextiles An. 1563. quùm Vilhelmus Merus, Mauriciorum tutor diu contendiſſet in Ægid. Kermenum, & Franciſcam Albinam, vxorem.

Areſtum Parlamẽti *de Rennes en Bretagne*, Die. 11. Auguſti An. 1563. Ex Volum. Natalis *du Faılh.* Conſiliarij Curiæ Rhedonenſis.

30 VETVS præterea depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, immobili cuidam accenſetur: & Theſauri titulo in Ædibus recluſum aurum, ſequitur harum emptorem, nec tanquam mobile, reddundum venditori. Scæuolæ reſponſo, l. à tutore. ꝟ. De rei vindic. Et Triphonyni I. C. l. 63. De acquir. rer. domin. l. poſſideri. §. 1. ꝟ. de acquir. poſſeſſ. Atque ideo Orientalis Indiæ Rex Theſaurum, qui in agro vendito fuerat inuentus, emptori addixit, nequicquam fremente venditore. Sicuti tradit Philoſtratus, quem alio loco recenſui. Eam ob rem Papinianus exiſtimat, theſaurum in dotali prædio repertum, eius fructum merum non eſſe, marito cedentem, quaſi liberè prorſus conſumpturo. l. 7. §. ſi fundum. D. ſolut. matrim. Ita Labeo ſcribit, ſi hæredum vnus theſaurum effoderit à teſtatore relictum, familiæ herciſcundæ iudicio eum teneri, licet cum extraneo conſcio partitus ſit. l. 22. D. famil. herciſc. Sed in Belgico Atrebatum foro diu iactata eſt de Theſauro controuerſia iſthæc, ſub annum. 1570. Vidua mulier vicino legauit domum, aliis alia quædam: bonorum autem reſiduum Atrebatiis pauperibus reliquit. Aliquot pòſt annis, à teſtatricis obitu, theſaurum nanciſcitur legatarius Ædium in vetuſto pariete. Rei certior factus Curator pauperum, vocat in ius legatarium, poſtulátque, pij legati ergô, repertos nummos inopibus adiudicari. Defendit ille, theſaurum in ſuo conditum, inuentúmque: proin Legibus ſuum eſſe. Actor verò, inſtare acriùs, legatam à teſtatrice domum, non pecuniam in ea reconditam: Nec theſauri iure cenſendam hanc, quæ noua eſſet, non vetus pecunia, etſi dominus eius neſciretur. Auditis demùm vtrinque Partibus, Atrebatica Iudicum Decuria ſecundùm Pauperes pronuntiauit: hoc præſertim nomine, quòd abdita illa pecunia, Philippis argenteis conſtaret, excuſis quadraginta abhinc annos, reóque, de compendiis rei ſuæ, omninò certante, pia interim teſtantis mens in egenos liquidò pateret Vt Nicol. Goſſo prodidit, Atrebat. Conſuet. Scholiis, Art. 10. Nûm autem redimenti ex pacto venditori cedat theſaurus, an emptori fiduciario, qui illum nactus ſit, quæritur apud Tiraquellum, De Retrac. conuention. Poſt Benedictum, in cap. Raynutius. De Teſtam. Sed nihil hæc ad præſens inſtitutum.

Theſaurus, mobilis ſit necnè res, an immobilis.

Lib. 2. Domanij Frãcici, Tit. 5. Art. 9. 10. 11.

Arteſienſis Cameræ Iudicium.

De Retr. In fine Tit. num. 97.

Cap. Raynutius. in verb. cætera bona. num. 30. 34. & Molin. in §. 57. vetuſtæ Conſuet. Pariſ. num. 48.

31 HAVD eodem vtique loco & conditione nummi habentur, Ciuilium tumultuum cauſa depoſiti penes amicum, pacatæ Regionis incolam. Verbi gratia, homo Italus, qui larem fouebat in

Depoſitæ ad tempus pecuniæ, an lege loci regantur, vbi ſint tempore mortis, deponentis, an lege domicilij, eiuſdem.

Gallia, furente inteſtino Bello, curauit protinus, benè nummatos loculos ad propinquum & gentilem ſuum tranſmittendos in patrium ſolum, An. 1590. Ea nimirum concepta ſpe, vt ſibi, liberíſque ſuis Gallis in meliora tempora nummi reſeruarentur. Triennio pòſt, Gallicorum motuum fluctibus exorbetur depoſitor pecuniæ, filiabus domi relictis, ex aſſe hæredibus. Repoſcunt hæ paternum depoſitum à proximo illo Agnato, Hetruſcæ vrbis ciue. Is ſe quidem fatetur, ab earum patre ingentem auri ſummam, contracta fiducia, accepiſſe: verùm eius morte, ſolidam, ad ſe vnum hæredem redire contendit, loci Lege, in quo poſita pecunia defuncti iaceret. Florentinis enim Conſtitutionibus, Mares agnati filias hæreditate arcent rerum in eo Principatu ſitarum, quæque Territorij iſtius Iure adminiſtrentur. Argumento Iulij Pauli, in l. ſi res mobilis petita ſit. ϖ. de rei vindic. Et Vlpiani leg. 35. §. rerum autem Italicarum. ϖ. de hæred. inſtit. Reor tamen ipſe, puellarum, de fide ſequeſtra violata, querelam potiorem. Nec enim, in dirimenda Mouentium huiuſmodi controuerſia, ſpectari par eſt eius Inſtituta Vrbis, in qua, pecuniæ ad tempus collocatæ ſint: quùm iſtinc abeſſe eaſdem, præſumptum ſit Iuris coniectura & opinione. Quemadmodùm Sextus Pomponius notat, l. ſi fundus legatus. ϖ. de legat. 3. & Seruidius Scæuola, l. debitor. l. Tabernam. D. de pignorib. Cum Cœlij Sabini ſententia, in l. 18. §. 8. ϖ. de Inſtruct. & inſtrum. leg. Minimè item Prætor infidis opitulatur, ac fœdifragis: quorum religioni, tutelæque commiſſum ſit quidpiam, tumultus, incendij, ruinæ, naufragiíve cauſa. Et M. Tullius depoſita non reddentes perſtrinxit, qui, niſi oppoſita Reipubl. vtilitate rationibúſque neceſſariis, perfidiæ meritò inſimulentur.

Florentiæ Statutū, à Laurentio Mediceo Reipublicæ Principe conditum. An. 1478. Cuius odio, Pactij in Mediceos coniurarunt, quòd Pactiorum vnus, Borromeæ gentis opulentæ filiam, coniugem haberet. De hac coniuratione & ſeditione Florentina, Philip. Cōminius in Ludouico.xi. Cap. 122.

L. 1. D. depoſit.

Lib. 3. Offic. ſub finem.

Mobilia pretioſa.

INSIGNIORES, ſummíque pretij Mobiles res, immobili- 32
bus adnumerantur à quibuſdam. Ex Conſtantini leg. 22. Cod. De adminiſtr. tutor. In ver. *gemmas, veſtes, cæteráque mobilia pretioſa.* Et, qua ratione, fundi, eadem mouentes Templorum res ingentis pretij, vetantur alienari, niſi canonicis Solennibus actui interpoſitis. Glo. & Panor. in cap. tua. De his quæ fiunt à Præl. Cum ciuicis Ambianorum Ritibus, Art. 135. Illuſtriorum quoque Procerum familijs perpetuò adſeruari videmus in Gallia gemmas, anulos, immenſíque pretij ornamenta domeſtica: & à Maioribus accepta, per manus tradi protogenio, bonorum & ſacrorum hæredi. Sicuti enim Lucullus Cæcilij hæres fuit, traditis anulis, deſignatus teſtamento: ac Perdiccas Macedonici Regni ſucceſſor, ab Alexandro porrectis anulis. Ita clariſſimæ gentis domúſque decora iſthæc, ceu * Κειμηλιάρχιοι, manent vulgò ferè penes grandiorem natu, nobiliorum fundorum, Arciúmque poſſeſſorem: ceu dominum hæreditatis, rerúmque Familiæ fideicommiſſarium præcipuum. Quoties tamen diſpar vertitur talium Mouentium

Nouæ Conſuet. Ambianæ Art. 135. Verſ. *Mais ne peuuēt aliener n'hypothequer leurs biens patrimoniaux, & meubles pretieux & de grand prix venans de leurs maieurs.*

Valer. Max. lib. 7. cap. 8.

*Vbi mobilía pretioſa reconduntur.

tium ratio, & immobilium, Illa tunc, ab iſtorum conditione ſecernuntur, nec prædiarijs in rebus numerantur. Vtputà, ſatiſdationis onere, ſoli immobilium poſſeſſores liberantur. Angel., Paul. Caſtrenſis, Alexan. ad l. penult. D. qui ſatiſdare cogan. Idem obſeruare eſt in Municipali Retractu, gentilitiorum fundorum, qui ære diſtracti ſint, in familiam reuocatorio: non autem mobilium, quanticunque pretij. Tiraquell. in §. 1. De Retr. lin. Glo. 7. Nec me latet vtique, ſplendidiores Magnates, antiqua hæc Domus ſuæ Ornamenta iactare, Lauallos, Rohanos, Gallicique nominis alios, dignitate natalium præcellentes. Nec paucis notæ ſunt nuptiales Karoli Lotharingi, cum Claudia Francica, tabulæ, 14. Kal. Februar. An. 1558. Quæ bonorum ſocietate communium exceperint vetuſta pretij ſummi *Mobilia* Lotharingiæ principis Caſæ. Aſt, memet in Senatu *dicente*, pro curatore Teſtamentario Ducis fœminæ Bulionenſis, iudicatum eſt, ab huius hæredibus illi grande æs appendi ilico debere, quod hæreditariis creditoribus, & legatariis erogaretur: Alioqui inſignia Heroinæ mobilia Pariſiis ſita, quorum auctioni interceſſerant hæredes, quaſi gentilitiæ forent res ſoli, publicè vænum iri, ſubiectúmque voci Præconis. Decreto Senatorio, Calend. Sextilibus An. 1579. quùm Paſquerius, Bulionenſium hæredum partes forenſi patrocinio tutatus eſſet.

In ver. *ou autres choſes*. Num. 100. 101. 102.

Lotharingiæ Ducis Karoli contractus matrimonij Die. 19. Ianuar. 1558.

Pretioſa Mobilia Ducalis Lotharingiæ Domus.

Areſtum Curiæ, die. 1 Auguſti An. 1579. pro Ludouico *le Brezé*, Meldenſi Epiſcopo, executore teſtamenti Duciſſæ, *de Boullon*.

Officia Venalia.

33 SVCCEDIT his prolixior quæſtio, de publicis Muneribus promercalibus, mobiliúmne in ſeriem, an immobilium, ſint referenda. Hæc bino quidem, Pariſiorum, & Neuſtriæ Iure, ſanciuntur immobilia, cum aliquo temperamento. §. 95. 350. 351. Pariſien. & 500. Normanicæ Conſuet. Quantiſper enim publicum Munus retinet aliquis, ſibi collatum à Principe, experiri poteſt ipſe Interdicto poſſeſſorio: quod Mouentium domino tribui non ſolet. Vti de Regiis officiis deciſum fuit ab Ordine Ampliſſ. 14. Kalend. Nouemb. An. 1540. In Senatoria Molinis Boiorum Seſſione iuridica, cuius Areſtum Rebuffus commemorat, extemporale in cauſis agendis: Marillaco, pro appellante, & Seguerio, pro aduerſa parte, orantibus. Venalis item militia, atque Officium, hypothecæ ſupponitur, inſtar rei prædiariæ. cita. §. Normanicæ Leg. & Pariſien. Sed animaduerte, in publica Miniſteria, quæ hæreditate teneantur, hypothecæ ius eſſe, ac prehenſionem in tertios quoſque corũ emptores. Art. 212. & 425. Briton. Conſuet. Ea verò, quæ vſu ac fructu, non mancipio nexúque, occupentur, tantiſper pignerari licet, dùm ipſa debitor gerat Officia: Quùm, iis depoſitis, nouum in poſſeſſorem manus iniici nequeat, pignoráque ea capi: Nec hypothecarum ordo ſeruatur in Officij pretio, quod ſub haſta vænierit. Quemadmodùm de hac poſteriore Munerum ſpecie, cenſuit Senatus Areſto luculento, pridie Nonas Iunias An. 1557. De priori autem Officiorum genere hæreditario, tanquam de patrimonio libero, extat priſcum S. C. grauiſſimum. In Parlam.

Placitum Curiæ *tenant les grands Iours à Molins*, die. 19. Octob. 1540.

Officium item à patre nobili emptũ primigenio ſuo, conferendum eſt ab eo cohæredibus immobilium, pro modo æſtimationis ipſorum, nõ autem mobilium, quorum vnus ille eſt hæres apud Turonas, Cenomanos, & Andes. Hinc tale Officiũ, quoad collationẽ, partim immobile fertur, partim mobile, facta ſcilicet ventilatione mobilis & immobilis hæreditatis. Iuxta leg. Si quod ex Pamphila. Et l. qui ſolidum §. 1. ff. de legat. 2. Gloz. in l. ſi plura. ff. De ædil. edic.

Generale Areſtum, in profeſtis Pentecoſtes, ſeu die. 4. Iunij An. 1557. *Touchãt vn Eſtat de Secretaire venal: qu'il n'y a aucune priorité ſur le prix d'iceluy, & que ſur led. prix les creanciers viennent en deſconfiture au ſol la liure, comme en meuble.*

Digitized by Google

Vetus Areſtum Parlamenti Candeloſæ An. 1254.

ſacræ Purificationis An. 1254. hoc modo. CÙM REX HENRICVS ANGLIÆ DEDISSET CVIDAM ET SVIS HÆREDIBVS, QVÒD ESSET SCRIPTOR SVÆ PRÆPOSITVRÆ CADOMI, PROVT IN LITERIS IPSIVS REGIS CONTINETVR: ET IAM ILLVD DONVM DE HÆREDE AD HÆREDES TRANSIISSET EX SVCCESSIONE, DE NOVO FVIT ORTA QVÆSTIO AD PETITIONEM CVIVSDAM MVLIERIS, DICTVM OFFICIVM PETENTIS, ET DICENTIS, QVÒD IPSA ERAT HÆRES PROPINQVIOR: ET HOC COGNITVM FVIT PER BAILLIVVM CADOMI, QVÒD IPSA ERAT HÆRES PROPINQVIOR. DVBITABATVR, CÙM ILLVD OFFICIVM, NON ESSET OFFICIVM MVLIEBRE, VTRVM IPSA MVLIER AD HVIVSMODI SVCCESSIONEM ESSET ADMITTENDA. IVDICATVM FVIT, QVÒD CVM CHARTA DONI REGIS HENRICI, DONVM TESTIFICARETVR, CVIDAM ET SVIS HÆREDIBVS, PROPTER HOC, SI IPSA ERAT MVLIER, NON DEBEBAT REPELLI AB HVIVSMODI SVCCESSIONE, ET QVÒD OFFICIVM FACERE POTERAT PER INTERPOSITAM PERSONAM. Ex antiquis Curiæ Regeſtis. Eadem eſt, firmiórque adhuc, feudalium Officiorum conditio: qualia Apparitorum miniſteria ſparſim, & alia, quæ perpetuo clientelæ iure exercentur, cum annuis commodis præmiorum, aut latifundijs Officio nexis. Gallica enim Feuda quæuis, patrimoniorum inſtar, redigi, tritum eſt: Itaque nec dubium, pignoris vinculo obligata iſthæc Officia, ceu res ſoli, ad nouos poſſeſſores tranſire cum ſua cauſa. Similiter Friderici. 1. Imp. lege, Magiſtratus & honores mandantur per Veſtituram beneficiariam. Tit. de pace Conſtant. In Feud. Gallus itidem Rex Angli filio Errico beneficiarium dedit Prætur æ Francicæ munus, quod Andegauiæ feudo coniunctum erat. Vt Aimoynus tradit, Lib. 5. Franc. Hiſt. cap. 36. Eò quoque recidunt clientelaria Aduocationis munia, Tit. de pac. ten. §. publici latrones, In Feud. Ne alia, Cuſtodiæ & Procurationis, Beneficia huc adferam, quæ anno exacto reuocari poterant. Lib. 1. Feud. Tit. 2.

Infeudata Officia.

Sergenteries fieffayées.

Homagium Seneſchaliæ Francici Regni infeudatæ, factum à filio regis Angliæ, Franco regi.

Feudum Aduocatiæ.

QVONIAM autem copioſior multò eſt apud Francos Offi- 34
ciorum ſeries, quæ Regio nutu & arbitrio, quàm quæ adſtricta cedantur feudi formula, vel hæreditatum, Scire oportet, illa, Regi proprietate competere, priuatis vſufructu, Regis donatariis & Adminiſtris. Vnde, precaria omnia, Principis intuitu, reuocabiliáque videntur Baldo Officia, ab illo collata. In l. Reſcripta. Cod. de precib. Imp. offer. Meliùs tamen cum Gallis agitur, qui ab Regia fide perſancta, viui munus ſuum obeunt liberrimè, nec ſedibus exturbantur poſſeſſores, gradúve deiiciuntur. Vtì Gratianopolitanus

Manualia Officia, faciléque abdicabilia.

Digitized by Google

tanus Delphinatiũ Senator obſeruauit Franciſ. Marcus, Delphinali Quæſt. 19. (*Parte. 2.*) & Burdigalẽſis Præſes Boërius, Deciſ. 149. Concitata eſt certè olim pergrauis Romæ ſeditio, ſeceſſióque Capuanorum militum, quòd eos Populus numeris exemptos vellet, vtì ſuperuacaneos, parúmque neceſſarios Reipublicæ. At M. Valerius Coruus Dictator tumultum pacauit, ſancita Lege Sacrata militari, Ne cuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente, deleretur: neu quis, vbi Tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Liuio auctore, lib. 7. Atque vt Pius Antoninus ſucceſſorem viuenti bono Iudici nulli dedit, præterquàm Orphito Præfecto Vrbi, ſed petenti. Sic Francicorum Municipiorum Præfecturas ſaluis ſpirantibúſque non ademerunt Reges vetuſtiores. Hócque adeò illuſtri præconio ornarunt Annales noſtri Robertum Capeti filium Regem optimum, quòd magiſtratu, niſi noxæ damnatum commiſſoriæ, ſummouerit neminem. Sed cùm Philippus Pulcher iuridicialem Reipub. Statum commutaſſet, tranſlatóq; ad ſe Regiorum munerum titulo, Recuperatoribus mandaſſet in præfinitum tempus iuris dicũdi prouinciam, incommodùm occurrit, vt ſort'ium reis eiuſmodi Iudicibus iudices darentur à Principe, ſeu Quæſitores. Philippinis Reſcriptis An. 1302. & 1303. Inde conſultiùs bina Lex edita à Philip. Valeſio, altera delegatæ cuiuſq; Iuriſdictionis reuocatoria, Altera perennium, cum vita, Magiſtratuum firmatrix. Cuius tamen Legis immemor Karolus. 5. nepos, Franciæ Prorex, circumſcripſit è Collegio Senatores nonnullos, Magiſtros rationum Principalium, alióſq; Vrbis primores, impellente armata Plebe, factioneq; ciuium tumultuoſiùs inſtigante. An. 1356. quo, Gallicæ res ſurſum deorſúmque, abducto in Angliam captiuo Rege, uoluebantur. Ac propterea Carolus, decreto poſteriori, agnouit errorem, taléſque Magiſtratus, reſciſſa abdicatione, reſtituit, cum elogio, in priſtinum ordinem ac dignitatem. Areſto eximio in Baſilica *Parlamentari*, 5. Kalend. Iunias. An. 1359. Cuius tenorem ex Actis Curiæ depromptum, Karolo. 9. recitauit, priſco illo idiomate, Vilhelmus Baillius Præſes ſummæ Ratiociniorum Pariſien. Decuriæ, Sexto Idus Majas An. 1566. Hic namque, Rationalium collegarum nomine, Regem aggreſſus, commonefecit, quid ſentirent ipſi maturè accuratéque de Principali Edicto Menſ. Februar. An. 1566. Quo quidem Rex Edicto, ærarios Quæſtores pluſculos, fiſcaliáque Miniſteria albo expunxiſſet. Pari de cauſa, Ludouicus. XI. ſacramento adegit Carolum. 8. filium Vndecimo Kalendas Octobres An. 1482., ne Regium in faſtigium euectus, Præfecturas ſubditis, muniáve Iuridica abrogaret. Quùm enim Ludouicus Regnum iniens, multis leuiuſculè honorum iura ademiſſet, Magiſtratúſque, de ſuomet ipſe periclitatus eſt, ac Solio propemodùm excuſſus, illorum coniuratione ciuium, queîs arma ſpoliatis ſuperérant. An. 1465. Vnde & perpetua Lex Regni condita, duodecimo

Capitolin. in Pio.

Magiſtratuum breue regnum populis non parcit.

Rectoris Franciæ Areſtum in Camera Parlamenti dic. 28. Maij An. 1359.

Die. 10. Maij An. 1566. apud Fanum Mauri, in agro Pariſien. *Remonſtrances faictes au Roy par le Preſident des Comptes Bailly, ſur l'Edict de ſuppreſſion de pluſieurs Offices comptables, & de ſix Chambres des Comptes.*

Delphini Franciæ Caroli paterna exhortatio, dic. 21. Septemb. An. 1482.

Ludouici.xi. Ordinatio, die. 21. Octobr. An. 1467. de regiorum Officiorum ad vitam perpetuatione.

Kalendas Nouembres An. 1467. Regiorum munerum functionem, deinceps innoxiæ vitæ comitem fore, nec viuo cuiquam ereptum iri.

An Officiarij creditor, ad conſeruationem hypothecæ in Officiũ, neceſſe habeat, opponere ius ſuum in Cancellaria regia, ne reſignationis Officij Literę expediantur & ſigillentur, niſi ſaluo ſibi eius pretio in ſolutionem debiti ſui: An verò ipſi ſufficiat, reſignatarij receptioni, Literas ſuas in iudicio præſentantis, intercedere.

Office venal, comme immeuble, ha ſuite par hypotheque, quand il eſt ſaiſy ſur le debteur par Iuſtice, auant la reſignation admiſe au profit d'un tiers.

HAVD abs re igitur, ciuilia Officia pignerari licet Officialis creditori, &, viuo illo, pignoris perſecutorium ius exercere in nouum Officij geſtorem, ceu latifundij detentorem. cit. §. 95. Pariſ. Conſuet. Quod ciuili quidem modo accipi debet, ſi antequàm ſingularis in publicum Munus ſucceſſor mittatur in poſſeſſionem, teſtatò conuentus ſit a creditore auctoris ſui, ne ei pretium rei ſoluat, donec ſatis ſibi factum ſit. Nam etſi regia ipſa eiurati Officij collatione vaneſcant anteriores in iſtud hypothecæ, præd. §. 95. Collatitium tamen Diploma, ne in alterius diſpendium præpoſterè trahatur, cum effectu eſt intelligendum, liberáque executione, & aſſumptione regij Beneficiarij in functionem Officij per Magiſtratum, citra creditoris interceſſionem ac conteſtationem de ſuo iure. Virile enim Munus, quaſi hominis opera, in actione conſiſtit prorſus, & liberti operas idcirco, Iulius Paulus diurnum officium definit. L. 1. ff. De oper. libert. l. 1. ff. De oper. ſeru. Vnde operas ſtipulatus, ante peractum diem, eius operam diei petere nequit, diurnum velut officium. Pomponiana leg. 3. D. de oper. libert. Quò ſpectat notum Fori axioma, de honorario gradu ordinéque parium Magiſtratuum, ex die poſſeſſionis & exercitij ſigillatim cœpti, diiudicando. Sicuti à Nobis fuſiùs alibi tractatum eſt. Vtcunque igitur publici Miniſterij titulum vulgò metiamur Regia priuatæ ceſſionis ipſius admiſſione, & auctoritate: Haud ideò cedentis creditores, actorum ignari, quæ paucis innoteſcunt, ſuis excidunt in venalem Militiam hypothecis: Sed priuſquàm nouus Officij beneficiarius propalam allectus ſit à Iudice in ipſius functionem; veniunt audiendi illi, vt ſaluum & incolume pignus in idem retineant. Hanc denique Officij hypothecariam controuerſiam in Senatu exagitarunt præclari Oratores Diſſertatione forenſi, Doleus pro N. Symone, eiurantis publicum Munus creditore, cui pigneratitium ſuum ius integrum ſeruarat Prætor Pariſienſis: & Duretus pro ſucceſſore in Officium, ſeu priuatis huiuſce creditoribus Meſmiis, cuius ille ſolenni in exercitium cooptationi interceſſerat. Exin, auditis partibus, res plenius in conſilium deliberandi reiecta eſt, pomeridiana cauſarum diſceptatione, Tertio Idus Decēb. An. 1601. Enimuerò ſi communi mortaliũ fato, non ceſſione, mutetur poſſeſſor publici Miniſterij, huic anteriùs iniecta à creditore manus tolletur, impoſitáque Miniſterio pignora euaneſcent, iudicialia perinde, ac conuenta. Intantùm, vt quo primitùs exierit, iure eodem libero, Officium ad Principem reuertatur. Cap. 1. §. rurſus ſi fidelis. Quib. mod. feud. amitt. l. lex vectigali fundo. ff. de pignor. Propone autem, Magiſtratus accenſum, dum Officij munia exequeretur, interfectum, aut ipſum adeò Magiſtratum.

35

Lib. 1. Eccleſiaſt. Polit. Tit. 8. Art. 12.

Appoincté au Conſeil in Parlamento, die. xi. Decēb. An. 1601. *entre N. de Bordeaux reſignataire pourueu de l'Eſtat de Payeur des gages de Meſſ. des Comptes, & ſes creanciers appellans d'une part, & Symon creancier de ſon reſignant, intimé: duquel l'oppoſition à la reception dud. pourueu auoit eſté declarée bonne par Sentence du Preuoſt de Paris, (dont appel.)* Idque *parauāt le payemēt du prix dud. Office au reſignant, ou aux creanciers anciens dud. prix de l'Office.*

ſtratum. Quo caſu, pietatis ratio ſuadet, forenſe Munus viduæ coniugi ac propinquis hæredibus reſeruari. Rogo, nûm in eodem, creditorum hypothecæ perſeuerent, quaſi in viui ſpirantíſque debitoris iure quodam Patrimoniali? Qui enim, Reipublicæ præſertim cauſa, ceciderint, in viuis quodammodò habentur. Sic Iuſtiniani ſententia, qui pro ſalute Patriæ ſalutem neglexerint ſuam, viuere etiamdùm intelliguntur, ſempiterna memoria celebres. §. *filij autem*. Inſtit. de excuſ. tutor. Iuxta Vlpiani reſponſum, l. bello amiſſi. D. eod. & Modeſtini leg. vlt. ✠. De vacat. muner. Haud aliter M. Tullius, Philippic. 9. dicebat, talium mortuorum vitam in memoria viuorum poſitam eſſe. Idem Orator pro Cornel. Balbo, conſtituit diſcrimen hoc inter gratioſos ciues, & fortes: quòd illi viui ſuis fruantur operibus, horum etiam mortuorum, ſi quiſquam, ait, Imperij huius defenſor mori poteſt, viuat immortalis auctoritas. Vtvt ſit, cæſorum pro Republica, vel publici functione Officij, vxoribus, hæredibúſque debentur ex publico alimenta, aut caduci morte, Officij reſtitutio: Quod velut ſani ſoſpitíſque Munus, eſt in eadem gente ac familia continuandum. Ita Hippodamus lege cauit apud Athenienſes, vt communi ex Ærario filij educarentur, quorum genitor pro Patria occubuiſſet. Scriptore Ariſtotele, in Politicis. Nec abſimilia his Pericles obſeruanda proponit, apud Thucydidem lib. 2. Itaque Legum coniectura, immortalis glorioſæque eorum vitæ, qui pro Republ. Diis Manibus ſe deuouerint, inducitur ſolùm fauore neceſſitudinis familiæque defuncti (ceu iura quædam ſanguinis & agnationis) non autem exterorum gratia, ac compendio creditorum. Sicuti Patribus Conſcriptis euidenter oſtendit Cicero, Philippica. 14. in hunc modum. *Cenſeo, P. C., quæ præmia militibus promiſimus, nos, Repub. recuperata, tributuros, ea viuis victoribúſque cumulatè, cùm tempus venerit, perſoluenda: Qui verò ex his, quibus illa promiſſa ſunt, pro Patria occiderint, eorum parentibus, liberis, coniugibus, fratribus tribuenda exiſtimo*, Proin leuir, & coniunx vidua cuiuſdam ciuile gerentis Officium, qui ferro perierat, euicêre iudicio publicum Munus iſtud, hypothecarijs etiam creditorum oneribus immune ac vacuum. Decretis Senatus, contra demortui creditorem, pridie Idus Apriles An. 1593. & Quartò Kalend. Februar. An. 1594.

Sergens, ou autres tenans Office ſubiect à hypotheques.

Filij bello amiſſi proſunt ad excuſationem tutelæ, muneriſumque ciuilium, quaſi extent in viuis.

Iura, familiæ reſeruata, donatáve à Principe, nec ſocijs quidem bonorum conferũtur: Multò minùs extraneis defuncti creditoribus. Vt. ï. Lib. 2. dicemus, Tit. 1. Art. 12.

Placita Curiæ die. 12. April. 1593. & 29. Ianuarij An. 1594.

36 AB HYPOTHECIS, quæ publico Muneri generatim imponuntur, pergamus ſpeciatim ad eius diuiſionem hæreditarij inter liberos, vel agnatos vltimi poſſeſſoris. Nonnulla enim ad hos, hæreditate, tranſmiſſoria ſanxerunt Reges noſtri, prærogata in id Fiſco æris ſumma. Edictis nempe, de Notariorum functione, promulgatis An. 1568. 1574. 1576. 1578. Quæro, an Notarij filio hæredi ſuccedat mater in iura commodáque Officij, quaſi mobilis: an laterales, contrà, propinqui, velut in rem immobilem.

Partages d'Offices hereditaires, entre coheritiers.

De hæreditarijs pleriſque Regni huius, ac Imperij Germanici Officiis, Nos Lib. 3. Doman.

Digitized by Google

Suggerent iſti, Pariſiorum Legibus immobile depingi Officium, quandiu ab Officiali poſſideatur. Atqui deuoluto ad hæredes iure defuncti, nullatenus mutatur eiuſdem qualitas iuríſque conditio. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Procliuiùs tamen crediderim, publica hoc genus Miniſteria, quæ Fiſcalibus ſtipendijs vacent, eo modo partiunda ab arbitris familiæ herciſcundæ, quo mouentia, quæ hæreditate obuenerint. Nam vt pignoris perſecutio nulla eſt in tertium rei mobilis poſſeſſorem, ita nec in nouum officij geſtorem, cui eiuratum à debitore illud collator erogarit. §. 95. & 170. Morum Pariſien. Aſt diuerſa eius cauſa eſt hæreditarij Muneris, quod nummaria penſione annua, de Regiis vectigalibus prædiíſve, auctum ſit, tanquam ex re ſoli. Nam & iſtud, ſoli fundíque partem conſtituit, & immobilium vicem obtinet, Art. 353. præd. Conſuet. Quem locum obiter expoſui. Lib. 3. Leg. Andeg. Etenim portorij ac vectigalium iura immobilibus adſcribuntur. Bal. in cap. 1. §. ſciendum. De feudi cognit. Ex notat. in cap. 1. Quæ ſint regalia. In feud. Idem Baldus ad l. ſtipendia Cod. de execut. rei iudic. Sic Turonum Vſus ac Ritus, inter res prædiatias retulit Fiſcalia nummorum ſubſidia, quæ ex vino, mercimoniíſque alijs percipienda, priuatis mancipentur fiduciario iure. Art. 229. Hinc gentilitia prædiorum redhibitio procedit in iure portorij ac vectigalis, ceu in re ſoli diſtracta. Afflictus in tract. Protomiſ. Inibi quoque, tanti temporis præſcriptio, quanti Agrariis in rebus, cuſtoditur. Bartol. ad l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. De publican. Ac veluti Reditus annui, idcirco habentur immobiles, quòd, immobili ex re obligata, pendantur. Bart. & Alber. in l. penult. D. qui ſatiſd. cog. Peræque de ſtipendiariis Muneribus videtur iudicandum.

Francic. Tit. 26. & Lib. 2. Leg. Andeg. Tit. 3 Part. 1 Cap. 1. Talis eſt in Germania, Comes de *Zollern*, & *Sigmaringen*, Cambellanus hæreditarius ſacri Imperij.

Verſ. Et ès Offices, ou y a gages, ſera eſtably commiſſaire, pour receuoir les fruicts.

Tit. 2. (Capitis 2.) Art. 10.

Huiſtieſmes, & aultres Aydes acheptez du Roy à faculté de rachapt.

Greffes, du Domaine du Roy, cedez à grace de rachapt, immeubles, en 2. cas, de don de meubles, & de partage de communauté d'entre mariez, en Bretagne.

Edictum creationis des *Clercs de Greffes*, in titulum Officij, quolibet in Foro regio. Menſe Decem. 1577. Quod Edictũ in Curia publicatũ eſt die. 20. Febr. 1578.

Qvɪs probabiliùs etiam aptare liceat patrimonialem Coro- 37
næ, Scribatum forenſem in Regio quouis Galliæ tribunali. Principalis enim Actuarij munia, quæ plurimo licenti addicta ſint, vulgari Fiduciæ lege, Res ſoli exiſtimantur quadantenus, ac portiunculæ Fiſcalis Patrimonij, Iuríſque dictionis, quæ Dᴏᴍɪɴɪᴄᴏ Reipub. fundo cohæret. §. 212. & 425. Armoricæ Conſuet. Publici itidem Notariatus Principis, in album rediguntur Cᴇɴsᴠs Aᴠɢᴠsᴛɪ: Ita, vt certo ære priuatis tranſcribantur eorúmque hæredibus, cum redhibitorio pacto. Lege regia, Maio Menſe perlata. An. 1597. quæ in Senatu publicata eſt, præſide Rege, Duodecimo Kalend. Iunias eiuſd. Anni. Quantò minùs demiranda ſit Pariſiorum Conſtitutio municipalis, quæ, Regio ex Canone diſtractum vel tuguriolum, quùm ad emptoris hæredem peruenerit, obnoxium faciat Lineari Retractui fundorum priuatorum. §. 148. Quippe etſi oppignerata potiùs, quàm vendita dixeris Regij Sceptri iura Dominica & patrimonialia, nec pignus vulgò dominij cauſam immutet: Fructus certè ſuos facit rerum Fiſcalium emptor fiduciarius:

Tous Tabeliſonages, & Eſtats de Garde-Notes, vnis à l'Eſtat de Notaires royaux: Leſquels, comme domaine royal, inſtar des Greffes royaux, le Roy veult eſtre expoſez à la vente, & adiugez à chaſque Notaire royal, pour luy, ſa vefue, & heritiers perpetuellement, ſoubs faculté de remeré perpetuel.

Die. 21 Maij. 1597.

Loges, boutiques, eſtaux, places publiques achetées du Roy, & eſcheues en ſucceſſion, ſont ſubiectes à retraict.

Engagement du Domaine.

Digitized by Google

fiduciarius:quos,redēptis hiſce, neutiquā reddere cogitur. Alexand. Imp.l.2.Cod.de pact.inter empt. Archidiac.ad Can.plerique, Cauſ. 14.Quæſt. 3. In creditore non ita, à quo percepti fructus ſortem minuunt,quatenus ſtatutum fœnoris modum exuperent. l. 1. 2. Cod. De pignerat.act. Rectiùs ergo ſentias,Publici fundi venditionem puram contrahi,ſed ſub conditione reſoluendam.Argum.Vlpiani,leg. 3.ϖ.de contrah. empt. l.2.ϖ. De in di.addict.l.1. D. de leg. commiſſ.

Practique de Procureurs.

38 Longe verò ab hac rerum ſerie abſunt Procurationes clientelarum forenſium,ac Procuratoria litium inſtrumenta: Quæ,forenſi Cognitore mortuo, quaſi hæreditaria, diuiduntur hodie inter eius viduam mulierem,& communes liberos.Nam extincto poſtea liberorum alteri alter non ſuccedit in ius forenſis Praxeos,quam vocant,ſed amborum mater,quaſi mobilem in rem prorſus, & diurna opera ſtipéque conſtantem. Rurſus ab auo Fori Cognitore prærogata nepoti Praxis,conferri debet ab huius matre cohæredibus ſuis paternæ hæreditatis: quanti nempe æſtimata res fuerit, auitæ donationis Pacto conuento. Vt Curiæ iudicio deciſum fuit in publicis cauſarum Actionibus poſtridie Nonas Iunias An.1586. Doleto,prouocantis: Roberto, & Pelterio, aduerſariorum cauſidicis. Incorruptiori quidem ſeculo, exoſus fuit Procuratoriæ operæ mercatus atque commercium. Forenſibus enim cognitoribus nundinatio vetita legitur, emptióque alienarum Procurationum,ac litis inſtrumentorum cuiuſuis. S. Conſulto. 7. Idus Februar. An. 1543. quod Rebuffus commemorat, Regior. Edictor. Volum. 1. Ac in vniuerſum, caſtè integréque verſari in Officio iubentur tales forenſium negotiorum Mandatarij, reſciſſa qualibet cum clientibus pactione. Areſto Pariſienſi, in Micheletum, Fori cognitorem. 4. Kalend. Decemb. An.1545. Ex ratione Vlpiani, in l.ſumptus. ϖ. de pact. Et l. 1. ϖ. de var. & extraord. cognit. Huc pertinet Burdigalen. Curiæ placitum in Miniſtros Fori, & Iudices adeò, qui litium Commentaria, ob Honorarium non præſtitum, ceu pignora capta, diſtineant. De quo, Boërius Præſes, Burdigalen. Deciſ. 15. Quoniam verò recentioribus Principum Edictis vænire cœpit Procuratoria alienarum litium functio, operáque ea nummario pretio æſtimari minutatim:Puto tempori obſequēdum,noſtrіq; ab æui Vſu,mobilē hominis Operam,quæ in actu conſiſtit,ad Mobiliū hæredē,matrē defuncti ſpectare.Arg.l.1.l.operæ.Et toto Tit.ϖ.de oper. ſeru.Interea ſaltem cauendum,ne ſacra iudicandi Poteſtas nūmarijs prophanetur cōmercijs,ac ſordidè licitātibus promercalis deferatur.

Placitum Curiæ *en pl.…ant*, die.6 Iunij. 1586.*touchant la pratique de.N Content, Procureur de la Court.* Iuxta l Dotem, quā dedit auus paternus. ϖ. De collat. bon. Et Art.306.Pariſien.Conſuet.

Curiæ Areſtum, die.7 Februar An. 1543.

Decretum Senatus die. 28 Nouēb.An. 1545.teſte Rebuffo, Regiar. Ordinat. Tomo.1.

Edicta An. 1572.& 1586.

Ne iudicandi Officia venalia fiant.

39 Tali enim Magiſtratuum promercio ſibi interdixit poſteriſq; rex Karolus.7.lege lata An.1453. §. 96. 97. Cui affinem promulgauit Karolus.8.An.1493.§.62. Ludouicus.12. An.1498.§.40.Carolus. 9.Art.47.Aurelianen.Edicti An.1560.Henricus.3.bina Conſtitutione,Bleſenſi, An.1579. Art. 100. Et Quintili Menſ.An.1582.His congruit quod de Alexandro Seuero Lampridius refert,cum honores iu-

Digitized by Google

ris Gladij nunquam vendi paſſum: quùm & is qui emerit, ad vendendum neceſſariò adigatur, & Imperator erubeſcere ſe diceret, punire illum hominem, qui ſuo ære coëmpta diſtraxiſſet. Quò alludens M. Tullius in Verrem, Te, inſit, Prætore, quis cenſor aut Legem metuerit, qua non tenetur, quoniam creatus lege non erat: aut animaduerſionem, cùm id, quod abs te emerit, vendidiſſet? Act. 4. Nec alieno ab iis ſcommate, Caius Cæſ. atroces Syllæ minas eluſit. Quùm enim Sylla indignabundus, ſua ſe in illum poteſtate vſurum minitaretur, ridens Cæſar, Rectè, inquit, tuum putas eſſe Magiſtratum, quem tuis nummis comparaſti. Vt eſt in Sylla Plutarchi. Quibus ego argumentis, in Lutetiano Senatu egi pro Marieto Dauerano cliente meo, de forenſi Tholoſatium Præfectura, aduerſùs competitorem Marianum Saluſtium, qui à Præfecto Vrbi illi Chappuſio ſtipulatus fuerat talis Magiſtratus ceſſionem grandi æris pretio. Nihilo enim tolerabiliùs nummis contrahitur priuata dimiſſio, quàm collatio publica Iuridicæ functionis. §. 12. Legis Francicæ Molinenſis An. 1566. Nam vtrobique, per largitionem, Magiſtratus adepti, curant ſedulò, vt Poteſtate gerenda, lacunam illam rei familiaris expleant, atque exinanitas, vel imminutas emptione Dignitatis, opes redintegrent. Teſte Cicerone, vbi ſuprà. Cùm igitur Tholoſanus ille publici Muneris eiurator nummarius interiiſſet actutum, Præſidales Tholoſæ Conſiliarij ſuffragiis deſignarunt Iudicem vrbanum maiorem, Daueranum clientem noſtrum, accitis eò Tribunis plebis, & ſententiam rogatis. Ita verò deſignatus nominatúſque inſtituitur Proprætor Vrbis, eo ſcilicet Formularum ritu ac ſerie, quam Conſtitutiones præfinierunt. Aurelianenſis, §. 38. & Bleſenſis, §. 102. 104. Haud multò aliter, Romæ curiata comitia in Rempub. intulit Romulus: centuriata, Ser. Tullius, Reges: vt in iis, ſuffragante Populo, magiſtratus cooptarentur. Quibus de Comitiis præclarè Cicero, in. 2. Agraria, Liuius, Lib. 10., Plutarchus in Publicola, Tacitus. XI. Annalium, variiq; alij priſcæ memorię Magiſtri. Attici necnõ Senatores ac Magiſtratus legebãtur à ciuibus, muniáq; illis publica ſortitò mãdabãtur. Vt Thucydides lib. 8. oſtẽdit, & Androcides in Oratione de Myſteriis, cùm in vetere Decreto recitãdo appellat τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους λάχοντας τῷ κυάμῳ, i. Senatũ quingẽtorũ ſorte fabæ lectũ. Fabas enim ad ſorté adhibuerũt, vt cui alba cõtigiſſet, is honoris beneficiũ à ſorte acciperet: cui nigra, repulſam. Sicuti Plutarchus in Pericle demonſtrat. Atque ex his forenſi Actione contendebam, clientulum noſtrum, qui legitimis nominatorum calculis ſublectus fuiſſet Tholoſæ Iudex Maior, omnibus punctis ſuperiorem aduerſario videri, qui largitione & ambitu nefario Ciuiles Dignitates aucuparetur. Hunc præſertim Tholoſæ magiſtratum haud illota captandum manu, innuit Ioh. Faber antiquus Legum Scholiaſtes Gallus, quùm opimis è Fiſco ſtipendiis ornari ſolitum illum profiteretur. In Rubr. Cod. de Aſſeſſorib.

Verrina Orat. 4.

Auctoris Actio Forenſis in Curia Pariſien., de controuerſo iure titulóq; Officij Iudicis Maioris Tholoſæ (Le Iuge Mage) quo, Seneſchali Locumtenens ſignificatur.

AD EA

Ad ea autem, Dynetus Saluſtij cauſidicus, perdiu geſtum fuiſſe à Chappuſio Regium Munus iſtud, quod moriens demùm in ſui gratiam eiurarit. Gratioſam eiuſmodi ceſſionem Magiſtratus, vt ſacerdotij, publicè fauorabiliorem eſſe, quàm ex obitu poſſeſſoris, donationem Codicillarem. Auctorem ſuum tot annis caſtè probéque Republica functum, complures reliquiſſe liberos, paterna virtute, quàm fortunis ditiores. His adeò vnicum ſupereſſe ceſſionis Magiſtratus præmiolum nummarium, cuius ſponſor ipſe ſit, Aſſem videlicet paternæ hæreditatis, meritorúmque in Patriam reliquias. Probabili igitur pietatis nomine prætegi æris pollicitationem cum cedente contractam. Eóque deſcendit in cauſam Chauuelinus pro liberis ipſis, & paterni Officij ceſſionem pecuniariam, quaſi inopis prolis ſecundam Tabulam, mordicus defendit. Senatvs rem conſilij eſſe decreuit Tertio Nonas Octobres An. 1592., ac paucis inde diebus, controuerſam Præfecturam clienti noſtro adiudicauit. Memorabili Sententia. 9. Kalendas Nouembres eod. Anno: quùm Fleurius ſenator collegis ſuis litem enarraſſet. Itaque victo eo, qui ſordida pecuniæ ſponſione Magiſtratum ambierit, fauſtiùs iam fœliciúſque quodammodò acclamitet Gallia, quod de temporibus filiorum Theodoſij cecinit Claudianus,

Cúmque ſuo demens expellitur Ambitus auro,
Non dominantur opes, non corrumpentia ſenſus
Dona valent: emitur ſola virtute Poteſtas.

Appoinctlé au Conſeil en plaidoyrie, Die. 5 Octob. An. 1592. Ex quo, definitiuum Areſtum, die. 24 eiuſdem Menſ. & confirmata ab eo Magiſtrorum Sententia Requeſtarũ hoſpitij Regis, pro Dauerano lata, die. 18. Decemb. An. 1590.

Qualiter in Theodoſij etiam illius Panegyrico laudauit Pacatus Cæſaream integritatem ac prudentiam mandandi cuiuis certo iudicio Magiſtratus.

Reiglemens de la Cour de Parlement, entre les Lieutenans Generaux, Criminels, & Particuliers des Bailliages & Seneſchauſſées.

40 Senatvs rurſum, vt ineundo, ſic gerendo Magiſtratui leges dictauit, variíſque capitibus diſcreta cuiúſque munia conſtituit vniuerſim: Quæ, in communium ſocietate Officiorum Forenſium, ſinguli honeſtè pacatéque inuicem exequerentur. Primùm enim Curiæ Conſulta præſcriptáque generaliter extant inter Legatos Præſidis Prouinciæ, & eorum Aſſeſſores ſeu Prolegatos, qui de ratione obeundi ſui Muneris ſimul decertarent: Ne alieni Iuris poſſeſſiones alter inuaderet. Atque, vt à Pictonica iudiciali Sede auſpicemur, Lutetiani Patres formam modúmque præſtituerunt gerendi Magiſtratus, Vicario Iuridico, & Subiuridico Municipij. Decreto gemino, Nonis Iuniis An. 1500. & 16. Kalend. Sextiles An. 1540. Quibus medio tempore interuenit binum Prætoriani Conſilij placitum, poſtridie Kalendas Octobres. An. 1528. & 10. Kal. Septembres An. 1529. Aurelianenſes itẽ Magiſtratus, certis officij legibus adſtricti ſunt viciſſim, perpetuo S.C. Pariſienſi. 6. Kalend. Sextiles, An. 1507. Victriaci dein, Campaniæ, Proprætores, iudicato Curiæ, Nonis Iuniis An. 1522. & 10. Kalend. Ianuar. 1524. Tum Lochiani Turonum, Iudices, poſtridie Iduum Ianuar. An. 1529. Meduntẽſes, Nono Kalẽd. Martias. Eod. An. Turonenſes, primarij Tribunalis Prouinciæ, de-

Areſta Curiæ *de Reiglement*, inter Locumtenentem generalem, & particularem *de Poictiers*. Die. 5. Iunij An. 1500. & die. 17. Iulij An. 1540. Cum Areſtis Magni Cõſilij die. 2. Octob. 1528. & 23. Auguſti. An. 1529.

De Aurelianen. Officiariis Areſtum die. 27. Iulij. 1507.

De Victry, die 5. Iunij An. 1522. & 23. Decemb. 1524.

De Loches en Touraine, die. 14. Ianuar. 1529. *De Mante*, die. 21. Febru. 1529. *De Tours*, die. 23. Maij. 1531. *De Baugé, en Anion*, die. 1. Iunij 1537. *de Saumur*. 12. April. 1545. & 2. Iunij. 1557.

Digitized by Google

cimo Cal. Iunias An. 1531. Andium Supræfecti Baugeij, & Salmurij, Kal. Iuniis An. 1537. pridie Idus Apriles. 1545. & 4. Nonas Iunias An. 1557. Montfortiani. 3. Nonas Quintiles. An. 1543. Stampenſes, 15. Kalend. Iulias An. 1556. Montmorillonij Pictonum, Nonis Septembr. An. 1576. Ac iſthæc quidem à PATRIBVS conſtituta fuère paſſim Regiis Municipij cuiuſque Supræfectis inter ipſos. Cum iis autem, Conſiliarios eiuſce Fori, Senatus conciliauit. Pictauenſes nempe Proprætores hinc, & Conſilium inde, altercantes. Politico Areſto, luce. 17. Iulij An. 1540. Molinenſes Boiorum, Supræfectos, & Aſſeſſores, Conſilij nomine titulóque inſtitutos. Quarto Kalend. Mart. An. 1544. Caynonenſes Turonum Iuridicos, cũ Regiis ſui Fori Conſcriptis, litigãtes. Decreto pridie Nonas Quintiles An. 1545. Andegauos inſuper Iudices, eorúmque Conſiliarios. Sententiis Curiæ. 3. Idus Auguſti. 1545. 13. Kalend. Septembres. 1574. & 12. Calend. Sextiles An. 1582. Quod porrò attinet ad vulgares Municipalium iudicum diſceptatiunculas, cum Inquiſitoribus teſtium, PATRES eas definière pluſculis S. Conſultis. Nam vtriuſuis Officij partes enucleatè præſcripſerunt Rupellanis, pridie Idus Majas An. 1507. Lutetianis, An. 1547. Kalend. Februar. Pontiuenſibus Ambianorum, pridie Nonas Februar. 1569. Turonenſibus. 15. Kalend. Octob. eod. An. Teſtium præterea Inquiſitoribus, cum Actuariis, quædam ſunt condictæ leges ab Ordine Ampliſſimo. Pictonicis nimirum, Areſto. 6. Idus Iunias An. 1537. Caynoniis Turonum, 12. Cal. Majas. 1538. Angoliſmenſibus, 15. Kal. Iulias Eod. An. Marchianis Pictonum, 17. Calend. Febr. Eod. Lochianis Turonum, 4. Nonas Octob. 1539. Meduntenſibus, pridie Kal. Februar. 1541. Melodunenſibus Senonum. 6. Idus Apriles. 1555. & poſtridie Idus Decemb. An. 1557. Antiſſiodorenſibus, 4. Kal. Apriles. 1563. Cæterùm quæ Municipij Iuridico, & Vrbano minori inuicem ſtatuta ſit Muneris functio, patet Regiis compluribus Edictis An. 1536. 1554. 1560. 1574. Ac Reſcripto eximio, 4. Iduum Iuniarum. An. 1583. Senatus certè edixit, minorem illum Vrbis Iuridicum honoratiore loco ſedere, vel incedere publicitùs debere, quàm Conſiliarios, ſuperiore in Tribunali aſſeſſores. Dépto, ſi ab inferioris eiuſce Sentẽtia Iudicis prouocationes tùm corã iis agitarẽtur. Placitis Curiæ ſecundùm Vrbanos Senonũ, & Aureliæ Iuridicos, aduerſùs Conſiliũ, Sexto Idus Quintiles An. 1570. De quo ſimiliter pronũtiatum eſt, ex controuerſia Engoliſmenſium huiuſmodi Iudicum, ſeptimo Kaléd. Martias An. 1572. Et Bleſenſium. 8. Cal. Iunias. 1587. Vltima de Triumuiris Fiſcalibus quæſtio, non caret pariter inſignibus Curiæ præiudiciis: Quæ, ſua ſingulos Munia ſortémque addocent, ne alienam in meſſem alter falcem immittat. Procuratoris enim Regij, cum Aduocato collega, diſſidium iudiciis diremptum eſt Senatoriis: inter Andegauos, quinto Kal. Apriles An. 1557. Inter Ricomagos Aruerniæ, An. 1558. &. 12. Cal. Septemb. 1574. Pictauenſes, 14. Kalend. Ianuar. 1579.

De Montfort Lamaury, die. 5. Iulij. 1543. *D'Eſtampes*. 17. Iunij. 1556. *De Montmorillon en Poictou*, 5. Septemb. 1576.

Decreta *de reiglemens*, inter Locumtenentes, & Conſiliarios, *De Moulins, en Bourbonnois* Die. 26. Februar. 1544. *De Chinon*, 6. Iulij. 1545. *d'Angiers*. 11. Auguſti. 1545. 20. Auguſti. 1574. & 21. Iulij. 1582.

S. Conſulta *d'entre les Iuges, & Enqueſteurs. De la Rochelle*, die. 14 Maij. 1507. *Du Chaſtelet de Paris*. 1. Febr. 1547. *d'Abbeville, en Ponthieu*. 4. Febr. 1569. *De Tours*, 17. Septemb. eiuſdem An.

Reiglemens entre Enqueſteurs, & Greffiers, die. 8. Iunij. 1537. 20. April. 1538 17. Iunij, & 16. Ianuar. eod. An. 4. Octob. 1539. 31. Ianuar. 541. 8. April. 1555. 14. Decemb. 1557. 29. Mart. 1563. Item *entre ceux de Gyen*, 4. Iunij. 1558. & 13. Februar. 1565. *De Prouins*. 9. Maij. 1567.

Reiglem. entre les Baillifs & Preuoſts die. 10. Iun. 1583.

Curiæ Areſta, *Pour les Preuoſtz de Sens & d'Orleans, contre les Conſeillers*, Die. 10. Iulij. 1570. *à l'audiēce. Item d'Angoulmois, & Blays*, die. 23. Febr. 1572. & 25. Maij. 1587.

Les Gens du Roy d'Angiers reglez tribus Areſtis, die. 28. Mart. 1557., 21. April. 1584. & 6. April. 1585. *Ceux de Riom en Auuergne*, 21. Auguſti. 1574.

Digitized by Google

1579. Meduntenſes, 14. Calend. Februar. 1580. Andium rurſus Aduocatos, & Cognitores Fiſci, 11. Kalend. Majas. 1584. & poſtridie Nonas Apriles. 1585. Montargiuos item Aureliorum, Nono Kalend. Decembres An. 1585.

De Poiſtiers, 19. Decemb. 1579. De Mante, 19. Ianuar. 1580. De Montargis, 23. Nouemb. 1585.

41 Deniqve, vt latiùs euagati, in viam redeamus, Tertio Rerum genere, quod Nobis initio propoſitum fuerat, venit ſupellex, & Vtenſilia Patrisfamiliæ, quæ Ædibus fixa non ſint: Ruta & cæſa, quæque alia in Mobilibus propriè numerantur. Florentini l. 2. ω. de ſupell. leg. in l. rutis & cæſis. ω. de verb. ſignif. De vtenſilibus voluitur Neuſtriæ Lex, §. 492. cum Pariſienſis, Art. 90. Illa ſigillatim à Butelerio recenſentur in Summa Rurali: Poſt Iulium Paulum, in l. 3. D. de ſuppell. legat. Quòd ſi teſtator Mouentia cuncta, & ſupellectilia legarit, non creditur, ſupellectilium adiectione, generali legato Mobilium derogaſſe. Vt Neapolitana Curia Max. iudicaſſe fertur à Matthæo, ſenatore Parthenopæo. Deciſ. 106. ex Papiniani ſententia in l. legata ſupellectile. ω. De ſupell. leg. Et l. quæſitum. §. ſi quis fundum. ω. de Inſtruc. & inſtrum. Inſuper Ruta, cæſaque, ædium fundíve eſſe non cenſentur: niſi ea nominatim emptionis tabulis comprehendantur. Q. Mutio aſſerente, l. in vendendo. §. vlt. ω. de contrah. empt. l. fundi. §. ſi ruta. D. de act. empt. Solent tamen liberales venditores, inquit Cicero, cùm ædes fundúmve vendiderint, Rutis cæſis receptis, concedere aliquid emptori, quod ornandi cauſa aptè & ſuo loco poſitum videatur. Postremvm locum occupant exemptiles domus, nec ſolo affixæ. De quibus, Summa Ruralis, Cap. *des Amaſſemens en plate maiſon.* In ver. *granges, mareſchaucies, achintes, ou autres Amaſſemens, ſont tenuz pour meuble.* Talia necnon, Bononiæ Belgicæ Moribus, referuntur in album Mouentium. Art. 74. Vtrobique tamen, Ædium proprietarius, Appendices illas arbitrario pretio retinet, cohæredibus penſitando. Vt ibi cauetur expreſſim. Inſulana pariter, & Atrebatum Conſuetudine, talia ædificia Mouentibus ſe rebus adſcribuntur. §. 5. Inſulanæ, & 144. Atrebaticæ Legis Municip. Nec in Belgica modò Gallia ſtruuntur ligneæ domus, ligneíſque ex tabulis mobiles, ſed in Italia quoque, & alibi ſparſim. Auctore Vlpiano, in l. 1. §. planè ſi quis. D. de vi, & vi armat. Scæuola in l. Titius. De acquir. rer. domin. Andræa Iſernate, & Cardin. Alexandro, in cap. 1. §. ſi vaſallus. Tit. hic finit. lex. Ne Tiraquellum ſilentio præteruehar, qui iſtiuſmodi ædificia Mobilibus adnumerauit. Nvnc, ad Immobilia purè, transgrediamur.

Vtenſiles d'hoſtel, qui ne tiennent à fer & à cloud, & ne ſont ſcellez en plaſtre, ne mis pour perpetuelle demeure, reputez meubles.

Tit. des Vſtanciles.

Neapolitanum Areſtum.

In Topic.

Bolonien. Conſuet. *Toutes granges, & eſtables, qui ne tiennent au corps du logis manable de blanc boys &c. ſont cenſez meubles.*

Maiſons & heritages giſans en la Ville & Eſcheuinage de l'Iſle, reputez pour meuble.

En Artois, Granges, eſtables, & mareſchaucees, ſont catteux: mais maiſons manables, chaſteaux, fours, & colombiers, ſont heritages.

In §. 1. de Retr. linear. Glo. 7. num. 118.

Tit. II.

DE FEVDALIBVS PRÆDIIS.

1. *Gallicorum Feudorum vetuſtas.*
Fundatio Abbatiæ S. Germani de Pratis.
2. *Feudi obligatio*, realis *tantùm, non* perſonalis.
Alodialis *nulla Iuriſdictio.*
Iuriſdictionis poſſeſſio, etiam centenaria, contra antiquum nobilis fundi titulum, nulla eſt.
3. *Vaſalli officium, in fide domino offerenda.*
Feuda, periculoſo commiſſo & confiſcationi ſubiecta.
4. *Ceremoniæ oſculi & manuum vaſalli, in fide danda, minùs neceſſariæ.*
Dominicis iuribus alicui ceſſis, pœnalia continentur.
5. *Haud purè* Manus leuanda *vaſalli feudo, pendente inter dominos duos litigio, quorum alter alteri ſubditus ſit.*
6. *Feudalem rem totam alienare non licet, retenta ſolùm fide & hominio, in præiudicium directi domini.*
7. Releuia *feudi, ex qualibet vaſalli mutatione, apud Vulquecinum Francum.*
Hiſtorica, Vulquecini Franci, & Normanici, origo.
8. *Rex Francus, priuatorum etiam fundorum reſpectu, nulli Domino directo obnoxius.*
9. *Dinumerationes feudales, & cenſuales fundorum Declarationes.*
Admiſſæ regiorum vaſallorum fidei Procuratoriæ exempla.
10. *Primogenitus, paternæ hæreditati renuncians, iuniores non exonerat fide &* releuio *feudali.*
11. Paragium *rei feudalis quanto tempore duret.*
Ligniacus Comes, Barrenſis Ducis feudatarius.
12. *Diuiſione feudi inter cohæredes non minuitur rectum ſuperioris Dominium.*
Regia Charta Phil. Auguſti, de Feudis.
13. *Vaſallo licet*, fundiarij *reditus lege feudum alienare.*
Prædij conceſſione Emphyteutica, nullum ſuperiori debetur laudimiorum emolumentum.
14. *Præcipuum* Manerium, *primogenito competens, quale, & quantum.*
15. *Moriente, paulò poſt patrem, maiori filio, ſecundònatus ſorores non liberat à fidelitate &* Homagio.
16. Sufferentia *à tutore primogeniti obtenta, peræquè iuniores eximit à fide domino danda, ac* realis *hominij præſtatio.*
17. Gardianus *nobilis minorum non ſoluit* releuia *feudi: nec vidua, ex feudo*

feudo proprio, ſed maritus tantùm, aut hæres eius.

18. *Fructuarij, & doarij non præſtant* homagium*, nec* Releuia *domino feudi.*

Sed ijs à proprietario exonerandi ſunt, aliiſque, præterquàm cenſibus annuis.

Antiqua forma, Pariſienſis Conſuetud. *ſolenniter inquirendæ, & in turba probandæ.*

19. *Feudalis prehenſio fundorum, lite ſuper ea pendente, renouanda nè ſit interim à domino feudi quolibet triennio, ad lucrandos fructus.*

Dominica feudi prehenſio, qualiter, & cuius auctoritate Iuſtitiarij *facienda.*

Nulla feudi præſcriptio inter dominum & vaſallum.

20. Saiſito *feudo,* retrofeuda *quoque aperta, à Domino poßidentur.*

In Paragio*, vacante feudo ſenioris fratris, aut propinqui, iuniorum pars etiam, vtì vacans, de ſuperiori domino redimenda.*

21. *Retrahens iure feudi, tenetur hypothecariè venditoris creditoribus ſatisfacere.*

22. *Retractu feudali Rex non vſquequaque vtitur.*

Quo loci, & apud quos Regis Officiarios*, ipſi præſtentur* homagia.

23. *Interlocutoria Areſta, de* rachatu *feudali in tutores, vel* Baillios*, ſeu* Gardianos *pupillorum.*

24. *Dominus, hæres alterius, qui* rachatum *vaſallo inutiliter remiſerat, ab eius exactione repellitur.*

Anno Rachatus*, ſylua cædua & ſtagno dominus fruitur tantùm pro rata vnius anni.*

25. *Cenſuales fundi à directo domino empti, ipſo iure feudales fiunt, tanquam reuniti feudo: niſi in contrarium emptor proteſtatus ſit.*

26. *Idem de* franco Alaudio*, nobili, vel plebeio: quod* Iuſtitiarius *loci dominus acquiſierit.*

Plurium Ditionum vnio noua mutet necne antiqua ſubditorum iura, & leges.

27. *Reguli Francici bona priuata, eo ad Regnum promoto, non ſtatim publica fiunt, ac Fiſcalia.*

28. *Priuatus cuiuſque fundus, cum ijs, quos alieno, ſeu curatorio nomine poßidet, non confunditur ipſo iure.*

29. *Ex venditione, à qua, rebus integris, diſceſſum ſit, Dominica iura non debentur.*

A quo die, quærantur domino Laudimia ob decretum adiudicationis fundorum.

30. *Paterna bonorum inter liberos diuiſione, vaſallus non mutatur, nec feuda tùm prehendere, ius eſt, ob noui hominij defectum.*

31. *Prædij donatio filiæ facta, ab eáque cohæredibus; in ſpecie, collata, non præbet domino cauſam feudalis* Releuij *petendi.*

32. *Laudimia faciunt pretij partem fundi venditi.*

Supplementum pretij iudiciarium, vel conuentionale, cenſetur noua venditio, quoad iura laudimiorum.

33. *Gallici Equites S. Spiritus, immunes* feudarijs *Emptionalibus Regi debitis.*

34. *Donatione feudi non inſinuata, donatarius, etiam poſſeſſor, non debet* Releuia *domino ſuperiori.*

35. *Hypothecaria emptio non impedit ius* Rachatus *dominici, apertum morte venditoris.*

Fructus feudi à ſuperiore colliguntur, deductis impenſis.

36. *Vaſalli pœna, Dominicam manum feudo iniectam violantis.*

37. *Obuentiones feudales, iam debitæ, non cedunt emptori feudi dominantis.*

Directus dominus, qui feudo ſeruienti fruitur, de eius dominio vtili diſponere nequit.

Res emphyteutica Eccleſiæ, quæ ad ipſam, finita emphyteuſi, redierit, priſtinam libertatem reſumit in ſeculares dominos feudi dominantis.

38. *In Emphyteuſin dare feudum non licet, in præiudicium proximi ſuperioris.*

Regia ſacerdotum Priuilegia, & ciuium Pariſien., de libera feudorum poſſeſſione.

39. *Vtile feudi dominium confiſcatur vaſalli noxa, non directum.*

40. *Confiſcatione reunitum feudum vxorio dominanti, non communicatur marito, iure ſocietatis coniugalis.*

Vnio feudi inferioris cum ſuperiore, cuius propriè commodo cedat.

41. *Publica Pace, rebelles in feuda reſtituuntur.*

42. *Nummaria æſtimatio feudalium commodorum* caſualium.

43. *Columbarium, &* Garenæ *in ſolo feudali.*

Libertas Auiarij ſtruendi, ſeu Volieræ *columbarum in ſolo ignobili.*

Bannaria *Molendina, Furni, Torcularia: Et vnine primogenito competant ſita in Præcipuo eius ædificio feudario.*

44. *Iuriſdictiones* ſubalternæ *Dominorum, cum Regia, Pactis præfinitæ, ac inuicem diſtinctæ.*

45. Albanorum, & Baſtardorum *bona vacantia, cuinam* Iuſtitiario *addicantur.*

Francici Albinatus *iure immunes vicini Populi quidam.*

46. *Areſta, pro Iuriſdictione Dominorum* temporalium, *Præpoſituræ Pariſien.*

47. *Conceſſa Iuriſdictione,* reſſortus, *iuſque appellationum non continetur.*

48. *Pares Curiæ Dominicæ, iuriſdictionem cum Domino exercentes.*

49. *Principis munus, in ſumma Curia Parium ſuorum, aliquando ſedentem, ſubditis ius dicere.*

50. *Gubernatorum Delphinatus quanta ſit poteſtas & auctoritas.*

Rectores

Digitized by Google

Rectores Prouinciarum habeant néne Iuriſdictionis exercitium.

51. *Marchiæ communis Pictonum, & Britonum, feuda ac Iuriſdictiones.*

Iuriſdictione ſubditi, multi, ne alienentur à domino, priuilegiarij.

52. *Feudiſtica quæſtio poſſeſſoria, de Mæurenſi Comitatu, Germanico, inter dominum & vaſſallum.*

DE FIEFS.

1 PRÆDIARIIS DE REBVS ſeriatim dicturo, à Nobilioribus ordiundum. Alij enim inſignes fundi ſunt, ac libero clientelæ iure poſſeſſi: Vectigales alij, plebeij, & ſeruilibus quibuſdam oneribus obnoxij. Vetuſtior certè, apud Francos, priorum memoria, quæ Feuda appellamus, petitur ex agro Pariſienſi: Vt Feudalibus in beneficiis, non minùs quàm Partibus aliis, Ius ciuile Pariſiorum, Francica * Pannomia eſſe quadantenus intelligatur. Cùm enim monaſticam D. Vincentij Baſilicam excitaret Childebertus Gallorum Rex in ſuburbiis Lutetiæ, is dotalia erogauit Templo feuda, ſuperioriſque dominij iura: Quæ Aimoynus Cœnobij alumnus ex Regio ſacræ fundationis Diplomate ſic excerpſit. CONCEDIMVS FISCVM LARGITATIS NOSTRÆ, QVI VOCATVR ISCIACVS, QVI EST IN PAGO PARRHISIORVM PROPE ALVEVM SEQVANÆ, VNÀ CVM OMNIBVS, QVÆ IBI ASPICIVNT, CVM MANSIS, ET COMMANENTIBVS IN EIS, AGRIS, TERRITORIIS, VINEIS, SYLVIS, PRATIS, SERVIS, INQVILINIS, LIBERTIS, MINISTERIALIBVS, CVM OMNIBVS APPENDENTIIS SVIS, QVÆ IBI ASPICIVNT, CVM OMNIBVS QVÆ NOBIS DESERVIVNT TAM IN AQVIS, QVÀM IN INSVLIS, VEL CVM MOLENDINIS INTER PORTAM CIVITATIS ET TVRRIM POSITIS, CVM INSVLIS QVÆ AD IPSVM FISCVM ADIACENT, CVM PISCATORIA, ETC. Poſtridie Nonas Decembres, Regni An. 48. Hinc ſuburbanæ ædes Lutetianorum ciuium, vrbanæque nonnullæ ſolarium pendunt quotannis Cœnobiarchæ B. Germani Pratenſis, ab ſuperiori ipſius imperio, ac dominatu feudali. Queis conſequenter, Karolus Magn. vaſſis ſuis iura dictauit, cóſque feudi commiſſoriis legibus adſtrinxit, qui beneficiaria Regum prædia obtinerent. Vt patet Legis Francicæ lib. 4.

Francicorum Feudorum origo, Longobardicis eorum apud Inſubres Vſibus antiquior.

* Ius vniuerſale.

Le Domaine ſeigneurial & feodal d'Iſſy, lez Paris, appartenant au Roy.

Aimoini Lib. 2. De Geſt. Franc. Cap. 20.

Die. 6. Decemb.

Cens & droicts ſeigneuriaux.

Cap. 4. 15. 51. 75.

2 IVRISDICTIONIS tamen Domini maiore imperio vtuntur in ſubditos, quàm Patroni in clientes. Nam hi fundo cedentes clientelari, liberantur obſequio patronis debito. Vt Germanica Lege aurea indicatur Karoli. 4. Imper. An. 1356. Ac prædio tenus beneficiario, poſſeſſor alligatur domino beneficij. Qualis in rem o-

Feudi obligatio realis, non perſonalis: & Feudo refutato, ceſſat feudaria ſubuentio, licet in memoriam priſtini dominij, non debeat vaſallus dominum offendere. Cap. vnic. De vaſallo qui contra Conſtit. Lothar. benef. alien. In Vſib. Feudor.

Bulla aurea Caroli. 4. Cæſ. die. 10. Ianuar. An. 1356. Cap. 14.

Digitized by Google

bligatio potiùs, quàm in perſonam concepta, creditur Cardinali Florent. ad Clem. paſtoralis. §. denique. De re iudicata, Et in Neapol. Conſtitut. *De nominib. Baron. poßiden. in terra Domanij.* Aſt Iuridicæ poteſtatis faſces torquentur in capita, nedum in fortunas ſubditorum: cenſuráque de noxis agitur à Iuridico domino in omnes Territorij incolas, cum vitæ ac necis arbitrio quodam. Vlpian. l. 3. ϖ. de Iuriſd. omn. Iud. l. pupillus. §. territorium. ϖ. de verb. ſignif. Liberos pręterea immunéſque fundos videmus in Gallia perplures, nec patronum agnoſcentes ſuperiorem. Iuriſdictio autem ita uacua ſolutáque, nulli competit: quippe quæ à Principe, tanquam à fonte, in priuatos deriuetur. Cap. 1. §. ad hoc. Vbi Bald. De Alodiis. §. iudices. De pac. iuram. firm. Cuiuſmodi etiam fertur Iberica Reipubl. Caſtulonenſis Iuriſdictio. Nec Pontifices quidem Galli profanam exercent Iuriſdictionem immunem: fundos licèt optima maxima conditione poſſideant. Vt inquit Petr. Iac. in Arb. ſucceſſ. Franci. Quod in ſacris omnibus Delphinatium Præfecturis receptum, perhibet Gratianopolitanus ſenator Franciſ. Marcus, Deciſ. Delphin. 355. & 367. Parte. 2. Sic, Lotharingio Ritu, vetuſta prædiorum libertas explanatur, vt Dominico feudi iugo exempta, Iuridicæ ſubſint poteſtati. Art. 15. De feudis. Eòdem redit vulgatum Iuris axioma, tranſcripto à Rege quibuſdam mero Imperio, prouocationum iudicia non contineri. Ioh. Andr. in addit. Specul. De Iuriſd. omn. Iud. Et Afflictus in Neapolit. Conſtit. Tit. quòd nullus Prælat. Poſt Albericum in l. vlt. C. de Iuriſd. omn. Iud. Denique Gallorum Conſuetudine frequens illud eſt effatum, Beneficium non arguere Iuriſdictionem, vel contrà: & nihil commune cum Iuridico imperio Beneficium habere. Maſuer. in §. item non ſequitur. Tit. de Feud. Idque Inſubrum Moribus conſentaneum oſtenditur. Tit. de Vaſſ. qui feud. vend. ſin. cur. Et cap. vn. Qualit. vaſ. iur. deb. fidel. In Feud. Proin donationis lege inſignis Dynaſtiæ, recepto mero Imperio Iuríſque dictione, placuit Ordini Ampliſſ., centenam donatarij poſſeſſionem Iuridicam, in irritum deduci, tanquam rei titulo auctoritatíque fundi contrariam. Vnde Iuris reddundi in poſterum exercitio functionéque poſſeſſori illi interdictum, ex priſca feudalis Beneficij lege. Areſto Pariſien. 7. Kal. April. An. 1597. ſecundùm Carolum Royam, Martonium Baronem, Angoliſmorum: aduerſùs Gabrielem *Liuennium*, qui à Sententia Engoliſmenſis Proprætoris Curiam appellarat.

Alodiales terrę múltæ: ſed Iuriſdictio nunquam Alodialis. Et Prælati, in regno Franciæ, non habent Alodialia, quoad Iuriſdictionem temporalem.

In Caſtellana Republ. Hiſpanię, tota ciuilis Poteſtas & Iuriſdictio penes ipſum ſolum Regē eſt, ab eóque deriuatur in alios. Teſte Did. Couarruuia, in Tract. De Iuriſdict. Caſtellanæ Reipub.

Tit. des Fiefs, & Frãcs alleux.

Altæ Iuſtitiæ dono, ius reſſortus non comprehenditur.

Mediolanenſes Vſus Feudales.

Poſſeſſio contra titulum, nulla & irrita, Cap. Dudum De Decim.

Placitum Curiæ die. 26. Mart. 1597. pro Carolo *de Roye, de la Rochefoucaut, Baron de Marton, & Comte de Roucy,* intimato: *Contre G. de Liuennes, ſieur du Bois* appellantem à ſententia *du Lieuten. d'Angoulesme*, lata die. 9 Sept. 1595.

3 Rei beneficiariæ lex prima & ſumma eſt, vt nouus poſſeſſor in verba patroni iuret actutum, Honorariáque ei dependat ſtatuta patrio Ritu. Aliàs patronus, manu fundo iniecta, fructus ſibi lucrifaciet, pœnæ nomine clientis contumacis. §. 1. & 62. Pariſ. Conſuet. Imò nec Pariſien. clientuli filio licuit antiquitùs, paterni feudi poſſeſſionem aggredi, inſalutato domino beneficij ſuperioris. Lib. 2.

Iuris

Digitized by Google

Iuris *Conſuetudinarij* Franciæ. In Gallicis etiam Regiunculis quibuſdam, beneficium committit vaſallus, qui ſine Domini permiſſu vacuam poſſeſſionem acceperit, ante datam fidem, exhibitúmque obſequium. §. *56.* Caluimontanæ Leg. Et §. *1.* Barroducanæ, quæ beneficia ſanxit talis commiſſi periculo obnoxia. An. 1506. & 1579. In aliis verò Francorum prouinciolis, ſeu Romanum, ſeu patrium Ius amplectantur, exoleuit pridem Longobardica lex commiſſoria Feudi, ob veſtituram annuo ſpatio non poſtulatam. Vt Areſto *Parlamentari* deciſum fuit An. 1388., Galli Quæſt. *162.* Atque idem hercle Siculis vſus, qui noſtris hiſce clientulis: Tametſi Francica vetus Normanorum colonia diuerſum Morem in Siculas oras inuexiſſet. Neapolit. Conſtitut. Tit. De præſcript.

Volum. 2 *Du grãd Couſtumier de France.* Tit. *Des Couſtumes des Fiefs.*

Beneficia periculoſa, *Fiefs de danger*, in Ambarro Ducatu, & Baſſigneyo Lotharingo, cuius Conſuetudo Baſſigneyi, ſcripta fuit Nouemb. Menſ. An. 1580.

Conſuetudo Francorum, quòd, feudi inueſtitura intra annum non petita, eius dominiũ perdatur, dudum antiquata.

4 BENEFICIARII item fundi poſſeſſor non tenetur, ſacramentum fidelitatis domino præſtare inſolita formula, ſeu quam Longobardi præſcripſerint. Molinei opinione ad §. *12.* veteris Aureliorum Conſuetud. Sed honorarias quaſdam obſeruantiæ notas dictat Lex Pariſiorum, quas in fidem ſe conferens patroni cliens omittere non debeat. §. *63.* Ecquid ſi patronus in clientelam recipere ideo noluerit fœminam beneficiariam, quòd ſimpliciter fidem ipſi obtuliſſet, nullo oſculo, ac manibus, patrono porrectis? Iudicatum eſt vtique hoc caſu, clientulam probè officio functam, clientelari prædio frui debere, Dominica manu inde ſublata. Sicuti Molineus refert in §. *54.* Bleſen. Conſuet. Æquiſſimè, quùm trahi in captionem non debeant Legis patriæ verba, de oſculo & manibus patrono offerendis, tanquam iuſti Hominij ſymbolis. §. *3. 4. 26. 66.* Pariſ. Mor. Rurſus, abſente beneficij domino, eiúſque negotiorum geſtore, clienti ſufficit, fidelitatis ſponſionem reapſe obtuliſſe: nec limina deoſculari Ianuæ Dominicæ neceſſum eſt, quò munus ſuum expleuiſſe is cumulatiùs exiſtimetur. Vt eidem Scholiaſtæ placuit, in §. *14.* Carnuten. Conſuet. Verſa vice, inofficioſi clientis prædiũ Dominica prehenſione ita tractandum, ne ille domeſticis ſedibus pellatur: ſed horreis vtatur patronus, cella vinaria, & clientelaris Villæ particulis aliis, ad cogendos & recondendos fundi prouentus. Id quod publica Fori concertatione obtinui pro Euſebio Monſtiero cliente, qui à Stampenſi Iuridico maiori Curiam appellarat: contra Catharinam Lotharingam Stamparum Ducem, patronam, cui Amelotus cauſidicus aderat. Decreto Pariſienſi, 14. Kalend. Septemb. An. 1583. iuxta §. 1. Inſtitut. De vſu & habit. Cum §. *58.* Pariſien. Conſuet. interprete primi, ac. 54. Artic., Eiuſdem. Et §. 30. Stampenſis Leg. Municipalis. Nec abſimile Iudicatum Curiæ recenſetur, Lib. Deciſionum Magiſtri, in ea Præſidis ſummi. Inde quæritur de fundi dominantis conductore, cui locator ſeorſùm aduentitia ipſius commoda tranſcripſerit, An pœnales, cum iis, fructus ſeruientis prædij lucretur. Colono, prima fronte, aduerſantur ceſſionis verba Feudalium

Verſ. *doit mettre vng genoil en terre, nuc teſte, ſans eſpée, & eſperons. &c.*

Verſ. *que la bouche & les mains, auec le ſerment de fidelité.*

Pari tamen ſolennitate, fides abſenti, vt præſenti Domino, eſt offerenda à vaſallo. Art. 63. Pariſ. Conſ. In Ver. *Et ou le ſeigneur ne ſeroit trouué, ſuffit faire foy & hommage, & offres deuant la principale porte &c.*

Areſtum Curiæ, Die. 19. Auguſti An. 1583. pro Euſebio *de Monſtiers, Viſcomte de Merreuille.*

Art 1. & 54 In Ver. *à la charge d'en vſer, cõme vn bon pere de famille.*

Tit. *des fiefs.* cap. 4. Decretum Curiæ Pariſ. Die. vlt. Decem. 1537 *ſur vng appel du Bailly de Baſnenois.*

Digitized by Google

obuentionum, quæ ad pœnales acceſſiones, extraordinarias, odióque dignas produci non cenſentur. Arg. l. cùm quidam. π. de lib. & poſth. l. id quod pœnæ. π. de ſolut. l. quod à quoquam. π. De reg. iur. Sed quia ſuperioris prædij colono inefficaciter cedantur iuſta Dominica, niſi &, ipſorum ergô, fundi prehenſionem habeat Dominico nomine, lucrúmque fructuum his conſequens pœnæ cauſa, Arbitror, vno conceſſo, reliqua videri conceſſa. Ex l. illud dubitari. D. de acquir. hæred. l. 3. §. qui iter. π. De ſeruit. ruſtic. præd. Quibus haud inſulsè aptantur, quæ de fructuario dominantis prædij cauentur Pariſiis, illi ius eſſe, Domini verbis, inferiori fundo manum iniicere, & Dominicorum iuſtorum perſecutorio iudicio experiri. §. 2. patriæ Leg. Plura de iis ſcribere me vetant & Molinei, & noſtra de Feudis Commentaria dudum publicata.

Lib. 1. &. 2. Andegau. Legum Et de Domanio Franciæ Lib. 3.

Mihi enim ſtatutum eſt, quæ literis ſemel conſignarim, alio loco non refricare: Niſi priorum ſcriptorum forſan ſurrepat obliuio, ab immenſa rerum mole, quæ identidem tractandæ, ceu clauus clauum trudit, ita memoriam obruant præteritorum.

Fevdistica theoria eſt, clientulum, pendente iuris patro- 5
nalis inter duos controuerſia, neutri parere cogi. §. 60. Leg. Pariſ. At ſi patrocinij competitor alter alterum habeat obligatum, puto regulæ locum non eſſe.

Verſ. le vaſſal en doit eſtre receu par main ſouueraine, & iouyr pendant le procés, en conſignant &c.

Exempli gratia, Claromontanus Bellouacorum Comitatus, beneficiaria lege ſubeſt Antiſtiti ſacrorum Bellouacenſi: Eúmque D. Ludouicus authenticis Literis profeſſus fuit Epiſcopi clientelarem perpetuò fore, quàm primùm à Regibus priuato cuipiam manciparetur.

Clermont en Beauuoiſis.

Atquin Karolus. 9. Brunſuicenſi Duci Comitatum tranſcripſit grandi numerata pecunia, An. 1569. Circumactis aliquot annis, Epiſcopus pro Dominica poteſtate iit in poſſeſſionem publicam Comitatus.

De Comitatus huiuſce feudo ſuperiori, Nos lib. 3 Domanij Francici, Tit. 3. Art. 21.

Intercedit huic poſſeſſioni Lotharingus Dux, emptoris donatarius, ciétque auctorem Principem, qui, nulla clientelæ in alium exceptione, rem diſtraxiſſet. Regij ſubinde Procuratoris interuentu, ſoluenda purè videbatur fundi pigneratio Dominica: quoad, ſuperius eiuſce dominium, Regi, pontificíve, iudicio addiceretur. Aſt mordicus diſſeruit Epiſcopus, Regem, quo cliens litis defenſore nitebatur, patronali ſuo iuri auctoritatem debere, euictíque ab alio euentum præſtare. Hinc agentem eum, qui de euictione teneatur, exceptione repelli. Nec proinde clientis contumaciam forenſi interceſſione ſuffragióq; Principis adiuuandam. Ex ratione Leg. venditrici. Cod. de reb. alien. non alienan. l. ſi ab eo Cod. De liber. cauſ. l. vindicantem. π. de Euict. Enimverò Regius actor, qui in cauſam deſcendit, pernegat, contracta fiducia pignoréve temporario, alienatum Comitatum: quò Epiſcopi in clientelam tranſiiſſe dicatur.

Pigneratitia fundi tranſlatione dominium mutatum nõ videri.

Ab. l. ſciendum. §. creditor D. quj ſatiſdare cog. l. ſi duo. §. creditores D. Vtì poſſid. Litigatoribus auditis, res in conſilium mittitur, atque interim fiduciarius Comes ſatiſdatò poſſidere iubetur, nec purè & abſolutè.

Digitized by Google

ſolutè. Areſto Lutetiano, poſtridie Kalend. Majas, An. 1586. quùm Cauchonius, pro Lotharingo Duce, & I. Magiſter, pro Bellouacorum Præſule, ampliſſimis verbis oraſſent.

Decretum Senatus Die. 2. Maij An. 1586. de main-leuée prouiſionale du fief ſeruant.

6 Affinis huic quæſtio variè agitauit Togatorum ingenia, ex tali hypotheſi. Arelius Seuerus cliens latifundia vendidit Ariſtoni Saluio. In ea, patronus manum inuexit, ob fidem iuſtáque Dominica non præſtita ab nouo poſſeſſore. Emptor alium ciet rectum Dominum, venditorem: qui, recepto penes ſe clientelæ iure, fundum emancipaſſet. Hoc prætextu, quaſi commiſſorum inuicem patronorum, poſtulat emptor, liberam ſibi pigneratæ rei poſſeſſionem reſtitui: donec patronalis iuris diſſidium in Foro terminetur. Inſtat, contrà, ſuperior Dominus, contendítque, Dominicum ſuum imperium priuata clientis pactione vendentis minui non potuiſſe, tolli multò minùs. Aliam extraneorum cauſam patronorum eſſe, aliam clientis & patroni: cui nimirùm, ille ſuperioris dominij controuerſiam mouens, explodatur. Sententia leg. ſi quis conductionis. Cod. de locat. l. vlt. Cod. de acquir. poſſeſſ. l. malè agitur. Cod. de præſcript. 30. Clientes quidem vulgò ſinuntur, fide ſibi ſalua, de re beneficiaria ludere: at colludere in fraudem patroni, non æquè. Vtputà ſi, prædiorum vniuerſitate vendita, ille aëream fidem, incorporeámque retineat: quominùs dominicam in fundos prærogatiuam patronus ſibi ſumat. Hac igitur facti in ſpecie, reſponderim, vindiciariam ſequeſtratæ rei poſſeſſionem, lite pendente inter clientem & patronum, minimè dandam emptori. Quippe cui obſtet doli præſcriptio auctoris ſui, ſeu quæ venditorem ipſum auctorémque excluderet. l. apud Celſum. §. de auctoris. D. de doli mal. except. l. dolia. §. 1. ff. de contrah. empt. l. idémque. §. vlt. D. pro ſocio. Nam eatenus beneficia mácipi ſunt apud Galliá, quatenus ſine fraude domini emácipentur. Nec beneficium totum, inuito ſuperiore, alienari poteſt Feudiſtica lege ab Ortenſio Langobardo compoſita. Tit. de alienat. Feud. Tit. Qualit. olim ſup. In Oriente pariter, Conſtantinus Cæſ. Nouellam ſanxit, ne militibus liceat, ea prædia diſtrahere, ex quibus militiæ ſubſidia & miniſteria ſuppeditãtur: ſed ea vti cuiuſque in vſum militię reſeruẽtur. Scriptore Harmenopulo, Nomophylace Theſſalonicenſi, qui nouam Orientalium Legum Epitomen concinnauit. Occidui necnon Solis Regionibus imperanti Friderico. 1. ſimilis adſcribitur Lex alienationum Feudi prohibitoria: Ab Radeuico Friderici Hiſtoriographo, Cap. 7. Lib. 1. Secundùm Principem Romani orbis Lotharium, qui idem antea ſtatuiſſe legitur, Tit. de prohib. feud. alienat. per Lothar. Ac ſcio vtique, priſcos Gallos, clientelæ prædiis ita patrimonialibus vſos ac hæreditariis, vt vniuerſa libero commercio diſtraherent, ſuperiori dominatu retento. Sicuti in Iuridicis Rothomagi Neuſtriæ conuentibus pronuntiatum fuit An. 1245. clauſula huiuſmodi. Qvòd ali-

Debat de fief d'entre deux Seigneurs, deſquels l'vn eſt mouuant de l'autre.

Fief en l'air.

Harmenop. Lib. 1. Tit. 16.

Scacarij Normanię Iudicatum.

QVIS TENENS FEODALITER, POTEST DIMINVERE REDITVM, QVEM HABET DE FEODO SVO, ET NON POTEST MERCATVM REVOCARE PER ALIQVEM DE GENERE VENDITORIS: DVM TAMEN VENDITOR RETINEAT ALIQVEM REDITVM, VEL HOMAGIVM. At verò hodierna die, neceſſariò reſeruandus eſt alienanti clientulo triens prædiariorum corporum, cum incorporei exceptione iuris Dominici. Alioquin feudalis prærogatiua totius remanet penes Dominum proximè ſuperiorem. §. 51. Pariſien. Conſuet. Molineus nuncupatim, ad §. 20. Carnutenſis.

Qui vult alienare, retenta fide, debet partem domanij cũ feudo retinere.

Profits feodaux de reliefs. Art. 47 49. 50. & 57. Par. Mor.

Veuxin le François in aliquot locis ſitis intra ambitũ Præpoſituræ Pariſ. verſùs Normanicã orã. Vt apud Pontiſaram, & Vallem Galliæ, & in Caluimontano Comitatu, qui ad Vulquecinum Francicum cognominatur.

FIDELITATIS officio honorario adiunguntur oneraria interdum munia, queîs nouus cliens in patronum defungatur. Nam Moribus quibuſdam, ex omni mutatione beneficiarij, debentur redemptionalia domino: Id eſt, reditus vnius anni, quódve obtulerit nouus beneficiarius, aut quod viri boni arbitrabuntur, optione ex his tribus Domino permiſſa, §. 47. leg. Pariſ. Velocaſſium nempe Francicorum Ritu, in nonnullis curiis Præfecturæ Pariſiorum, redimunt etiam liberi paterna beneficia, ſeu materna. §. 3. 4. & 33. eiuſd. Conſuet. Hæc enim, Inſtituto vetere apud Ortenſium relato, ne tranſiêre quidem ad natos ipſos: ſed vel reuocabantur quandoque, vel dabantur in tempus, vel certè, cum perſona extincto iure, ad dominum redibant. §. 2. Tit. de iis qui feud. dar. poſſ. Quoniam autem *Vulquecini Franci* mentio huc incidit, de eius etymo notationéque verbi, Hiſtorica ſubtexam paucula, quæ Interpretes Gallicarum Conſuetudinum ſilentio tranſmiſêre. Karolus Simplex Galliæ rex Rholloni Normano dotalem attribuit cum Ægidia filia Neuſtriam, inde ab Andela flumine, ad Coiſnonem amnem, qui Britonum agros à Neuſtriis diſterminat. Poſtmodùm Ludouicus Transmarinus, Rex, Pace inita cum Richardo Normanorum Duce, protulit Ducatus fines ad Eptam fluuium, qui Andela priùs ſepti tenebantur. Vt Normanicis Annalibus proditum eſt. Ac tum quidem Giſortium ad Heptam flumen poſitum erat, velut quoddam diuortium liméſque Imperiorum. Quod Vellocaſſium finium cis amnem eſt, Francicum Vellocaſſinum dictum: quod vltrà iacet, Normanicum. Id oppidum vtramq; ripam contingens, diu ancipitem fecit cauſam inter poſteros Reges, & Anglos Neuſtriæ Ducum ſucceſſores. Hinc quippe Franci, illinc Neuſtrij oppidum ſibi vindicarunt. Ex eo ſenſim, Philippus. 1. Vellocaſſinum totum occupauit, ac Francicam in ditionem redegit. Teſte Aimoyno, vel eius Appendice, lib. 5. Hiſtor. cap. 47. Anglus deinde Rex Henricus, icto fœdere cum Ludouico. 7. Philippi nepote, ceſſit Vilcaſſino Normano, quod inter Icam & Andelam interiacebat. Vilcaſſinenſis demùm regiuncula, Errici Angli filio tradita eſt à Gallo rege nuptialibus Margaretæ filiæ pactis. An. 1157. Quemadmodùm ab Aimoyno narratur, eiuſdẽ Lib. cap. 53. Inde ſecutum Rothomagen. Curiæ 7

Regulariter vt liberi, ita parentes hæredes non debẽt releuium domino feudi. Art. 3. & 4. Pariſ. Leg. Et onus Redẽptionis feudi eſt tãtùm in limite tranſuerſo.

Veuxin le Normand, cuius Vici & Pagi ſigillatim recẽſentur, in Cap. 51. Lib. 5. Rerum Francic. apud Aimoynum.

Loys d'Outremer.

Normanici Senatus placitum, Die. 29. Auguſti. An. 1544. ad prouocationem à Gournayo iudice, *Que tous fiefs, terres & Seigneuries, qui ſont en deça de la Riuiere d'Epte du coſté de la France, vers la Preuoſté de Beauuoyſis, reſſortiront par appel à Amiẽs, & non à Gournay: encores que leſd. terres recognoiſſent en fief & vaſſelage, ce qui eſt de la Normandie. Car en ce il faut ſuyure la Iuſtice, & non le fief.* Aliud *des fiefs & terres eſtans au delà la riuiere d'Epte du coſté de Normandie.*

Curiæ decretum, quod Normanici fines Territorij circumſcripſit, Quarto Kalend. Septemb. An. 1544. Pendet etiamdùm in Aulico Galliæ Prætorio lis ardua de Vellocaſſium limitibus Franciæ, & Normaniæ: Vt qua limitanei fundi Lege patria vti debeant, vniuerſim conſtituatur. Velocaſſini certè Comitatus regij dignitas elicitur ex antiquo Ludouici Craſſi Reſcripto, in gratiam Donyſiani Franciæ Cœnobij: cuius beneficiarium Rex Comitatum agnouit, tali ſententia. *Ludouicus Dei gratia Francorum Rex, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, & vniuerſis Regni noſtri Proceribus, &c. Cùm ad aures noſtras perueniſſet, Alemanorum Regem, ad ingrediendum & opprimendum Regnum noſtrum, exercitum præparare, communicato cum Palatinis noſtris conſilio, ad ſanctorum Martyrum baſilicam, Eccleſiæ S. Dionyſij, more Anteceſſorum noſtrorum, feſtinauimus, ibique, præſentibus Regni noſtri Optimatibus, pro Regni defenſione eoſdem Patronos noſtros ſuper Altare eorumdem, eleuari pro affectu & amore effecimus. Vnde nobis, vt par erat, placuit, glorioſiſſimorum Martyrum baſilicam, antiquiorum Regum liberalitate & munificentia amplificatam & decoratam, noſtris temporibus omni dilectione amplexari, & ſublimari. Præſente itaque venerabili Abbate præfatæ Eccleſiæ, Sugerio, quem fidelem & familiarem in conſiliis habebamus, in præſentia Optimatum noſtrorum, Vexillum de altario beatorum Martyrum, ad quod Comitatus Vilcaſſini, quem nos ab ipſis in feodum habemus, ſpectare dignoſcitur, morem antiquum prædeceſſorum noſtrorum ſeruantes, & imitantes, Signiferi iure, ſicut Comites Vilcaſſini ſoliti erant, ſuſcepimus. Viariam quoque, & omnimodam Iuſtitiam plenariámque libertatem, quam, iuxta Villam B. Dionyſij verſùs Pariſios, retroactis temporibus multorum Regum Franciæ & noſtra occupauerat Poteſtas, ſub certa metarum diſtinctione terminauimus à fluuio Sequanæ, videlicet à molendino, quod vulgò appellatur Bajart, vſque ad ſummum caput Villæ, quæ vocatur Halberuillare, ipſis ſanctis Martyribus, Ducibus, & Protectoribus noſtris tam pro ſalute animæ noſtræ, quàm pro Regni adminiſtratione & defenſione coniugis & liberorum conſeruatione, deuotè in perpetuum poſſidendam contulimus. Præterea omnimodam poteſtatem, omnem Iuſtitiam atque vniuerſas conſuetudines Nundinarum indici, quoniam præfatum Inditum honore & reuerentia ſanctarum Reliquiarum, claui ſcilicet & Coronæ Domini, Apoſtolica auctoritate, Archiepiſcoporum & Epiſcoporum confirmatione, anteceſſorum noſtrorum Regum Franciæ conſtitutione, ſtatutum eſt, in perpetuum condonauimus, &c. Actum Pariſius publicè, An. Incarnati verbi.* 1124. *Regni noſtri..* 18. *Adelaidis.* XI. Ex chirographo exemplari, quod in Scriniis conditum eſt Caſtelli Pariſiorum. Reliqua de Velocaſſinis Comitibus executi ſumus, Lib. 2. Regij Franciæ Patrimonij: Secundùm ea, quæ Sugerius Dionyſiani fani Antiſtes ſcripſit in vita Ludouici Craſſi, cap. 17. & Auctor veteris Lib. *Conſuetudinarij* Franciæ. Cum Vilhel. Nangiſio, Dionyſianæ Ædis cœnobita:

De finibus Vulquecini Frãcici, & Normanici, *Procès au priué Conſeil du Roy.* Menſ. Mart. An. 1595.

Regia Charta, de Vulquecino Comitatu, Abbatum S. Dionyſij in Francia, feudario.

De hoc militari ſigno, ſeu Auriflamma leguntur manuſcripti Verſus Rigordi Hiſtorici in vita Phil. Auguſti, cuius ille, in Regno, vixit.

Lendit.

Du Liure bleu, qui eſt au Chaſtelet de Paris.

Lib. 2. *Du grand Couſtumier de France, & Inſtruction de practique &c.* Tit. *Du rachat des fiefs.* Verſ. *l'on rachete de toutes mains, comme d'achapt, d'eſchange, de don & de toute autre alienation, à Gonneſſe, & ès fiefs qui ſe gouuernent ſelon la Couſtume de Veuxin le François.*

Lib. 1. Doman. Tit. penul. Art. 14.

La Chronique de S. Denys.

Nãgiſij verba, Rex vexillum de altario

In Lib. Rerum à B. Ludouico geſtarum, Cap. *Quomodò Ludouicus rex Franciæ ſecundò Crucem tranſmarinam accepit.*

S. Dionyſij, ad quod Comitatus Vulcaſſini ſpectare dignoſcitur: quem etiam Comitatum rex Franciæ debet tenere de d. Eccleſia in feodum, morem antiquum anteceſſorum ſuorum ſeruare volens, Signiferi iure, ſicut Comites Vulcaſſini ſoliti erant ſuſcipere, ſuſcepit cum pera & baculo peregrinationis.

Rex Franciæ, neminem in temporalibus ſuperiorem agnoſcit, ab eóque omnes Regni Proceres tenent, feudataria ſumma poteſtate. Sed is viciſſim edixit, ſe nihil in Prælatorum & Baronum feudis acquiſiturum, *ſi ce n'eſt choſe appartenant à ſon droict Royal.* Ordinat. An. 1302. Meſ. Mart.

8 Ex his obiter colligi poteſt, Francos Reges, etſi ſummo imperio ſuis dominentur, DEI DIVORVMQVE clientelare Sceptrum pia voce profiteri. Teſtantur enim Annales noſtri, Karolum Mag. ſanxiſſe, vtì annuos quiſquis obolos quatuor conferret in Areopagitæ Dionyſij templum, is perpetua viuus immunitate, vacationéque munerum frueretur. Hinc Regibus etiam mos percrebuit, aureos totidem martyri Dionyſio, ad Lutetiam, quotannis erogandi, quaſi vectigal beneficiariæ Cælitum Francicæ Monarchiæ. Id quod Nangiſius ille literis mandauit, priſcæ Francorum memoriæ magiſter. In hanc partem ſimilia Regum noſtrorum exempla adduximus, Lib. 3. FISCALIS DOMINII GALLICI. Porrò mortalium nulli Princeps deuincitur clientelæ ſacramento: Vtpote cui, Franci magnates, Principi ſua omnia ferant accepta, & beneficij nomine alligentur. Sicuti diſertè aſſerit Durandus Speculator, antiquus Galliæ Iuriſperitus. In §. quoniam. Tit. de Feud. Et in §. nunc tractemus. De appellat. Quò impenſiùs demiror, Angliæ Regem Erricum. 6. qui, rebus in Gallia turbatis, Lutetiæ incubabat, edixiſſe, vt Fiſcalis cognitor in Præfectura Vrbis, Regia vice, clientelaria munia obiret ex fundis, quos Rex proceribus Nobilitatis obnoxios poſſidere cœpiſſet. Reſcriptis An. 1423. & 13. Kalend. Nouemb. An. 1430. quorum exemplar viſitur in cæruleo Codice vetuſto Vrbani Fori, Caſtellíve Pariſienſis. Atqui priuatorum latifundia, quæ Fiſco Principis quæruntur, & committuntur, ſubinde Fiſcalibus ſacrantur patrimoniis, à quibus proximè pendeant. Quòd ſi illa inferiori patrono purè ſubeſſent, ad priuatos denuo licitatores per Iudicem referenda ſunt, Procuratore Fiſci poſtulante. Vt ait Maſuerius. §. item ſi res. De locato, in Praxi iudic. Ex Philippina ſanctione. An. 1303. de qua Nos, aliis noſtris Opuſculis. Huc alludunt Ægid. Magiſtri dictata, in Lib. Deciſion.

Tit. 23. Art. 6.

Le Procureur du Roy en Chaſtelet, autreſois commis homme & vaſſal des fiefs eſcheux au Roy mouuans d'autruy, & qu'il puiſt faire les debuoirs par procureur. Literis patentibus, Die. 20 Octobr. An. 1430. & Cameræ Computorum Mandatis Petro *de Quatreliures* Regio Actori in Caſtello Pariſ. De feudo, *de Chaliot, ſans conteiſon s'agenoüiller ne baiſer.* Die. 23. Iulij. An. 1492.

9 CÆTERVM de Regiis beneficiis indiſtinctè cauerunt Principes Galli, rei beneficiariæ Catalogum à Regiis ſubclientibus perinde, ac clientibus, edi regio Cognitori in Præfectura Pariſiorum: & modum fineſque agrorum ſingulorum ei Catalogo inſcribi. Edictis Karoli. 6. Septimo Kalend. Septemb. An. 1389. atque Errici. 6. Britanni, Lutetiam occupantis, Quinto Kalend. Iunias An. 1426. Quibus Edictis, vectigalium pariter fundorum poſſeſſores iubentur, Formam cenſualem proferre penes regios Lutetiæ Magiſtratus. Quinimò publicis pactorum Scribis imperatum fuit ab eodem Carolo, alienationum rei prædiariæ Inſtrumenta confeſtim promere Regio coactori Patrimonialium Fiſci redituum: Vt aduentitia ſimul regiæ clientelæ fundorum commoda innoteſcerent ipſi, & beneficiaria Principis iura interuerti, minuíve

Doman. Franc. Lib. 1. Tit. 7. Art. 1.

In Tract. *Des Fiefs.* Cap. 1.

De dinumeratione Feud: à vaſallis præſtanda, Lex Pariſ. in §. 8. 9. 10. 11.

Die. 26. Auguſti. An. 1389.

Die 28. Maij An. 1426.

minuíve prohiberentur. Inſigni diplomate, 7. Idus Apriles An. 1391. Noſtra enim omnium intereſt, ſuperius Principis dominium vbique ſartum tectum ſeruari. Ac Codicillarem adeò vicariæ fidei cliētum Regiorum gratiā temperauit religio Ordinis Ampliſſ., cauítque, Eporediæ Marchionem, qui, procuratoria alterius opera, in fidem aſſumebatur à Rege, præſentem in eius verba diſtrictè iuraturum, quantocyùs Francicam in Aulam conferre ſe poſſet. Sententia Curiæ, 5. Idus Decemb. An. 1487. Marchio enim, Dúxve limitaneus, Regiæ Gallicæ beneficiarius erat, ab Delphinali Allobrogum Principatu ſuperiori, in limitibus noſtræ Galliæ. Sicuti centeno antea propè anno, ex cognitione Principis, verbíſque ipſius pronuntiatum fuerat à Symone Friſio, Lutetiani Senatus Præſide, 5. Iduum Majar. An. 1390. Per hunc modum, Sebuſianus dux Regem Delphinum adire tenetur officioſo clientum more, ab Foucygnio Baronatu, Delphinatium beneficiario: quem ille, Geneuenſis Comitatus feudo cōmutatum acceperat. Vti Gratianopolitanus ſenator tradit Franciſ. Marcus, Deciſ. 333. Tomo. 2. Verùm haud eodem loco & conditione habentur extranei, Regum noſtrorum clientes, quíque ab Gallia diſſitam prorſus ditionem ſuam Gallicis faſcibus ſubmiſerint. Exempli cauſa, proponitur Ligurum Ducatus, ex quo, Ioh. Galeatius Inſubrum Princeps, ibidem ſacramento dixit abſenti Lodoico. xi. Regi, ſtipulante huius Legato, Phil. Comminio, & auſpice Vicario ipſo, præſidéque clientelaris illius obſequij. Circa annum. 1478. Vt Comminius ipſe in Ludouici Hiſtoria atteſtatur, Cap. 123. Aſt triceno pòſt anno, cum biennio, diuulſus fuit ab Inſubrum dominatu Comitatus Aſtæ Coloniæ, & Delphinatium imperio adunatus. Reſcripto Ludouici. 12. Francorum Regis, Ducíſque Mediolanenſium, Septemb. Menſe An. 1500. Quod ſupremæ apud Gratianopolim Curiæ probatum eſt. 6. Kalend. Iunias An. 1501. Quantùm ex Franc. Marco aſſequimur, eius Conſcripto Curiæ, Deciſ. 247. & 322. Parte. 2. Tum ex Libro Delphinalium libertatum, pridem Formis impreſſo. Verùm Aſtenſis dehinc Comitatus, adiectáque ei Cæuæ Marchia, tranſijt in Allobrogicam Ducum ditionem, Cæſarea Karoli. 5. ceſſione clientelari. An. 1536. Haud diffiteor vtique, Philippum Auſtriacum, in Atrebatica vrbe ſacramento rogatum clientelari, à Vidone Rupefortio, Iuriſpræfecto Galliarum, nomine regio. Sed noua iſthæc fidelitatis ſponſio, receptióque debetur Dominicæ in ſubditum gratiæ & indulgentiæ: Qui pręſens alioquin adito patrono cliens exhibere tenebatur clientelare fidei officium, ex vtroque, Regni beneficiario, Patritialíque adeò, Flandrorum, & Atrebatum Comitatu. An. 1499. Quintili Menſe.

Die. 7. April. An. 1391.

Salutianorum Marchio.

Aduis de la Cour. die. 9. Decēb. An. 1487. Ex Regeſtis Curiæ.

Regium Areſtū in Senatu die. 21. Maij. An. 1390. ita prolatum à Præſide, Le Roy dit, Ioh. Galli Quæſt. 201.

Genuæ Ducatus, in Longobardia.

Comitatus Aſtēſis, ab Aureliæ Ducibus, Mediolanenſis Ducis Philippi Mariæ hæredibus poſſeſſus, cōtinua ferè annorum centuria.

Diploma regium, die. 27. Maij. an. 1501. publicatum in Parlamēto de Dauphiné.

Statuta Delphinaliū Libertatū, quæ habemus.

De Aſtenſis Comitatus origine Longobardica, Sigoniū legito, in Lib. Regni Italici, & Antonin. Theſaurum, in Præfat. Deciſionū Subalpini Senatus.

Fiefs & Perries de la Couronne de France, Flandres, & Artois. Meſmes Flandres, l'vne des. 12. principales Perries.

10 SPECIATIM verò, Pariſiorum Moribus, per ſe quemque præbere oportet clientelare iuſiurandum, non per procuratorem: §. 67. Clientum tamen primigenius, fungi poteſt ſuo pariter & vicario

L'aiſné acquitte ſes ſœurs de la ſoy, & releuef, en directe, prenāds en leurs premiers mariages. Bonis etiam

Digitized by Google

datus curator, inſtante creditore, fidem præſtat hominiúmq; domino feudi, in refutationem vaſalli. §. 34. Pariſ. Conſ.

cohæredum munere clientelari. Art. 35. & 41. eiuſd. Leg. Ex vetuſta Francorum Conſuetudine, à Vilhelmo Durando notata, in §. quoniam ſuper Homagiis. Tit. de Feud. Vbi ſubiungit, id officij ac oneris, honore penſari fidelitatis, viciſſim à iunioribus grandiori fratri præſtandæ Moribus quarumdam Regionum. Proin Beneficium iure auctoritatis poſſeſſum dicũt, quòd major natu, aut, à quo Pares alioquin ſuam beneficij partem teneant, pro comparibus fidem dare debeat, & obſequelam facere: Qui idcirco tanquam auctor appellari ſolet à minoribus natu, vt defendat iure auctoritatis poſſidentes. Arg. leg. vlt. D. De euict. Aſt ſi paterna donatione contentus protogenius, hæreditatem repudiet, Verius eſt, eum qui hæreditarij beneficij particeps non ſit, beneficiaria onera implere, aliorum vice, non poſſe, nec munera ſubire patrimonialia, qui patrimoniis careat. Feudalia enim Gallorum iura & onera, in rem ſcripta ſunt, feudaliſque in rei poſſeſſores, non in perſonas, familiámve clientum demortuorum. Feuda nimirùm prædiarijs ſeruitutibus æquiparantur, prædiorum ſequacibus, eáque detinentium, §. 24. 63. 64. 65. Pariſ. Leg. Ac veluti, permixta vtriuſque fundi poſſeſſione, ſeruientis cum dominanti, abit euanida ſeruitus, quùm ſua nemini res ſeruiat. l. vtifrui. D. ſi vſuſf. pet. Ita priuatorum feuda, quæ ad Principem deuoluta ſint, vim ſuam, cum nomine, amittunt: Donec ab Rege priuatis remancipentur, quo caſu, reſtituta *feudaria* ſeruitus, vnà cum re, tranſmeat in beneficiariũ nouum poſſeſſorem. Bald. ad cap. 1. §. præterea. Tit. Quid ſit inueſtit. Neapolitano quoque vſu comprobatum id affirmat Matthæus, in Præludio Siculárum Conſtitut. Quæſt. 25. ex ſententia Iulij Pauli, l. ſi vnus. §. pactus. De Pactis.

Fief tenu en parage, apres le parage failly, tourne en hommage vers l'aiſné tenant le gros du fief.

Realia feuda ſunt, non perſonalia, apud Francos.

Verſ. quoties.

11 RVRSVS iure parili detentum beneficium, de quo ſuprà, clientelæ legibus ſoluitur, & exoneratur à maximo ſtirpis: Vtpote qui patrono obſequium exhibens, compares liberet, parte beneficij fruentes. Sicuti Turonum Conſuetudine exprimitur, Andium, Cenomanorum, & Pictonum. Sed tantiſper durat parile beneficium huiuſmodi, dum cognationis gradus ampliùs computari nequeant, aut inter cognatos matrimonia ritè contrahantur. Auctore Butelerio, In Summa rurali. Tit. de Feudis & Homagiis: Cum ſupradicta plurium Municipiorum Conſtitutione. Nuper tamen Ligniacus, in Ambarris, Comes, qui dignitate pari, cum Ambarro Duce, Comitatum ſibi aſſerit, Pariſienſem in Curiam prouocauit à Duce illo, Barrenſiſque Conſuetudinis publicatione ab ipſo decreta, An. 1579. Intendit quippe, Comitatum ſuum, Barrenſis patrimonij Ducalis portionem eſſe, ab Errico Barrenſi regulo traditam olim Margaretæ filiæ, optimo maximo iure ac conditione. Dotalibus cum Errico Lucemburgio pactis. An. 1231. Vnde colligit ipſe, Ambarro, maternæ ſuæ ſtirpis gentiſque principi non licuiſſe, periculoſa Beneficia, ac commiſſorias Feudi leges, ob fidem ſeriùs

Parage.

Tit. *De despie de fief, & de Parages*, Cum §. 106. 107. Pictau. Leg.

Comté de Ligny, en Barrois, anciennement ſimple Chaſtellenie.

Fiefs de danger, en Barrois.

Digitized by Go

ſeriùs præſtitam, ſcribere, & Ambarrorũ feuda Cæſareis Germaniæ Conſtitutionibus regi iubere. §. 1. Barrenſium Morum. Aſt Ducis, contrà, Barrenſis & Lotharingi cauſa fulcitur, potiore, ni fallor, iuris æquique ratione. Municipales enim publici Mores nihilum derogant ſingularibus rei beneficiariæ Pactionibus, feudaliſque veſtituræ conuentioni. Vt Molineus adnotauit, in §. 48. Legis Carnutum., 282. Marchianorum. 109. Bleſenſium. Vbi Senatus placitum ciet ipſe, prolatum Idibus Iuniis An. 1535. beneficiaria ſcilicet iura peculiaria, ſummis Municipij Legibus neutiquam abrogari. Quod Longobarda etiam Sanctione proditum fuit. Tit. De duob. fratr. à Capit. inueſtit. Exin Ligniaci in feudi quæſtione controuerſa, defendit Ambarrorum dux, patronus, Majores ſuos, de fide & obſequio ſibi dando à Ligniacis Proceribus, inuicem pepigiſſe. *Literis* obſignatis Sexto Idus Septembres An. 1274. Eóque Ligniaci Comitis poſteros, clientelæ ſacramento perfunctos longa temporum ſerie. Quandoquidem Ludouic. Lucemburgius, qui Gallicæ Equeſtri militiæ præfuit, in fidem ſe contulit Ambarri Ducis, ab Ligniaca ſua ditione, An. 1461. Antonius inde Lucemburgius clientem ſe iuratò profeſſus eſt Ducis Ambarri. Pridie Kalend. Februar. An. 1531. Quin &, miſſo hoc profeſſionum clientelarium ordine, patet, Ligniaci feudi parile ius, quo ſe iactat Comes, tot ſeculis perſtare nequiiſſe, abſumpta iampridem propinqua illa cognatione, quæ, ex Barrenſis heroïdis connubio, interceſſerat Ligniacis magnatibus cum Ambarro principe. Sicuti à Nobis, de PARAGII natura conditionéque temporaria, latiùs actum, Volum. 2. Legis Andegauorum. Sed, conſtante etiam *Paragio*, poſſeſſor in Neuſtria olim alligabatur Feudariis quibuſdam officiis. Quo de *Paragio* Normanico, Butelerius in Summa rurali. Ita ſupremo *Scacarij* iudicio pronuntiatum fuit An. 1241. QVÒD OMNES ILLI, QVI TENENT PER PARAGIVM, QVI DEBENT SERVITIVM MILITIS DOMINIS SVIS, TENENTVR REDDERE TALE AVXILIVM, QVALE DOMINI ILLORVM REDDENT DOMINO REGI: ET ILLI, QVI TENENT PER HOMAGIVM, REDDENT TALE AVXILIVM, QVALE DOMINVS REX DABIT: NISI DOMINI HABVERINT SAISINAM DE PRÆDICTO FEODO ERGA DOMINVM REGEM.

Conſuet. *de Duché de Bar.*

Parlamentare Areſtum Pariſ. die 13. Iunij An. 1535.

Accord d'entre, Thibault Comte de Bar, & le Sieur de Ligny, Die. 8. Septemb. An. 1274.

Ludou. *de Lucembourg*, Comes S. Pauli, Cõneſtabilis Franciæ.

Die vlt. Ianuar. An. 1531.

Tit. De iure Paragij.

Iudicatum in Scacario S. Michaëlis An. 1241.

12 OBSERVA interim, familiæ hirciſcundæ iudicio diuidi ſolitum Feudum, variis in Regiunculis, eo pacto: Vt feudi partem iuniores alij, iure parili, alij beneficiario, primogenitis acceptam ferant. Nam in Gallia ſparſim clientulis ius eſt, eorúmve hæredibus, inconſulto patrono, ſtatuere de feudalibus beneficiis pro arbitratu: ſi modò ipſi fidelitatis iuſiurandum, & obſequium dominis exhibendum ſibi recipiant. Verùm Pariſienſis Lex ipſa nullas ſubclientelas inuexit nominatim ex qualicunque partium nobilis fundi ſectione inter cohæredes: Iuxta pragmaticam Formam Auguſti Philippi, quæ Lib.

Sed intellige hoc, vt ſuprà, Art. 6. in fi. & Art. ſeq.

Reſcriptum Philippi. 2. ex cõſilio Procerum Francicorũ. Die. 1. Maij An. 1210.

Digitized by Google

apud Villam nouã Regis, iuxta Senonas. Cui Reſcripto conformis eſt Marchiana Cõſuetudo. Art.186.

albo Caſtelli Pariſiorum intexitur, hac epigraphe, PHILIPPVS DEI GRATIA FRANCORVM REX, &c. ODO DVX BVRGVNDIÆ, HERVEVS COMES NIVERNENSIS, REGINALDVS COMES BOLONIENSIS, G. COMES SANCTI PAVLI, G. DE DOMNAPETRA, ET PLVRES ALII MAGNATES DE REGNO FRANCIÆ VNANIMITER CONVENERVNT, ET ASSENSV PVBLICO FIRMAVERVNT, VT A PRIMO DIE MAII IN POSTERVM ITA SIT DE FEODALIBVS TENEMENTIS, &c. Reliquam Philippinæ Chartæ periodum præcipuam, quæ iſthîc ſupprimitur, ad verbum inſeruimus Lib. 2. FISCALIS PATRIMONII FRANCORVM. Philippina tamen hæc Conſtitutio, multarum Prouinciarum Moribus obſoleuit, quos ſuperiùs recenſui: nec diutino quidem vſu alicubi firmatam eam oſtendit peruetus Codex *Statutorum Regni Gallici*, calamo exaratus, priſca iſta phraſi vernacula. *Dus, ne Quens, ne Barons, ne nus autres Sires ne pueent doner à leur home de foy, ſe ce n'eſt à ſon frere, ou à ſa ſuer: Mes à ciaus le pueent il bien doner emparaige & empartie. Mais il ne le porroient pas doner à. i. home eſtrange, ſe il ne le donoit à toutes obeiſſances, que il auroit, ſans riens retenir. Car ſe li Barons le donoit à ſes vauaſours, ce ſeroit mout grans damaiges à celuy à cui il le deuroit, & au Baron meeſmes qui aueroit ſon fie* &c. In Lib. *Ci comencent li e Statu dou Roiaume de France*. Cap. *De don de foy par frareſche à ſon frere. &c.*

Sũma huius Chartæ eſt, Quòd feudorũ diuiſione inter cohæredes, vel conſortes, non poterit fides hominiſmque ſuperius inuicem reſeruari, in præiudicium Domini, à quo priùs totum feudum mouebatur. Vt eſt Lib. 2. Doman. Franc. Tit.13. Art.2.

Terræ autẽ Eccleſiaſticæ, quæ profanis palàm venditæ ſint ex Regiis Edictis alienationũ rei Eccleſiaſticæ, debẽt feudales *releuer du Seigneur, dõt elles ſouloient releuer. & celles, qui ſont amorties, tenir en foy & hommage de l'Egliſe, dõt elles aurõt eſté diſtraictes: & celles qui ſont en roture, de leur ſeigneur cenſier.* Edicto, (inter alia) Menſ. Martij An. 1569.

Li è ſtatu dou Roiaume de France.

Bail à rente, auec reſeruation de porter la foy au ſeigneur.

Obertus de Orto.

In Scacario Paſchę, An. 1225.

IMPVNE rurſus contrahitur feudalis beneficij alienatio per li- 13
bellum inuitis dominis: modò beneficium non minuatur. Oportet enim, reditum iuſtum eſſe: ne, colore quæſito libelli, alienetur beneficium, retenta modica admodùm penſione. Vt Ortenſius feudalium Legum compoſitor ſignificauit. Tit. De alienat. pater. feud. Et Tit. Qualit. olim. Cui mirè conſonant Ambianorum Inſtituta patria, §.26. ac Victriaca Belgicæ Campaniæ. §.23. Nec ab iis longè recedit Normanicum ciuile Ius, Prouinciæ Ordinibus ratum acceptúmque: In maioribus Neuſtriæ comitiis, An. 1225., tali ſcriptura. ACCORDATVM EST PER EPISCOPOS, ET BARONES, QVÒD SI ALIQVIS ALICVI FEODAVERIT, VEL DEDERIT TERRAM PER SERVITIVM ET PER DENARIOS IN ASSISIA, QVÆ RECORDATIONEM HABET, DONVM ILLVD ET FEODATIO AVDIATVR: ETSI RETENTVS FVERIT REDITVS COMPETENS SECVNDÙM VALOREM DONI, DEBET TENERI DONVM ILLVD. SI VERÒ PECVNIA FVERIT DATA PRO ILLO DONO, ET PARVVS REDITVS SIT RETENTVS, SI ALIQVIS DE GENERE ILLIVS, QVI DONVM FECERIT, MERCATVM ILLVD HABERE VOLVERIT, ILLVD HABEBIT: SALVIS DONIS ET FEODATIONIBVS ANTE ACCORDATIONEM ISTAM.

At ſi omnia Ditionis prędia vęnierint correſpondẽte his pretio, citra mẽtionẽ vaſallorũ & cenſuũ ex ea Ditione pendentium, nulla quoq; expreſſa ipſorũ penes vẽditorẽ retentione, Iudicatum eſt, feudalia iſthæc iura incorporea trãſijſſe ipſo facto ad emptorem corporei totius domanij d. Ditionis, etiam ſi quadruplo plus valeãt cõuẽto illo pro domanijs pretio: Tanquam feuda nẽpe & vaſalli depẽdentes ac inſeparabiliter nexi d. domanio, ex defectu reſeruationis expreſſæ. Areſto in.3. Camera Inqueſtarũ die.13. Dec. 1597. ad relationẽ dn. Durandi, de feudo *de Preleng*, Bleſenſ. Conſuet, Inter Renatum *de la Ferriere* appellantem, & Nicol. Conanum, intimatum.

Ac

Digitized by Google

Ac noſtri præſertim æui Obſeruatio doctrináque Forenſis poſtulat ingentem vberémque nobilis prædij reditum annuum, cuius lege illud mancipatum ſit: Quò minùs, ex ea alienatione, ſuperior dominus aduentitia commoda poſſit exigere. Demus enim, beneficiariis pridem licuiſſe, tenui cenſu, reditúque annuo recepto, fundos diſtrahere grandi ære, nec patronum, inde laudimia poſcentem, auditum. Decreto Senatorio, ex Prætura Aureliorum, Nonis Februar. An. 1543. De quo, Molineus, ad §. 4. vetuſti Moris Aurelian. Hodierno certè Vſu patrio multiplici, Beneficium totum abalienari vetatur, quantalibet cum exceptione ſuperioris dominij: Niſi vel patronus actui nominatim aſſentiatur, vel cliens alienator, beneficiarij fundi trientem ſibi reſeruet, trientíve ſaltem æquipollens annuum vectigal prædiarium. Art. 51. 52. Pariſ. Conſuet. Etſi namque Lex iſthæc, de annua penſione nil ſtatuat: alio vtique Legis capite probari videtur libellaria feudi mãcipatio, §. 59. Et agraria penſitatio quadantenus ſolo exæquatur ipſi: ac vendita, peræquè laudimia parit domino prædij dominantis. §. 87. ſuprad. Conſuet. Itaque iuſta fundi locatione perpetua, cenſetur locator, eiuſdem poſſeſſionem retinere per conductorem. Vt innuit Iulius Paulus, l. 1. D. ſi ager vectigal. l. quamuis. §. ſi conductor. l. qui bona fide. ff. de acquir. poſſeſſ. l. quædam mulier. ff. De rei vindic. Annua enim penſio, ſeu vectigal cedit vice fructuum agri & latifundij. cita. l. 1. Alexand. in d. §. ſi conductor. Et Reſponſo. 118. Volum. 2. Quocirca Monaſticæ virgines Filiæ Dei, apud Lutetiam, quæ fundos aliquot Emphyteutici canonis lege plebeijs emanciparant, iudicio abſolutæ ſunt, Dominica laudimiorum ex eo contractu petitione Epiſcopalis Collegij canonicorum: ſed *cenſuale* modò vectigal prædiarium ei appendere damnatæ, tanquam proprietatis dominæ prædiorum ipſorum. S. Conſulto in ſecunda Curiæ Inquiſitoria claſſe, Vndecimo Kalend. Septemb. An. 1587. ad prouocationem ex vrbana Pariſiorum Prætura, eiuſque Sententia dicta. 15. Calend. Septemb. An. 1576. Aſt hæc controuerſa lis fuit ante nouatam Pariſiorum Conſuetudinem, emendatamq;. An. 1580. præd. Art. 51. Qui à nouo prædij alienatore exigit, præter receptitium aliquod ius annuum, Prædiarij ſaltem trientis retentionem, Quippe quùm alioquin, Molinei verbis, *toto feudo ad reditum dato, vana & luſoria eſſet retentio fidei.* Ad §. 20. Legis Carnutum Municipalis. Quinimò Cæſarea Lotharij. 1. Lege, iis modò licuit, qui Dominicum ſolum nobile haberent, eius dimidium libello alienare: deinceps, ne particulam quidem, ſequente Lotharij. 3. conſtitutione, ac Friderici. 1. Cap. 1. De alienat. feud. Cap. 1. de feud. ſin. culp. Cap. 1. de prohib. feud. alienat. C. 1. §. callidis. De prohib. feud. alien. per Frider.

Curiæ Placitum die. 5. Februar. An. 1543. Relatore Dn. Bermondeto.

Lods & ventes ſont deuës, de rentes foncieres non racheptables, venduës à aultres: Tout ainſi que de Bail à rente racheptable.

Penſionis perceptione retinetur poſſeſſio fundi.

Areſtum Curiæ in. 2. Camera Inqueſtarum, Dn. *Dehere* relatore, die. 22. Auguſti. 1587. pro Religioſis filiabus Dei, *garendz de leur preneur à rente*, contra Capitulũ Pariſiẽſe, ex recto ſuo dominio petẽs editionẽ contractuum, & fructuariam ex iis laudimiorum obuentionem.

Pour bail à rente faict retenta fide, *n'eſt deu rachapt*, & parte domanij feudi retẽta. Quia ſi feudum totum daret ad reditum, inanis foret reſeruatio fidelitatis & hominij.

14 Primigenius, qui iuniores, fidei præſtatione & hominij exonerat, honoratur viciſſim ſolida clientum in fidem aſſumptione, ex eodem Feudo, quod illi cum minoribus natu commune eſt.

Homagium à vaſallis debitum Caſtro, vel Dominico ædificio feudi dominantis, pertinet ad primogenitum, tanquam dominum ſolũ præcipui eius Ædificij. Sed feudalia commoda & emolumẽta ſecundonatis cum illo communicantur.

Salua modò feudalium obuentionum partitione, omnes inter cohæredes, pro portionibus hæreditariis. Quùm enim nobilis fundi Prætorium totum grandiori filio competat, huic patroni domicilio debentur honoraria clientelæ iura, ſeu hominia. Art. 63. 64. Pariſ. Conſuet. Haud aliter, ac Templi patronatum, in beneficiaria Arce conditi, ſolidum addixêre LVTETIANI PATRES ei, qui primigenia obtineret. Vt edocuimus, lib. 2. Legum Andenſium. Tit. De reb. in cenſ. dat. Deſcribuntur autem Pariſiorum Moribus ſigillatim feudalia Ædificia inſigniora, quæ hæredũ maximo natu, præceptione, deferuntur. Art. 13. 15. 16. 17. Qui adiacentem quoque Domui, intermedia foſſa, aream protogenio attribuunt. Tametſi Molineus hortum Ædibus haud contiguum, præcipuo iure illo eximi putet. Ad. §. 126. Syluanectenſium Legum. Nec eidem aſſentior exiſtimanti, Molæ, Cellæúe frumentariæ tectum, ſeu torcular, quod tectorio opere ſtructum ſit, præcipi à grandiore filio non poſſe, aliis deficientibus Ædificiis. In Art. 143. Bleſenſ. Conſuet. Nam ex aruorũ iugeribus vnum prærogat ſeniori Mos Pariſien. ita demum, ſi arua ſola, nullis penitus ædificiis, ad plures hæreditate redierint. §. 18. Vetera certè nobilium Gallorum ædificia ſcribit Iulius Cæſ., in fluminum ripis fuiſſe, aut ſyluis, cùm de Ambiorigis ædificio loquitur. Gallos enim ait, vitandi æſtus cauſa, fluminum propinquitates, aut ſyluarum petere conſueuiſſe: Oppida verò, foſſa, vallo, mœnibúſque munita Aquitanis, Celtis, primíſque Belgis extitiſſe. Lib. 6. De Bell. Gall. Idem anteriore Lib. narrat, caſas in caſtris Q. Ciceronis more Gallico ſtramentis fuiſſe tectas. Nec longo pòſt tempore Strabo retulit, Gallorum domicilia è pluteis & cratibus eſſe permagna, teſtudinum inſtar, multis arundinibus aquaticis contexta. Geograph. lib. 4. At Germanorum populis nullas vrbes habitatas prodidit Tacitus, nec paſſos vtique eos inter ſe iunctas ſedes. Colebant tùm diſcreti ac diuerſi: vt fons, vt campus, aut nemus placuiſſet. Vicos locabant, haud connexis certè & cohærentibus ædificiis. Suam quiſque domum ſpatio circumdabat, ſiue, aduerſus caſus ignis, remedium, ſiue inſcitia ædificandi. Ne cæmentorum quidem apud illos, aut tegularum vſus: Materia, ad omnia, vtebantur informi, & citra ſpeciem, aut delectationem. Sed, vt reuertar ad inſtitutum, grandioris filij propria ſiunt, quæ inædificantur à patre, clientelari ſuo patrimonio. Dempta materna pretij dimidia in Opus impenſorum: quæ liberis omnibus viritim refunditur, tanquam matris hæredibus. Vt Molineus rectè arbitratur, in §. 126. Syluanect. Morum.

Præcipuum *de l'aiſne*, in quolibet Municipio, intelligitur de diuerſis & diſtinctis Municipiis, non autem de codẽ Municipio in ſingulis localibus Sedibus ſeu Præfecturis eiuſdem Prouinciæ aut Municipij. Molin. in §. 223. Andeg. Leg.

Si le toict d'vn Moulin, Grange, ou Preſſouër couuert ſe peut choiſir pour Manoir ſeigneurial, quãd ores n'y en auroit d'autres.

§. 18. Ver. *ains ſeulement terres labourables.*

Antiqua nobilium Gallorum Ædificia.

Tacit. De moribus German.

MAIOR natu, intra quadragenum diem à parentum obitu deceſſit, relicto fratre, & ſororibus nuptis. Rogo, nûm haſce, mas iunior, cohæredes eximat clientelæ ſacramento, ac Redemptionalibus feudi. Ita ſecundùm eas reſpondeat forte aliquis: *Errorémque ſuum, quo tueatur, habet.* Quippe quùm iunior, ſublato fratre è medio 15

Sed Maſculina necne feudi prærogatiua hac iuuetur Hermaphroditus, aliuſue habens vtrumq; ſexum, aut aliqua maſculi, aliqua fœminæ, ſigna: Vide Baldũ in Conſil. 237. Volum. 3.

Digitized by Google

medio, rebus indiuiſis, *πρωτόγονος retrò fuiſſe coniiciatur. Nam, Ælij Martiani verbis, quædam ſunt, in quibus res dubia eſt, ſed ex poſtfacto retroducitur, & apparet quid actum ſit. Vt ecce ſi rem legatam hæres tradiderit alij, repudiante dein legatario, traditio valet. l. 15. De reb. dub. Probabiliùs tamen opinor, marem ſecundogenitum, in directa parentum hæreditate non vti iure primigeniorum, ſed in fraterna tantùm, poſteriùs ipſi delata. §. 27. & 326. Pariſ. Conſuet. Parentibus enim ſuperſtes filius ætate prouectior cenſetur hæreditatem adiiſſe, cui viuus non renunciarit: etſi paulo momento illis ſuperuixerit. l. ex facto. §. vlt. D. ad. S. C. Trebell. l. quod certatum. Cod. de poſthum. hæred. inſtit. l. cùm vxori C. quan. dies leg. Quùm ergo laterali feudorum ſucceſſione ſorores arceantur à fratre iuniori, huius interuentu officióque clientelari non tollitur ius antea patrono quæſitum in clientulas coniuges, patris hæredes, aut matris: quò minùs ſuam feudalis beneficij particulam pretio rediman. Imò nec à præſcripta veteris clientelæ in patronum formula deflectere vllatenus licèt beneficiariis. Sicuti *Parlamentaris* Senatus Galliæ de ſtagno *de Gouuieux* definiuit, aliíſque fundis Simonis Triæ, ad fratrem hæreditate tranſmiſſis, Ianum Comitem Domni Martini. Regij enim Proceres graui iudicio decreuêre, *quòd quamuis receptus ſit aliquis ad vnum homagium pro omnibus, & ad vnum oſculum, non tamen remittitur aliquod homagium, & releuium.* Areſto *Parlamenti* Diualium, An. 1275. quod habetur, Styli Parlam. Parte. 7. Sed, vt ſuperius cauſæ argumentum refricem paucis, diſtinctione hac rem totam dirimito. Aut liberorum maximus renunciat paternæ, maternæque hæreditati iam delatæ: Aut poſtmodùm deferendæ, nullo ſumpto vtrobique repudiationis præmio. Priore caſu, repudians facit partem reliquis, etſi non vocetur ad partem: Id eſt, hæreditariæ protogenij vnciæ, cum Aſſe toto, confuſim permiſcentur, nec ad marem ſecundum, quaſi primigenium particulatim tranſmittuntur. §. 310. Pariſ. Conſuet. Vti de maiore natu bonis abſtinente, placuit Lutetiano Senatui. Decreto. 5. Idus Septembres An. 1552. Poſteriore autem caſu, natalitij ordinis prærogatiua deuoluitur ad minorem natu maſculum, qui, die paterni interitus, maior natu hæres inueniatur. l. 1. Cod. de his qui antę apert. tab. Nam & hoc caſu Mares cenſentur inuicem ſubſtituti, in feudalibus præſertim beneficiis. Bart. ad Leg. re coniuncti. ff. de legat. 3. Et in l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de vulg. & pupill. Sin verò primigenius, accepto aliquo, futuræ hæreditati renunciet: is tunc quidem facit partem aliis, & inter hos dehinc, recta linea hæreditariæ res herciſcentur ex æquis. §. 6. 26. 27. & 310. Leg. Pariſ. Quòd ſi protogenius neutro modo paternis abſtinuerit bonis, ſed ilico poſt fata parentum obierit, geſſiſſe is pro hærede creditur, nec ad marem iuniorem primi-

* Primogenitus.

Paulò poſt patrem obeunte primogenito, ſecundò natus ſorores non exonerat fidei & hominij in dominum officio.

In feuda agnatorũ fœminæ non ſuccedunt, extante maſculo, pari gradu. Art. 25. 322. & 326. Pariſ. Conſ.

Arreſt du Parlement de Touſſaints l'an. 1275. contre le Comte de Dampmartin.

Portio enim deficiens accreſcit omnibus. l. 1. C. quan. non pet. part. l. vn. §. 2. C. de caduc. toll. Et vnius renũciatio prodeſt coniunctis re & verbis. l. 1. §. his ita. C. de cad. tollen.

Areſtum Curię Pariſ. die. 9. Septemb. An. 1552. D. Alberto relatore Inter Ioh. Bouchetum appellantem à Præpoſito Pariſ. & Ianam ac Margaretam *Bouchet*, cum aliis, intimatis. Ex Ioh. Lucio, Curiæ Placitorum Lib. 8. Tit. 10.

Digitized by Google

Souffrance, & ſurceāce de venir à la foy.

genia transferuntur directarum hæreditatum. Vt à Nobis ſuprà ſcriptum eſt.

Souffrance vault foy, tāt qu'elle dure. Ita, vt ſemel conceſſa tutori emptori, feudalem retractum præpediat. Art. 21. Pariſ. Conſuet. Ac Conſuetudinario Franciæ Lib. 2. Tit. de Retractu. Contra Molinei ſentētiam, in §. 39. Carnutenſis Leg.

Duo ſpecialia, ſimul concurrentia interdum efficacitet.

TANTA vis eſt primigeniorum, vt impubes maſculus, qui per 16
ætatem iurare in verba domini nequit, inducias petens fidelitatis Tutoria cura ac diligentia, liberet perinde ſorores fidei obſequio redemptionéque feudi, ac ſi patrono ſacramentum communi nomine præbuiſſet. Molinei opinione, ad §. 54. Victriacæ Conſuet. Ætiologia eſt, quòd precaria dilatio fidei dandæ, Moribus exæquata ſit actui præſtitæ fidelitatis. §. 41. 42. Pariſ. Conſuet. Ac licèt binæ fictionis concurſus, ſingulariúmve duorum, admitti non ſoleat: Legibus tamen introducta duo ſpecialia ſimul tolerantur, parémque inter omnes vim ſuam exerunt. Bald. in l. 1. Cod. Quan. lic. ab empt. diſced. Felynus ad cap. Cùm Martinus De Conſtitut. Sed omnia iſthæc demùm recipienda, ſi maſculus cliens, qui patrono obſequium exhibet, exhibendíve inducias poſtulat, nuptæ ſorori coniunctus ſit vtrinque, vel eo ſaltem cognationis ſtemmate, ex quo beneficiarius fundus ad ipſos dimanarit. Quemadmodùm priſcis Galliæ tum Moribus, tum S. Conſultis ſtatutum eſt, repetita amborum memoria, in Lib. albo Caſtelli Pariſiorum, hoc modo. SECVNDVM CONSVETVDINEM FRANCIÆ, QVANDO FILIA HABET FRATREM, ET IPSA MARITAT SE PRIMÒ, IPSA NON SOLVIT RACHATVM DE HÆREDITATE SVA. QVIA FRATER SVVS, CÙM SIT EX EODEM LATERE, EX QVO DESCENDIT HÆREDITAS, GARENTIT EAM DE RACHATO IN PRIMO MARITAGIO, NON TAMEN IN ALIIS MARITAGIIS, SI PLVRIES MARITET SE: ET HOC VIDI FIERI IN SORORE DOMINI DROCONIS DE MELLETO, ET IN VXORE DOMINI RADVLPHI FILII DOMINI NIGELLÆ. SIC CAVETVR LIB. ARESTORVM ET IVDICIORVM PARLAMENTI OMNIVM SANCTORVM, AN. 1268.

Liure blanc petit, du Chaſtelet de Paris.

Frater maior, qui minores annis ſuo obſequio liberat à fide clientelari, tenetur perinde eorum ætatem patrono expromere, ac tutor, qui petit fidelitatis inducias. Art. 35. 41. Pariſ. Cõſuet.

QVINETIAM Feudalium Morum rigorem vſus rerum magiſter temperauit in pleriſque. Antiquitùs enim, nobilis, plebeiúſve impuberum cuſtos luebat pupillare feudum ſuo ſumptu. Vt *Conſuetudinario* Franciæ Lib. 2. exprimitur, Tit. De redemptione feudor. Sed cùm pergraue ſit, nudum pro tempore fructuarium, cui, officij nomine, onera alia indicuntur, fundos à patrono redimere, Meritò abrogatum eſt redemptionalium Ius in fructuarios tutores Dominicum: Ne detrectantibus onerosam functionem, Cuſtodibus pueri puellæue deſtituantur. §. 46. Pariſ. Conſuet. Voluntarius enim pupillis cuſtos datur, nec eò, legitimorum tutorum inſtar, neceſſariis propinquorum ſuffragiis 17

Le grand Couſtumier de France, & Inſtruction de Practique. etc. hac clauſula. *Garde doit rachapt & finance, pour les fiefs, dont il fait les fruits ſiens.* Tit. *Du rachapt des Fiefs.*

Digitized by Google

fragijs protruditur. §. 265. 266. 269. eiuſd. Legis. Hactenus certè in viros vxorum cuſtodes tutoréſq; fructuarios, inualuêre paſſim Redemptionalia feudi. Sed ijs nondùm exactis, mariti vidua liberatur idcirco, quia in primæuum ſuum ius retrò ſuccedat. Secus de viro coniugi ſuperſtite, qui talis feudariæ obligationis vinculo non ſoluitur. Vti Lib. 2. Gallicarum Conſuet. edocemur. Tit. ſupradicto. Ecquid porrò de hærede mariti, qui vxorium feudum à recto domino nõ luerit? Reor vtique, præmorientis mariti, ante fructus perceptos, hæredem nil debere: ſuperſtitis autẽ vxori, debere. Vtputà illo caſu, ſi vir paulò poſt initas nuptias diem obierit, nec anno ſaltẽ, rei vxoriæ reditus perceperit. Quorum ratione prouentuũ, redemptam illam à viro oportuiſſet. Auctore Molineo, ad §. 21. Victriacæ Conſuet. Hoc verò caſu, maritus qui ſuperuixit vxori, nummarium onus luendi feudi, quod ei incubuit, vſquequaque tranſmiſit in hæredes. Ex Francic. Morum Codice ſupra relato. Quòd ſi vidua mulier repetat nuptias, feudaléq; eius prædium ſecundus vir à Domino iamdiu prehenſum inueniat, placuit Boërio, nouum clientem, patrono inuito, recipi in fidem non poſſe: donec à priori etiam marito, qui id officij nuſquam præſtitiſſet, debita * Εισδικτικὰ penſitarit. Saluo iſti regreſſu in alterius viri ſucceſſores. Boër. in §. 5. Bituricæ Cõſuet. Tit. De conſuet. feud. & cenſ. De his pariter, conſule Gallicum Volumen *Conſuetudinarium*. Rubr. De Feudis.

Mary, comme bail de ſa femme, doit rachapt. Noua tamen Pariſ. Lege, non debet ex primo vxoris coniugio, ſed homagium. §. 36. 37. & 38 Niſi alia ex cauſa, quàm ratione matrimonij, releuium debeatur. Tunc enim & maritus id ſoluet, & vidua nondum ſolutũ præſtabit. §. 39. d. Leg. à contrario ſenſu.

Lib. Conſuetud. Frãciæ verba. Item *ſe aucun auoit eſpouſé vne Damoyſelle noble, & mouruſt, auãt qu'il fuſt entré en foy, le ſecond mary d'elle ne ſeroit mie tenu de racheter.* Tit. *Des Couſtumes des fiefs.*

* Releuia feudi.

18 Temporarii porrò alij clientelarum poſſeſſores, fructuariíq; non ſubeunt clientelaria onera, nec fundum à patrono redimunt: ſed annuum duntaxat ſolarium recto domino appendere tenentur. §. 40. 267. & 287. Pariſ. Conſuet. Nobili autem ſolo Dominico qui vtitur fruitur, iuſta beneficiaria ritè perſequitur, patroni nomine interpoſito. §. 2. cita. Leg. Quam in Legem Pariſiorum tranſcripta videtur Lutetiani Prætoris Sententia vetus, ex inquiſitione ciuilium Rituum, dicta, de immuni ſolutóque Feudarijs oneribus, viduæ coniugis vſufructu, An. 1293. Veneris luce, ſequente Cathedram Petri, in hunc modum. *Vniuerſis, &c. Guillelmus de Hangeſt, cuſtos Præpoſituræ Pariſien. Salutem. Noueritis, quòd coram nobis perſonaliter conſtitutus Iohannes Popini, Præpoſitus Mercaturæ aquæ Pariſius, aſſeruit in iure coram nobis, quòd ſibi, & Scabinis, & aliis prudentibus Burgenſibus ciuitatis Pariſien., ad quos pro conſuetudinibus Ciuitatis eiuſdem, & Caſtellaniæ Pariſien. recurritur, & ſecundùm quorum reſponſum ſuper Conſuetudinibus iudicatur, oblati fuerunt duo Articuli in vna Cedula, ad ſciendum, quid in prædictis Articulis ſeruatur, & ſeruari debet de Conſuetudine Pariſien. & in Caſtellania Pariſ. & in Francia. Qui Articuli in dicta Cedula contenti tales ſunt. Petrus habebat feudum, ratione cuius tenebatur domino ſuo ſeruire ſingulis annis, in multis. Idem Petrus inter viuos ordinauit de feudo huiuſmodi ſic, quòd Iohannes primogenitus eius, cui dedit dictum feudum, teneret & haberet feudum ſub oneribus & ſeruitiis ſuis, & ſi de-*

Fructuarij tamen Cuſtodes pupillorum, hos exonerãt iure feudalis Releuij, quod ex ipſorũ perſona pupillorũ debeatur. §. 46. Pariſ. Conſ.

Præpoſituræ Pariſienſ. Cuſtodes (vltra enumeratos à Ioh. Feronio, in ipſorũ Catalogo) Stephan. *Boileau*, An. 1251. (De quo, Ioynuilla, in cap. 86.) Eudo *le Roux*, An. 1256. Reginald. *Barban*, 1275. Guido *de Meux*, 1277. Petr. *Saynnau*, 1287. Guillel. *de Hangeſt*. 1293. Ioh. *de S. Lienart*, 1296. Guill. *Thiboust*, 1299. Petr. *Li Iumiaux* 1303. *Fremin. de Cocquerel*, 1308. Ioh. *Ploiebanch*. 1311. Guill. *de la Mandal*,

Digitized by Google

1316. Henric. de Taperel An 1317. Ægid. Haquen, 1321. Ioh. L'Oncle, 1323. Ioh. de Milon. 1330. Petr. Belagent, 1336. Guill. Gourmôt, 1345 Guill. Staiſe, 1357. Ioh. Bernier, An. 1361. Ex Libro antiq. Caſtellí Pariſ.

cederet idem Iohannes ſine liberis, quòd feudum per eundem modum deueniret ad Guillelmum fratrem dicti Iohannis. Patre mortuo, Iohannes contraxit matrimonium cum Petronilla, demùm infra annum à tempore contractus Ioannes diem clauſit vltimum ſine liberorum procreatione: Et ſic feudum ex paterna ordinatione deuenit ad Gulielmum. Petronilla petit ſibi Doarium ſuum aſsignari in medietate dicti feudi, quoad vixerit, iuxta Conſuetudinem Franciæ. Guillelmus contradicit, quia non videtur ex ſucceſsione Iohannis obtinere dictum feudum, ſed ex ordinatione paterna. Nunc quæritur, an Petronilla habebit Doarium in dicto feudo, vel non: Et ſi debet de Conſuetudine habere, quæritur ſecundò, an Guillelmus ſolus, qui intrat homagium domini, pro ipſo feudo teneatur ad omnia ſeruitia, quæ domino debentur pro eodem, an Petronilla teneatur ad medietatem, quia haberet medietatem fructuum. Item tam dicti Præpoſitus mercatorum, quàm Scabini dictæ Ciuitatis, aſſeruerunt coram nobis, vt ſuprà, quòd vocatis, pro præmiſsis inquirendis, prædictis Burgenſibus, & eiſdem vnà ſecum conuenientibus in Pallatorio ſeu locutorio *eorum Pariſ., in quo pro talibus conuenire conſueuerunt, perlecta dicta Cedula, & Articulis in communi, ſuper quibus fiebat conſultatio, explicatis ab eiſdem diligenter, & intellectis, diligenti deliberatione præhabita inter ipſos & tractatu, dictum & reſponſum fuit per ipſos, qui dictam conſultationem ſeu Coſtumam noſcebant, & quorum dictis & aſſertionibus ſuper veritate ſcienda ſuper aliqua conſultatione ſeu Coſtuma allegata, vtrum ſit talis quæ proponitur, ſeu allegatur néne, creditur, & ſecundùm eorum reſponſum iudicatur, & iudicari conſueuit, & per quos etiam, Conſuetudines ſeu Coſtumæ Pariſ. & Caſtellaniæ Pariſ. ſciuntur & noſcuntur, & dijudicantur, talis eſt, & ita notoria & manifeſta Pariſiis & alibi in Caſtellania, & communiter in Francia, quòd mulier dotatur de medietate omnium bonorum immobilium: ſiue illa bona teneantur in feodo, ſiue in villenagio, quæ maritus habet die, qua contrahit matrimonium cum ipſa, in facie Eccleſiæ: Aſſeruerunt etiam, quòd in caſu prædictæ Cedulæ mulier, de cuius doario agitur, in feudo de quo quæritur, debet de conſuetudine Doarium ſuum habere, nec debet ſeruire ipſa domino feudi: ſed hæres qui eſt, vel eſſe debet in homagio domini pro toto feudo, integraliter debet ſeruire, prout conditio feudi requirit, & illam medietatem dictorum bonorum immobilium ipſa mulier, ſi ſuperuixerit marito ſuo, in dotem ſeu doarium ſuum, quoad vixerit, tenet & poſsidet ſine redibentia ſeu ſeruitio, domino feudi debito, per ipſam, facienda: Quam redibentiam ſeu ſeruitium tenetur facere ille, ad quem proprietas dictorum immobilium pertinet de Iure. Hoc ſaluo, quòd ſi illa bona immobilia ſint onerata domino, ſeu alijs perſonis in cenſibus annuis, mulier tenetur, quamdiu ipſa vixerit, & dictum Doarium tenuerit, ſoluere medietatem illorum cenſuum pro medietate bonorum immobilium prædictorum: ſiue ſubiaceant reſtitutioni ex ordinatione paterna, ſiue non. Nos verò dicto & aſſertioni dicti Præpoſiti & Scabinorum fidem plenariam adhibentes, ſigillum Præpoſituræ Pariſien. præſentibus literis duximus apponendum, &c.*

Le Parloüer aux Bourgeois, ou les Articl. des Vz & Couſtumes de Paris eſtoient par fois examinez, deuant le Preuoſt des Marchans, ou de la marchandiſe de l'eaüe, les Eſcheuins, & Bourjois.

Ex priſco Volum. manuſcripto *des Ordonances de la ville de Paris, & de la Preuoſté de l'eaüe.*

19. Atqve, vt hinc pauliſper ad feudorum prehenſionem tranſeamus, Dominicæ in prædium manus iniectio regulariter prædiarijs fructibus mulctat clientis contumaciam: Sed ne grauius in diſpendium vergat malè ſani hominis ac peruicacis, indictum patrono eſt onus pignerandi denuò qualibet trieteride fundi clientelaris: Alioquin, primo lapſo triennio, viribus carituram agrorũ prehenſionem anteriorem, edixit ciuilis noua Cõſtitutio Pariſiorum. Art. 31. & 62. Ecquid iam ſi beneficiarius, ſuorum bonorum ſequeſtræ poſſeſſioni actutum interceſſerit, paulò ante nouatam patriam Legem, & poſteriore decennio litem traxerit, quò minùs, tertio quoq; anno Dominus in res ſui beneficij manũ inueheret? Quæro, an poſtmodùm iudicio ſuperior iſte, fructus ſibi lucrifaciat ſingulorũ præteritorum annorum, ex die Dominicæ miſſionis antiquæ in poſſeſſionem aruorum clientelæ ſuæ. Duriuſculum hoc quidem initio videbitur, cùm odio pœnæ, quæ toties geminata, omnem humanitatis ſenſum auferre exiſtimatur, tùm nouæ Conſtitutionis æquitate, quæ patronalem fundi ſequeſtrationem trienni poſſeſſione reditúq; ipſius coarctarit. Aſt diuerſæ ſententiæ ratio eſt gemina potior. Imprimis enim clientuli peruicacia forenſis, vt obſtaculo fuit repetundæ Dominicæ rerum pignerationi, ne quid pendente lite innouaretur, ita malam eiuſce fidem in patronũ auxit, tantò maiore pœna plectendam. Non enim cenſetur boni viri arbitratu litem defendere, qui, actorem fruſtrando, efficit, ne ad exitum controuerſia deducatur. l. vlt. D. de procurat. Altera ratio eſt, quia patronus dietim in iure aſſertor ſuæ prehenſionis fundi controuerſæ, toties eam iteraſſe creditur: Et lata dehinc pignerationis Dominicæ probatrix Sententia retroducitur, vt Agrarios medij temporis prouentus omnes facto ipſo det, dicat, addicat victori patrono. Ex Herennij Modeſtini leg. Tutor. ϖ. De vſur. Et Scæuolæ leg. vlt. ϖ. De re iudic. Quibus omnimodò quadrat Neuſtriæ Mos, Art. 111. Nam & petitorio fundi iudicio certantibus extraneis inuicem, nec aliqua clientelæ neceſſitudine iunctis, fructus cedunt actori, ex quo lis inchoata ſit, ac conteſtata, in quemuis poſſeſſorem. l. certum Cod. De rei vindic. l. ſi fundus §. interdum. ϖ. De pignor. Contrariæ item parti minimè fauet recens Conſuetudo renouandæ feudalis prehenſionis aruorum triennio quouis. Hæc quippe, præſcriptis verbis Renunciatione actorum in reſtituenda ea Conſuetudine, ius modò futuris præbet negotijs, non præteritis. Similiter noua Lex minimè producitur ad lites pendentes: niſi vel id apertiſſimè ſanciat, vel litis ordinationem nudam ſpectet veriùs, quàm definitionem. L. leges & conſtitutiones, Ibiq; Bartol. C. De legib. Authen. In med. lit. non fieri ſacr. iuſſ. Baldus, ſecũdùm Bartol. ad leg. Sancimus C. De ſacroſ. Eccl. Nunc ſequeſtrationis fundorum Dominicæ formulas excutiamus. Vſitatum eſt vulgò, dominos, qui Iuriſdictionem habent, per ſuos Apparitores, & Procuratores in poſſeſſionem beneficij ire, ac ſeque-

Saiſie & mainmiſe feodale.

Feudalis prædiorũ ſequeſtratio, à domino directo renouanda, de triennio in triennium: Hac Conſuet., & Aurelianen., §. 51. Vt de anno in annũ, Norman. More, Art. 111. *S'il n'y a ſentence d'adiudication, ou procez formé.*

Proceſſus verbalis Conſuetud. Pariſienſis.

Commiſſion, & conſortemain, pour ſaiſir ung fief.

ſtris idipſum committere,ſi Dominica iura non perſoluantur: Qui
verò iuriſdictionem nō exercent,abſque ſuperioris præcepto,& manus
iniectione, rem beneficiariam minimè inuadunt. Sicuti Engoliſ-

Iuſtice baſſe, fonciere, cenſuelle.

menſium Lege ad amuſſim explicatur, §. xi., & Meldenſium. 194. In
multis ſanè Prouinciolis,recto Domino attexitur nominatim Iuridi-

De Conſuetudine Franciæ, inquit Faber, domini directi pro eorum cenſibus habent facultatem ſaiſiendi & vadiandi.

ca quædam poteſtas infima, fundo proxima, ſolaria, ſeu, antiquarū
Tabularum vocabulo, *Iuſtitia de fundo terræ.* Cuius vi ſcilicet, auctoritateq; imperij Iuridici, domino liberum ſit, vectigales fundos,aut
clientelares,ſua inuecta manu,poſſidere. Quo planè ſenſu, Fabri locus de Frácica Conſuetudine, videtur interpretádus. In §. retinédæ.

Prætextu ſimplicis Emphyteuſis, domino directo non cōpetit Iuriſdictio, communi Iure.

Inſtit. De interd. Cæteroquin opinione quorūdam, priuatis Dominis inuocandum libello ius publicum,aut Viatoria ſaltem manus regia, ſuperiorísve Iuridici adhibenda. Vt diſertè aſſerit Iaſon Maynus
in l.1.Cod. de Iure Emphyteut. Nec mutat,quòd patronus,in clientelæ rem immiſſa manu, ſuum retinere dicatur, vtiléque dominium,
directo ſuo cōſolidatum. Ex quo paſſim vſurpatus mos, occupandi
fruendíque à recto domino fundi priuata auctoritate, non ſequeſtrandi. Nam, è-contrà,Gallicæ res beneficiariæ libero accenſentur,
perpetuóque patrimonio: nec ſaltuatim reuoluuntur ad ſuperiorem
dominum, Langobardico ritu. Niſi lex Municipalis,deſultoriæ huic
priuatæque, fructuum etiam, conſolidationi ſuffragetur. Pariſienſis

Feudum, & Iuriſdictio, inuicem ſeparata.

hercle Municipij vſu receptius eſt,cōſultiúſq; arbitror Dominis ſoli,
queîs Iuriſdictio ordinaria deſit, per Regium, proximíve Iuridici apparitorem pignerari vectigales agros, aut clientelares, curatoribus
bonorum interpoſitis. Atque ita exponendam reor Legem Pariſio-

Couſtume de Lodunois.

rum,in §.1.28.29.30.&.74. Cum Molinei Notis ad §.2.Iuliodunenſis
Conſuet. Tametſi id patroni arbitrio optioníq; relictū putarit Franciſ. Marcus Delphinatiū Senator,vt ſua purè,aut publica manu clientelæ fundos prehenderet. Deciſ. 426. Parte. 2. Porrò nec longiſſima
poſſeſſione eiuſmodi,vſuq; capitur fundus à domino prædij dominantis. Iuxta §. 12. Pariſ. Cōſuet. Multùm enim refert, priuatim necne is,pro ſuo,an publicè,pro ſuperiori dominio,fruatur re beneficia-

Le ſeigneur, par defaut d'hoirs peut poſſeder & preſcrire ce qui eſt tenu de luy, Secus, *ſi par faute d'homme.*

ria. Illîc enim,bonis putà vacantibus,præſcriptioni locus eſt tēporis
diuturni: iſthîc, ne longiſſimi quidem. Molineo teſte,ad §. 23. Leg.
Turonen. Baldus inſuper ſenſit, præſcriptione temporis, quæri patrono vtile feudi dominium,quod ſine cauſa ad ipſum redierit. *Dominus enim*, inſit, *ad quem ita reuerſum ſit feudum, iſtud præſcribit Tit. pro ſuo, ratione directi dominij, quod habet in feudo. Nec alio is titulo eget, modò bona fide poſſederit.* In cap. ſi quis per triginta. Si de feud. fuerit controuerſ. int. domin.& agn.vaſ. Verùm id,fundorū conſolidationi tribuendū,non vſucapioni, diutinæq; poſſeſſioni. Vt eleganter ait Matthæus,in proœmio Neapolit.Conſtitutionū, Quæſt.22. In Germania

Germaniæ feuda.

vtrique, recti domini identidē ſibi aſſerunt inferiores fundos, quaſi
liberos, præſcriptione tricenæ poſſeſſionis. Longiſſimo enim vſu libertatem capi prædiorū, tradunt Germani I. C o s s., Eáque,tanquā

libera,

Digitized by Google

libera, feudum requirente nemine; tanto ſilentio transferri perpetuum in ius dominicum patroni contra clientem. Sicuti Zaſius memoriæ prodidit in Tract. Feud. Secūdùm quem, Mynſingerus, Cæſarei ſacri Conſeſſus ſenator apud Auguſtam Nemetum, refert, in eo latè diſcuſſam talis Præſcriptionis temporum quæſtionem à nobilibus dynaſtis *de Roeden*, aduerſus Comitem *de VVertheim*. Centuria. 4. Obſeruat. 28. Per Gallias autem, ab inueterata feudalium Beneficiorum conſuetudine, non licet recto domino, ſubditi fundos quàmlibet diuturna poſſeſſione ſibi arrogare, vindicare. Grauiſſimo Boërij, Aquitani Præſidis teſtimonio, in Burdigalen. Deciſ. 211.

Zaſ. in Feudis Tit. Qualit. feud conſtit. Verſ. his eſt conſequens.

4. Centuriæ Singulariū Obſeruation. Iudicij Imperialis Cameræ.

20 PREHENSO feudali beneficio, ſubbeneficia quoque, ſi poſſeſſorem amiſerint, prehendere licet domino ſuperiori, *myjcere & dominas in ſua iura manus*. §. 54. & 55. Pariſienſ. Conſuet. Nam clienti vtique liberum fuit, à patrono acceptos fundos, ſubclientelæ formula concedere, aut ſolarij lege vectigalis. Sed beneficiario vita functo, ſubbeneficij tùm vacui pacta ſoluuntur, deuoluitúrque eius dominium ſuperius ad patronum antiquiorem. Art. 28. 52. 59. cita. Conſuet. Quinetiam nobilis prædij triens, quem iunior cohæres, *Paragij* iure, tenet à ſtirpis maximo, huius obitu peræquè fit Redemptionalibus dominicis obnoxius, ac fundi partes ampliores quæ vacant poſſeſſore. §. 95. Pictonicæ Legis. 201. Andegauæ, 216. Cenomanæ, 218. Turonenſis. Exin meritò aſſeuerat Molineus, verum ac perpetuum non eſſe feudi beneficium, quod minores natu primigenio cohæredi acceptum ferant, ſed facilè diſſolui, & ad priorem ſtatum ipſo iure, leui ſuborta occaſione, reuocari. In Annotat. ad §. 14. Trecenſis Conſuet. In Rhedonenſi porrò Britonum Senatu tractatum eſt, an Lauallo, Quintini Comite extincto, Rex patronus ſtare teneretur conuentis olim à beneficiario Comite, cum eius ſubbeneficiarijs, de redemptione feudalis beneficij. Princeps enim Dominicam manum inuexerat in Comitatum, ſimul & inferiora ſubclientum in prædia, quæ poſſeſſore vacabant, quaſi de ipſo redimenda. Iſtorum verò hæredes prætenderunt legis actioni Dominicæ ac Regiæ Pacta conuenta cum patronis ſuis, Quintinianis Comitibus: Ne vlla vnquam, feudi redemptrix, pecunia ab ipſis exigeretur. Hi nihilò ſeciùs hæredes ſubclientuli, iudicio ſuccubuerūt. Armoricæ Curiæ decreto. XI. Kal. Nouemb. An. 1569. quod Natalis Failhius commemorat, in ſuis Rer. Iudicat. Collectaneis.

Les arrierefiefs ouuerts pendant la ſaiſie du plein fief, ſont pareillement exploictables par le ſeigneur ſaiſiſſant.

Chemiers, ou parageurs, & parageaux, partprenans, & partmettans.

La tenüe des puiſnez au fief de l'aiſné, facilement reſoluble, & reuerſible ſoubs le fief ancien.

Dn. *De Laual, Comte de Quintin, en Bretag.*

Mainmiſe feodale, pour les droicts de reliefs.

Placitum Curiæ ſupremæ Rhedonenſis Die. 22. Octob. An. 1569.

21 PRVDENTER ſanè, quùm reſoluto iure primarij clientis, reſoluantur inferiorum iura, qui ab eo cauſam auctore ſumpſerint. l. vn. In fi. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod. l. 1. C. Si pign. pig. dat. Vnde & nonnullis placuit, dominum venditos beneficij ſui fundos condicentem ex Lege, ſeruitutibus & hypothecis non ſubijci, à venditore fundo impoſitis. Aliud, ſi noua, quaſi extranei priuatíque, emptione prædium comparaſſet, nec antiqua & Do-

An retrahens iure feudi, teneatur hypothecariè ad debita venditoris.

Digitized by Google

minica alienatorum in ius ſuum reuocatione. Vt Vido Papius ſenſit, Gratianopol. Deciſ. 575. 576. Sed hæc, in Emphyteuſi quidem temporaria procedere arbitror, à Papio ibidem propoſita: non in feudo, apud Gallos patrimoniali & hæreditario, quod poſſeſſor beneficiarius liberè creditori oppignerat. Nam alienati beneficij redẽptor patronus, ſeu emptori prælatus ipſe, ſufficitur in huius vicem & conditionem: Ideóque onera rei indicta abnuere nequit, ſaluo indemnitatis ſubſidio aduerſus venditorem, qui fundum, vtì optimus maximus foret, diſtraxerit. Argum. l. debet. ff. de ædil. edict. Eam in ſententiam diſertè inclinat Cacheranus Ozaſcus, Subalpini Senatus Præſes, Deciſ. Pedemont. 156. Idem de patrono, vacuum morte clientis beneficium occupante, cuius hypothecis antea, prædiariisvè oneribus ſuam ille voluntatem accommodaſſet. Ea quippe tenetur perferre, quæ vltrò probarit. Art. 52. 59. Pariſ. Conſuet. Secũdùm Pet. Iacobi dictata, Lib. practico, In forma libel. pro re emphyt. Nullam enim videtur iniuriam accipere, qui ſemel voluit locorum dominus: ad quem recidere aliquando ius ſolidum poſſit. Sententia Pauli I. C. l. in diem addicto prædio. De aq. pluu. arcen. Dominus rurſùm, qui vectigales agros quaſi poſtliminio recipiat, detentoris aſſenſu, nec vlla eius noxa commiſſoria, tenetur in rem impenſa, ac * ἰμπονήματα ipſi refundere. Cap. vn. §. ſi vaſallus. Tit. hic finit. Lex. In Feud. Secus de poſſeſſore, cuius culpa ac maleficio, prædium domino commiſſum ſit. Ita cenſente quondam Delphinatium Senatu, apud Gratianopolim: Vtì Vido Papius ex eo Ordine, Iuris Iuſtitiæque conſultiſſimus ſubnotauit. Quæſt. 169.

Feudalis potiùs prælationis, quàm redemptionis ius dicitur.

Rente, ou autre charge de fons, infeodée par le Seigneur.

* Laboramenta, ſeu meliorationes.

Plvscvlis namque modis, nobiles, plebeiìve fundi à rectis 2
dominis repetuntur. Illi nempe, Dominico retractu alienatorum. §. 20. 21. 22. & 159. Legis Pariſ. Verùm patronus Rex minimè vtitur redhibitoria venditi prædioli actione: ni Reipublicæ neceſſarius vſus, exprimat eiuſdem reuocationem in corpus Patrimonij Fiſcalis. Areſto *Parlamentari*, An. 1277. de nobili latifundio, quod Dynaſta *de Chin* venundederat ciuibus Quintiniani Veromanduorum oppidi. Princeps tamen cuiuis licitè tranſcribit Dominicam fundi conditionem ex lege Beneficiorum. Vt, præter Fori decreta, exploratum eſt Municipali Iure Maſſilienſis Prouinciæ: quod Iohannes Andegauus condidit, filius Renati Siciliæ regis, Comitíſque Prouinciæ, cui, paternis auſpicijs, Rector præerat, An. 1456. Diuerſam verò in ſententiam iêre pauculi Legum anteceſſores Galli, quos Lib. 3. Domanii Francici percenſuimus: ne his in præſens diutiùs inhæreamus. Eximia ſanè Regum prærogatiua, coguntur clientes ipſorum proximi, fidem dare apud Francicum Iuriſpræfectum, aut Magiſtros rationum Principalium: nec, oblata Magiſtratui locorum fidelitate, liberantur. Id quod veteri Regeſto Præfecturæ Ratiociniorum continetur, Sexto Kal. Februar. An. 1392. in hæc verba. Nota, qvòd Baillivi non possvnt

Retraict feodal.

Retractus feudalis ceſſio licita.

Statutum Comitatus Prouinciæ, extractum è Regiſtro Tauri, fol. 75.

Lib. 3. Tit. 23. Art. 5.

Die. 27. Ianuar. 1392. *Extraict de la Chambre des Comptes.*

aliqvem

ALIQVEM RECIPERE IN FIDEM ET HOMAGIVM REGIS: SED BENE POSSVNT, ET CONSVEVERVNT DARE SVFFERENTIAM. Nonnihil tamen variatum *Conſuetudinario* Galliæ Lib. 2., qui ſub idem tempus calamo exaratus eſt, tali periodo. *Baillif Royal ne peut aucun receuoir en foy du Roy. Mais il peut bien donner ſouffrance vne fois ſeulement, & non plus: ſi ce n'eſtoit à femmes groſſes, ou pucelles. Et encores à celle ſeulle fois doit-il baptizer le temps, & donner iniunction, que dedans iceluy elles yrront porter la foy, &c. Toutesfois le Recepueur de Paris les reçoit pour le Roy, & leur en baille lettres.* In Rubr. *Des fiefs.* Gouſſetius vtique, Caluimontani Moris Gloſſematarius, ſcribit, ea in Regione, Principis clientulos iuſiurandum præſtare conſueuiſſe apud Suppræfectos Prouinciæ, & regios loci Iuridicos, Beneficiorum nomine, quæ ſupra annuas æris libellas. 25. non æſtimentur: In alijs verò amplioribus, Regem idcirco, aut Lutetianos regiarū Rationum Præfectos adiri oportere. In §. 20. Caluimont. Conſuet. Aſt ſi res ad viuum reſecaretur, nec, conniuente Magiſtratu, indulgeretur Beneficiarijs Principis, irrita fieret clientelæ agnitio, receptióque defunctoria, quæ in Municipijs gratioſè vſurpatur. Vti à primarijs Decuriæ ratiociniorum Pariſien. Magiſtratibus accepimus. Neque his abſonum eſt prorſus, quod Cæſarianos milites Ammianus narrat, iuſſos vniuerſos iurare in Auguſti nomen Iuliani Imp., & ſolemniter gladijs, ceruicibus ſuis, ad motis, dira ſub execratione, verbis conceptis deieraſſe. Lib. 21. Ac Gallorum itidem militaria ſunt beneficia, quique feudale prædium acquirunt, ſi milites non ſint, per alios militant. Faber. in Tit. de legit. patron. tutel. Quod Longobardico etiam more in perſonis quibuſdam obſeruatum eſt, Tit. An mutus, ſurdus. In Feud. Cæſarea necnon Friderici. 1. Conſtitutione, qui ad arma euocatus non procingeretur, vicarium militem offerre compellebatur, aut partem redituum penſitare. Tit. de prohib. alienat.

Grand Couſtumier de France, & Inſtruction de Practique.

Couſtum. de Chaumont en Baſſigny. Verſ. *en ce non compris les fiefs du Roy noſtre Sire, auquel cas led. vaſſal ſera tenu aller au Roy, ou à ſes Officiers ayans puiſſance de le receuoir.*

Germanis pariter honoratiſſimum aſſenſus genus fuit, armis laudare: apud Tacitum. Si diſplicuit, infit, fremitu aſpernantur: ſin placuit, frameas concutiunt.

23 VT DOMINICA redhibitione, de qua. 5. ſic iure ſucceſſorio redit nonnunquam ſeruiens fundus ad dominum prædij dominantis. Putà ſi ille gentilitijs vacet eius ſtirpis hæredibus, ex qua profectus ſit. Norman. Conſuet. (Art. 245.) & Prouincialibus alijs, quas, vnà cum Legum Scholiaſtis, protulimus Lib. 1. Regij Galliæ Patrimonij. Hæredes pariter agnati nobile prædium redimunt: Nec proprietarij modò, ſed temporarij quoque, & vicarij alienorum feudorum poſſeſſores. Cuiuſmodi habentur tutores curatoréſque, apud Cenomanos. De quorum tamen vſu practico vulgaríque, turmatim inquiri, decreuit Senatus. Areſto. 7. Kal. Iunias. An. 1590. ex Lualla Cenomaniæ regiuncula, controuerſiáq; Fori, quam Tilius ſenator collegis ſuis in maiori Iudicum Claſſe enarrauit. Simili interlocutione, defuncta priùs fuerat Curia, inter Lorriacenſes & Montiſargi municipes: quorum More ſcripto, antiquata ſunt τῶν Ἀναχέμψεως iura, ſeu *Releuia* feudi, in fructuarios tutores pupil-

In vacantia hærede feuda ſucceſſor, Dominus feudalis ſuperior.

Tit. 12. Art. 9.

Placitum Curiæ, die. 26. Maij An. 1590. *d'informer par turbes au Maine ſur l'Vſance de la Couſtume, touchant le deport de minorité, eſpece de rachapt feodal ſur le tuteur de mineurs.* De quo Nos lib 2 Leg. Andegauen. Tit. 2.

lorum. Sed de Iuris eiuſce deſuetudine inquiſitis globatim Pragmaticis, Interfatus eſt denuo Senatus, pleniorem communis Vſus patrij fidem ſibi fieri, eóque Comitem Sacri Cæſaris, alióſque Municipij Dynaſtas inſignes, quorum intereſſe poterat, acciri: Dominica interim Redemptionalia deponi penes dominum Beneficij. Decreto pridie Idus Quintiles An. 1584. Dn. Dehero litis expoſitore, inter Gilbertum Chazeronium, Montisfalconis Baronem, qui à Bituricenſi Prætore in Curiam prouocarat, & Amedeum Iaucourtium, cum litis conſortibus, ex aduerſo, contendentem.

Pariſienſe Areſtum, die. 14. Iulij. An. 1584 *entre le Baron de Montfaucon appellant du Bailly de Berry, & Edme, Loys, Iacques de Iaucourt, & N. de Bar Sieur de Bauzy intimez*. In. 2. Camera Inqueſtarum Curiæ.

IN HOC ipſo Redemptionalium feudi tractatu, diſceptatum 24
eſt apud PATRES Armoricos, nûm patroni filius hæres talia licitè depoſcat à clientulo, quæ pater eidem antea Ditionis ſuæ emptori fiduciario ſeorſim remiſerat. Facti ſpecies erat huiuſmodi. Rohanus Procomes fiduciæ lege venundedit Coëtmuro clienti ſuperius prædium *de Dandour*: ac eueſtigiò, priuata cautione, accepto tulit pretium luendi ab illo fundi inferioris morte parentum. Poſthæc venditoris filius gentilitio familiæ iure alienata recuperat, non pactitia redhibendi poteſtate ſupradicta. Mox à beneficiario iuſta Dominica petiit *Releuij* titulo, quod paterna acceptilatione tolli negat potuiſſe. Siquidem, eo temporis puncto, pater Dominicum fundum clienti ipſi mancipaſſet, nec repetiturus ſperaretur, niſi redhibitorio in diem pacto, quod neuter ſit executus. Seſe igitur ab gentilitio fundi Retractu, quem iudicio exercuerit, non teneri occulta ac chirographaria pactione, extra ſolennes emptionis tabulas, contracta inter venditorem & emptorem, Contrà verò, à cliente allegabatur, ſui auctoris hæredem, petitorem, etſi iure proprio, non hæreditario prædium condixerit, doli mali præſcriptione ſummoueri: Nec, conuentorum à patre, euerſorem filium, qui ageret, eſſe ferendum. l. Seia fundos. ff. De euict. l. cùm à matre Cod. de rei vindic. Hoc demum argumento, reus abſoluitur, ſuprema Rhedonenſis Curiæ Sententia poſtridie Kalend. Majas An. 1564. Quoties autem, Redemptionalium iſtorum ergô, patronus ſeligit annuum feudalis beneficij prouentum, is ſylua cædua, ſtagníſque fruetur, pro modulo annui duntaxat reditus, nec ſolidam tonſilis ſyluæ cæſuram ſuam faciet, aut piſcium ſtagni capturam. Pariſ. Conſuet. Artic. 48. Iuris Scriptorum opinioni conſentaneo: Quos prioribus noſtris Monumentis abundè multos collegimus. His proinde, conformis modò Vſus priſci indicem obſidémque ſubdo Philippum Belmanerum, Clarimontis Bellouacorum Prætorem, in Lib. Bellouacæ Conſuetud. manu deſcripto, An. 1284. Cuius Cap. 26. verba hæc referuntur. *Quant fief eſquiet, qui ſiet en bos, ſe li bos eſt ſoz aage de. 7. ans, il net pas reſons, que li ſires atende tant, que li bos ſoit aagies, ne il net pas reſons, qu'il coupe le boz de ſoz l'aage de. 7. ans. Donques conuient-il, qu'il ſoit regardé, que caſcuns arpens vaut par loial pris par an, & de tant que li pris d'vne annee monte, li oir, a qui li fies eſt eſquius,*

Lis, de feudali Rachatu, inter Vicecomitem *de Rohan*, & dominum *de Coetmur*.

Britonici Senatus Areſtũ die. 2. Maij An. 1564. Ex Volum. Natalis *du Faulh* in ea Curia Conſiliarij.

Et §. 49. Pariſ. Leg. Ver. *Et ne ſe faiſt que vne ſeule cueillette, &c.*

Domain. Franc. Lib. 3. Tit. 17. Art. 7. Et Legum Andeg. Lib. 2. Tit. De redempt. feud. Art. 8.

Phil. *de Biaumanoir, Bailly de Clermont*.

Li Livres des Coſtumes & Vſages de Biauuoizins, ſelon che que il couroit ou tans, que chis Livres fu fais.

eſquius, doiuent finer au ſeigneur por lor racat. Et ſe li bos eſtoit de. 7. ans, ou de plus, ia porce li pris nen doit eſtre graindres. Car ſe li ſires emportoit por ſon racat li pris des deſpueilles du bos aagie, li oir ny pernroient riens deuant. 7. ans entiers, ſil ne le copoient ſous aage.

Turonum item Lege. 135. & Autiſſiodoren. 64. *les Tailles & Eſtangs viennent en droict de relief feodal à raiſon d'vne année ſeulement.*

25 SERVIENS item prædium, cum dominanti copulatur, qualicunque illius emptione à patrono inita: ſiue vltronea & conuenta, ſiue Legitima, iudiciiſque expreſſa. §.53.135. Pariſ. Cõſuet., 20. Aurelianæ, &. 132. Pictonicæ: Cum ijs, quæ Nos, de prædiorum coniunctione eiuſmodi, Lib. 1. Fiſcalis Gallorum Dominij, & Volum. 1. Legum Andeg. Nam priſco quidẽ Gallici fori Vſu, plebeius fundus haud ideo priſtinam exuebat conditionem, quòd à recto ipſius Domino ære comparatus eſſet: Ni eius nomine comparator in clientelam ſe, vnà cum ſuperiori fundo ſuo, ad patronum contuliſſet. Ex quo, Hacuillei Poignantis hæredes quondam iudicio damnati ſunt familiæ herciſcundæ, emptitium illud prædium inuicem æquo iure partiri. Lutetiano Curiæ decreto, 8. Kal. Apriles An. 1498. Quò recidit pariter vetus noſtrorum Andium Ritus, Art. 441. & Normanorum, §. 200. At poſterioris æui Iuriſprudentia, mutatis calculis, nouam inuexit ſeruientis fundi vnionem tacitam & conſolidationem cum altero dominante, ac parem adeo vtriuſque qualitatem prænobilem: Niſi illius emptor ſubinde conteſtationem interpoſuiſſet contrariæ voluntatis. Vti in diuidunda parẽtum hæreditate Bouchardos inter fratres, decreuit Senatus. 7. Kalend. Sextiles An. 1529. Tũm deinceps inter Claudium Odoardum, litiſque conſortes, qui à Senonen. Prætore Curiam prouocarant: & Gratianum Pontouillam, alióſque, ex aduerſo, litigatores. Nono Kal. Quintiles An. 1570. Idem poſtremò cenſuêre CONSCRIPTI PATRES, ex Bleſenſi Municipio altercantibus vtrinque, Georgio Guereto, qui appellantis partibus fungebatur: & Franciſco *Baudry*, liberorũ tutore ei communium cum Anna Guereta coniuge tum mortua, qui priore Sententia victor euaſerat. Solenni Iudicato, Bleſenſem Sententiam infirmante. 10. Cal. Mart. An. 1599. Vnionis nempe vis illa eò producitur, vt ignobile prædium, militari iunctum, nobilitetur: éque plebeio, ac ſoli vectigalibus obnoxio, tranſeat in feudalis clientelæ ſortem liberiorem. Sepoſito tamen hinc coniugalium quæſtuum ſemiſſe: qui, eius intuitu coniugis, haud mutat ſtatum, cui coniugi ſuperius latifundiũ minimè competat. Nam ambæ quidem portiones, vniformiter cõiugibus quæſitæ dicũtur, non patrimoniales: ſed quæ eorũ alterutri cedit dominãtis prædij domino, ſola plebeiam abdicat vectigalis agri cõditionem, ab Vnione illa prædiaria: fitq; denuo, cum ſuperiori fundo, clientelaris penes eundem poſſeſſorem. Faber in §. ſi cui. Inſtit. de legat. Baldus in §. è contrariò. De inueſt. de re ali. facta. Secus de parte quæſtuum alteri coniugi attributa: quæ, vt ſeparatim diſcretéque à fundo ſuperiori, poſſidetur, ſic diuerſam ab eo qualitatem retinet. Vt Senatui viſum, ait Nicol. Valla, regius in eodem Conſiliarius.

Heritages acquis par vn Seigneur de fief en ſa cenſiue, ſont reunis à ſon fief, & cenſez feodaux, ſi par exprez le ſeigneur ne proteſte de volonté contraire.

Domanij Frãc. Lib. 1. Tit 6. Art. 8. & Lib. 1. Legum Andeg. Cap. 6. Art. 8.

Areſtũ die. 25. Mart. 1498. *touchant quelques Rotures acquiſes par Hacqueuille Poignant en ſon fief, pour leſquelles parauant tenües de luy à cens, il n'auoit depuis ſond. acqueſt faict hommage, ny baillé adueu à ſon Seigneur.*

L'Arreſt des Boucharts die. 26. Iulij. 1529. inter Ioh. Bouchardum, primigenium, Et Ioh. Bouchardũ, iuniorem, in Curia Aduocatos.

Iudicium Curiæ die. 23. Iunij, ſeu. 20. Iulij An. 1570. *ſur l'appel du Bailly de Sens.* Dn. Tilio, Proceſſus in Curia relatore.

Placitũ Curiæ die. 20. Febr. 1599. ex appellatione à Sententia Baillini Bleſen. dicta die. 20. Sept. 1597. *Nonobſtãt la declaration de deſunion faicte par l'acquereur long tẽps apres ſon Acqueſt pur, ſimple,* & ſic *conſolidatif du fons acquis, auec ſon fief.*

Pariſien. Areſtum Menſ. April. An. 1548 contra Dn. *de S. Michel, que reunion de fief, eſt reputé conqueſt.*

Subrogatio *par eſchange*, intelligitur reſpectu qualitatũ

antiqui vel noui prædij, quoad acquirentes, ſed non reſpectu qualitatũ intrinſecarum vel realium ipſius fundi, quia de feudali non fit cenſualis, vel contrà.

Tit. De *Doario*, Lib. de rebus dub. Idémque ſenſit Molineus, ad §. 186. Bleſenſium Morum. Vnde coniugum hæredes portionem alteram nobiliter diuidunt, alteram ignobiliter ex æquis. Fundorum itidem permutationi, qui ab vno etiam Domino pendeãt, haud ſubeſt tanta mutuæ ſubrogationis efficacia, vt plebeius alter, ceu nobili commutatus, nobilium ritu, pariter herciſcatur Arbitrio familiæ diuidundæ. Molineus in §. 28. Ambianæ Conſuet. Et. 273. Andegauæ. Quod plurimùm confert ad Pariſienſis quoque explicationem Legis §. 143.

Franc-aleu roturier, acquis par le Seigneur Iuſticier.

Franc-aleu noble, auquel y a Iuſtice, cenſiue, ou fief mouuant de luy.

Conſuet. *du Bailliage de S. Mihiel, en Barrois, Que le franc-alleu noble eſt partable, comme les fiefs.*

IGNOBILI autem de *Alaudio* hæſitatur, nûm à Iuridico loci coemptum, ſit nobiliter partiundum inter hæredes: Iuridicæ dignitatis inſtar, cui ſemel adiunctum ſit. Liberorũ enim ac immunium fundorum plebeij alij ſunt, hæredibus viritim diſtribuẽdi: Inſignes alij, ac prænobiles, queîs nempe iuriſdictio, clientelæ, ſolariáve fundorũ accedant. §. 68. & 302. Pariſ. Conſuet. Cui aptè cohæret ciuica Lex Præfecturæ B. Michaëlis, in Ambarro Ducatu. §. 20. De Hæreditat. Quemadmodùm igitur ſeruiens prædium dominanti nexum, emptione, transfertur in vnum eundémque cum iſto naturæ habitum, quaſi primæuo rerum ſtatu repetito. Ita liberũ latifundium, ignobile, quod alterius iuriſdictioni indubiè ſuberat, à Iuridico ipſo partum, confuſim miſcetur illuſtri eiuſdẽ Imperio, Iuriſq; dicundi poteſtati. Vtrumlibet enim *Alodium*, quod patronali cuiuſuis dominio ſoluitur, Iuridicum agnoſcat, neceſſe eſt. Sicuti Nos copioſè, Lib. 1. Regij Canonis Francici, & ſecundo Legum Andenſium. Quò ſpectat vetus ciuilium Galliæ Morum regula, his cõcepta verbis. *Franc-aleu, eſt heritage tellement franc, qu'il ne doit point de fons de terre: Et d'iceluy n'eſt aucun Seigneur foncier, & ne doit veſt ne deueſt, ventes, deſſaiſines, ne autres ſeruitutes quelconques. Mais quant eſt à Iuſtice, il y eſt bien ſubiect à toute Iuriſdiction. &c.* Lib. Gallico, cui titulus præſcribitur. *Pour monſtrer, & apprẽdre à vn chaſcun, quel ordre de proceder eſt en Court laye par la Couſtume gardee par droit au Chaſtelet de Paris.* Reuocatur porro in dubium natiua libertas immunitáſq; Biturici fundi cuiuſdam, quòd traductus ipſe ſit iamdudum in Iuridicam Bleſorum Præfecturam: qui obnoxia ſolùm prædia admittant, Dominíſq; ſuperioribus obligata. Nam Ludouicus. 12. Regia Sede forenſi Bleſenſem auxit, priuatæ rei ſuæ, Comitatum: eíque Sedi ac territorio adiecit Caſtellarias quinque, Biturici agri, Ditiones, quæ Biturigum Annalibus percenſentur. Sciſcitemur nunc, tralatitio nè eo Reſcripto, antiqua loci Lex, prædiariáq; immutetur. Vetuſtam certè agri legem tueri videtur Vlpiani ſententia, in l. venditor §. ſi conſtat. D. commun. præd. l. an in totũ Cod. De ædif. priu. l. ſi fundus. ff. De euict. Et quod, proximè ad hanc facti ſpeciem, tractat Oldradus, Reſpon. 267. Cum Molineo ad §. 30. Bituricæ Cõſuet. De Iure agnatitij Retractus. Subiunge ijs, Prouinciales conſtitutiones Diplomate neutiquã tolli: quas & Princeps vulgò credatur ignorare. Cap. 1. De cõſtitut. Apud Bonifaciũ. 8. Sed 26

Domanij Francic. Volum. 1. Tit. 13. Art. 16. Et Lib. 2. Leg. Andeg. Tit. de Alode, Tit. de iure Paragij.

De franc-alleu roturier la cenſiue, à laquelle il eſt baillé & alieué, eſt auſſi roturiere, & egalement partable entre les heritiers du bailleur.

Le franc-alleu receu en Berry, non en Bleſois. Art. 33. Bleſen. Cõſuet.

Caſtellaniæ *de Vaſtan, Celles, Leuroux, S. Aignan, & Meneton ſur Cher*, è Biturica in Bleſenſem Iuriſdictionẽ tranſlatæ: Areſto Curiæ prouiſionali id cõfirmante, ſalua regiorum tributorũ cauſa penes Bituricum Fiſcum. Ex Lib. 6. Bituric. Antiquit. Cap. 1.

Digitized by Google

quia Bleſenſium Morum recognitioni præſto adfuêre Municipes noui,ſéque ijs vltrò ſubiecerũt An. 1523. Haud abſonum eſt iam,variato eius Regiunculæ Iuridico imperio,ciuilia ipſius Inſtituta variari. Ne licentiùs iſthîc Paulina ad Hebræos verba vſurpemus,tranſlato Sacerdotio,Legis tranſlationem ſubſecutam. Sacrati tamen Ordinis viri, Bituricæ oræ,qui intra Caſtellarios illos fines degunt, mordicùs interceſſêre Bleſenſium Legũ emendationi,præd. An. 1523. Ne, obtentu nouæ Vnionis diplomaticæ, ipſi alienis externíſq; Ritibus ſubmitterẽtur. Atque ideo Prateani, Biturigum, Cœnobitæ iudicio euicerunt libertatem immunitatémq; fundorum ſuorum Diuini iuris: quos Vaſtenſis toparcha agrarijs vectigalibus, in ſeſe, obnoxios intendebat pro More inſtitutóq; Bleſenſi. Decreto in tertia Senatus claſſe Inquiſitoria poſtridie Nonas Apriles An. 1599. ex forenſi controuerſia,quam Dn. Clericus ſenator collegis ſuis exponebat.

Epiſt. ad Hebræos Cap. 7.

Religioſi Abbatiæ *de la Pree, en Berry.*

Terragiorum onera, Bleſen. Conſuetudine indicta.

Curiæ Placitum die. 6. April. 1599. *contre le Sieur de Vaſtan.*

27 QVEMADMODÙM inferioris prædij acquiſitione, inducitur tacita eius cum ſuperiori vnio atque coniunctio: Ita ſeruientis fundi proprietarius, cui dominans poſtmodùm acceſſerit emptitio iurè, vel hæreditario,cenſetur, vtrumque arctiſſimo nexu colligaſſe. Priuatum autem Regis patrimonium,confunderetur necne cum publico & Fiſcali,quàm primùm Diademate inſignitus ille eſſet, agitatũ memini in Foro,ex hac rei Beneficiatiæ hypotheſi. Patronus in cliẽtem lege agit apud Bellomontanũ Cenomaniæ, Iudicem, ob clientelæ iura & obſequia minimè penſa. Reus verò auctorem ciet patronúmque Regem, ERRICVM. 4. tanquam Bellimontis Ducem, non Monarcham Galliarum. Vtroque horum,Iudicis ſententia victo,intendit Actor,ſeruientem fundum ſuo dominanti cõmiſſum: quaſi reus temerè patronum ſe abnegaſſet,aut vafrè ſaltem, affectato potentioris patrocinio, Dominicam actionem iudiciúmque perdiu eluſiſſet. Aſt clientulus,contrà,diſſeruit,ſe feudalis beneficij cõmiſſo minimè plectendum,qui nuſquam patronum actorem inficiatus ſit. Rege præſertim, patrocinij competitore, auctoréque laudato, commiſſoriam feudi legem non exerceri. §. item vbi vaſallus. Cap. 28. De Feudis, In Stylo Parlament. Maſuerius, §. item vaſallus. Eod. Tit. In Praxi iudic. Replicat ille,in litem accitum ſubſidio Principem,vtì priuatum Bellimontis Regulum, non quaſi Regem, Gallicæque Reipub. fundorum Tutorem auguſtiſſimum. Antequàm enim HENRICVS. 4. regios Galliæ faſces complexus eſſet, agnatitios tenebat, hæreditarióſque Ducatus Vindocini, Bellimontis, Alebreti, Gaudiæ, Moublancij, & Pennefielis: Comitatus item Fluſſatium, Armeniacorum, Conuenatum, Bigerronum, Ruthenorum Aquitaniæ, & Marleum Veromanduorum, in Belgio. Subcomitatus, ad hæc, Marſanum, Lemouicẽſem, Nebouſanum, Lautrecium, Geuoudanum: vnà cum Baronatu Caſtrinoui Carnutum. Quæ omnes quidem priuati iuris ac ſtirpis Dynaſtiæ, Francici acceſſione Sceptri, nexæ nõ fuerunt Regni patrimonijs Reíque publicæ: ſed priſtinam conditio-

Nûm inclyti Reguli patrimoniales res, quæ immediatè à Corona mouẽtur, illo Rege facto, ſtatim vniantur ipſo iure fiſcalibus & Coronæ bonis.

Le Roy, pardenant Duc de Vendoſmou, Beaumõt, d'Albret, de Gandie, Moublanc, & Penneſiel: Comte de Foix, Armaignac, Cõminge, Marle, Bigorre, & de Rhodan: Viſcomte de Limoges, Marſan, Nebouſan, Lautrec, Geuoudam: Baron de Chaſteau-neuf en Thimerais, &c.

Patentes Literæ ſeparationis amborũ Regis Domaniorũ,

nem ſortémque liberã ſeorſùm retinuêre. Sicuti,ex Reſcripto Principis Idibus April. 1590, cenſuit Aquitanicus Senatus Burdigalæ Vibiſcorum Nonis Maijs eiuſd. An. Poſtmodùm quoque, Rex Prætoriano Cõſilio auctor fuit,Diplomate. 16. Kal. April. 1599.,Ne proprium, familiaréque Maiorum ſuorum patrimonium confuſim ac promiſcuè copularetur Fiſcalibus Coronæ prædijs,& in publica Fiſci Ratiocinia permixtim referretur. Decreto Prætoriano.16.Cal.Febr. An.1600. Intermedio etiam tempore,definitum eſt in ſanctiori intimóque Conſeſſu regio, inſtante procuratore rei priuatæ Principis Auguſt. Gallando, colonos priuatarum ipſius Ditionum, ſumptuarijs Gallici Sceptri Rationibus minimè teneri, obligari. Iudicato. 3. Kalẽd. Ianuar. An. 1598. Denique, vt Romana,ſic Gallica in Monarchia,duplex ſemper habitũ eſt Monarchæ patrimoniũ,publicum ſeu Fiſcale,& priuatũ. Domeſtico noſtratium I.Coſs. teſtimonio, Petr. Perticenſis,Burgundi,qui in ſacrum Philippi. 4. Conſiliũ aſſumptus fuit, ac Karoli Molinei, Lutetiani. Nec enim nouè, penes vnum ac eundẽ,fertur eſſe duplicis iuris peculium: nec,quaſi caſtrenſe Templi peculiũ,profectitio alij,vel aduentitio indiſcretè permiſcetur. Domitij Vlpiani leg. 19. §.1. ff. De pecul. l. ſacroſanctæ Cod. de Epiſcop. & cleric. Idem quoq; de eo,qui alium caſtrenſium rerũ,alium reliquarũ hæredem nuncupaſſit. Tunc enim duorum veluti hominum duas hæreditates induxit Saluius Iulianus. I.C.,leg.17. De teſtam. milit. Similiter arrogati impuberis,qui,arrogatore præmortuo,obierit, bina hæreditas Legibus effingitur. l.ſi arrogator. ff.de adopt. Romani pariter Nomothetæ, plures vnius hæredes ſubſtitutos, variáque ſtatuunt vnius hominis patrimonia.l.ſi miles. ff. de milit.teſtam.l.Papinianus. §.ſed nec impuberis. D.De inoff. teſtam.l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil.l. procuratoris.§. ſed ſi duas. D. de tribut. act. Corneus in Reſpon.85.lib.3. Poſt Baldũ in cit. l.ſi arrogator. Haud aliter is,qui gentilitios plurium ſtemmatũ fundos poſſidet,cuiúſq; ipſorũ triente ampliùs largiri vetatur,ceu diſtinctorũ inuicem patrimoniorum,diuerſarúmq; Hæreditatum, quæ in totidem cognationũ ſtirpes, lineáſve aliquando diſtribuerẽtur. Sicuti iudicijs deciſum eſt Senatus Armorici,ſecundùm dynaſtam Carneũ, An. 1575. de prædio *de Tennemarck*, & Martio Menſ. An. 1576. pro hærede contra donatarium Galeſij cuiuſdam. Scriptore Argentræo,in Britonicam Cõſuet. Tit. De Donat. Quòd ſi à prophanis ad ſacra liceat pauxillùm excurrere, Cumanam Muſitanámq; eccleſias ita copulauit Gregorius Mag. vt quãuis vtraq; maneret Pontificalis,vno tamen Pontifice, regeretur, haud confuſis idcirco Pontificatuum titulis. Can. & temporis Cauſa 16.Quæſt.1.

priuati, & publici ſeu Fiſcalis. Die. 13. April. 1590 Verificatæ in Parlamẽto Burdigal. die. 7. Maij Eod. An.

Charta regia conſimilis die.17.Martij: 1599. Regiſtrata in magno Regis Conſilio, die. 17. Ianuar. An. 1600.

Areſtum intimi ſeu arcani Conſilij Regis die. 30. Decẽb. An. 1598. pro Aug. Gallando *procureur general du Roy en ſon Domaine ancien & maiſon de Nauarre, contre Gilles du Biez l'un des pouruoyeurs ordinaires du Roy, qui auoit prins du Threzorier de l'Eſpargne quelques aſſignations pour ſe payer ſur les biens particuliers ſis en Flandres, &c. eſtans du domaine priué du Roy.*

Petr. de Bella Pertica, Altiſſiodorẽſis Epiſcopus, in Proœm. Inſtit. Ciuil. num. 13. & Molineus in veterẽ Cõſuet. Pariſ. Tit. 1. §. 30. num. 170.

Nec vnius quidem Fiſci Stationum diuerſarum debita inuicem confundun tur, & compenſantur. l. 1. Cod. De cõpenſ.

Propres de diuerſes liguez, coſtez, ou eſtocs.

§. 218.

Nec ad rem pertinet, in controuerſa facti ſpecie,quòd noua priuati cum Regio patrimonij mixtura inferat amborum vnionem, ceu inferioris prædij cum ſuperiore: de quo,Mos Pariſ. Hæc quippe Lex ſcripta, ciuili modo intelligitur de ijs, qui ſuo vno nomine ac intuitu fundum vtrumque poſſideant: non de ijs, qui alterum ſuo, alterum 28

Art. 53.

alterum curatorio'Reipub. iure ac commodo adminiſtrent, Regio more. Nam iſto caſu prædia ſubinde non confundi, oſtendit Senatorium Decretum An. 1393. pro hæredibus Antiſſiodorenſis Epiſcopi, aduerſus ſucceſſorem, Eccleſiæ Antiſtitem: qui à defuncto ſimpliciter empta latifundia, ſuæ vindicarat Eccleſiæ, cuius rerum tutelam ille geſſiſſet. Vt eſt apud Ioh. Gallum, Quæſt. 16. Ac veluti Fiſco addictæ priuatorum opes, Fiſcalibus non adunantur ipſo iure, quamlibèt purè Diadematis regij clientelares: ſed liberè abalienantur à Principe, donec in vnum cum Dominico Canone expreſſim redigantur. (Yſern. in Feudis. Tit. De his qui Feud. dar. poſſ.) Ita Fiſcus in priuati bona ſuccedens, æs alienum dependit ex iis ſeparatim, nec ex ſacro Reipub. patrimonio, quod ab illis longiſſimè abeſt. l. 1. §. an bona. ⁊. de Iure Fiſc. l. tutoris. C. ad leg. Iul. de vi publ. Quòd ſi reuerà decenni ſpatio Quæſtores Regij proprias & patrimoniales Regis noſtri ditiones cum Regalibus tractaſſent cõiunctim, & in Fiſcaliũ rationũ codices nullo diſcrimine intuliſſent, eędẽ Fiſco promiſcuè ac indiuiſim applicarẽtur. Sicuti de cõſimilibus aliis ſanxit Karolus. 9. Molinenſi Edicto, Febr. Menſ. An. 1566. Art. 2. &. 13. De quibus Nos vberrimè, Lib. 1. DOMAN. FRANC. Quorſum igitur multiplex iſthæc priuati, publicíq; Regũ Patrimonij differẽtia? Vt cunctis pateſiat, (abſq; prędiudicio tamẽ rectioris ſentẽtiæ), eũ, qui ſe Principis beneficiariũ iactitet, ab peculiari propriáque ipſius Ditione, haud eodẽ omnino vti iure ſingulari & eximio, quod Frãcici Sceptri cliẽtibus competeret patrio More Beneficiorum. Nec eo ſeciùs puto, clientẽ, qui diſertè patronũ haud abnuerit, cõmiſſi pœna odioſa non ideo afficiendum, quòd beneficiariæ cum patrono liti, inter moras euocante illo, cõtradictor alius interceſſerit patrocinij. Ex §. 60. Pariſ. Leg. Si tamen is domino inſidioſè aduerſarium ſubieciſſe diceretur, mulctandus venit, quantíque interfuerit Domini, pecuniariè damnandus.

Dominus duodecimæ tãtùm partis feudi ſuperioris ſi purè ſimplicitérq; acquiſierit, vel retraxerit inferiores fundos & cẽſuales, eos fecit feudales inſolidũ tacita reunione, nedũ pro parte ſua Dominica. Quùm reale ſit ius reunionis, non perſonale: & melior communis rei conditio fieri ab vno poſſit.

Biens tenuz & administrez par les Receueurs & Officiers du Roy, par dix ans, & entrez en ligne de compte, sont reputez Domaniaux, & accreuz au Domaine Royal.

Vaſſal aduoüãt le Roy à ſeigneur, ores qu'il n'interuienne, & ne prenne la cauſe pour le vaſſal, ne tombe en cõmiſe du fief Aliud de *celuy, qui aduouë vn autre à ſeigneur, ſinon que ceſtuy plaide, & conteſte formellement en combat de fief.*

29 INTER fructuarias feudi obuentiones numeratur quintus pretij nummus rerum venditarum. Art. 21. 22. 23. 33. Pariſ. Conſuet. Quod de venditione quidem eſt accipiendum, haud nudo paciſcentium conſenſu perfecta, ſed rei quoque interuentu. Alioquin, rebus integris, ſolutam venditionem nullus ſequitur Iuris effectus. l. ab emptione. ⁊. de Pact. l. 1. Cod. quan. lic. ab empt. Ioh. Faber nuncupatim, ex Francica Conſuetudine, in §. 1. Inſtit. de empt. & vendit. Cui pragmaticus Fori Vſus congruit, Reſponſáque Prudentum, è re nata, quos citat Butelerius in Summa Rurali. Sed hîc de Belgico ritu potiſſimùm, & Belgicæ Galliæ Inſtitutis arctioribus: quæque Dominico tantùm permiſſu initam fundorum alienationem, aut poſſeſſionem certè, probant. Quid Celtica in Gallia? Audi vetuſtum eius praxiarcham. *Vng noble, ou non noble vend ſon fief, & eſt le marchie fait, & puis deſpiecent leur marchie, ſans auoir fait ſaiſine ne deſſaiſine de foy: oud. cas le Seigneur feodal n'en aura nul proffit.* In Volum. idiographo, cui titulus eſt, *Pour monſtrer & apprendre a vn chaſcun,*

Droits ſeignauriaux de Quintz de fief vendu. De quibus etiã, Art. 83. &. 84. Leg. Pariſ.

In Rubric. *Des ſeigneurs qui veulent auoir les droits ſeigneuriaux des heritages vẽduz non vuerpiz.*

Pays de namptiſſemẽt, miſe de faict, & decret de droict, veſt & deveſt, ſaiſine, & deſſaiſine, Aſſauoir en Vermandois, Amyens, Tournesis, Artois, Ponthieu. &c.

quel ordre de proceder eſt en Cour laye, par la couſtume gardee par droit au Chaſtelet de Paris. Nec enim * philargyriæ rectorum dominorum indulgent Mores noſtri: quam & taxauit obiter Iuſtinianus in emphyteuticorum alienatione. l. vlt. Cod. de Iure Emphyt. Vicina ſuperiori laudimiorum quæſtio ſuboritur ex publica fundorum addictione: quæ non minùs Emptionalia Domino parit, quàm pactitia emptio. §. 83. 84. Legis Pariſiorum. Ponamus enim, Mæuium clientelæ res licitatum in iure, Sextili Menſe (quo dominans prædium conductor Titius detinebat) Adiudicati verò fundi nec pretium numeraſſe, nec decretum à Scriba forenſi exaratum recepiſſe, niſi Anno vertenti, quo Dominicum prædium alter nummis colere cœperit. Ambigitur, vtri colonorum laudimia ſint penſitanda. Dubitationis cauſam auget Dies & Annus inſtrumento Licitationis adhibitus is, quo ſolennes in Tabulas redactum ipſius Decretum, non quo antea, Fori tabulario inſcriptum ſit. Idque Pariſien. More fulciri videtur, §. 354. & 356. Adde, iudiciariam emptionem, abſolutè contractam non dici, niſi illato pretio: nec Haſtæ publicæ fides patitur vænire quicquam, niſi præſenti ære. l. à Diuo Pio. §. ſed & emptor. ϖ. de re iudic. Aſt nihilò ſecius opinor, priori conductori Emptionalia deberi: inſpecto licitationis tempore, quo perfecta fuerit emptio, ac irreuocabilis, tametſi emptionis chartulæ ſeriùs αὐθημερινῶς expeditæ. Art. 49. Molinenſis Edicti An. 1566. Tempus enim venditionis intuendum, non euentum, quo fortè ſuſpenſa ſit vēditio, admonent Legum Anteceſſores à Nobis citati lib. 2. DOMAN. FRANC. Imprimis verò publicus emptor, vinculis cogi poteſt ad fundi pretium obſignandum, ſtatim ac pluris licenti ei addictus ſit. Necdùm tradita re, in eius comparatorem Dominica iuſta perſequi fas eſt. Maſuer. in Tit. De retractu. §. item pone, emptor. Verſ. quid de domino. Sic, ediuerſò, competit ſubinde emptori actio ad rem ſibi tradendam, & dominium in ſe transferendum. l. ex empto, In princ. ϖ. de act. empt. l. in conuentionalibus, in fin. ϖ. de verb. oblig. Quem in ſenſum magnoperè vrget Ælij Martiani ſententia, in l. ſicut. §. vlt. D. quib. mod. pign.

* Auaritiæ.

Quintz deux d'vne adiudication par decret au Seigneur, & de quel iour.

Verſ. *l'oppoſition, pour eſtre mis en ordre ſur le prix, eſt receuë, iuſques à ce que le decret ſoit leué & ſeellé.*

Regia Ordinatio, de *Moulins, Qu'apres les 40 iours, & quinzaine apres pour toutes encheres, l'adiudicatiō ſera faicte, ſans plus receuoir aucune enchere, ne empeſchement &c. Et enioinct aux Greffiers de clorre & arreſter l'adiudication &c.*

Tit. 5. Art. 7.

FILIVS porrò, cui parentes, familiæ ſuæ arbitri, inter communes 30
liberos, feudum attribuerint particulatim, haud ilico videtur habilis ad clientelæ munia in patronum obeunda. Nec enim paterna illa liberalitas, pura eſt, dominiique tranſlatitia in filium: ſed tanquam ſupremi iudicij diuiſio, reuocabilis nutu arbitrióque parentum. Vt ait Papinianus, l. ſi filia. §. ſi pater. D. Famil. hereiſc. l. ſi cogitatione l. vlt. Cod. eod. Et ſcripto More Nouioduni ad Ligerim. §. 17. Tit. De Hæredit. Si tamen denuò pater, filij cōnubio, donationem cōprobarit, quæ diuiſionis bonorum titulo in eum collata fuerat ancipiti, cēſeo, filium, quaſi viui patris donatione proprietarium, rectè defungi clientelaribus in patronum officiis. Martiani I. C. ratione, in l. 27. ϖ. De donat. cauſ. mort. Nam pari modo, ſimplex donatio in filium famil.,

An paterna bonorum diuiſio inter liberos, ſit ſufficiens titulus vni eorum, ad præſtandam fidem domino feudi.

Niuernen. Cōſuet.

Digitized by Google

famil., quæ non ſubſiſtit Iure Quiritum, propter nuptias contracta valet, nec auocari donatario poteſt: ſalua eius collatione inter cohæredes. l. Pomponius Philadelphus D. famil. herciſc. l. illud. Cod. De collat. l. quoniam nouella. C. de inoff. teſtam. Sic, licèt donatio eximij officij remuneratrix, patrono quærat iuſta Dominica laudimiorum, Niueodunenſi, & Victriaco Campanorum More (iuxta Vidj Papij Deciſionem. 48.) Infœcundum tamen recto domino eſt rei prædiariæ munus, vel ab extraneo quidem collatum, in contrahendis nuptiis, fauoréque futuri coniugij. Vt Lutetianus Senatus ſolenni purpura pronuntiauit, Victriacæ illius Conſuetud. interpres æquiſſimus. Decreto poſtridie Idus Sextiles An. 1583. Cui quadrat appoſitè, quod Subalpinis Auguſtæ Taurinorum Iudicibus placuit. 10. Kal. Sextiles An. 1588., Laudatiuum non deberi patrono ex alienatione dotis cauſa facta; infirmiùs etiam, dotali ex fundo à patre æſtimato. Sicuti Antonin. Theſaurus memorat, in Taurinenſi prouincia, ſummæ eius Curiæ Conſcriptus. Deciſ. Pedemont. 139. *Nec enim Iuris optimi eſt*, Theodoſij & Valentiniani Impp. verbis, *matrimonium, cùm tot tantiſque ſuis difficultatibus opprimatur, aduentitiis etiam cumulare ponderibus.* Leg. vn. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod.

Donatio ob cauſã, vel remuneratoria, laudimijs præſtandis obnoxia eſt. Niuernen. Conſuet. Art. 33. De feud. Et Victriacæ Art. 30.

Placitũ Curiæ, die. 14. Auguſti. 1583. à Preuoſto præſide palam recitatum.

Pedemontani Senatus Areſtum Die. 23. Iul. 1588.

31 CEDÒ autem, nubenti mulieri prærogatum à patre feudum redimet nè maritus à domino beneficij dominantis? Hac diſtinctione explicatur negotium. Aut, confeſtim à celebrato coniugio, patronus vrget feudi redemptionalia, in nouos poſſeſſores ex ea cauſa dominij tranſlationi idonea. Quo caſu, puto, Dominica iſthæc iura licitè agnoſci, præſtari. Aut verò, diu ſubticente patrono, donata conferuntur interim donatoris hæredibus aliis, & pẽſatione vltro citróque facta, obueniunt maſculo cohæredi. Hoc certè caſu, diuiſione ad tempus donationis retroducta, fingitur, datorum proprietatem filiæ nunquam competijſſe: quæ, fratribus nimirum, in commune ab ea referri oporteret. Obiicies iſtîc forſan, donatariis coniugibus licuiſſe, fundum, æſtimatione collata in medium, retinere. §. 305. 306. 308. Pariſ. Conſuet. Id quod à Senatu præiudicatum ex minùs probabili ſpecie, indicat Molineus ad §. 278. Leg. Cenomanæ. Verùm arctanda non eſt, familiaris bonorum diuiſionis, libertas, prudénſque hæredum inuicem œconomia: hoc pacto, vt componendæ familiæ gratia, poſſit etiam arbiter in vnius perſonam aliquando totam condemnationem conferre, & adiudicare omnes res. Vlpiani l. Mæuius. D. famil. herciſc. l. ad officium. Cod. commun. diuidund. Interea igitur paterna donatio, quæ ab euentu iſto pendebat, pro eo habetur, ac ſi planè non fuiſſet. Similiter fiduciaria prædij venditione, ſoluta poſt emptoris obitum, nulla ſupereſt eius primigenio in pretium nobilis fundi prærogatiua: quem, ilicò poſt fata paterna, fundum præceperat iure natalitij primatus. S. Conſulto Lutetiano,

Si vn don paternel de fief à la fille, depuis rapporté en eſpece au partage, eſt ſubiet à rachapt feodal, lors qu'il eſt deu, Aſſauoir à Paris, par le 2 mariage de la femme Art. 36. & 37.

PlacitumCuriæ Pariſ. die 17. Iunij. An. 1560. ad prouocationem ex Cenomania factam à donatario fundi, qui, mortuo donatore, diuiſoriáque bonorum iam mota lite, quùm vendidiſſet fundum, damnatus ipſum cõferre corpus hæreditarium, nedum eius valorem, appellarat.

Digitized by Google

Solenne Areſtum Curiæ, touchant les deuoirs d'vn fief vendu à grace de remeré, & vitré : eſquels n'y a droit d'aiſneeſſe.

ad Pentecoſtes An. 1574. Secundùm ea, quæ fuſiùs Nos, Lib. 3. Andeg. Legum. Proponamus inſuper, reſciſſam prædij alienationem ex vilitate pretij conuenti : patronus certè, abs quo laudimia repoſcat emptor, non auditur excipiens, actorem ſupplemento iuſti pretij ſeruare fundum potuiſſe. Nec enim quicquid noſtræ poteſtati permittitur, id ſubeſt Iuris neceſſitati. l. 1. Cod. quom. & quan. iud. Minimè etiam interdum priuatæ noſtræ rationes, réſque tenues ferunt tantæ molis commercia, ac fundorum emptiones noſtris viribus ſuperiores. Ideóque Paulus I. C. ardeliones ridet, qui de facultatibus ſuis, ampliùs quàm in iis ſit, ſperent. l. in fraudem. D. qui & à quib. manum.

Tit. Communia vtr. iudic. Art. 13.

Si les Quints & droicts ſeigneuriaux ſont reputez faire partie du prix de la vente.

OTIOSA nunc Pariſiis moueretur, vetus alioquin, diſputatio 32
Fori de Venditionalibus dominicjs, pretij necne partem faciant venditi feudalis beneficij. Eorum quippe ſolutio incumbit hodie emptori, non venditori : cuius inde minùs intereſt, grandius ſibi pretium depaciſci. Nouata Pariſiorum lege An. 1580., §. 23. 78. 79. 80. Vbicunque autem venditor manet laudimiis obnoxius Iure proprio ſuæ Ciuitatis, ea in pretij parte cenſentur: ac in reſciſſorio venditionis iudicio ob vilius rei pretium, initur ratio æſtimatióq; pecuniæ, quæ recto domino numerata ſit venditionis nomine. Sicuti ex Campano Trecarum municipio Senatus pronuntiauit, in tertia Inquiſitionum claſſe, reliquis conſultis Curiæ claſſibus, & ſententiam rogatis. Decreto. 6. Idus Ianuar. An. 1592. inter Margaretam *Daru*, Pet. Argentarij viduam mulierem, Iac. Goutierum, qui à Trecenſis Præfecturæ Vicario Senatum appellarant, & Claudium Burgeſium, ediuerſò, altercantem. Porrò ſi maluerit fundi comparator, æquo pretio ſuperaddito, illum retinere, quem venditor reſciſſoria actione condicebat, Eatenus noua dicitur contracta emptio, próque aucta pretij ſorte, quintus denariolus patrono debetur. Quot enim ſtipulationes, tot res exiſtunt : totidémque fundi pretia, quot de iis variè conuenta Pacta. l. ſcire debemus. ff. De verb. oblig. l. Iuriſgentium. §. Adeo. D. de pact. Vt perſpicuè oſtendimus alibi, & à Britonicis Rhedonum PATRIBVS iudicatum deprehendimus, ſecundùm poſteriorem Dominici fundi cōductorem tempore nummarij ſupplementi, contra anteriorem, qui die primariæ emptionis dominanti prædio colonus fruebatur. Placito eius Curiæ. 3. Kalēd. Nouéb. An. 1576. pro Vidone Geffrardo, nouo conductore, in Ianū Geneſiū, antiquiorem: qui à Rhedonēſi Præfecto ad Senatū eum prouocarat.

Antiqua Pariſ. Conſuet., vēditor tenebatur ſoluere quintum pretij nūmum domino feudi. Art. 23.

Curiæ, Placitum in. 3. Camera Inqueſtarum, die. 8. Iāuar. An. 1592. *Sur vn appel du Bailly de Troyes. Au rapport de M. Deſlandes.*

Lib. 2. Doman. Frāc. Tit. 5. Art. 6.

Parlamēti Rhedonenſis Areſtum die. 30. Octobr. An. 1576. Apud Natalē *du Failh*, in Lib. Areſtor.

Cheualiers & Commādeurs de l'Ordre & Milice du S. Eſprit, exempts de droicts ſeigneuriaux, des acqueſts par eux faicts au fief immediat du Roy. Patentibus in Senatu verificatis Die. 29. Iulij. 1580. In Camera Computorū die. 8. Auguſti, & in Curia Iuuaminum die. 30. Auguſti An. 1581.

TORQVATI autem Galliæ Equites, titulo almi Spiritus, eximun- 33
tur Dominicæ laudimiorum præſtationi : quæ Regi, domino proximo, emptores alij pendere tenerentur. Principali Diplomate Mart. Menſ. An. 1580. Quod in monumēta regeſtum eſt Senatorij Ordinis, Quarto Kalend. Sextiles, eod. An. Tum apud Rationales Pariſien. 6. Idus Auguſti, & in Acta Curiæ Indictionalis, tertio Kalēd. Septemb. An. 1581. Sed demus, prædiū redhibitoria agnationis lege ademptum emptori,

Digitized by Google

emptori, talis Militiæ Equiti. Agitur iam de repetundis pecuniis, quæ vltra pretij ſortem, ſumptuariæ acceſſionis vice fungantur. Cuiuſmodi eſt quintus pretij denariolus, Dominico iure Principi vindicatus. Emptor quippe, etſi penſitatione hac vacuus immuníſque abierit, ideo tamen inſtat eius reſtitutioni: quia Equeſtris immunitas ſibi vni prodeſſe debeat, perſonæq; irrogatum priuilegium, ad alias non porrigatur. l. in omnibus. ff. de reg. Iur. l. pater filiæ. ff. de ſeruit. leg. l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui. ff. de legat. 1. Quoties item pecuniaria iuſta cuiquam remittuntur intuitu publici Muneris, priuatorúmve officiorum, quæ in remittentem ille contulerit, ea omnia ab extraneo rectè condicit idem, quaſi verè depenſa ac perſoluta. Bartol. ad l. quòd ſi domus. In fin. D. locat. Alberic. in l. properandum. §. ſinautem alterutra. Cod. de Iudic. Rota Romana, in Deciſ. 534. ac poſtremò Boërius, Deciſ. Burdegal. 210. Secundùm quæ, Pariſienſes Conſcripti Curiæ iudiciis cenſuerunt, pro regio Amanuenſi. 10. Kal. Septemb. An. 1540. Marillaco, & Riantio dicentibus. Vt I. Lucius literis prodidit. Atquin nemo ambigit, Principaliũ Equitum Ordini illi, quò grauiora ſint militiæ onera ſubeunda, eò ampliùs fauoris largiundum. Ne refricemus iſthîc Regiam beneficiarij cuiuſque militis in bellum Euocationem, ac Subeuocationem: queîs, *Bannum*, & *Retrobannum* vulgari ſignificatur idiotiſmo. Nam, vel a prima Gallici nominis memoria, indictus fuit priuatorum militum in Gallia delectus armatis Conciliis. Hoc, more Gallorum, fuit initium belli, quò, lege communi puberes omnes conuenire armati conſueuerant: & qui ex his nouiſſimus veniret, in conſpectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necabatur. Cæſ. lib. 5. Bell. Gallic. Eadem Galliæ conſuetudo declaratur Lib. 7. cùm Vercingetorix Gallici belli princeps ſelectus, Alexiæ obſideretur. Conſilium enim cœpit, omnem ab ſe equitatum dimittere, diſcedentibus mandauit, vt ſuam quiſque eorum Ciuitatem adiret, omnéſque, qui per ætatem arma ferre poſſent, ad bellum cogerentur. Galli tamen, conſilio Procerum, decreuêre, non omnes, qui arma induere poſſent, vt Vercingetorix ſtatuerat, ſed certum numerum ciuitati imperandum. Ne, tanta multitudine confuſa, nec moderari, nec diſcernere ſuos, nec frumentationem habere poſſent.

Ab his nõ multùm abludit. §. 22. Leg. Pariſ. Quo, dominus feudi, qui venditum à vaſallo fundum retraxerat, huius conſanguineo redimẽte, iuſtè exigit *ſes droits de quints, paravant confuz par led. retraict feodal.*

Lutetianum Areſtũ *donné en plaidant pour vn Secretaire du Roy.* die. 23. Auguſti. 1540. Ex Ioh. Lucio, Lib. 9. Placitor. Tit. 3.

Le Ban & Arrierebã, aux tenans fiefs, ou arrierefiefs du Roy, & des Seigneurs.

Feudi donatione non inſinuata, an donatarius poſſeſſor debeat releuia domino directo.

34 Donatarius feudale beneficium luere tenetur à domino beneficij dominantis: ſepoſita modò parentum in filios, vel nepotes liberalitate. Art. 33. Pariſ. Conſuet. Sed illo feudum non redimente, dominus huic manum iniecit: Dominicæ quidem prehenſioni libera quietáque prætenditur donatarij poſſeſſio, auctore viuo, quaſi perfectæ donationis ſymbolum, & argumentum. l. 2. Cod. ſi quis alt. l. ſi quis argentum. Cod. de donat. Aſt, ediuerſò, à poſſeſſore allegatur, improfeſſam Actis donationem, Legum præſidio nudari: aut ſuſpenſam hærere ſaltem, viuo donante, quoad publicis monumentis inſcribatur. Quinimo Legibus nulla, irritáque habetur do-

Ex donatione etiã facta, retento vſufructu, ſtatim debẽtur releuia Dominicalia, Perticenſis Conſuet. Art. 69 Secus in Montargius, §. 6. Tit. De donat. Et vtrobique, Molineus Interpres putat non deberi. Idémque ad §. 30. Leg. Caluimontanæ Campanorũ. Sed vide à Nobis de eo tradita, Lib. 2. Leg. Andeg. Tit. de Redemption. feudi.

Digitized by Google

natio, niſi forenſibus Regeſtis inſinuata. l. ſancimus. Cod. de donat. l. cùm multæ. Cod. de donat. ante nupt. Eòdem confluunt Principalia Francorum Edicta. An. 1539. 1549. & 1566. Cum §. 284. Leg. Pariſ. Ad ea verò, patronus, clientis ſui calliditatem, aut ignauiam ipſi vni obeſſe, non alteri debere. Quippe cui liberum fuerit, vel abſente donatore, in Acta donationem referre. cita. Art. 284. Argentræus in Britonicam Conſuet. nuncupatim. Nam publica donationum profeſſio nullà exigit iudicialem cognitionem, ceu actus quidam volũtariæ Iuriſdictionis. Bartol. & Raph. Cuman. ad l. Modeſtinus. ff. de donat. Bald. & Alber. in l. illud Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Bart. Bal. & Salyc. ad l. in hac. Cod. de donat. Concedamus item, quadrimeſtre, donationis teſtationi publicæ præſcriptum, regia Lege Molinenſi: Aliàs, chartulis Actuarij non mandatam, illam corruere. Hoc ipſum Tribunalia interpretata ſunt, lapſo tempore, & mortuo poſt id donatore, aut donata ad ſe expreſſim reuocante. Viuo enim, nec repugnante iſto, quandòlibet inſinuatam Actis donationem admittunt. Regulæ exemplo Romanæ Curiæ *De publicandis reſignationibus:* quæ, etſi ſemeſtre publicandis ſacerdotiorum ceſſionibus gratioſis condixerit, eas tamen non reſpuit, quæ, ſaluo ſanóque cedente, tardiùs promulgatæ ſint. Vt Argentræus idem, audaculè licèt, de donationibus aſſeuerat. Quibus conſequens videtur, donatarium, ab inſinuandæ donationis neglectu, minùs probè Dominica iuſta abnuere. Sed quia donator in patroni fide ac clientela permanſit, necdum forenſes in tabulas regeſta donatione, nulla eſt pariter in donatarium tranſlata rei proprietas, Opinor, nimis properè Dominum clientelares fundos inuaſiſſe.

Argentr. in Præfat. Tit. de donation.

Art. 58.

Cita. Tit. De donationib. In Briton. Conſuet.

Difference d'vn acheteur à grace de ſimple reemeré, d'auec l'acheteur par engagemẽt.

ISTHÆC vtique de donatario, poſſeſſore. Diuerſum ius eſt fi- 35
duciarij emptoris, qui redhibitoria in paucos annos lege prædium mercatus, poſſideat. Nam venditoris interim obitu, quaſi rerum domini, Redemptionalia iniquè petantur à ſuperiore. Fiduciaria enim prædij mancipatio, purè initur: ſed conditionis euentu ſoluenda: Vt antedictum eſt. De pigneratitia emptione, non item, ſeu emptionis titulo adumbrata hypotheca. Hæc quippe nihilò firmiorem poſſidendi cauſam præſtat emptori, quàm fœneratitio creditori, & danyſtæ. Proin Armorici PATRES, emptionum delectu habito, decreuêre, fiduciarium emptorem, qui inhæreret glebæ, clientelæque obſequia patrono exhibuiſſet, auctoris ſui fato, ad luendum feudum non compelli. Secus de hypothecario emptore, cui nec fundi quidem poſſeſſio, nedum proprietas, tranſcripta videri poteſt. Areſtis. 7. Idus Apriles, & pridie Calend. Majas An. 1577. Quoties autem, Redemptionalium iure, Dominus prædio fruitur, ſata arua demetit, refuſis, deductíſve ſeminum culturæque agri impendiis: §. 48. 56. 57. 59. Pariſ. Cõſuet. Priuatas, ad hæc, clientis locationes tueri, patrono neceſſum eſt: eiuſd. Leg. Art. 56. & 58. priſco Mori Francico non ita diſſentaneis: Cuius ſententiam Moris antiqui ſic habeto.

Tit. ſuperiori, Art. 37.

Placita Curiæ Rhedonen. die. 7. & 30. April. An. 1577.

Verſ. *les fraiz deduits ſur leſd. fruicts, &c. En rendant les labours, ſemences, & frais. &c.*

Verſ. *doit ſe contenter de la redeuance deuë par le fermier ou preneur, &c.*

Si

Si la terre, ſur laquelle ſe prent rachapt, eſtoit emblauée, quant le ſeigneur y aſsigneroit, & que le labourage euſt eſté faict par le vaſſal mort à ſes propres cheuaux, il ſeroit au choix du ſeigneur, de prendre l'année, ſans rabatre le labourage. Et ſe le vaſſal mort auoit baillé ſa terre à ferme aux moiſons, le ſeigneur n'auroit fors la moiſon. Et ſe iceluy vaſſal l'auoit fait labourer à ſes deniers, le labourage luy ſeroit ſauf. Lib. Conſuetudinario Galliæ, ab Lutetianis pragmaticis concinnato, temporibus Karoli. 6. Mediolanenſium verò Feudorum enucleator Baldus tradit, feudalia Inſubrum Beneficia, quòd perpetua non eſſent, ad beneficos Dominos redire, conductionum, libellorúmque lege omni, ſoluta. In §. rurſus ſi fidelis. Tit. Quib. mod. feud. amitt. Cap. Imperialem. §. callidis. De prohib. feudi alienatione per Frider. Iuxta quæ, pronuntiatum à Taurinenſi Alpinorum Curia ſumma, refert Ozaſcus, in ea Præſes. Deciſ. Subalpina. 156.

Le grand Couſtumier de France, & Inſtruction de Practique, & maniere de proceder & practiquer és Cours de Parlement, Preuoſté & Viſconté de Paris.

Areſtum Parlam. *de Thurin, en Piedmõt.*

36 DOMINICAM ſeruientis fundi poſſeſſionem conturbare, vaſallo nefas: eiúſve reditus auferre, publico curatori à domino creditos. Art. 29. 30. Pariſ. Conſuet. Si tamen beneficiarius, intra annum exinde, clientelaria munia obierit, fide obſequióque exhibito, noxali in patronum pœna liberatur: dummodò iuſta Dominica palam obſignet, cum prædiario eius anni prouentu, quo Dominica manus in fundum inuecta ſit. Nulla enim armata vi cogendis fructibus adhibita, benignius eſt, moram emendanti clientulo indulgeri, quæque perceperit, reddere parato veniam dari. Arg. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ϖ. de verb. oblig. l. hoc edicto. §. vlt. ϖ. de publican. l. qui falſam. D. Ad l. Cornel. de Falſ. Atque ita in cognitionibus prolatum Ordinis Clariſſ., tertio Kalend. Sextiles An. 1571. ſecundùm Martialem Lomenyum, aduerſus Cœleſtinos, Lutetiæ Cœnobitas, de nobili prædio *de Verſailles, & Grange leſſart.* Cæteroquin Dominicæ rerum clientelarium pignerationi tantùm arrogatur vetuſto Galliæ Ritu, vt Regiæ manui Dominica haud vſquequaque cederet, modo infràpoſito. ITEM VBI MANVS REGIA FVIT APPOSITA IN FEVDO ALICVIVS EX ALIQVA CAVSA, DOMINVS IMMEDIATVS NON POTEST IMPEDIRI ASSIGNARE FEVDO SVO PROPTER DEFECTVM HOMINIS, VEL ALIA IVSTA DE CAVSA IVSTITIARE FEVDVM, PRÆTEXTV DICTÆ MANVS. TAMEN PROPTER HONOREM SVPERIORITATIS, NON DEBET FACERE SINE LICENTIA REGIS, QVÆ DE FACILI OBTINEATVR. ET IDEO CÙM BAILLIVVS APPOSVIT MANVM REGIS PROPTER QVASDAM EMENDAS REGI DEBITAS IN FEVDO, QVOD AB EPISCOPO NOVIOMENSI MOVEBATVR, ET DICTVS EPISCOPVS ASSIGNASSET MANVM AD ILLVD PROPTER DEFECTVM NOMINIS, PER ARESTVM DICTVM FVIT, QVÒD NON RESTITVETVR EPISCOPO DICTVM FEVDVM: DONEC SATISFECISSET REGI DE DICTA

Le vaſſal ne doit enfraindre la mainmiſe feodale, venuë à ſa cognoiſſance.

Moræ purgatio fauorabilis.

Lutetianæ Curiæ Decretum die. 30. Iulij An. 1571.

Vter præferatur, dominus feudalis, Epiſcopus *de Noyõ*, aut Princeps vaſalli creditor pro emendis ſibi debita, *en concurrence des ſaiſies du fief ſur led. vaſſal.*

Digitized by Google

Saiſies des terres du Domaine du Roy.

Molinenſe Edictũ, *De la conſeruation du Domaine de la Couronne.* De quo, Nos in Tit. De regię manus in Domanium iniectione, Lib. 3. Doman. Franc.

EMENDA. Ex veteri Francicarum Conſuet. Volum. autographo, ætate Karoli Sexti. Enimverò Regia manus, quàm Dominica priuata, latiùs funditur, in Patrimonia ipſa, nedum in feudalia beneficia Fiſci. Sanctione Principali de fundis Sceptrorum, Februar. Menſ. An. 1566. Tametſi, Karolo Mag. rege, Fiſcalis res non antea priuato adimeretur poſſeſſori, quàm Iudicio ſolenni euicta eſſet. Leg. Franc. lib. 4. Cap. 3. De ſeruis Eccleſiaſticis ad Fiſcum regalem confugientibus.

Profits feodaux iadeuz & eſcheuz, ne paſſent a l'acquereur du fief dominant : s'ils ne luy ſont expreſſement cedez.

ADVENTITIA feudi commoda, quæ ſemel ceſſerint, non 37
tranſeunt in emptorem dominantis beneficij: niſi expreſſim cautionibus empti & venditi comprehendantur. Fructuum inſtar ſeparatorum à ſolo; qui in hoc ipſum ſucceſſori peculiari non competunt. Exempli vice, Francica Auguſta, Clarimontis Bellouacorum Comes iit in poſſeſſionem ſeruientis prædij Gicurti, & Bolaincurtij, ob Venditionalia ſibi non depenſa. Poſtmodùm, diſtracto alteri Comitatu, Regina vltrò remiſit Gicurtio clienti iuſta Dominica, quorum nomine fundos pignerata fuerat pro Dominico imperio: rerúmque poſſeſſione, ſublata Manu, deceſſit. Nihilò minùs intendit Clarimontis emptor Dux Brunſuicenſis, de fructuaria illa feudi obuentione tranſigi ab ſe vno potuiſſe: quaſi fructus pendens, necdùm à venditrice perceptus, fundúm ipſum ſequeretur. Atquin exploratum eſt, agrariam penſionem, cuius dies ceſſerit, ab agro ſecerni, tanquam mobile ab immobili, & in creditum ire. Bald. ad Cap. Quæ in Eccleſiarum De conſtitut. Aluarot. in Cap. 1. §. ſi verò pacis Tit. de pac. tenen. In feud. Proin Senatui rectiſſimè placuit, Dominicam illam feudi pignerationem ob fructuaria iura iam quæſita, perſonalem videri, non prædiariam, ſeu prædij dehinc alienati ſequacem. Areſto. 13. Kalend. Iunias An. 1575. pro Catharina Sellicra, Fleurij Morelli vidua muliere, aduerſus nouum Comitem Clarimontis Bellouacorum. Obiter tamen aduerte, patrono, qui clientelares fundos Dominica poteſtate occupet, horum vel ceſpitis quidem alienatione interdici. Quandocunque enim beneficiarius patrono debita obtulerit, vt pigneratum feudum recuperet, integrum illud ei reſtitui decet, patronali bonæ fidei officio pleniore: quod centenæ etiam præſcriptionis feudi, vim elidit. Aſt ſi dominus, feudali quùm glebæ incumberet, eius iugera agri perpetuò fruenda locaſſet nonnulla vectigali annuo, Tunc perpetuis colonis, qui tricennio poſſederint, ſuffragatur præſcriptio diutinæ poſſeſſionis. Dempto, quòd annuæ locati fundi penſiones vaſallo in poſterum à conductore perpetuo exoluentur. Vt celebri Curiæ Pariſ. iudicio definitum fuit. 3. Nonas Apriles An. 1497. inter Cœnobiarcham & conuentum B. Mauri Foſſaten., hinc, atque N. Marquetum inde, altercantes. Iuxta Bartoli Notas ad l. cùm nemo. Cod. de acquir. poſſeſſ. Et ad l. malè agitur. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Si tamen Eccleſiæ ſacræ emphyteuta, qui vel centeno temporis ſpatio perfunctus

Bal. in ver. ſed ſtatim quęritur. Aluar. In verſ. quid de pẽſionibus. Tiraquell. In. §. 1. De Retr. lin. In ver. *Rentes*, Glo. 6. Num. 10.

Decretum Curiæ Pariſ. die. 20. Maij. An. 1575. *touchant la ſaiſie feodale pour les droicts ſeigneuriaux de Gicuurt & Boulaincourt deuz au Cõte de Clermont, parauant l'alienation dud. Cõte.*

Pariſien. Areſtum Curiæ, die. 3. Apeil. An. 1497. *Que le ſeigneur feodal ne peut preſcrire la ſeigneurie vtile : mais ſon ſucceſſeur particulier de bõne foy preſcrit par. 30. ans.*

Admortizatæ Eccleſiis terræ, quandiu ſeculari Em-

Digitized by Google

functus ſit iuſtis clientelæ in patronum officijs, prædio ceſſerit, eouè exciderit, commiſſoria lege Emphyteutica: Reſtituitur tùm Eccleſia poſtliminio in primæuam eius fundi libertatem ac immunitatem. Reliquorum inſtar Eccleſiaſticæ menſæ bonorum, quæ DEO ſacrata, prophanum nullum agnorint Dominum ſuperiorem. Quippe quùm mutatione perſonæ, caſtrenſia, profaníque iuris bona eſſe deſierint. Iulij Pauli leg. Per curatorem. ff. De acquir. hæred. l. vlt. Cod. de inoff. teſtam. Item ſoluto emphyteutæ in prædiũ iure, pignus vaneſcit ab eo rei impoſitum. Sceuolæ reſponſo. 31. ff. De pignor. Ac, ſublata velut priuilegiaria cauſa, tollitur priuilegium, l. Titia Seio. §. Vſuras. ff. de legat. 2. Sic, primitùs libera poſſeſſio, quæ in priuatum alterius imperium tranſilierit aliquantiſper, facilè reuertitur in priſtinam cauſam ac libertatem. Ælij Martiani leg. 6. ff. De rer. diuiſ.

phyteutæ cõceſſæ, ab eo tenentur, tandiu dominis feudi ſubijciuntur (Vt edocuimus Lib. 1. Domanij Francici Tit. 13. Art. 12.) Sed ad Eccleſiam reuerſæ, nulli ampliùs ſubſunt feudali Domino ſeculari.

Hac de quæſtione feudalis obſequij, poſt dimiſſionem Emphyteutici fundi Eccleſię, ad eámque illius reuerſionem, pendet lis in Senatu, iam inde ab Anno 1601., ex appellatione à Trecẽſi Prefecto Inter Moniales B. Mariæ *de Foiſſy lez Troyes*, appellantes, & Dominum *de Venisy*, intimatum.

38 PORRO inferioris prædij domino non licèt, eius partem emphyteutica lege concedere: niſi ei adſtipulante domino ſuperiori. At poſtquàm hic emphyteuſi conſenſum accommodarit, ſoluto iure vaſalli, non ſoluitur ius emphyteutæ. Nec ideo tamen mutatur vllatenus feudalis beneficij ſtatus, conditióque nobilis poſſeſſoris. Cap. 1. Quid iur. ſi poſt alienat. Socynus eleganter, Iuris Reſponſo. 256. Volum. 2. Cum §. 28. 52. 59. Leg. Pariſ. Aliàs, Gallica feuda à beneficiariis tractantur, rerum more patrimonialium, & inter hæredes liberè herciſcuntur, non iſthîc ſolùm, ſed in Italia pariter, ac variis Germaniæ oris. Vt inquit Ioh. Andr. ad Speculat. in Rubr. de Feud. verſ. non omittam. Socyn. in Reſponſ. 67. Volum. 1. Imprimis verò Galliæ Reges humaniſſimi, liberas ſanxêre quadantenus ſubditorum poſſeſſiones. Eccleſiaſtica nempe latifundia Karolus. 9. immunia eſſe iuſſit feudi Redemptionalibus, Regio nomine in Senatu petitis. Multiplici Reſcripto, quod ſeriatim recenſuimus Oratione forenſi à Nobis habita, editáque pro Gallico Sacerdotio, An. 1580. Ac, ne Pariſien. ciuium agris ſeptíſque egrediamur, Karolus. 5. ducentos ante annos, luculentè profeſſus eſt, Lutetianos antiquiori ſubnixos priuilegio militarium quorumque fundorum obtinendorum: cæteríſque Nobilitatis Inſignibus præditos inclaruiſſe. Carolinum ſanè de eo Diploma huc trãſtuli è vetuſto Codice nigro Caſtelli Pariſiorum. *Karolus*, &c. *Regiæ Celſitudini conuenit, vt illos fauore & præminentia attollat ampliori, apud quos propriæ Maieſtatis ſolium principaliter inſtituit. Cùm igitur ciues noſtri Pariſienſes ad noſtram clementiam acceſſerint, quorum porrecta nobis ſupplicatio continebat, quòd Pariſius, ciuitas noſtra Regia, eſt caput totius noſtri Imperij, propter quod non immeritò temporibus retroactis anteceſſorum noſtrorum & noſtris præfulſit præ cæteris in prærogatiua dignitatum & honorum, núncque præfulgere debeat, omnéſque eiuſdem Ciues liberi vſi fuerint, & vti conſueuerint Gardiis & Bailliis liberorum & conſanguineorum ſuorum, necnon Acquiſitione Feudorum, Retrofeudorum, & Alaudiorum francorum, in noſtris feudis & retrofeudis, & aliorum Dominorum in quacunque parte Regni noſtri. Eáque Feuda, Re-*

Temporario autem vaſalli colono ſtare tenetur dominus, feudi vacantis poſſeſſor. Vt ſuprà dictum eſt, Art. 35.

Auctoris Oratio in Senatu peracta, dein Formis impreſſa, pro Clero Frãcico.

Liure noir, en la Chãbre du Procureur du Roy, au Chaſtelet de Paris.

Tabulæ Regiæ Karoli. 5. Priuilegiariæ pro Ciuibus Pariſien. Quas Carolus. 6. confirmauit Die. 5. Auguſti. An. 1390. De iis Nos ſummatim, Lib. 3. Sacræ Polit. Forenſ. Tit. 2. Art. 18.

Garde noble & Bourgeoiſe des enfans mineurs.

Acqueſt de fiefs, & arrierefiefs.

Finãce pour les frãcs-fiefs, ſur les Roturiers.

Gallicè Imperij caput & mater, Lutetia.

trofeuda, & Alaudia ipſi & eorum prædeceſſores tenuerunt & poſſederunt pacificè & quietè: Vſique fuerint ſecundùm meritum, & facultates perſonarum Loricis armatis, & aliis ornamentis ad ſtatum militiæ pertinentibus, Necnon iure aſſumendi Militiam armatam, prout Nobiles genere & origine Regni noſtri. Ac fuit eis permiſſum, vel ſaltem modo prætacto vſitatum à tanto tempore, cuius contrarij memoria non exiſtit: Nihilominùs, prætextu quarumdam Ordinationum per nos ſeu gentes noſtras nouiter editarum, Præpoſitus noſter Pariſien. per dictam Ciuitatem publicari fecit, quòd omnes, qui ab Anno. 1324. citra, feuda nobilia acquiſierint, infra Menſem, poſt dictam proclamationem, Receptori noſtro Pariſien. notificent, ac in ſcriptis tradant, ſub pœna forefaciendi res acquiſitas: Necnon & quòd omnes, qui literas Nobilitatis à nobis obtinuerant, eidem Receptori intra dictum tempus afferant, alioquin ipſas nullius valoris & effectus declarauimus: Quòdque feuda nobilia per ignobiles acquiſita, ad manum noſtram ponat realiter & de facto, & ea regi & gubernari per perſonas idoneas abſque aliqua recredentia faciat: Quoúſque illi, qui ipſa acquiſierint, finantiam in dictis Ordinationibus contentam ſoluerint. Quod cederet in dictorum ſupplicantium graue præiudicium atque damnum, ſi in dictis Ordinationibus comprehenderentur, vt dicebant: nobis humiliter ſupplicantes, vt eis ſuper hoc de noſtra liberalitate & gratia prouidere fauorabiliter dignaremur. Cùm igitur inclyta noſtra Ciuitas & Villa Pariſiorum, Imperij noſtri caput & mater, in congregatione & paſtura noſtro ſubiectorum Imperio eſſe noſcatur: Recolentéſque grata & laudabilia ſeruitia, quæ nobis dicti ſupplicantes anteactis temporibus impenderunt, & impendunt, Dignè ad eandem Ciuitatem & Villam, eiúſque regimen, gloriam & ſublimationem, aciem noſtræ conſiderationis extendimus, vt fœlici ducta regimine & honore, ac prærogatiua præfata, præſeruetur à noxijs, & optatis ſemper proficiat incrementis. Quapropter nolumus, prætextu dictarum Ordinationum, dictam Ciuitatem & Villam, eiúſque Ciues prædictos moleſtari, ſeu quomodòlibet inquietari. Dantes tenore præſentium in mandatis Gentibus Compotorum noſtrorum, Theſaurariis noſtris, necnon Præpoſito & Receptori noſtro Pariſien., cæteriſque Commiſſariis ſuper prædictis deputatis, aut deputandis, ne contra tenorem præſentium eoſdem ſupplicantes, ſeu eorum aliquem inquietent, vel moleſtent. Sed ſi quod impedimentum fuerit appoſitum, illud amoueant, ſeu amoueri faciant indilatè, &c. Datum in Hoſpitio noſtro prope S. Paulum iuxta Pariſius, Nona die Auguſti, An. Dom. 1371.

Vaſalli crimine confiſcatur vtile eius domniium, non autem directum inſontis Domini.

Vaſallus iudicio exemptus à fide, quandiu viuet, incidit tamen in commiſſum, ſi poſt exēptionem, odio domini, præcipuã huius Domum diruerit. Nam feloniæ pœna, eſt in rem, & in feudum, quod

POSSESSORIS beneficiarij delicto, in Fiſcum redigitur quaſi 39
dominium beneficij: non autem iuſtum eius Dominium ſeu proprietas, quæ ad rectum Dominũ ſpectat. Yſernias ad cap. 1. §. ſi quis hominem. De Pace tenen., In cap. 1. De vaſ. decrep. ætat. Et in cap. 1. Si vaſal. feud. priu. In Feud. Alex. Imol. ad l. ſi finita. §. de vectigalibus. ff. De damno infect. Vidus Papa, Deciſ. 438. Eadem ratione Paulus I. C. putat, ſi in libertum animaduerſum ſit, patrono eius minimè eripiendum id, quod in illius bonis habiturus eſſet, ſi is, in quem

quem animaduerſum fuerit, ſua morte deceſſiſſet: reliquam verò partem bonorum, quæ ad manumiſſorem non pertineat, Fiſco vindicandam. l. cùm ratio. §. ſi in libertinum. ꝟ. De bon. damnat. Cui haud inconcinnè adplicatur Florentini lex, Si in libertinum. ꝟ. De bon. libert. Ac Lotharingia adeo ciuilis Conſtitutio, quæ è mediis illis Romañ. Prudentũ Reſponſis hauſta videri poteſt: tametſi in hoc genere paulò effuſior aduerſus Fiſcum, quàm Gallicus Vſus ac praxis. §. 16. Rubr. De Iuriſdict. Ruſus, è contrariò, mera Principis Indulgentia damnatum non eximit pœnæ bonorum commiſſoriæ, in diſpendium proximi Domini ſuperioris, ſeu Iuridici. Priſco S. Conſulto, cui fidem adſtruit Volumen album Caſtelli Pariſien., hoc verborum tenore. DE ANNO. 1321. DICTVM FVIT PER ARESTVM, QVÒD RESTITVTIO BANNI PER REGEM FACTA, NON SE EXTENDIT AD BONA, AD QVÆ ASSIGNAVIT DOMINO, SVB QVO IPSA TENEBANTVR RATIONE BANNIMENTI FACTI, NEC EA TENETVR RESTITVERE. Quibus item directò offenditur patronus, clienti non condonantur noxæ feudi commiſſoriæ. Vtputà, ſi geſtarit hic arma, illi vim allaturus, fœdáque mendacij nota eum aſperſerit. Quo caſu, beneficio mulctari clientem, dum ſpiraret, decreuit ſuprema Curia, pariter & ſupplicem, petere improperati temerè mendacij veniam iuſſit, adſtante patrono, vnà cum Actore Fiſcali. Areſto Lutetiano, quod Seguerius Præſes in Semeſtribus recitauit pridie Kal. Ianuar. An. 1556. ad appellationem ex Pictonica regione.

Domino ſemper adſtrictum manſit, nonobſtante perſonali exemptione vaſſalli: qua ſic ob nouam offenſam priuari excludique debet.

Lotharingiæ Conſuetudo, *es Bailliages de Nancy, Voſges, & Allemagne, Que biens feodaux par la confiſcation de corps & biens du vaſſal, ne ſont acquis au Sieur haut Iuſticier, ains retournent à celuy, à qui appartiẽt la mainmorte ou au Seign. cenſier ou feodal de la choſe.*

Liure blanc petit du Chaſtelet de Paris.

Placitum Curiæ, *du tẽps des Semeſtres*, die vlt. Decemb. 1556.

40 PERPETVO certè feudi commiſſo plectitur, quiſquis Dominicum beneficium præfractè abnuerit. §. 43. Pariſ. Leg. Aliter, ſi nonnullas eius qualitates vocarit in controuerſiam, & in Foro abnegarit. Vt de Creſcentino Comite, Allobrogum Ducis beneficiario, ſcripſit Octauianus Cacheranus, Subalpino in Senatu Præſes, Deciſ. 29. Vxorio autem feudo conſolidata, beneficiarij crimine, quæruntur vxori, non viro: præter fundi fructus, ceu dotalis, eiúſque acceſſionum. leg. 7. D. de Iure dot. Dotis enim incrementa, ſequuntur eius conditionem. l. plerúnque. §. 1. Eod. Tit. Diſſimilis cauſa eſt oneroſæ, emptitiæque conſolidationis feudi: quæ coniugibus inuicem communicatur. Faber. ad §. ſi cui. Inſtit. De legat. Quali tamen in ſpecie, antiqui feudi proprietarius, iudicio abducit à fructuarij hærede, colono, ſocióve, inferiora prædia feudo adiecta, refuſo pretio, quod illorum quilibet priuatis idcirco poſſeſſoribus erogarit. Sicuti, de recèns vnitis dominanti prædio, cenſuit Senatus, in huiuſce fructuarios. Quinto Idus Ianuarias An. 1563. ſecundùm viduam mulierem N. Lormeſſoni. Idémque, de redemptis Dominica poteſtate, ſeptimo Kalend. Februar. An. 1571. ex prouocatione à Claromontano Bellouacorum Præfecto: Inter Quintinum *le Roy*, & Karolum Argillierum, qui Curiam appellarant: & Iacobum *Huppeau*, cum aliis, qui, ex aduerſo, decertarunt. Quibus S. Conſultis apprimè

Pendente lite *ſur le deſadueu du vaſſal*, huic reddenda eſt feudi poſſeſſio. §. 45. Pariſ. Leg. Qui autem prædiũ emit tanquam cenſuale, nihilominùs tenetur *aduouer ou deſadvouer le Seigneur, par auant que ceſtuy ſoit tenu luy communiquer ſes tiltres & pieces iuſtificatiues de ſon fief.* Areſto die. 8 Febr. An. 1571. quùm Marius pro appellãte, & Brebattus pro intimato egiſſent horis pomeridianis.

Curiæ Pariſ. Areſta. Die. 9. Ianuar. An. 1563. & die. 26. Ianuar. 1571.

My denier des terres mouuantes d'vn fief propre, acquiſes, ou retirées.

conſonat Andegauus Mos, de conſortibus bonorum, Art. 403. Cenomanus, de conductore Dominico, ſeruientem fundum retrahente, Art. 410. Eburonum Conſtitutio, in fructuarij ſucceſſorem. Artic. 7. Cap. 5. Cum Hannonia Conſuet. apud Valentianas, Art. 76. ac Neuſtriæ Lege Municipali. §. 202. 203. Enimverò inferius prædium, ſuperiori, ære dato, ſubiunctum, cenſetur quæſtuum iure, potiùs quàm hæredij, patrimoniíque feudalis. Vnde nec, denuò venditum à Domino, qui ipſum vnierat, condicere licet gentilitate prædiorum, quaſi patrimoniale. Nam ſupradicta vnio, aduentitia erat, non profectitia: Id eſt, accidentaria, non natiua, quæque mera patrisfamil. voluntate, libertatéque exercebatur. Quare adunata feudo, puri quæſtus conditionem ſibi ſumpſêre. l. vlt. Cod. De iure emphyteut. & Argum. l. Mæuius. §. fundo legato. ꝧ. De Legat. 2. Hinc Lutetiani PATRES agnatitia fundorum redhibitione ſummouerunt propinquum recti Domini, qui ſeruiens prædium emptũ redemptúmve, vt ſuprà, poſtmodùm diſtraxerat. Decreto. 7. Idus Quintiles An. 1569. ex Belgica Ambianorum prouincia: quùm Steph. Balduinus iſthinc Senatum prouocaſſet: Anna verò Cantelua, mater Roberti Freroti Sententiam Ambiani Prætoris tutaretur.

Ordonnances du pays de Liege, de l'an. 1572. Chap. 5. Des œuures de loy.

Couſtumes de Valenciennes, en Haynault.

Cõſolidatio feudi, eſt acqueſtus. I Fabri verbis in § ſi cui (De legat. Inſtit. ciuil.) ſupracitato.

Areſtum Curiæ Pariſ. die. 9. Iulij An. 1569 *Que ce qui a eſté venu au fief, & depuis revendu, n'eſt ſubiect à retraict lignager, comme eſtant acqueſt, & non propre.*

PVBLICÆ equidem Pacis fauore cultúque, Regij clientes, qui rebellarint, poſtliminio redeunt ad ſuas ditiones, clementiſſ. Principis beneficiarias, quæ in cauſam commiſſi inciderant. Alexand. in l. vlt. Cod. de ſentent. paſſ. Afflict. in cap. 1. De vaſal. decrep. ætat. Idq; Parthenopeum quondam Senatum mouit, vt Biſignani regulum, à Ferdinando. 2. rege Siculo reſtitutum bonis, agnoſceret è re vſúque publico: Tametſi in hoſtiles antea Francorum partes ille tranſiliiſſet. Matthæi Deciſ. Neapolit. 116. His conſequenter placuit, lites, Bellica tẽpeſtate, iudicio finitas, retractari in Foro Neapolitano. Eiuſdem Deciſ. 62. 70. Porrò Henrici. 2. Galliæ regis Fœdere, cum Allobrogico Duce, conuentum fuit nuncupatim An. 1559., Senatoria Auguſtæ Taurinorum decreta, rata manere, quæ, Gallis Regioni imperantibus, prolata eſſent. Salua victo litigatori querela circumuentionis aduerſarij, in Iudicatum, vel erroris proprij veniæ petitione: ex vſitata Iuris Ciuilis formula, in l. ſi Prætor. §. Marcellus. ꝧ. De Iudic. l. Præfecti Prætorio. D. de Minorib. Atque id Allobrogici fœderis, de S. Conſultis, caput, forenſémque Praxin recenſuit Octauianus Cacheranus, in ſuprema Taurinenſi Curia Præſes. Deciſ. Subalpina. 141. Benigniùs etiam, Princeps noſter HENRICVS. 4. ſanxit, probauítque Iudicata, earumdem partium Ciues inter ipſos, antequàm iuſtum eius in Imperium redigerentur. Piis Edictis, Mart. & April. Menſ. An. 1594. Quæ Nos, Panegyrico Regi dicto, emiſſóque in lucem, fuſè explanauimus. 41

Prince de Biſignan, au Royaume de Naples.

Tractatus bellorũ pacificatorius, à *Cateau Cambreſi*, Die. 3. April. An. 1559. inter Franciæ & Hiſpaniæ Reges, Ducémque Sabaudiæ.

Parlement de Thurin, en Piedmont.

Auctoris, Panegyricus Regi dicatus, An. 1594. Sextili 7. Menſ.

ÆREA feuda, ſeu Dominantis beneficij aduentitia commoda, variè æſtimantur pro Moribus Gallici cuiuſque Municipij. Nam certum quidem, & annuum fundi ſolarium liquido pretio conſtat, ab 42

Priſée & eſtimation des proffits feodaux caſuels, à vne fois payer. Eorum autem reditus annuus vulgariter computatur, *à prendre de pluſieurs années de recepte dud. caſuel, l'vne commune.*

Digitized by Google

ab cumulo annorum quinque & viginti, annua totidem vectigalia conſtantium. Sed incertas feudi obuentiones fructuarias aliter taxant Andegaui, §. 492. 493. 494. Aliter Turones, §. 94. patriarum Legum. Planè apud Campanos, bonorum triens ſerui corpore, iuſta fertur æſtimatio Dominicæ indemnitatis: ſi quando ſerua mulier liberum virum connubio ſortita ſit. Id quod de More vſurpatum *Calui*montano, teſtatur Scholiographus eiuſdem Gouſſetus, turmatímque relatum à pragmaticis Municipibus Senatui de eo interloquenti. Eò quoque recidit Campana alia Victriacorum Conſuetudo, de triente mouentium, & immobilium *Manuſmortuæ*, Dominis adſcripto, ceu Dominici in ea iuris pretio. §. 144. Neque ab iis multùm diſtat ſolenne Karoli. 6. Reſcriptum, de Fiſcali parte tertia fundorum priuatorũ, quos Princeps iure morticinij ſinat poſſideri. Octob. Menſ. An. 1402. Melodunenſis verò Lex, quinam plebeiarũ rerum portionem Dominis addicit, quò ſeruentur indemnes. Art. 30. Tali vtrique moderatione, PAT. CONSCRIPTI definiêre forenſem Ieſuitarum controuerſiam, qui Lingonenſes ædes Lutetiæ coëmerant, & rectorum Dominorum. S. Conſulto à Me citato, cum aliis quibuſdam, DOMAN. Franc. Lib. 1. Inſignia porrò, nobiliáque in prædia ius patronale, pluris æſtimatur, Senatoriiſque illis Decretis, trinæ parti adæquatur ſeruientis beneficij. Regia tamen in Vrbe, & adiacentibus Pagis ſterileſcunt Dominica iura ab frequenti volatilium redituum commercio, fundorúmque cum iis permutatione. Ex quo, infrugifera ſæpe illa minoris æſtimantur. Cùm enim ære parta vectigalia accenſeantur rebus ſoli: Ea prædiis commutata, alio loco habentur, ac mobilia pretia fundorum venditorum. Indéque, velut ex pura ac ſolida immobilium permutatione, nullum quæritur Domino compendium. §. 23. Pariſ. Conſuet. Seposita cauſa redemptionalium feudi, quæ patronis debentur à clientibus beneficiariis, ex mutua commutatione prædiorum. §. 33. eiuſd. Leg. Vniuerſim autem obſeruare eſt, nouum clientem, qui, præter honorarium fidelitatis obſequium, fructuaria iuſta patrono offerat, ea ſequeſtrò deponere non cogi, abſente, vel renuente patrono. Vt enim debitor, qui iudiciali in Foro, paratum ſoluere ſe, prædicet, comparatur nummos repræſentanti, in Actíſve obſignanti. l. ſi reus paratus. ϖ. de procur. Sic exhibens ſe patrono cliens pro officio, cenſetur aliquatenus, iudicio ſe ſiſtere. §. 429. Cenom. Leg. Hinc rei Beneficiariæ Iuriſdictio eſt, beneficis Dominis, Moribus attributa. Cap. cæterùm. De Iudic. cap. verùm. Cap. ex tranſmiſſa. De for. compet. At modeſto certè in ſubditos imperio vti decet Dominos prædiorum, neque ad turpes & inhoneſtas operas, ludicráve obſequia illos vi adigere. Bald. in l. quod ex liberta. Cod. de oper. libert. Decius ad l. ſemper in contractibus. ϖ. de Reg. Iur. Sumpta Iulij Pauli ratione, in l. eius. Tum Calliſtrati I. C. in l. eæ demum. ϖ. de oper. libert.

Gouſſet. ad Artic. 3. Caluimõt. Baſſign. Conſuet.

Patentes Literæ, *que pour le droict d'Admortiſſement, eſt deu au Roy le tiers de ce qu'on demande eſtre admorty, à fournir en terres.* Lib. Deciſ. Magiſtri, Cap. 3. *Des admortiſſemens.*

Tit. De Manumortua, Art. 9.

Rentes conſtituées à prix d'argent, reputées immeubles. Art. 94. Pariſ. Conſuet.

Rachapt deu en eſchange d'immeubles.

Verſ. *Car le ſubiet, qui eſt deuant ſon ſeigneur de fief, eſt veu eſtre en iugement pour beſóigner auec luy.*

Dominus ſubiectos, ad ſaltandum & tripudiandum in Caſtro ſuo, cogere nequit. Quia in omni Poteſtate, ius honeſtatis ſemper exceptum intelligitur.

Digitized by Google

Colombier à pied, & Garenne, permis en terre de fief.

Lib.3.Tit.22.Art.4. §. 6.

Que le ſeigneur qui à fief, peut y faire fuye, ou garenne, ſi habeat latifundium: ſecus, ſi modicũ domaniũ.

Voliere à pigeons, en Maiſon ruſtique, ou roturiere.

Proceſſus verbalis, Conſuetudinis Pariſien.

Curiæ Placitum die. 26. Febr. An. 1601. *en plaidant du Roolle de Paris, entre la Dame directe & ſuzeraine, Et ſon ſubiect baſtiſſant vne Voliere à pigeons ſur ſon fond ruſtique, ayant peu de terres labourables.*

* Columbarium.

Couſtumes du Baill. de S. Mihiel, en Barrois, du droict de Columbier, pour le Seigneur haut Iuſticier ſeul.

Areſto Pentecoſtes An. 1561. in ſua quiſque Ditione poteſt Molédinum ſtruere, *& chaſſer le blé à mouldre, meſmes ſur la terre & hoſtes du voyſin ſon ſeigneur féodal, n'ayant point droict de Bannalité.*

NOBILIVM porrò fundorum prærogatiua eximia eſt, Columbarium in iis ſtructum à ſolo, cum Interraneis, & Cunicularijs: Quæ plebeio alioquin prædio adſtrui licitè nequeunt. Vt copioſè diſſeruimus in Fiſci Gallici Monumentis. Verùm hæc ita obtinent, ſi cui clientelæ res multæ, ac vectigales ſubſint, is etiam latifundiis potiatur, & patrimonialium agrorum iugeribus quinquagenis. Art. 70. Pariſ. Conſuet. Quod generaliter propè ſtatutum, innuit Molineus, ad §. 37. Turonicæ Leg. Ignobilium tamen fundorum poſſeſſori vetita non eſt Columbarij ſtructura, terno pede erecti, quaternóue, ſupra aream. Sicuti Areſto deciſum prodit idem Molineus, pro ſubdito, aduerſus Præfectum monaſtici Primatus Campignei. In §. 239. Bleſenſ. Morum. Aſt hoc ita procedere arbitror, ſi plebeia Villula, cui Auiarium columbarum adijcitur, fœcundis tot aruis inſtructa ſit, quot nutriendis columbis ſufficiant. Quin &, natiuæ libertatis fauore prædiorum, Ædiles Vrbis regiæ propalam contenderunt in Senatu pridem, cum Nicol. Quetino, aduerſus ſuperiorem dominam *d'Amblainuillier*, peruiam cuique eſſe talis Auiarij conſtructionem in proprio qualicumque latifundio. Sed quia Renuntiatione actorum in emendando Pariſien. More ciuico, reiecta eſt huiuſmodi, ad Senatum, perplexi Iuris quæſtio, An. 1580., PATRES CONSCRIPTI hanc quoque reuocarunt ad deliberationem pleniorem: vetita interim Columbarij ſtructura, cuius ergô, nouum opus patrona ſubdito nunciarat. Decreto in publica litium diſceptatione Pariſienſis Præfecturæ, Quarto Kal. Mart. An. 1601. Quùm Robertus egiſſet pro vidua coniuge N. Alegrini, ſenatoris, dynaſta Ambleuillari, quæ ab Vrbano Prætore Curiam appellarat: Marcheus, econtrà, pro N. Quetino, & Taleus pro Decurionibus Vrbis: qui obiter ſuo interuentu Quetini partes tuebantur. Rurſus plenæ Iuriſdictionis domini liberè ſinuntur, *περιστερῶνα ab ſolo ipſo ædificare: modò vectigali quodam cenſu fruantur, nullo licèt Agrario patrimonio. Art. 69. Pariſ. & 168. Aurelianæ Conſuet. Hoc amplius, S. Michaëlis Ritu, in finibus Ambarrorum, nulli ius competit erigendi Columbarij, præterquàm domino ſublimis Iuriſdictionis: niſi minor Iuridicus ſingulari priuilegio ſubnixus eſſet, aut longiſſima poſſeſſione. §. 21. Rubr. De Iudicib. & Iuriſdict. Sed ne Iuridici quidem domini rectè ſibi vindicant frumentariæ Molæ, vel Furni ius cæteris prohibitorium: niſi eo iure ſuffulti, antiquis Tabulis adprobentur. §. 71. 72. Pariſ. Leg. Queîs aptè concinit memorabile Placitum Curiæ in peruigiliis ſacræ Pentecoſtes An. 1561. pro beneficiario, Molam habente, aduerſus Iuridicum ſuperiorem: qui illius Molitores, Interdicto exquirendi vicatim frumenti, abſterrebat. Eundem in ſenſum promitur Franciſci Ripenſis Reſponſum. xi. contra Municipalem Conſtitutionem: qua, Oppidani frumentum in communi Mola terere cogebantur. Delphinatibus porrò ſuppetunt Dominicæ 43

minicæ Molæ complures, publicæ, proſcriptæque iam olim: ab ſingulari Principis venia ac gratia, cum lege ſolarij huic quotannis penſitandi. Scriptore Franciſ. Marco, apud Gratianopolim Delphinatium ſenatore. Deciſ. 106. Tomo. 2. Neuſtriæ autem, *bannarias* Molas antiquitùs inoleuiſſe, arguit Sententia vetus in maximo Conſeſſu Forenſi, apud Faleſiam, Normaniæ oppidum, An. 1215., hac verborum dialecto. IVDICATVM, QVÒD INFRA BANNVM MOLTÆ NVLLVS POTEST FACERE MOLENDINVM VENTI, VEL AQVÆ, NEC IN FEODO LORICÆ, NISI DE LICENTIA DOMINI. Item poſtero Anno, decretum, eo Iuridico in Conuentu, Die B. Michaëli feſto, *quòd nullus poteſt, nec debet facere Molendinum venti, vel aquæ, in banno moltæ. Et quòd nullus poteſt facere molendinum venti, vel aquæ, niſi qui moltam habeat, vel habere debeat. Et omnia Molendina ad ventum, poſtquàm Rex habuit terram Normaniæ, in terris illorum, qui non habent moltam, proſternantur: & molendina aquæ ſimiliter, ſi quis inde conqueſtus fuerit.* Vtvt ſit, frumentaria Mola, quæ dominici Prætorij ſeptis continetur, ab præcipuo hoc demitur primigeniorum Ædificio: ſiue mera molentium voluntate, communis fiat Mola, iuréque familiaritatis, ſeu ſeruitutis quondam impoſitæ. §. 14. Pariſien. Morum. Vtrumque tamen Molæ genus diſtinxerunt antea CONSCRIPTI CVRIÆ: ſic, vt maiori natu eam vni addicerent, quæ voluntariè publica foret ac quæſtuaria, inuoluntariè autem neceſſarióque proſcriptam, cohæredibus cunctis. Lutetiano Areſto Nonis Sextilibus An. 1550. quùm Deſſogeus Senator litem in tertia Claſſe Inquiſitionum Curiæ expoſuiſſet. Id Molineus Areſtum commemorat, in Notis Art, 14. Trecenſ. Conſuet.

Lib. Reſponſor. I. Francil. De Ripa.

De bãnalibus Molendinis, & Furnis, volue à nobis tradita Lib 1. Leg. Andeg. Cap. 14. & ſeq.

Molendina noua conſtruere nõ licet in præiudicium Bãnerectorum prioꝛũ, quæ habẽtur ab antiquo ex priuilegio Principis ſub annuo cenſu.

In Scacario S. Michaëlis, apud Faleſiam, An. 1215.

In Scacario D. Michaël. eadem in Vrbe, An. 1216.

Du Moulin eſtant dans les cloſtures & foſſez du Manoir ſeigneurial de l'aiſné, le droit de Bannalité ſe diuiſe, comme les arrierefiefs.

Pariſ. Curiæ Placitum, die. 5. Auguſti. 1550. *diſtinguant le Moulin public de volonté, d'auec le bannal de force & contrainƈte.*

44 SVPRADICTA obiter indicant, beneficiariam Iuriſdictionem, Beneficio nudo feudali vt nobiliorem, ita potiorem eſſe, ac efficaciorem. cita. §. 69. 70. &. 167. Pariſ. Conſuet. Eiuſmodi ſanè Iuriſdictionem, Dominicam vel beneficiariam appellamus, quæ Dominorum eſt, Cæſare, vel Rege inferiorum: Quæ, poſt mortem Iuſtiniani Mag., ſub ditione Romana Beneficio accedere cœpit, apud Longobardos clariùs frequentata. Tit. Apud quos. Tit. De prohib. feud. alienat. per Frider. Nec demirandum adeò, ſingula Dominicæ Iuriſdictionis genera parciùs, quàm Dominicorum feudorum, excuſſa fuiſſe, ſcripto Pariſien. Legis Volumine. Nam Regia in Vrbe, Solio domicilióque Principis, cultiùs politiúſque eſt iam olim diſtincta priuatorum Dynaſtarum poteſtas Iuridica, Pactis modò ſolennibus cum Rege ipſo initis, modò Curiæ Lutetianæ Conſultis prudentiſſimis: Quibus Rex, ciuis idem, aliquando præeſt,

Iuſtice ſubalterne des Seigneurs.

Vrbem principem incolit Princeps, ex qua, regimen in omnia. Tacit. Annal. 3.

medium nec deſerit vnquam
Cœli Phœbus iter, radiis tamen omnia luſtrat. Claudian.

Digitized by Google

Concordatum regium, cum Religioſis S. Germani, in ſuburbiis Pariſiorũ, de Iuſtitia eorũ ſeculari. Ex albo Codice paruo Caſtelleti.

Verbi gratia, extat pactitius Philippi. 3. Tractatus cum Cœnobio D. Germani, Pratenſis, de qualibet iuridici Imperij ſerie, Februar. Menſ. An. 1272., in hanc formulam. *Philippus*, &c. *In omnibus locis, plateis, maſuris, domibus, & vicis, qui continentur infra metas ſuperiùs nominatas, habebunt dicti Religioſi exnunc in perpetuum omnimodam Iuſtitiam altam & baſſam, nihil nobis, & ſucceſſoribus noſtris, iuris, Iuſtitiæ, dominij, proprietatis & poſſeſſionis retento. Exceptis gueto, taillia, exercitu, caualcata, & banno. Item taillia panis & vini, cæteriſque coſtumis, nobis ab antiquo debitis, & Reſſorto: quæ nobis retinemus, & ſucceſſoribus noſtris. Habebunt etiam dicti Religioſi in omnibus locis & Vicis ſitis infra metas prædictas Viariam, & Iuſtitiam Viariæ, & quicquid pertinet ad Viariam, & falſas Menſuras. &c. Nos inſuper, & ſucceſſores noſtri de cætero habebimus in perpetuum, abſque aliqua contradictione prædictorum Religioſorum, omnimodam Iuſtitiam altam & baſſam in omnibus Cenſiuis eorundem Religioſorum infra muros Pariſien. ſitis extra metas. ſ. nominatas. Salua tamen, & retenta inibi dictis Religioſis Iuſtitia fundi terræ. &c.* Subiicio & aliud * paradigma regiæ Tranſactionis de profana Iuriſdictione, cum Lutetianis cœnobitis Templi Hieroſolymitani. An. 1279. Auguſto Menſe, tali clauſula. *Habebunt etiam de cætero in Cenſiuis, & tota Terra eorum ſita infra muros Villæ Pariſienſis, Dominium & Iuſtitiam fundi terræ, & quæcunque poſſunt ad dominium & iuſtitiam fundi terræ pertinere. Nos verò, & ſucceſſores noſtri in eiſdem Cenſiuis & Terra omnimodam aliam tam altam quàm baſſam Iuſtitiam habebimus amodò. &c. Memorati fratres Domus Templi habebunt in perpetuum in Terra ſua extra muros Villæ Pariſ. infra metas prædictas Viariam: necnon habebunt vicos, vias, acceſſus, & exitus, foſſata quoque, poſſeſſiones, hoſpites, manſionarios quoſcunque, & in eis omnem altam & baſſam Iuſtitiam, omnéque dominium, & omnia ad eam pertinentia, atque bona vacantia, quocunque modo eſſent in Fiſcum noſtrum deferenda. In quibus, nobis & ſucceſſoribus noſtris nullum ius omnino, præterquàm reſſortum, retinemus. Et eſt actum expreſſè, quòd nos vel ſucceſſores noſtri non poterimus exigere vel habere à prædictis hoſpitibus ſeu manſionariis Templi, pro prædicta terra eorum extra muros, Tailliam aliquam, exercitum, caualcatam, guetum, theloneum ſeu coſtumam,* &c. Nota eſt inſuper eiuſdem Conuentio Principis, cum Præfecto Monaſticæ Ædis Mauri Foſſaten., & Primate monacho fani Eligij Pariſ. Sextili Menſ. An. 1280., hac ſcriptura. *Prædictus Prior, & ſucceſſores ſui, nomine Prioratus ſui prædicti, habebit in omnibus plateis, maſuris, domibus, & terris ad culturam aptis, contentis infra terminos. ſ. dictos, & in hoſpitibus morantibus ibidem & perpetuò moraturis, omnimodam Iuſtitiam altam & baſſam, videlicet ſanguinem, furtum, homicidium, raptum, murtrum, enciſum, eſpauam, hasbaneum, roagium, iuſtitiam ſuper falſis mercaturis, & omnimodam aliam Iuſtitiam altam & baſſam, &c. Item habebit Viariam, & Iuſtitiam eiuſdem Viariæ, & omnia pertinentia ad eandem, cum omnibus emolumentis, in locis prædictis, in quibus terra ſua extiterit vtrobique. Item habebit in dictis locis Menſuras vini, & ſignum earum,*

* exemplum.

Regia tranſactio, cum Religioſis Tẽplariis, apud Lutetiam.

Voluitur quoque eiuſdẽ Regis Charta memorabilis, de *la Terre, Iuſtice & Cenſiue de l'Egliſe de S. Mederic.* Ianuar. Menſ. An. 1273. quã præceſſit Philippi. 2. Charta Menſ. Decemb. An. 1193. qua, Rex pro reſtauratione duorum ſtallorum, quæ Canonici S. Mederici habebant in Capitulo Pariſ., vbi Hallæ regiæ factæ ſunt, conceſſit. 15. ſolidos annuos, d. d. Canonicis in Præpoſitura Pariſ., ſoluendos in feſto S. Remigij.

Accord auec les Relig. de S Maur des Foſſez, & le Prieur S. Eloy à Paris, dependant de lad. Abbaye de S. Maur. In rubro Codice Caſtelli Pariſ.

&

Digitized by Google

& adiuſtamentum dictarum Menſurarum, totam Iuſtitiam, & emolumentum, quæ ad Menſuras pertinent. ꝫ. dictas, &c. Verumtamen nobis & noſtris ſucceſſoribus retinemus in tota terra prædicta ipſius, contenta infra terminos prædictos, couſtumam piſcium, ſicut ipſam conſueuimus habere ibidem, & menſuras bladi, prout ibidem conſueuerunt portari. Item Tailliam, guetum, tailliam panis & vini, exercitum, caualcatam: Excepto circuitu S. Eligij ſuperiùs nominato, in quo dictus Prior habebit tailliam, & guetum, & tailliam panis & vini, & omnia alia. ꝫ. dicta. Retinemus etiam pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in Terra prædicta Iuſtitiam illorum, qui exceſſus aliquos ſeu iniurias inferent gentibus ſeu ſeruientibus noſtris, noſtrum ſeruitium faciendo. Retinemus inſuper nobis & ſucceſſoribus noſtris Reſſortum in tota Terra prædicta, nihil excipiendo, &c. De Territorio pariter, Iuríſque dictione Abbæ D. Maglorij, Pariſien., habetur Regium illuſtre Diploma Ludouici. 7. An. 1159. ex quo decerpſi ſequentem periodum. ITA, VT ABHINC NVLLVS IN IIS TERRIS VIARIAM, SANGVINEM, FVRTVM, BANNVM, IVSTITIAM ALIQVAM, CONSVETVDINEM, ET REDIBITIONEM HABEAT, VEL EXQVIRAT.

Literæ Ludouici Iunioris regis, *Pour la Terre & Iuſtice de S. Magloire à Paris:* Confirmatæ à Karolo. 5. rege, Menſ. Auguſto. An. 1364.

Abbaye de Thiron, au Perche, pour ſa Terre & Iuſtice ſiſe à Paris.

45 REGIIS de Iuriſdictione Dominica Pactis ſuccedunt Senatoria Pariſiorũ Cõſulta, queîs, ſua Domino cuilibet Gladij poteſtas, ſuíſq; Vicorum finibus ſepta, addicitur. Voluere eſt imprimis antiquum Curiæ *Parlamentaris* decretum, in rem Tyronenſis Vnellorum Monaſterij, apud Lutetiam, An. 1275. DE SAISINA ALTÆ IVSTITIÆ, AC IVSTITIÆ SANGVINIS, ET LATRONIS, IN TOTA TERRA, QVAM MONACHI HABENT PARISIIS. Cuius exemplum Decreti viſitur Libro albo minore Caſtelli Pariſienſis. Senatus item iudicio, obtinuerunt cucullati ſacerdotes Ædis Martini campeſtris, bonorum poſſeſſionem aduenæ, ſeu nothi cuiuſuis, quæ Territorio inhærerent B. Martini. *In Parlamento, Sabbato poſt Octauas Epiphaniæ Domini, An.* 1306. Nam, priſca illa tempeſtate, ſuccedebant Iuridici dynaſtæ in bona peregrinorum indiſcriminatim, quaſi vacantia: aliorum inſtar, nullo hærede, morientium. Sicuti & hodie moris eſt apud Flandros, Atrebates: variíſque Municipiorum Galliæ Inſtitutis cautum. De quo, Molineus, ad §. 20. Conſuetud. peculiaris, Baronatus D. Aniani, in Prouinciola Bleſenſi: tum in §. 41. Andeg. Legis, &. 188. Borboniæ. Poſt Boërium, in Deciſ. Burdigalen. 13. ac Benedictum, ad Cap. Raynutius, in ver. Et vxorem nomine Adelaſiam. (Num. 142.) De teſtam. Cum Scholiographo Pragmat. Sanctionis, in §. verùmtamen Rubr. De collat. Tricenum verò ante annum, P. C. adiudicarunt quidem Collegio canonicorum Fani Marcelli iuſtam dicundi iuris poteſtatem ſuo in Territorio, bonáque, inibi vacua poſſeſſore: Sed de exterorum fortunis, eo loci decedentium, pronuntiarunt ampliùs deliberandum. Areſto pridie Nonas Maias An. 1569. Haud pauci tamen alienigenæ populi, in Gallicorum iura ciuium adſciti ſunt Principali Indul-

Prior & Religioſi S. Martini de Cãpis, apud Lutetiam.

Alterum legi Areſtum Parlam. die penult. Ianuar. An. 1321. pro Iuriſdictione profana Abbæ S. Genoueſæ, Prioris S. Martini Campeſtris, Capituli S. Marcelli, & Hoſpitalariorum Templi. *Meſmes ſur le droict de viſitation & priſe és maiſons des Cordonnuniers, & Baſaniers.*

Doyen, Chanoin. & Chap. de S. Marcel lez Paris.

Die. 6. Maij. 1569.

Beſançon, ville Archiepiſcopale, & Imperiale.

Die. 12. April. 1481. verificatæ Regis Literæ in Camera computorum.

Bourguignõs Contois, & ceux du Duché.

Maſconnois, & ceux du Pays de Breſſe.

Leodienſes priuilegiati, Reſcripto Frãcico, Septemb. Mẽſ. An 1466. quod publicatum eſt in foro Caſtelli Pariſ. Die. 1. Decemb. ſeq. Ex Lib. nigro Caſtelleti.

Bourg en Breſſe, & le pays Breſſan.

Sabaudicum fœdus die. 17. Ianuar. An. 1601. inter Regem Gallum, & Sabaudiæ Ducem.

Tornacenſes. Die. 20. Decemb. 1521. &. 9. Iulij. 1536. Die. 19. Auguſti. 1537.

Burdigalæ incola, peregrinus ſoluitur iure peregrinitatis, & eius heredes, prouiſo, quòd iſti ſint incolæ Regni Francici. Ordinat. Cameræ Computorum, Regium Priuilegium verificantis. Die. 8. Iulij. An. 1475. Quod Priuilegium denuo confirmatũ eſt An. 1532. 1561. Menſ. Mart. 1590. Februar. Approbãte Senatu Burdigal. die. 31. Mart. 1590.

Metenſis vrbis Habitatores, qui in Regia Francorũ Protectione erant, Albinatus & extraneorum cõditione liberati.

gentia. Chryſopolitani nempe, ſeu Veſontionis Sequanorum Oppidani. Reſcripto Ludouici. xi. Mart. Menſ. An. 1480. cui, Pariſien. ratiociniorum Præfectura ſubſcripſit Pridie Idus Apriles conſequentes. Hedui item, & Sequani liberè potiuntur latifundiis ſuis, in vtrolibet Burgundiæ, Ducatu, aut Comitatu ſitis: eáque viciſſim hæreditaria adeunt ac retinent, nullo vtrinque Diplomatico ſuffragio priuatim exquiſito. Aſt recens inaugurati Reges, publicos Codicillos irrogare ſolent eiuſce ambobus Populis communis, ac promiſcui Iuris. Nec aliter, Matiſconenſes Franci, hactenus cum finitimis egêre Seguſianis, Allobrogici Imperij, ad ciuilem inter eos tuendam ſocietatem ac conſeruandam. Vti ab Rimone, fiſcali apud Matiſconẽ patrono, accepimus. Verùm hodie limitaneis hiſce Prouinciolis non eſt tali opus cautione, gratioſoue Ciuitatis mutuæ conſortio: Quùm Forum Seguſianorum, & contributa ei Regio teneatur Gallico ſummo dominatu. Allobrogica Pace icta decimo ſexto Kalend. Februar. An. 1601. Eburones omitto, quos Ludouicus. xi. Gallicam in ciuitatem allegit, diplomate An. 1466. ad ſexagenum inde annum. Iampridem enim id priuilegij obſoleuit. Neruios pariter Belgas Franciſcus. 1. donauit Gallorum iure indigenarum. Binis Literis, 13. Kal. Ianuar. An. 1521. & ſeptimo Idus Quintiles An. 1536. Quarum poſteriores lectæ ac recitatæ ſunt in Auditorio Præturæ Vrbis Regiæ, 14. Calẽd. Septemb. An. 1537. Sed de aduenis, iſthîc plus ſatis: quos abundè exagitauimus, Lib. 1. Fiſcalis Gallorum Patrimonij, Rubr. xi. Mediomatricum vtique ciues, qui tutelari Francorum præſidio tegebantur, exemit Franciſcus. 2. rex incommodo peregrinorum, ac ciuilibus Gallici Pop. priuilegijs frui voluit, iuſſit: publica ad Munera, ſeu gẽtilitias Hæreditates capeſſendas. Epiſtola aperta, Septemb. Menſ. An. ſeſquimilleſ. 59., quam Lutetiani Ratiociniorum Præfecti regij promulgarunt. Septimo Idus Iunias Anno vertente.

Patentes regiæ, apud Rhemos, vbi Rex nouus ſacrabatur. An. 1559., publicatæ in Camerà cõputorum die. 7. Iun. An. 1560.

Areſta Pariſien. die. 16. Februa. 1414. *ſur la police, & reception d'vn Maiſtre barbier aux fauxbours.* Et die. 27 Iulij, An. 1581. *touchant la Voyrie & Iuſtice d'icelle eſd. fauxbours S. Marcel & S. Victor.*

Placitum Curiæ *De la haute Iuſtice de S. Magloire, & ſucceſſiõ des baſtards és terres de lad. Iuſtice.* Die. 7. Septemb. An. 1527.

QVARE, vt ad rem redeam, Eccleſiaſticæ complures Vrbis Familiæ profanam habent Iuriſdictionem, ſublimem, mediam, & infimam: Vtpotè Templi Genouefes cœnobitæ, & Sodales Ædis Marcello ſacræ. Ex Senatorio Decreto. 14. Cal. Martias An. 1414. de plebeio Artifice, in collegium Artis cooptando: Tum ex Placito Curiæ. 6. Kalend. Sextiles. An. 1581. de Viæ publicæ curatoria Iuriſdictione. His ſubnecto, quæ Lutetiani PATRES de iuridica Magloriani cœnobij poteſtate cenſuerunt Septimo Idus Septemb. An. 1527. Cui addicta Cœnobio eſt bonorum poſſeſſio Mareſcheri, illegitimi & vulgò concepti, ab ſuo meri Imperij iure: victo Fiſcali cognitore. Haud diſſimiliter Ordo Clariſs. æquum ſe diſceptatorem præbuit controuerſæ iuriſdictionis Principis, & priuatorum Magnatum huius Municipij. Quamuis enim procurator Fiſci contenderet, generoſorum præſertim hominum lites, Regiæ notioni purè deberi: Diſcuſſo tamen maturè negotio, ter pronuntiatum fuit 46

ſeriatim

ſeriatim pro iuriſdictione Montmorencij Baronis, hoc ſermone. IN PARLAMENTO ASSVMPTIONIS B. MARIÆ AN. 1262. IVSTITIA IVSTITIANDI DE FACTO CORPORVM, MOBILIBVS ET CATELLIS FRANCOS HOMINES COMMORANTES IN CASTELLANIA MONTIS-MORENCIACI, REMANSIT MATTHÆO MONTMORENCIO. Secunda vice, IN PARLAMENTO PENTECOSTES AN. 1288. AVDITO PRÆPOSITO PARISIEN., REDDITA ET DELIBERATA FVIT DOMINO MONTIS-MORENCIACI IVSTITIA NOBILIVM VILLÆ DE BOCONVAL: QVÆ VILLA, EST DE CASTELLANIA MONTIS-MORENCIACI: SICVT IDEM PRÆPOSITVS INVENISSE SE DICIT. Poſtremò, in Nobilium reorum Accuſationibus, oppoſita Fori præſcriptione, cecidit cauſa Regius Actor, & Montmorencij proceres hoc genus quæſtionum Senatorio iudicio euicère. Septimo Idus Majas An. 1320. Vtì puſillo Codici albo ſingula hæc intexuntur, ſupracitato. Quòd ſi munifica Principis largitione in quenquam conferatur Iuriſdictio, haud propterea collatum cenſetur ius Gladij: niſi nominatim Regiæ liberalitatis verbis expromatur. Quemadmodùm veteri Curiæ Areſto deciſum comperimus, ita prolato, An. 1272. DICTVM FVIT, QVÒD SECVNDVM VSVM CVRIÆ PARLAMENTI, PER TALIA GENERALIA VERBA EXPRESSA IN DONATIONE FACTA A REGE, DEDIMVS QVICQVID HABEMVS, ET HABERE POSSVMVS IN TALI LOCO, NON DATVR ALTA IVSTITIA, PROVT HÌC ACCIPITVR ALTA IVSTITIA, SCILICET RAPTVS, MVRTRVM, INCENDIVM, ET SIMILIA. SED EO MODO, QVO IN QVIBVSDAM ALIIS PARTIBVS ACCIPITVR, IN QVIBVS MVLTÒ MINORES IVSTITIÆ PRO ALTA IVSTITIA CENSENTVR, ET ILLÆ IVSTITIÆ (LICET ALTA VOCETVR IVSTITIA) POSSENT PER HÆC VERBA CONFERRI. DATVM IN PARLAMENTO OMNIVM SANCTORVM. Quinetiam Sicilia tota, Regale eſt omnimodò Ius meri mixtíque imperij, & Regalium more, priuato non tranſcribitur generalibus conceſſionis Regiæ verbis. Matthæi Deciſ. Neapolit. 122. ex ſententia Alexand. Imolenſ. in l. 1. ff. de Iuriſd. omn. iudic.

Parlamentare Decretum *de la Iuſtice de Montmorēcy ſur les Nobles, en criminel,* die. 9. Maij. An. 1320. *Du Liure blāc petit du Chaſtelet de Paris.*

Principali donatione Iuſtitiæ, alta non comprehenditur.

Nuper etiam Rex, Pariſienſi Senatui attribuit Caſtellaniarum *de Betac, Rancon, & Champagnac,* inferioris Pictonum Marchiæ, reſſortum appellationum, quæ antea Lemouices, dein Burdigalenſem in Curiam deuoluebantur. Edicto, die. 25. Ianuar. An. 1595. verificato in Curia Pariſ. die. 23. Febru. ſeq.

47 MVLTO minùs, data Iuriſdictione, transfertur ſuperior cognitio, iúſque appellationum: Quem *Reſſortum*, ſecundúmve Iuriſdictionis gradum nuncupamus. Vtì ſenſit Angelus in l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius, cui mand. Iacob. de S. Georgio. In inueſtit. feud. Verſ. cum mero & mixto imperio. Et Oldradus, in Reſpon. 161. Curtius in tract. feud. Part. 7. Dignitatum tamen Beneficiis illuſtriorum ab Rege conceſſis ineſt tacitè geminus Iuriſdictionis gra-

Reſſort par appel.

Vaſallus inueſtitus de mero imperio & omnimoda Iuriſdictione, nō propterea habet reſſortum & Iudices appellationum.

Cap. 23. Styli Parlam. De Magnis diebus Parium Frãciæ: in quibus inferiorum ſuorum Iudicum appellationes definiuntur.

La Cour des Pers de France, ou garnie des Pers, Lutetianum Parlamentum.

Plin. in Panegyr. Traiani.

Per me Principes imperant, & Potentes decernunt Iuſtitiam. Prouerb. 8.

Leg. Franc. lib. 4. In Capitul. conditis. An. 16. Francici Regni Imperiiſque Germanici.

Treuirenſis Chorepiſcopus.

S. Ludouicus Franciæ Rex, ius dicens in nemore Vincenarum, ad Lutetiã.

Petr. *de Fontaines*, Magiſter Requeſtarum Hoſpitij regis, & Gaufredus *de Vilette*, ad quos B. Ludouicus interdũ cauſarũ cognitionẽ remittebat. Auctore Ioynuilla.

dus. Cuiuſmodi exiſtunt Ducatus, Marchiæ, Comitatus, hi potiſſimùm qui Patritiali Curiæ Francicæ titulo decorantur. Cap. 23. Styli *Parlamentaris*. Vidus Papa, Delphinali Deciſ. 551. Vt enim Pares Curiæ, ſeu Curtis Dominicæ, Dominis præſto adſunt, de recli entelæ iudicantibus inter ſuos, ab Longobardico vetere Vſu. Ita inſigniores Franciæ Pares ſeu patritij, in ſuprema Parium Curia aſſident Principi: eóque præſide, in Francico Senatu Pariſiorum, aſſeſſuræ munere perfunguntur. Nam Regnum quidem, duntaxat Dominicum eſt Regis, non Beneficium aliquod terreſtre: ſed cœleſtis tamen Iouis, Diuæq; Aſtrææ, quæ eius Solio aſſidet, beneficiarium. Vnde vel ethnicus Plinius Traiano. Vis, inquit, auguſtiſſimum, Cæſar, tribunal Majeſtati ſuæ reddere? Aſcende. Vis, conſtare reuerentiam Magiſtratibus, Legibus auctoritatem, modeſtiam poſtulantibus? Adi. Quò religioſiùs Chriſtianiſſimi Reges adhæreant Diuino præcepto, ſacris Adagiis conſignato. REX, QVI IVDICAT IN VERITATE, THRONVS EIVS IN ÆTERNVM FIRMABITVR. Hanc planè Legem ſibi indixit Hludovuicus Pius, Imp. Gallus. MISSI NOSTRI NOTVM FACIANT COMITIBVS, ET POPVLO, QVÒD NOS IN OMNI HEBDOMADA VNVM DIEM AD CAVSAS AVDIENDAS SEDERE VOLVMVS. &c. Imprimis ædepol Aquitanæ Reipub. præfuit oculus Principis eiuſce Pij, qui huic Prouinciæ frequentiùs incumbebat: Adeò, ut in ſummam fœlicitatem ea proueheretur, ſuo cuique iure tribuendo, Iuſtitiáque adminiſtranda. Siue enim Princeps ipſe aliquò proficiſceretur, ſiue in Palatio reſideret, omnes pacatè quietéque Pop. Ordines continebat publica Legum tutela, & æquabili cunctis Iure ſeruato. Sicuti in eius vita perhibetur à Thegano Chorepiſcopo Auguſtæ Treuirorum: qui eundem trino die per ſingulas Hebdomadas Iudiciis præeſſe ſolitum narrat. Heroicæ tamen huius virtutis admirationem minuit recordatio ſummæ B. Ludouici, in Iudiciis exercendis, curæ, aſſiduæq; diligentiæ. Nam hic Diuæ memoriæ Rex cauſas cognouit identidem, æquiſſimáſque de iis Sententias tulit, nec in Vrbe ſolùm, at penitioribus quoque Nemorum in ſeceſſibus, ac Vicenarum ſeptis. Ad eum idcirco liber patebat acceſſus litigatoribus, citra admiſſionalem. Qualiter antea pridem Alexander Seuerus ſalutabatur, ceu vnus ex Senatoribus patente velo, admiſſionalibus remotis. Vt eſt apud Lampridium. Noſter porrò Ludouicus, cùm occurſantium lites iudicio decidiſſet multoties, clara denuò voce ſciſcitabatur, quiſquam nè ſuperforet alius, qui ius ſibi reddi, vnà cùm aduerſario, deſideraret. Teſte illius coætaneo Hiſtorico, Ioynuilla, cap. 94. Nonnunquam & Diuus Rex cauſarum diſceptationem Petro Fonteneo mandabat, libellis in Aula præpoſito: ad quem litigatores, etſi raro, reiiciebat. Exin talium Magiſtratuum munus, publicè inſtitutum apud Gallos, An. 1285. Ita, vt duo literati viri Cancellario aſſiſterent: tres autem iura redderent

ad

Digitized by Google

ad veſtibulum Regiæ. Quos ideo libellorum, poſtulationúmve fuiſſe Magiſtros cenſuit Budæus, quòd in Antiquitatum Commentario, inter viros *Requeſtarum* ipſi memorentur. Bud. In Annotat. ad leg. Nec quicquam eſt. π. de offic. Proconſ. & leg. Deinceps verò ſtatutum fuit, vt eorum Magiſtratuum duo omninò à comitatu regio non abnoctarent, quorum alter ſacerdos, alter profanus eſſet. Quibus id operæ iniunctum erat, vt quotidie ſtatis horis in conſpicuo eminentíque loco ſederent, audituri, ac lecturi, quod quiſque poſtulaſſet. Philippino Edicto, An. 1307. Proin ea in re vicarij Principis dubio procul ipſi fuerunt. Iis enim licebat, poſtulationes admittere, libellis ſubſcribere, ſi Iuri aut æquitati conſentanea illa viderentur, atque etiam intercedere, moráſque eis innectere, qui contra ſacras Conſtitutiones quicquam impetraſſent. Verùm, extra Principis comitatum, hanc eorum conditionem Magiſtratuum fuiſſe liquet Philippina Sanctione, vt quini ſemper in loco eſſent, apud quem Senatus haberetur: quorum duo profani, tres ſacerdotes forent: iíque omnes vt matutinò ad condictum locum ventitarent, atque eadem hora, qua Senatus cogeretur, ibi iugi animaduerſione poſtulationibus vacarent, vel ad meridiem vſque, ſi quando aut per frequentiam poſtulantium, aut alio quouis modo citiùs defungi non poſſent. De quibus, plura Budæus, vbi ſuprà.

Guliel. Budæus, regius primùm Secretarius, dein libellis Præfectus in Prætorio.

Phil. Pulchri Ordinatio.

48 Enimverò, vt Iuridicum ipſiuſmet Principis officium, vnde digreſſi, refricemus iſtic pauliſper, Regium eſt, Cæſareúmque adeò, non ſolùm populis Iudices dare, ſed eorum quoque Forenſibus negotiis præſentaneum iudicandi officium impertiri, pacata bellis Republica. Sic Iulius Cæſar laborioſiſſimè ac ſeueriſſimè ius dixit. Apud Tranquillum. Tiberius autem Imp. Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus crebrò ſe offerebat conſiliarium, aſſidebátque mixtim, uel ex aduerſo in parte primori. Et, ſi quem reorum elabi, gratia, timor eſſet: ſubitus præſto erat, Iudicéſque aut è plano, aut è Quæſtoris tribunali, legum, & religionis, & noxæ, de qua notio ſumeretur, admonebat. Atque etiam, ſi qua, in publicis moribus, deſidia aut prauo vſu labarent, corrigenda ſuſcipiebat. Vt Suetonius in Tiberio memorat. Rurſum Claudius Cæſ. cognitionibus Magiſtratuum, vt vnus è Conſularibus, perſæpe interfuit. Eiuſdem patientia abutebantur cauſidici, ita, vt deſcendentem è Tribunali non modò voce reuocarent, ſed &, lacinia Togæ retenta, interdum pede apprehenſo, retinerent. Quorum fidem ex Tranquillo petimus, qui Domitianum pariter Auguſtum tradit, ius diligenter induſtriéque ciuibus adminiſtraſſe. Hic & in foro plerunque pro Tribunali extra ordinem ambitioſas reſcidit Centumuirûm ſententias. Trajanus, ad hæc, ſtudio pugnæ nunquam auocatus fuit ab iure dicundo, nunc in Auguſti foro, nunc in porticu Liuiæ, & alibi ſæpiuſculè pro tribunali audiit litigatores, iudiciaque reddidit. Scriptore

Rex, qui ſedet in ſolio Iudicij, intuitu ſuo diſſipat omne malum. Prouerb. 2.

Roman. Impp. perſonale exercitium Iuridicum.

Dione Caſſio. Inſuper Hadrianus Imp. iuridico munere fungebatur indies, cum primoribus ciuium, quandoque in Palatio, nonnunquam in prandio: interdum, & quidem crebriùs, ex Tribunali, vt quæ fierent, publicarentur. Aſſiſtebat & Conſulibus aliquando, quoties hi iudicarent. In Prouinciis necnon cauſas audiebat identidem, adhibitis conſilio ſuo tum Conſulibus, tum Prætoribus, tum optimis Senatoribus. Id quod Dio ille Caſſius, & Spartianus in Adriano ſcriptum reliquerunt. Pari religione Iuſtitiam excoluit Seuerus Auguſtus, Romæque haud paucos moratus annos, præter ciuilia, quibus intentus fuit, negotia, forenſibus nauauit operam maximam, variáque Decreta protulit in cognitione ac diſceptatione cauſarum. Herodiani lib. 3. Quòd ſi ad vetuſtioris ſeculi Monarchias reſpiciamus, nobis ilico Aſſyrium ſuccurret, ac Perſicum Imperium: quibus iidem qui præfuêre, Tribunalibus ſimul præſidere conſueuerunt. Nam & Semiramidem, cum regio capitis Inſigni, è Solio iura reddidiſſe, affirmat Plutarchus ἐν Ἐρωτικῷ. Perſarum vtique Reges dietim vacarunt definiendis Fori controuerſiis. Ioſephi teſtimonio, (Iudaïc. Antiq. Lib. 11.) qui nec ſuorum Iudææ Regum iuridicam functionem ſuppreſſit, Solomonis pręſertim, forenſi Togæ vſu conſpicui, potiùs quàm Sagi militaris. Lib. 8. Cap. 2. Apud eundem Hebrææ memoriæ magiſtrum comperimus, Philippum Herodis fratrem, qui Trachonitidi, Gaulanitidi, ac Bataneæ imperauit, iter agere ſolitum cum paucis ſelectis comitibus, ſubſequente Sella, in qua ſedens ius reddere aſſueuerat. Et ſi quis ex occurſu opem eius inuocaret, extemplò Tetrarcha ille, ſella poſita, reſidens ſuam liti notionem accommodabat, vel ſontem damnaturus, vel abſoluturus innoxium. Iudaïcæ Vetuſtatis Lib. 18. Cap. 6. Porrò Athenienſium Reges in porticu Regia ius dicebant, & apud eos lites intendebantur impietatis, ſacerdotiique controuerſi. Cauſas autem de cæde in Areopagum introducebant, depoſitáque Corona, iudicabant cum Attico Senatu. Vt à Iulio Polluce relatum fuit: quod & prodit Arpocratio, dùm, quid ſit * ἡγεμονία δικαστηρίων, exponit. Macedonum item Reges eximiam ſibi ſumpſerunt capitalium rerum quæſtionem ac diiudicationem, ab longæua Gentis conſuetudine & obſeruatione, cuius meminit Curtius, Lib. 6. Imo nec Philippus Macedo ægrè tulit cuiuſdam monita aniculæ, ne Rex eſſet, ſi minùs ei vacaret, ſuorum cauſas audire. Imitatus eſt patrem Alexander, cui moris fuiſſe dicitur, actionibus forenſibus aurem præbere, altera aure identidem manu obturata, quam aiebat ſe integram aduerſæ parti ſeruare. Ad extremum, Ponti rex Mithridates perdidicit linguas viginti duas: vt ſuo ore, nullóque Interprete, ſuis populis ius adminiſtraret.

Semiramis Aſſyriorum regina.

Cap. 111.

* Imperium iudiciale, poteſtáſque Iudicum.

Les Maiſtres des Requeſtes ordinaires de l'hoſtel du Roy, tenuz faire leurs cheuauchées par les Prouinces du Royaume, & rapporter à Monſ. le Chancelier leurs procez verbaux de tous cas meritans correction.

Gallicis, fateor, Municipiis quibuſque præficiuntur Regij 49
Magiſtratus Iuridica poteſtate: qui Municipum lites ſacra Vice definiant. Præter hos quoque, creati ab Regibus libellorum ſupplicum Magiſtri

Digitized by Google

Magiſtri in Prætorio: qui mandatas ſibi viciſſim Prouincias obequitare teneantur,& in iis corrupta deprauatáque vel emendare, vel emendanda, Iuriſpræfecto Galliæ conſignatis ſcriptis renunciare. Vti, ab inueterato Vſu patrio, cautum fuit Principali Molinorum ſanctione, Februar. Menſe An. 1566. Art. 7. Qua etiam ratione, primitùs inſtituti leguntur MISSI DOMINICI: quos Reges antiquiſſimi in Prouincias ablegabant, velut obſeruatores actuum Municipalis cuiuſque Iuridici, ciuiliſque diſciplinæ exactores, aut reſtitutores. Legis Francicæ Lib. 4. Cap. 64. & ſequen. Talium Miſſorum facta à me commemoratio eſt, Lib. 2. FISCALIVM RER. GALLIC.

De Miſſis Dominicis, & Comite in aliquod Miſſaticum directo. Cap. 64. 65. 66. 67. 69. Lib. 4. Leg. Franc.

Tit. vlt. Art. 2.

Nec inficior pariter, Alexandrum Mag. per Legatos & Procuratores cenſuram egiſſe in Prouinciarum ſuarum Prætores, dicam, an prædones. Ille enim militaribus curis ſolutus aliquantiſper, conuertit animum ad querulas popularium preces ſeriò exaudiendas, in Rectores, ceu raptores Prouinciarum eiuſmodi. Haud ideo tamen ſingulas præſens Regiones luſtrauit, ſed Pharaphernj Hircaniam, Cardos, cum Tapyris, decreuit, Præfecturæ titulo: iuſſitque, vt Phradatem, cui ſuccedebat, ad ſe in cuſtodiam mitteret. Arſami Cariæ præfecto ſubſtitutus fuit Tanſonor. Arſaces in Mediam emiſſus, vt Occidates inde diſcederet. Quemadmodùm Alexandri hiſtoriographus Curtius memoriæ prodidit, Lib. 8. Verùm enimverò publicè vtilius eſt, auguſtum Principis vultum à Prouincialibus ſpectari, hóſque propterea ab illo regionatim adiri, conſpici, appellari, moneri, vrgente Regia ſpecie Majeſtatéque præſentiſſima. Verbi gratia, Karolus. 6. Rex noſter, cum Purpuratis ſuis inuiſit Narbonenſem Galliæ oram, An. 1389. Vbi Municipum expoſtulationem accepit in Ludouicum, Andium, & Iohannem, Biturigum, Duces: qui Occitana Municipia parùm integrè ſynceréque Præſides gubernarant. Vnde Biturigis Quæſtor Betyſachus, qui re nummaria Plebem exhauſerat, accuſante ea, peculatus reus agitur, damnatúſque, laqueo vitá finiit apud Biterras, in oculis totius Aulæ.

Betyſach, Theſaurarius Ducis Bituricenſis, ſuſpenſus, ac exuſtus in Vrbe natali *De Beſiers*, en *Languedoc*.

Princeps, ad hæc, varios inibi Magiſtratus mouit ordine, ac publicam vbiq; diſciplinam feſto bonorũ omnium plauſu & acclamatione inſtaurauit. Sicuti temporum illorum æqualis Froſſartes ait, Hiſtor. lib. 4.

Cap. 5. 7. 9.

Haud ſecus Adrianum Cæſarem Spartianus narrat, dum Prouincias circumiret, Procuratores, ac Præſides flagitioſos ſupplicio affeciſſe ita ſeuerè, vt accuſatores per ſe immittere crederetur. Nec ſegniùs animaduertit Seuerus Imp. in ſontes Iudices, & à Prouincialibus reos delatos, probatis rebus, grauiter puniuit. Eodem auctore Spartiano. Atque, vt Gallici illius Scriptoris teſtimonium repetam noſtro inſtituto aptius, eiúſce vernaculo idiomate, *Vn Roy en ſa ieuneſſe doit viſiter ſes Terres, & cognoiſtre ſes Gens, & ſçauoir & apprendre, comme ils eſtoient gouuernez: Et ce luy ſeroit grandement honneur & proffit: & l'aymeroient trop mieux ſes ſubiects.* Froſſart. Volum. 4. Quin & votorum primum hoc fermè fuit Iberici Pop. in

Cap. 3.

Hiſpanici Status apud Toletum, Archiepiſcopalem ciuitatem.

Toletano Ordinum congreſſu apud Philippum. 2. Regem, An. 1560. Vt is ſingula Heſperiæ ſuæ vltimæ Oppida prouinciatim inuiſeret: In quibus nempe, ſupplicum inaudiret voces, variáque ſuorum ingenia certiùs exploraret, publicis idonea functionibus, ac Præfecturis. Cap. 2. Popularium libellorum, & poſtulationum in maioribus illis Hiſpaniæ Comitiis. Ac ne Scotos, extremi Borealis Oceani accolas, ſubticeam, Alexander. 3. Rex, diuiſa regionibus quatuor Ditione Scotica, totam propemodùm obibat quotannis, ac ternos penè Menſes in ſingulis partibus morabatur ad ius dicendum, & audiendas pauperum querimonias. Hoc toto ſpatio, tenuiſſimis etiam ad eum aditus erat. Quoties Iuridicos conuentus adiret, Præfectus eorum, cum lecta manu, præſtò aduenientem excipere iubebat, abeuntémque ad Iuriſdictionis ſuæ limitem deducere. Ibi à proximo Præfecto honorificè excipiebatur. Id propterea aſſequebatur viator Princeps, vt Nobilitatem patriam noſſet, ab eáque noſcitaretur: nec populum, quà ibat, turba Aulicorum, rapaci alioquin & imperioſa, grauaretur. Inquit Buccananus, Scotic. Annal. Lib. 7. Vtvt ſit, Erricus. 3. Galliæ Rex, domeſtico potiùs Maiorum ſuorum, quàm externo iſtorum exemplo, adſtrinxit ſe vltrò audiendis ſubditorum querelis, litibúſque propalam dirimendis. §. 89. Bleſenſium Legum Galliæ comitialium An. 1579. Atque vtinam pia hæc in ſtudia, vt Sceptra, ſucceſſori inclyto liceret HENRICO. 4. per Bellicas occupationes in Iberos, Senatorium conſcendere Tribunal aliquando: vt Iuſti rectíque cultum, quod feruidè ſemper complexus eſt, Populis coràm oſtenderet. Haud dubiè, cordatus impigérque Heros, reapſe probaret Appij Claudij elogium iſtud, *Præpotentia Imperia, agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolui.* Apud Valerium Max. Lib. 7. Cap. 2.

Bleſenſis Edicti, ad preces Ordinum Gallic. clauſula. Declarons, noſtre vouloir & intention eſtre, és iours, ou noz affaires le pourront permetre, donner audience ouuerte & publique à ceux de noz ſubiects, qui ſe voudront preſenter, pour nous faire leurs plainctes, à fin de leur faire adminiſtrer Iuſtice.

Gouuerneurs de Daulphiné.

DELPHINATIVM, inde, Prætores, Regiis auſpiciis, præfuêre iuriſdictioni: publicâq; eius, tum munia, tum mandata contulerunt. Vidi Papij Deciſ. Delphinali. 233. & 234. Capitalium item noxarum veniá gratiámq; reis fecêre, dempto crimine perduellionis. Ab iiſdem irrogari ſolitũ ius emporij publici, noménq; ipſorum, patrij Senatus Decretis præſcribi. Teſtante illa Fráciſco Marco, Gratianopolitanæ Curiæ cõſiliario. Deciſ. 513. & 668. Tomo. 2. Queîs ritè ſubiungas regios Codicillos. 14. Kal. Maias An. 1576. Quibus Codicillis obtinuit Dux Mõpẽſerius, Rector prouinciæ, vtì cũcta Iuridicæ functionis munia ſolus idoneis demandaret. Aſt in comprobando Principis Diplomate, cauerunt Gratianopolitani PATRES, ſupremarum Curiarum munera, nutu arbitrióque Rectoris minimè diſpenſari, ſed Regis. Poſtridie Idus Decemb. eod. An. Exin, lapſo quadriennio, Princeps vetuit, alios, à Monpenſerio, Delphinatium Legatos Regia prærogatiua vti largiendorum Munerum publicorum, remittendorúmve ſcelerum, aut ſuis titulis inſigniendi Areſti cuiuſuis. Reſcripto. 4. Nonas Iulias An. 1580. quod Prouincialis 50

Patentes Literæ, die. 18. April. 1576. Modificatę in Parlamento de Grenoble, die. 14. Decẽb. Touchant les Eſtatz dud. Parlement, & des Comptes, & ceux de nouuelle creation pro prima vice.

Regiæ Literæ, die. 4 Iulij An. 1580. verificatæ aud. Grenoble, die. 7. Decẽb. eod. An.

Ordo

Digitized by Google

Ordo Clariſſ. promulgauit. 7. Idus Decemb. ſeq. Sed multò quoque antea, Præfecto eius Prouinciæ inſignia quædam abnegabantur maioris Imperij iura Delphini Viennenſis: Vtputà alienandi Fiſcalis patrimonij auctoritas, nouandæq; ac mutandæ Delphinalis pecuniæ: tum Iudicialis mulctæ pœnæuè remiſſio, Senatu inconſulto, qui eam reis irrogaſſet, Rationaliumuè decuria Gratianopolitana. Vt Marcus ille ſenator ſcripſit, Deciſ. 10. 206. &. 618. Part. 1. Cum præd. Deciſ. 668. Romani quidem Præſides, ac Proconſules, ſeu qui alij regendas ſumpſiſſent Prouincias, ius populo adminiſtrabant, omniúmque Magiſtratuum vicem implebant. Tit. De offic. Præſid. Et Tit. de offic. Proconſ. In Pandectis Legum Romanar. Quo modo etiam Hadrianus Imp. quatuor Conſulares Iudices Italiæ regendæ conſtituit, quorum vnus extitit Antoninus Pius. Spartiano auctore, in Hadriano: Et Capitolino, in vita Antonini Cæſ. Hic itaque de Marco Philoſopho loquens, Datis, inquit, Iuridicis Italiæ cōſuluit, ad id exemplum, quo Adrianus Conſulares viros reddere iura præceperat. Verùm noſtrates Prouinciarū moderatores Iuridica munia obire prohibentur, Iudiciiſque controuerſias Fori dirimere, nedùm Regia ſibi Inſignia vſurpare. Cui rei documento eſt, quòd Aureliorum Dux Ludouicus, qui Vrbi, Inſulæq; Franciciæ præſedit conſpicuo Rectoris nomine & titulis, agnouit in Senatu, recepítque perſanctè, eius adminiſtrationem Prouinciæ neutiquam fraudi fore iuridico Magiſtratuum imperio, Curiæq; ſummæ auctoritati. Solennibus tabulis. 17. Kalend. Octobres An. 1494. Comparem dehinc officij ſui profeſſionem teſtificationémque edidit apud PATRES CONSCRIPTOS Regulus Vindocinenſis, quùm Codicillare Territorij illius Regimen, Valeſiíque, ac Veromandui, quod Rex ſibi decreuerat, poſtularet in Curia legi, publicari. Pridie Nonas Martias, An. 1504. His adſtipulatur, quòd Vindocinenſis eiuſce Ducis frater Comes Fani Paulini, in medio Senatu religioſè aſſeruit, ſpopondítque, nil ſe moliturum in perniciem vel Senatoriæ, vel inferioris quidem aliorum Poteſtatis iuridicæ, Pridie Nonas Apriles, An. 1519. Id quod ex monumentis Curiæ depromptum Ioh. Tilius traduxit in ſuos rerum Francicarum Commentarios. Quùm verò degeneres poſteri Rectores, alieni iuris functiones arriperent, iudicandíque partes ſibi arrogarent inſolenter, Karolus. 9. & Henricus. 3. fratres Reges ſeriatim coëgerunt in ordinem Præſides prouinciarum, & antiqua finium regundorum lege coarctarunt, omni adempto Iuris dicundi vſu, & exercitio. Molinenſi Edicto Caroli, (Art. 22.) Erricíque, Bleſenſi, Art. 274. Secundùm ea, quæ Ludouicus. 12. illorum proauus An. 1498. præcauerat, ne iſtiuſmodi Præſides venialia criminum Reſcripta Prouincialibus darent, nothóſve reſtituerent natalibus, aut Nundinas inſtituerent Emporiáque, vel cauſarum cognitiones ad ſe transferrent. §. 70. regiæ Conſtitut. temporum illorum.

Suprema, velutíque Regalia Delphinatus iura, ipſius Gubernatori non vſurpanda.

Declaratio in Senatu facta ab Aurelianen. Duce. (poſtea rege Ludouico. 12) vel eius Procuratore ſpeciali, die. 15. Septemb. An. 1494.

Similis declaratio Comitis *de Vendoſme*, in Curia. die. 6. Martt. An 1504. & Comitis S. Pauli, die 4. April. 1519.

Memoires de M. I. du Tillet. Tit. De regiis Prouinciarum Moderatoribus, eorúmque Vicariis, & Legatis.

Remiſſionis, & Indulgentiæ ſcelerum Literas concedere nequeūt Gubernatores Prouinciarū, nec legitimare baſtardos. &c.

HVCVSQVE tamen in limitaneis Pictonum, & Britonum oris 51
inoleuit conſuetudo, dicam, an corruptela, Feudi Iuriſque dictionis inuicem præoccupandæ. Quùm enim Armoricis Duces imperarent hæreditarij, bella gerebant ipſi, cum Pictonibus viciſſim: Et quantulùm armatus cunque Brito, Pictauúſve agri occupare poſſet in alterius finibus, id ſuum faciebat, Recto ſimul, ac Iuridico fundorum dominio: victricibus eò vſque ſignis illatis. Aſt ſucceſſu ætatum, poſitis armis, ſumpti finium Arbitri, An. 1406. inter Ianum Biturigum Ducem, Pictonúmque Comitem, & Regulum Armoricæ Britanniæ, qui illius ex fratre Rege neptem, coniugem acceperat. Extant quippe in Nannetenſium Scrinijs Rationalium, authenticæ Tabulæ ſelectorum quorumdam, Pridie Idus Mart. An. 1406. renunciantium Morem illùm, iúſque priſcum *de Mée, & d'Aduantagement*. Vt quovſque ditionem armis proferre Brito aliquis potuiſſet, aut Pictauenſis, in limitanea ambarum Gentium regione, is patronali, ac Iuridico imperio, ſuperior in poſterum haberetur. Id quod non obſcurè probauit Ludouicus. XI., Britonicis Regulis conceſſo finitimi eius Territorij dominatu, quod Armorico Ducatui ſiuit adunari. Regio diplomate. 9. Kalend. Decemb. An. 1465. Cui Senatus Pariſiorum calculos admouit. 7. Idus Decemb. ſubſequentes. Inde & noſtro æuo ſuborta Feudi, ac Iuriſdictionis controuerſia eſt inter Cliſſonium, Britonem, & Begauderium, Pictonem magnates, de parœciaco D. Hilarij Lonlei latifundio, ceu *Marchia* communi amborúmque limite populorum. Adito tandem ex Pictonica Prætura Senatu, interlocuti ſunt PATRES, pro officio inquirendū exactiùs de iure illo *de Mée, & Aduantagement*, in limitaneis partibus iiſce, & qua veteres formula, vſi eo iure eſſent. Decreto. 7. Kalend. Quintiles, An. 1583. quùm Moleus, Conſcriptus Curiæ litem collegis Senatoribus enucleaſſet. Poſtrema tamen Ampliſſ. Ordinis Sententia, ſuccubuit Cliſſo, Armoricus: qui, nullis in iudicium prolatis tabulis, ſuæ cauſæ defuerit. Septimo Idûs Februar. An. 1598. Dn. Fuſcherio controuerſiæ huius enarratore in quarta Curiæ Inquiſitionum Decuria. Vniuerſim autem, in bini confinio Territorij valeatnè præuentio Fori, diſcutit Franc. Marcus, apud Gratianopolim Senator, Delphin. Deciſ. 354. Parte. 2. Latiùs certè Feudali, Iuridicam patere poteſtatem, arguit vetus quæſtio Lootzenſis, Eburonum, Comitatus, apud Oldradum, Reſpon. 272. Comitatus enim, in clientela erat Leodienſis Epiſcopi: quem patronus hic, virili Comitum deleta ſobole, deuolutum ad ſe contendebat apud Pares Curtis ſuæ Dominicæ. Reus, contrà, foro præſcripſit, negauítque, de vtili rei beneficiariæ dominio apud patronum iudicem agi poſſe: Quamuis, recti Dominij nomine, Beneficiaria iuriſdictio inſtituta eſſet. Multùm enim referre, Feudalíſne rei, an perſonæ intuitu, ſubditus quis alteri diceretur. Illo enim caſu, de Beneficio mota lite, benefici Domini iudiciū futurum: Hoc

Marchés communes de Poictou, & Bretagne: De quibus, Nos Lib. 1. Leg Andegauenſ. In Præfat. & Tit. 1. Cap. 5.

Rapport, & Procez verbal des Commiſſaires, die. 14. Mart. An. 1406. *ſuiuant leurs Commiſſions du. 12. Octob. & 8. Feurier, aud. an.*

Regiæ Literæ, die. 23. Nouembr. 1465. Verificatæ in Parlamento die. 7. Decemb. ſeq., *portans don & accord au Duc de Bretagne des Marches communes de Poictou & de Bretagne, & qu'elles ſeroient ioinctes aud. Duché de Bretag.*

Interlocutorium Areſtum Curiæ Pariſ. Die. 25. Iunij, An. 1583. *Entre le Sire de Cliſſon, en Bretagne, & le ſieur de la Begaudiere, en Poictou, touchant le Fief, & Iuſtice en la Paroiſſe de S. Hilaire de Lonlay.*

Areſtum Pariſien., die 7. Febr. 1598. (in. 4. Camera Inqueſtarum) adiudicans feudum & Iuriſdictionem totam Begaudo dynaſtæ, Pictauenſi, *à la part de Thouarcois, en Poictou.*

Etſi Territoria mutatione Principum, vel diuiſiones illorū mutētur, haud ideo antiquis limitibus præiudicatur. Marci Deciſ. 352. Tomo 2.

Comte de Lootz, feudataire de l'Eueſque du Liege, Prince du S. Empire.

Digitized by Google

Hoc verò, de fundi proprietate, ad ordinarium Rei conuenti Iudicem, eundum: qui huius domicilio iuriſdictione præeſſet. Tale negotium apud Iohannem. 22. Roman. Pontif. variè iactatum eſt in ſacro Auenionenſi Prætorio. Sed quia iampridem Eburonum Antiſtites Lootzenſi Comitatu potiuntur, colligimus, fœmineum illum Comitem cauſa demùm cecidiſſe, & virilem Comitatum, Maribus deficientibus, ad patronam Eccleſiam retrò relatum. §. hoc autem, Qui feud. dar. poſſ. Non aliter, ac Cæſareo Germaniæ More, Feudalia beneficia, marium interitu ad Cæſarem reuoluuntur. Quod Germanicos etiam proceres ſuo æuo iudicaſſe, perhibet Hoſtienſis, in Sum. De Feud. §. qualiter feudum, Verſ. de ſucceſſ.

> Leodienſis Epiſcopus ſcribit, *Duc de Buillon*, Comte de *Lootz*, & *d'Haibanie.*

52 Ast veluti in ſubditorum capita ius, poteſtáſque eſt Iuridicis dominis: Ita non temerè illos abalienare ſinuntur hi, Dynaſtíſque alijs iuriſdictione tractandos cedere. Priuilegio enim ſuffultos cernimus, in Narbonenſi Gallia Vicanos complures, & Oppidanos, ne iuridico alterius pareant imperio, quàm antiqui, & gentilitij Toparchæ. Exin Orgonenſes, & Lambeſquij, Phocenſis Prouinciæ, qui Lotharingos Regulos, ſemper dominos agnouerant, detrectarunt extranei iugum emptoris Ditionum iſtarum, eíque fidelitatis ſacramentum renuerunt. Anteriori quidem, in familia, rerum alienationi non interceſſerant ipſi: ſed nouæ extra familiam Lotharingiam ceſſioni fundorum reclamare ſe profitentur. Argum. l. cùm pater, §. libertis. π. De legat. 2. l. qui Romæ, §. cohæredes, D. de verb. oblig. Accedit his, quod æquali venundare potens, alij diſtrahere cuiuis, prohibetur. Cap. 1. §. ex eodem, De leg. Conr. Abs quo non longè recedit Mos Pariſiorum, Art. 133. Proinde ab Orgonenſibus vicinis conſultus Franciſ. Ripenſis, qui Auenioni degebat, reſpondit, iuſtam eorum interceſſionem ſibi videri. Lib. 2. De reſcript. & præla. Reſpon. 25. Hæc vtique omnia, de mero Imperio, plenáque Iuriſdictione: non, de media, aut infima. Nam, vt, ſingulæ inuicem quid diſcrepent, ſpectes, Propone, Regias cuidam Literas exequi permiſſum in Dominico Procerum territorio: Executor certè ipſarum, apparitor veniam petere debet ab eo, qui iuſtæ, ſummæque coërcitionis ius habeat, non qui mediæ tantùm, inferiori præſit. Quippe quùm hic in Viatorem, ſi officio forte abuteretur, animaduertere non valeret. Iuxta Leg. defenſionis facultas, De iur. Fiſ. Lib. 10. Cod. Atque huius partis ſententia arriſit Lutetianæ Curiæ. Decreto percelebri, Mart. Menſ. An. 1531. quod, enarratore litis Gayantio, prolatum fuit, inter Vilhelmum Budæum, libellis Præfectum in Regia, & Gulielmum Meldenſem, qui, ex aduerſo, conflictabatur. Sed nec maiori quidem Poteſtate præditis Iuridica liberum eſt, Magiſtratus ſuos, officialéſque, ſuperiori in Foro, abnuere: quos in Officij leges peccaſſe appareat. Edictum quippe extat Pariſienſe, Ianuario Menſ. editum, An. 1563. Quo Edicto, domini Iuriſdictionum, à ſuis prauè iudicata, mulctis luunt nummarijs:

> *Comté de Lambeſque, & Orgon, en Prouince.*

> Cui, in æqualem alienare, conceſsũ eſt, alijs quibuſuis vendere, prohibitũ videtur.

> Verſ. *Auquel cas le peut auſſi retraire le premier vendeur, comme ne l'ayant au precedent mis hors la ligne.*

> Cap. 25.

> *Moyenne Iuſtice.*

> Qui habet mediam ſolùm Iuſtitiam, nõ dat poteſtatem, & permiſſionem executioni mandandi Literas Regis in ſubalterno Dominorum territorio.

> Edictum *du reiglemẽt de la Iuſtice*, vulgò *l'Edict de Rouſſillon.*

ſalua his malè geſti illorum Officij abrogatione. §. 27. Anterioribus quoque ſeculis, irriſus fuit iuridicus Dynaſta, qui vicarium Territorij ſui Iudicem abnuerat, vt minùs ab eo ritè actorum mulctatitio, iudicio elaberetur. Areſto *Parlamentari*. 9. Kalēd. Apriles, An. 1313. quod in hæc verba conceptum eſt. *Cùm Procurator noſter noſtro nomine, & pro nobis, contra dilectum, & fidelem noſtrum Epiſcopum Nouiomenſem, & eius Bailliuum ratione temporalitatis ſuæ propoſuiſſet, quòd ipſi quendam priſionarium in Curia ſeculari ipſius Epiſcopi de q... dam homicidio accuſatum, & quem in ſua priſione tenebat, laxata ſibi priſione prædicta, abire permiſerant, in magnum noſtrum, & accuſantis eundem priſionarium præiudicium, & grauamen. Et propter hoc, requireret Procurator noſter prædictus, prædicta, nobis, & accuſatori prædicto emendari, plures ad hoc rationes allegans. Procurator dicti Epiſcopi propoſuit, quòd ipſe præmiſſa non fecerat, nec rata habebat, nec ea, quæ Bailliuus ſuus fecerat antèdictus, imò ſuper hoc deſauoabat eundem. Procurator verò noſter prædictus propoſuit ex aduerſo, quòd dictus Epiſcopus dictum Bailliuum deſauoare ſuper hoc non poterat, plures ad hoc rationes proponens. Auditis igitur dictis partibus, per Areſtum Curiæ noſtræ dictum fuit, quòd dictus Epiſcopus dictum Bailliuum ſuum, qui ſuam Iuriſdictionem temporalem exercet, ſuper dicto facto, quod ad Iuſtitiam pertinet temporalem, deſauoare nō poteſt, & quòd idem Epiſcopus, ſeu Procurator eiuſdem, petitioni, quam dictus Procurator noſter ſuper hoc facere voluerit, in noſtra Curia reſpondebit.*

Die. 24. Mart. An. 1313. Ex Lib. Areſtorum Curiæ Parlamenti, eius Ætatis, Fol. 186. *Que le Seigneur Iuſticier ſubalterne ne peut deſadvoüer ſes Officiers, pour euiter l'amende du mal iugé par eux.*

RELIQVA de Feudali, ac Iuridico imperio, ſume ex noſtris prioribus Libris Andegauen. Legum. Primo quidem, de Iuriſdict. Andeg. Secundò, De Feudis Andeg. Cum ijs, quæ antea cumulatè, DOMINICA de Re Fiſci Gallici, perſcripſimus. Latiſſima itidem Molinei, patrijs de Feudis, Scholia progredi me vlteriùs vetant, dictatáque ab alijs, nunc denuò cum nauſea inculcare. Subdam modò his, corollarij vice, Conſultationem inſignem, de Feudali iure & poſſeſſione Mœurenſis Comitatus, Germanici, controuerſa inter Auraycum Principem Mauricium, & Ducem Menapiorum, An. 1601. Qua ex Conſultatione primorum noſtri Ordinis nobiſcum inita, variæ Clientelarum Regulæ eruuntur, explicantur. Ita, vt quæ ſuperiori forſan, Rei Beneficiariæ, tractatui defuerint, inde quadantenus ſuppleantur.

Conſultatio Pariſienſis, Feudiſtica, de Mœurenſi Comitatu, Germanico.

FACTI SPECIES.

Comitatus *de Mœurs*, in Colonieñ Germaniæ Regione, perantiquus ac prænobilis.

EX FACTO enim ferebatur, MOEVRENSEM, in Vbijs Germaniæ, Comitatum, vetuſta *Feudalis* Beneficij formula, obnoxium 53
fuiſſe *Cliuenſi* Menapiorū Principi: Sed inde ab Anno. 1287. Mœurenſes dynaſtas perdiu abnuiſſe rectum ſuperiúſque Cliuenſis Reguli dominium, nec huius ſe in fidem ac clientelam contuliſſe. Solennibus pariter Tabulis profeſſus fuit Cliuenſis An. 1361; D. Andrææ profeſto, Mœurenſem ſibi Dominica poteſtate neutiquam ſubijci, & qua in eum cunque præditus olim fuiſſet ipſe, tota ea, ſe, Mœurenſi Comiti Theodorico hæredibúſque perpetuò cedere. Nimirum vt hi libero immuníque Comitatu fruerentur in poſterum, nec vllo fidelitatis in Cliuenſem ſacramento deuincirentur.

Digitized by Google

Exin ducentena propè libertatis poſſeſſione conſtante eius Ditionis, coitum eſt denuò in nouas *Feudi* leges An. 1541., inſtantia Vilhelmi Menapiorum Ducis: & Tranſactæ litis in ſpeciem, beneficiarius tùm agnoſcitur Cliuenſium Ducum, Comitatus *Mœurenſis* ab Vilhelmo Comite eiúſq; filio, hæreditate poſſidendus ſenſim à maſcula ipſius proſapia, & marium defectu, à muliebri. Vice mutua, patronus Dux, fructuarijs ſibi clientelæ oneribus cunctis exemit Comitatum, quaſi immune ac ſolutum virilis *Feudi* latifundium. In tranſigendo quoque eo negotio, conuentum fuit, clientem illum, ſuóſque hæredes, à Duce veſtiri, non modò Comitatus nomine, ſed Arcis inſuper fundiq; Cractrouij & Creyffeldij, tãquam hæreditarij, & patrimonialis *Feudi* poſſeſſorũ ſingulorum. Eadem cautione Beneficiaria, ſpopondit patronus, clientes, ſe, iſtos, clientelaréque in prædium ſucceſſores tutelari præſidio tecturum, ac iuſtis eorum rebus conſilio & opera adfuturum. Proinde vertenti An. 1542., Vilhelmus Comes à Duce veſtituram ſumpſit Mœurenſis Comitatus, appendicum, & acceſſionum: Ita, vt viuis ſublato eo, mares ſeriatim poſteri, ac ſecundùm hos, fœminei, Tit. pro hærede potirentur Comitatu. Nec abſimili Formula, in fidem aſſumptus fuit is beneficiarius ab eodem Principe, ex Caſtro fundóque nobili Cractrouio ac Creyffeldio: nulla quidem ibi deſignata nuncupatim *Feudalis* beneficij conditione, ſed relata ad Tranſactionem paulò anteriorem, qua placuerat, Ditiones iſtas vſquequaque teneri hæreditario iure. Deinceps extincto Vilhelmo Comite, Hermannus filius clientelare Duci præbuit iuſiurandum pari ſolennium verborum conceptione: veſtitúſque eſt Mœurenſi peræquè Comitatu beneficiario, (vnà cùm adiacentibus ei prædiolis) ac Cractrouia Arce, & Creyffeldia, circumiectíſq; poſſeſſionibus Agrarijs. At poſtmodùm demortui Hermanni Vualburga ſoror hæréſque, repulſam tulit *feudalis* Veſtituræ talium Ditionum, iniuria ſexus, obiectáque ei Virilium ſeu Militarium fundorum ſorte eximia: Qui, maribus ſcilicet vt extantibus, fœminas non admitterent, ſic deficientibus, recto Domino commiſſi, Rei ſuæ Dominicæ conſolidarentur. Hunc tamen muliebris clientelæ obicem diluens Vualburga, fulciebat ius ſuum paterna illa, cum Duce, tranſactione peculiari: Quæ, hæreditaria iſthæc *Feuda* definijſſet, ad eáque fœminas, ſecundùm mares, ſucceſſorio velut edicto vocaſſet. Nil diuerſum de Caſtro prædióque Cractrouio & Creyffeldio ſtatuendum, vrgebat illa, vetuſtiore clientelaris Profeſſionis Inſtrumento, editæ quondam à Chriſtophoro, Mœurenſi Comite, Duci Karolo eius anteceſſori, qui conſimilem nunc oppugnaret. Quippe qua Profeſſione, deſcripti fuerint graphicè illuſtres hi fundi, ex more ac conditione *feudi Zutphaniaci* & hæreditarij: Cùius vulgò capaces habentur mulieres, abſumpta virili ſtirpe. Iis verò *Feudiſtici* Iuris argumentis nec diuelli à ſententia potuit patronus, & irrita patro-

Dux Cliuenſis & Iuliacenſis.

Gulielmus Comes Nouæ Aquilæ, & Mœurenſis.

Feudum maſculinũ, francum.

Caſtrum & Terra *de Cracbonne, & Creyffelt.*

Inueſtituræ Feudales nouæ.

Fidelitatis Iuramẽtum, Hominiúmq; renouatum.

Zutphen, Comitatus, in Gheldria.

nalis in clientes officij religione, paſſus eſt vltrò, Vvalburgam, vi maiore, Oppido exui patrimonióque *Bebburenſi*, in Agrippinæ Coloniæ finibus, ampliſſimo, à Comite Riffeṙſcheijto, qui à conſilijs erat, Beneficiariáque lege Domino illi addictus. Hinc poſtulatis etiam prioribus ſubdenti clientulæ, recentis ſuarum rerum rapinæ querelam, reſpondit Dux perfunctoriè, mulieris ſterile coniugium orbitatémque ſibi diſplicere, ac VNDE VI deiecta fuiſſet, eò vti reſtitueretur, ſuam ipſius gratiam ſummam varijs nominibus ab ea demerendam. Minitatur præterea, manu aggreſſurum ſe beneficij ſui Ditionem vtramque, Mœurenſem & Cractrouiam, iiſque poſſeſſores extruſurum, quos ſuam in clientelam minimè cooptatum voluiſſet. TALIBVS patroni minis, quaſi fulmine percuſſa exterritáque mulier, vnà cum marito, compellitur, nouas ſubire Ducis leges beneficiarias An. 1579. Quibus Pactitijs legibus, Vvalburga quidem Comitatu veſtitur, eiúſque additamento: ſed *feudali* hac ſubiuncta conditione, vt ſi alieno hærede moreretur ipſa, nec liberos relinqueret ſuperſtites, Comitatus tùm ad Ducem patronũ rediret optimo maximo iure; ſalua duntaxat vſusfructus cauſa penes Vvalburgæ coniugem Adolphum, Nouæ Aquilæ Comitem. Eo ſimul Pacto conuento, Adolphus in poſſeſſionem ire iubetur Arcis fundíque Cractrouij & Creyffeldij: ſic, vt maſcula dein eius ſoboles, maribus adſcripta *Feuda* iſthęc nanciſceretur. Quorum tamen vſus ac fructus Vvalburgæ cederet, præmortuo viro. PORRO vi metúque extortam huiuſmodi Pactionem arguit Dominica anterior Veſtituræ *feudalis* abnegatio, comminationes, diſtrictúſque à patrono in clientulam gladius, re in ipſa tranſigenda. Queîs ſubnectitur, fœminæ erepta illa *Bebburenſis* dynaſtia ab Ryfferſcheydio Comite auxiliaribus Ducis armis. Eapropter initæ iamdùm Tranſactionis die, conteſtati ſunt propalàm Vvalburga eiúſque coniunx, ſe clientelari in Patronum fide ſacramẽtóq; ſolutos: quùm nulla fidelitatis obſequijvè munia clientulus ei debeat, qui iuſtum ſibi viciſſim patrocinium minimè præſtet. Cuiuſmodi exprompt am animi voluntatiſq; conteſtationem edidêre illi apud publicos Scribas, patronóque Duci inſinuandam, ſed fruſtra, curarunt. Huic exinde Adolphus & Vvalburga vxor dicã impegerunt, ſuperioris *Feudi* commiſſoriam, in Cæſareo Auguſtæ Nemetum Senatu. Aſt iudicium eluſit reus præſcriptione Fori, litíſque primariæ reiectione ad ſuos *Curiæ Pares*, decreta ex Germanico ritu ac Inſtituto. Nec eò ſeciùs illiipſi vindicarunt ſe in libertatem, ſuáque omnia liberè poſſederunt, ſuperiori nempe Ducis exempta dominatu. TEMPORVM vtique progreſſu, Agrippinẽſes ciues manu militari cœpêre Cractrouiam arcem An. 1584. Et Mœurenſe Caſtrum Oppidúmque, Parmenſis Regulus, An. 1586. Rurſus Vvalburga, An. 1590. fatis rapto marito, perperàm ſupplex inſtitit, apud patronum Ducem, recuperandæ fundorum ſuorum

Ciuitas & Dominatus *de Bebbur*, in Colonienſi Diœceſi.

Secunda Tranſactio.

Vaſallorum Proteſtatio, in violentum Domini feudi Cõtractum.

Germaniæ Principum forenſe Priuilegium, ne in prima inſtantia vocentur ad Spirenſem Cameram Imperialem.

Agrippina Colonia.

Digitized by Google

tum poſſeſſioni, quos in Iuliacenſi prouinciola ſitos Comes Reyfferſcheydius, prædator, occupaſſet. Verùm iuris denegati ergô, extrema ſuperfuit anchora Heroinæ Comiti, Oppignerationum diploma, ab Ordinibus inferioris Germaniæ irrogatum aduerſus Ducem, ad res ſuas repetundas. Cuius quidem executio Diplomatis incidit in Annum. 1592. &. 1593. Interea quoque nil promouerunt queruli viduæ Heroidis libelli apud Cæſarem & Ordines ſacri Imperij, de Arce Oppidóque Mœurenſis ſui Comitatus, ab Hiſpanica acie expugnatis. Vtcunque enim, huius ductor Iberici exercitus, Parmenſis princeps chirographo cauiſſet, Arcem ciuitatémque veteribus dominis ab ſe reſtituîri, quàm primùm Berghenſis vrbis obſidio ſoluta eſſet: Magnificæ tamen pollicitationi, verbíſque facta neutiquam reſponderunt. QVARE, exploratis omnibus, infortunata mulier, ſecundam hanc arripuit poſt naufragium tabulam, vt Aurayci Principis Mauricium filium, Comitem Naſſouium imploraret, captiuarum redemptorem ac liberatorem fortunarum ſuarum. Has propterea Mauricio viuorum donatione tranſcripſit citra exceptionem, Arces, Oppida, territoria, An. 1594., Martio Iudicio poſthæc euincenda. Mox autem Mauricius Comes, pro Heroidis voto, claſſicum cecinit, delectóq; militum agmine Mœurenſem vrbem, & propugnaculum clauſit ac præcinxit: Quo temporis puncto, Mœurenſem Comitatum, Hiſpani, Sicambrorum Ducatui annectere parabant. Septemb. Menſ. An. 1597. Victor demùm Mauricius, quùm, profligato hoſte, recepiſſet Arcē, Oppidum, & Territorium, benignè piéque omnium poſſeſſionē fructuariam regiménque permiſit Vvalburgæ donatrici. At ſubinde huius memor officij Vvalburga, conſignatis Literis profeſſa eſt tertio Kalend. Quintiles An. 1598., precariam fundorum retentionem eiuſmodi adminiſtrationémque temporariam, quæ familiaritatis iure ſibi credita foret, donationi ab ea in Mauricium collatæ nil obfuturam, ſed miniſterio ſuo potiùs donatarium ſingula poſſeſſurum. Qualis rerum diſpenſatio fructuaria, poſt bienne ſpatium, deſijt repentino Vvalburgæ fato,. 8. Calend. Iunias An. 1600. Quū interim Menapiorum Dux patronus neutrum interpellaſſet ſeu donatarium, ſeu donatricem, de clientelari in ipſum munere obeundo, *Feudalique* poſtulanda Veſtitura. Quinimo vafrè callidéq; is, ſtatim à mulieris obitu, armis præripuit illi Comitatū, obtentu Legis cōmiſſoriæ fundi: quam patronus in ſtipulatum deduxiſſet An. 1579. ex clientulæ interitu liberis orbæ. Ediuerſò autem, Mauricius iuſtæ innititur non modò donationi, ſed poſſeſſioni Comitatus: quam vicaria familiarium opera adeptus, ſeruarit diu precaria redituum, fructuariáque per donatricem bonorum diſpenſatione. Cui ideo poſſeſſioni Lex Iulia in Vis publicæ auctores ſuffragatur.

Literæ Repreſſaliarum, ob denegationem Iuſtitiæ.

Geldrenſis Ducatus, in Belgio.

Scripta Declaratio Comitiſſæ Mœurēſis, die. 29. Iunij. 1598.

Maij die. 25. An. 1600.

INDE DVPLEX ſummatim emergit ambigui Iuris quæſtio ac diſceptatio. Prior, ipſa de Re, eius néc ne donatio rata videri poſſit,

CAVSAE CONIECTIO.

obluctante Contractu An. 1579. ſuprarelato. Poſterior, de Actionis formula poſſeſſoria, an in patronum clienti competat, nondùm in poſſeſſionem miſſo, ex clientelæ auctoramento Dominico.

Titulus donationis in Comitem Mauricium.

De Priore quidem, Moevrensis Comitatus, ſcripto, dignoſcitur, purum ſolidúmque olim Comitum patrimonium, nec ſuperiorem vllum laudans auctorem. Luculenta indice Chartula Cliuenſis Reguli, (de qua ſuprà) & Froſſartis Hiſtorici monumentis.

Hiſtor. Lib. 1. Cap. 96. &c. 97. *du Comte de Maurs, haut Baron d'Allemagne.*

Hic enim antiquus Scriptor, Mœurenſem Comitem, præclaro Dynaſtiæ titulo, ſublimem acclamitat præcelſúmq; *Baronem* Germaniæ. Sub Annum. 1360. Qua etiam tempeſtate, Mœurenſis toparcha, æris debiti ergô, oppigneratas tenebat Arces tres Reginaldi Menapiorum Comitis, ſibi obærati.

Adolphus, Cliuẽſis Comes, 1 Dux appellatus: Qui Mariam Iani Burgũdiæ Ducis filiam in matrimonio habebat.

Neque illodùm ſeculo, Cliuenſes proceres, illuſtriori, quàm Comitum (vti Mœurenſes) nomine ſe venditabant: Quouſque Ducatus Inſignibus ornati ſint à Sigiſmundo Cæſ., in Conſtantianis Chriſtiani Cleri comitijs An. 1414. Etſi igitur, poſt binam fermè illam Annorum centuriam, Cliuenſis Regulus ſibi aſſeruerit maiorem quendam in Mœurenſes dominatum An. 1541. Eum tamen haud vſquequaq; probauit tùm Mœurenſis Comes: at libero velut in prædio, ius integrum ſuis recepit legitimarum hæreditatum, fœminiſq; adeo ordinatim, ſecundùm maſculos in Comitatum ſucceſſores.

Feuda Dignitatum, electiua quondam, non hæreditaria.

Cæteroquin hercle talia prærogatæ Dignitatis *Feuda*, hæreditate non tranſmittuntur ad alios, ſed legentium ſuffragijs deferuntur: Ducatus putà, Marchiæ, Comitatus. Longobard. Leg. Cap. 1. De feud. March. Vbi & Aluarotus. Concedamus autem, patrio Germanorum More, primaria iſtiuſmodi *Feuda*, ad propinquos transferri ſucceſſorio iure.

Vdalric. Zaſius.

Zaſij relatu, Germani I. Coss., in Tract. Feud., Tit. De feud. ſucceſſ. Iuxta Cap. 1. §. præterea Ducatus De prohib. feud. alienat. Cum Gloz. ad Cap. 1. §. & quia Tit. Qui feud. dar. poſſ. Moevrensis certè Comitatus beneficium, ita liberum clientibus relinquitur Pactitia lege An. 1541. Vt *feudali* miniſterio quouis & obſequio immune perſeueret.

Feudum degenerans.

Quale *franci Feudi* genus, longè à recta abhorret *feudalium* Beneficiorum natura ac conditione. Sicuti Baldo viſum fuit, in Cap. 1. De milit. qui bell. arm. depoſ. Yſerniæ itidem, *Feudiſtic.* Conſtitutionum Interpreti, ad Cap. 1. Quib. ex cauſ. feud. amitt.

Feudum francum, alienatum non amittitur.

Vnde nec clientelæ res eiuſmodi, in cauſam caduci incidunt, patronoue committuntur, ab priuata ipſarum diſtractione nummaria. Cap. 1. De feud. non haben. propr. nat. feud.

Tit. De probib. feud. alienat. per Fridericũ. In Vſib. Feud.

Nam aliàs Germanis hominibus ſeruandam cenſuit Zaſius Cæſaream Friderici Ænobarbi ſanctionem, commerciorum *Feudi* cuiuſq; prohibitoriam (de qua, Abbas Vrſpergenſis): ne auguſta Germanici Imperij Celſitudo tritis nobilium fundorum alienationibus depreſſa, fœdè euileſcat. In d. Tract. Feud., Rubr. De feudi alienat. Honoraria inſuper *feudi* agnitione Mœurenſis Comitatus, quæ pacta fuit An. 1541., conſultum eſt disertè Comitis poſteris vtriuſq; ſexus indiſcriminatim, ſalua modò virilis ſexus ordiníſque hæreditaria prærogatiua. Ex quo perſpicuè

Digitized by Google

perſpicuè elicitur, Comitatum hunc, antiquitùs liberum prorſus, non eſſe vulgari *feudalium* prædiorum ſorte, lanceuè æqua metiūdum. Alioqui enim mulieres ſunt, vt militiæ, ſic militaris clientelæ expertes *Feudiſticis* regulis: ſed in *franca Feuda* parentum ſuccedunt iure Sui, ſiue in *Feuda conditionata* quæ vocant, ſeu ex Pacto clientelari. Cap. 1. de feud. fœm. Cap. Epiſcopum vel Abbatem §. quinetiam, Et Aluarotus ibidem. §. 1. Tit. De eo qui ſibi & hæred. Bald. ad Cap. 1. §. & quiæ Tit. Qui feud. dar. poſſ. In Feud. QVVM igitur beneficiarij huiuſce Comitis filiæ, ad hæreditatem adſciſcantur quaſi iuſti immuniſque genitorum Patrimonij, Vvalburgæ Comiti liberum fuit rei ſuæ diſponendæ arbitrium, munificéque Mauritio Principi erogandæ: nullo arctioris obſtaculo Sponſionis *feudariæ*, An. 1579. Primæua enim *feudi* conditio mutari nequit, ſed qua priùs acceptum fuerit, eadem illud lege dandum, renouandum. §. 3. De Inueſt. de re alien. fac. Et §. 3. De lege Lotharij. Id quod proximè ad veterem hunc Romanorum morem accedit, vt ſemel in fidem receptum clientem, chariorem haberent, quàm propinquos, eúmq; aduerſus hos etiam tuerentur. Gelliana ſententia. Atque adeo *Feudiſtici* Scholiaſtæ, nouā clientelaris prædij Veſtituram explodunt, aſtu quodam erroreuè à priſca Formula immutatam: Vtì ſua domeſticis quoque Maiorum ritibus conſtet reuerentia perpetuáque auctoritas. Decius eleganter, Iuris Reſponſo. 193. ſecundùm Baldi Notata, ad Leg. vn. Cod. Quan. non petent. part. Quorum iudicia Scriptorum, hac in parte Germanis ſuis adprobat Zaſius, vbi. ſ. Tit. vlt. De feudis degenerant. Primariam enim Beneficiariæ conceſſionis in legem, veluti ſcopum, dirigitur omnis ſtatus *feudalis* Beneficij. Bald. ad Cap. 1. De eo qui ſibi & hæred. ſuis. Idem, in Cap. 1 §. ſi verò De gradib. ſucceſſ. In Feud. Tum Paul. Caſtrenſis, Reſponſo. 61. Exin peruulgatum eſt *Feudiſticum* theorema, antiqui *feudi* renouatione ſeu Ananeoſi, nouum iſtud non cōſtitui, ſed antiquum permanere. Quod ſanctiori in Auditorio Cæſareæ Aulæ decretum, refert Mynſingerus, ſecundùm Nobiles viros *de Roden*, aduerſus Badenſium Marchionum curatores. Centur. 2. Obſeruat. 94. Enimuerò ſi ex præſcriptis verbis Beneficiariæ vetuſtæ Cautionis demendum ſit aliquid, mutandumvè, Id non dubia eorum voluntate, quorum intereſt, tractari expedit. Quemadmodùm de paterni *feudi* in nouum conuerſione, diſſeruit Mynſingerus ille, qui in Auguſtali Germaniæ Prætorio Aſſeſſuram gerebat. Cētur. 4. Obſeruat. 83. 84. Atquin ex prædictis liquet, Vvalburgam Comitem, minaci patroni ferocia, coactam vltimo *feudali* Tractatu An. 1579. à prioribus decedere, nec iam hæreditarium, vt antea, ſed temporarium, MOEVRENSIS Comitatus beneficiū ab illo ſumere, qui muliebris alioquin clientelæ Auctoramentum præfractè renuiſſet. Sicuti autē cliens beneficio excidit, qui in fidem ſe patroni non cōferat intra tempus Lege condictū. (Cap. 1. Quo temp. miles.

A. Gellij Lib. 20. Cap. 1. Et Lib. 5. Cap. 13.

Tenor Inueſtituræ primæ, derogat omni materiæ Feudorum.

Iudicij Imperialis Cameræ Obſeruationes.

Digitized by Google

Cap. 1. Per quos fiat inueſt. Cap. 1. Quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amitt.) Ita & patronus *feudi* proprietate mulctatur, qui intra annum veſtire *feudo* clientem recuſarit. Cap. 1. §. dominus De form. fidelit. Cap. vn. Qualit. domin. feudi propriet. priuet. Aluarot. ad Cap. 1. §. domino Si de feudo controu. fuer. int. domin. & agnat. Gloz. in d. Cap. 1. Per quos fiat inueſt. Idque media in Germania vſu receptum, affirmat Zaſius I. C. Friburgenſis. In Feudiſt. Opere, Tit. Ad quid vaſallus domino teneatur. Ac Tit. De feudi priuatione & refutat. Generatim namque, ex quibus cauſis cliens quaſi dominium amittit, patronus dominio cadit. Cita. cap. 1. §. domino Et cap. 1. In fi. De form. fidelit. Atque vt mutuis grati animi officijs continebatur Romæ priſca illa patronorum & clientum neceſſitudo, (Antiquit. Roman. Lib. 2.) Sic *feudalem* clientelam pari vtrinque fide ac beneuolentia niti, paret Longobardica lege. §. 3. Verſ. *quoniam inter dominum & vaſallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire.* Rubr. De prohib. feud. alienat. Can. De forma fidelitatis. §. Dominus quoque Cauſ. 22. Quæſt. 5. Quibus haud inconcinnè aptatur Ælij Martiani, ex Reſcripto Imperiali, ſententia, l. Diuus Claudius ff. De Iur. patron. Et Herennij Modeſtini, ex lege Ælia Sentia, Reſponſum hoc, Si patronus non aluerit libertum. ff. De bon. libert.

Dionyſ. Halycarn. Lib. 2.

INSVPER à Vvalburga Comite iniquas *feudalis* Veſtituræ leges expreſſit hoſtilis inſultus occupatióq; anterior inſignium aliarum ipſius Ditionum: Quam, fautore adiutoréque Cliuenſi Duce, familiaris eius Comes Rifferſcheytus proteruè aggreſſus fuerat. Atqui re ſua nudatus per vim, ſi paciſcatur de ſuo iure, huicipſi nil officit: nec priùs tali ſe Pacto iactitans auditur aduerſarius, quàm ſpoliatus alter in priſtinũ amiſſæ poſſeſſionis ſtatum poſtliminio reſtituatur. Pontificia Alexandri. 3. Epiſt. decretali. 2. De reſtit. ſpoliat. Quinimò ea de cauſa, patronus, qui clientis res abripuerit, raptoríve ſuppetias tulerit, priuatur ſuperiore in eum dominatu, quaſi ex fraude innexa clienti. Aluarot. ad Cap. 1. De mil. vaſal. qui contum. eſt. Et §. domino Si de feud. defunc. cõtent. ſit int. domin. & agnat. vaſal. Hoc ampliùs, Beneficiario licet impunè, ſpoliatoris patroni res expilare, abs quo aliter ius ſuum conſequi nequeat ille. Zaſ. & Baro, ad Cap. 1. §. vlt. De form. fidelit. Qua itidem ratione, debitum æs amittit ex Decreto D. Marci, qui in bona debitoris ſine Iudice venerit. l. Extat. D. Quod met. cauſ. l. penul. D. Ad Leg. Iul. De vi priu. Siue etiam creditor debitoris filios ſciens pignori capiat, vel ſeruitute diſtringat. De quo, Iuſtin. Nouella. 134. & Gregoriana Epiſtola, Lib. 2. Cap. 94. Vtut ſit, quæ bonis exuta Vvalburga neceſſe habuit, nouã cum patrono beneficiariam Pactionem inire veterũ derogatoriam, teſtata eſt ilico ſeorſùm publicis Tabulis, ſe extorta metu ſponſione in poſterum non teneri. Qualis temerè actorum expoſtulatrix Teſtatio, plurimùm confert, ad reſcindenda illa, Iudiciíſq; conuellenda. l. cùm quidam. ff. De appell. l. vlt. Cod. De his qui propt. met. iudic.

Bebbarenſis dynaſtia, de qua, ſuprà.

Proteſtatio contra vim & metum.

Digitized by Google

l. de pupillo §. ſi quis ipſi Prætori. Et ibi Bartol. ff. De nou. oper. nunciat. Quocirca, ſublato poſtremæ Conuentionis obice, hæreditarium permanſit, ex anterioribus, Mœurenſis Comitatus beneficiũ: indéque libero Comitis fœminæ commercio peruium, obnoxium. Quoties enim clientelæ lege prædium Seio datur & hæredibus, hæreditarium *feudum* definitur. Yſernias, accuratè, in Cap. 1. §. & olim De ſucceſſ. feud. Et cap. 1. Qui ſucceſſ. feud. dar. teneãtur. Quod magis eſt, in ambiguis, hæreditariũ cenſetur *feudum*, Iuris coniectura, cóque triuiali mortaliũ promercio expoſitum. Vt ait Alexander, Reſpon. 26. Volum. 5. & Curtius iunior, Cõſil. 3. Num. 4. Indiſtinctè verò, Germanis vſu protrita eſt *feudorum* abalienatio, tãquam patrimonialium. Apud hos quippe, Cæſareum vetus de alienatione *Feudi* Interdictum exoleuiſſe, ſubnotat Zaſius, in Tit. De feud. alienat. Subdit quoq; is, alio Opere, Longobardica *Feudorũ* axiomata, in Germanicis oris fuiſſe contrario pridem ritu antiquata. Ad Leg. 2. ff. De orig. Iur. Sic Molineus noſtras, qui in Germania egerat aliquandiu, teſtatur, res clientelarum, inconſulto recto domino, liberè venundari apud Italos, Germanos, Hiſpanos, & alibi ſparſim. In Notis ſuis ad §. 365. Legis Borboniæ Municip. In Subalpina necnon Montisferrati regione, nobiles fundi paſſim ære diſtrahuntur à Magnatibus viris, inconſulto nec rogato Cæſare.

Montisferrati Marchia, Pedemõtana.

Cuiuſmodi alienationum morem cõprobat Rollandus Vallenſis, Reſpon. 2. Iuxta Baldi dictata, Reſpon. 318. Lib. 2.

Rollandus à Valle, Caſalenſis Senator, in Lib. Conſil.

In Sicilia item, & Sueuia Germaniæ, vocantur mulieres promiſcuè ad gentilitiam *feudi* ſucceſſionem, ceu hæreditarij & patrimonialis. Zaſio adnotante, in Tit. De feud. ſucceſſ. Et Aluaroto, ad Cap. 1. De eo qui ſibi & hæred. ſuis: Poſt Iacob. Bellouiſum, in Scholijs ad Cap. 1. §. Quinetiam Tit. Epiſcopum vel Abbatem. *Feudiſtica* nimirum Scita, Municipali qualibet Regionum conſuetudine reguntur, circumſcribuntur. Cap. 1. De feud. cognit. Atque eò minùs demirari ſubit, Vvalburgam Comitem, quæ toties patronum malæ tractationis coarguerat, fortunis nudatam, alium quæſijſſe ijs patronum, vindicem, & aſſertorem: liberali nempe in Mauricium, Heroem fortiſſimũ, munere Moevrensis Comitatus. Tam hercle probabiliter, quàm Terentius ille Culeo, Valerij Max. ſcriptis celebratus: qui à Pœnis captum ſe redimenti Africano illuſtrem præbuit confeſſionem accepti beneficij, tanquam auctori libertatis ſuæ, patrono, ac dignitatis reſtitutori.

Valer. Lib. 5. Cap. de Gratitudine.

Qvoniam ergò, ex propoſitis duobus, primum eſt excuſſum noſtræ Controuerſiæ Caput, de Vvalburgæ donatione in Mauritium Principem, dominij tranſlatitia Moevrensis Comitatus, quam multis adſtruximus: Seqvitvr alterum Caput, de Forenſi recuperandæ poſſeſſionis Formula in Cliuenſem Ducem, qui, Comitatus fructuaria Vvalburga animã agente, Caſtrum Oppidúmque ipſius adortus, vi occuparit. Iam tùm enim Mauricius, cum donationis cauſa, ſubnixus erat iuſta poſſeſſione

Interdictum Vnde vi, an vaſallo in dominum competat.

Digitized by Google

Iacob. Geneſ. Cap. 48.

Comitatus, Bellica virtute de Hiſpanis recepti. Nam vt Hebræus patriarcha, eò firmiùs prædium quoddam Ioſepho filio moriens legauit, quòd ipſum cœpiſſet è manu Emorræi gladio & arcu ſuo. Ita

* vſu & poſſeſſione.

Mauritius, bello capta, Iure gentium ſibi parauit * χρήσει καὶ κτήσει, nedum mancipio ac nexu. Leg. Si quid bello. ϖ. De captiu. Rurſum donatrix Vvalburga, quæ à donatario victore poſtmodùm rebus frui permiſſa eſt, fructuario vſu conſtabilijt dominicum ius

Aliàs Feudi poſſeſſio non continuatur etiam in filium ipſo iure, ſine adprehēſione poſſeſſionis. Zaſ. in Conſil. 10. Lib. 1. Atque ita iudicatum in Camera Imperiali. Centur. 3. Mynſingeri, Obſeruat. 38.

ciuilémque proprietarij poſſeſſionem. Vulgata l. naturaliter l. quod meo. ϖ. De acquir. poſſeſſ. l. quiſquis Cod. de donat. l. malè agitur Cod. De præſcript. 30. vel. 40. ann. Vtcunque igitur Cliuenſis Dux ſibi arroget etiamdùm ſuperius in Comitem patrocinium ac dominatum, clienti, in eum, Comiti ſuppetit Interdictum VNDE VI, ad redintegrandam poſſeſſionem, quæ illi ſubdolè ablata ſit. Yſern. ad §. ſi verò vaſallus Tit. De mil. vaſal. qui contum. eſt. Quam pariter in ſententiam pedibus ijt Mynſingerus, Germanici ſummi Conſiſtorij Aſſeſſor. In Centur. 4. Obſeruat. 91. Nec iniuria hercle. Quùm enim patronus, vis publicæ odio, quam clienti intulerit, recto Dominio mulctetur (§. vlt. Cap. 1. De form. fidel.) Tantò expeditiùs illi cautum eſt Prætorijs Interdictis, aduerſus immemorem officij patronum, quaſi in extraneum quemuis litigatorem. NONNVLLIS quidem diuerſa arriſit opinio, clienti in patronum Interdicere non licere: Quaſi poſſeſſoria eiuſmodi Querela reos notet, famoſi inſtar iudicij. Innocent. ad Cap. cæterum De iudic. Et Zaſ. in Tract. Feud., Tit. de *Iudicij feudalis proceſſu*. Nec diffiteor vtique, Interdictum VNDE VI, libertis in patronos negari à Domitio Vlpiano, Leg. 2. §. vlt. Leg. 7. §. 2. ϖ. De obſeq. paren. & patr. præſtan. Leg. 1. §. Interdictum hoc, quia atrocitatem facinoris in ſe habeat &c. ϖ. De vi & vi arm. Verùm enimuerò longè arctiùs obſtringitur patrono libertus, qui ab eo libertatem, pretio inæſtimabilem acceperit, quàm beneficiarius recto Domino: qui in illum reciproco fidei officio deuinctus ſit. L. libertas. ϖ. De regul. Iur. Cap. 1. §. vlt. Et ibi Bald. De form. fidelit., In Feud. Præterea ceſſat ignominia in condictionibus poſſeſſionum id genus: Nec planè Interdictum, famoſum videtur Vlpiano. Leg. 36. ϖ. De oblig. & action. l. Neque vnde vi. ϖ. De vi & vi arm. Cui nempe Interdicto adæquatur Pontificia pura condictio ex Can. Redintegranda ſunt omnia expoliatis Cauſ. 3. Quæſt. 1. Deinde quò benigniùs in clientem gerere ſe patronus tenetur, eò grauior eſt illi publica vis ab iſto adhibita, grauiúſque, Magiſtratu vindice, expianda. Quando enim. X. VIRûM Lege præ-

Lex. 12 Tabul., Vis in Pop. abeſto.

ſcriptum fuit, VIS OMNIS ABESTO, nihil exitioſius Ciuitatibus creditur, nihil tam contrarium Iuri & Legibus, nihil minùs ciuile & humanum, quàm, compoſita & conſtituta Repub., quicquam agi per vim. Auctore M. Tullio, De legib. Lib. 3. Ac Iul. Paulo, Receptar. lib. 5. Tit. 36. Quid plura? eximiæ in patronos

Digitized by Google

patronos Legum prærogatiuæ, huic non opitulantur, qui haud ſemel antea commiſſoriam *Feudi* noxiam ſuperioris incurrerit. Vti à Nobis. §. animaduerſum eſt. ITAQVE, velut cum extero quopiam aduerſarum partium litigatore, certandum eſt iam apud ordinarios maiorum gentium Iudices, Cæſareíque Prætorij Senatores, de illuſtri MOERVRENSIS Comitatus Dignitate ac libertate: non verò apud inferiores Dominicæ *Pares Curiæ*, qui vulgaribus patronorũ & clientum liticulis notionem ſuam interponunt. Demus enim, talium Curiæ aſſeſſorum iudicio primario deferri forenſes haſce Germanorum cõtrouerſias, non autem Spirenſi Tribunali Max., Scriptore Zaſio, vbi. §. Ac Mynſingeri Centur. 1. Obſeruat. penul. Cum Centur. 4. Obſeruat. 89. Quoties tamen rei clientela vocatur in dubium, clientémque ſe actor inficiatur, tunc iuſta eſt, de Re, penes Ordinarium cognitio ac diſceptatio, non penes *Curiæ Pares*. Idem probandum, ſi aliter mota ſit ciuilis contentio, quàm ex lege vel conditione *Feudorum*: Ea quippe legitimos ſortitur Iudices, non *Pares Curtis* priuato litigantium arbitrio in Germania lectos. Bald. ad Cap. 1. De inueſt. in marit. fac. Panorm. ad Cap. cæterum De iudic. Oldradus, Iuris Reſponſo. 272., Zaſ. in Reſpon. 13. Lib. 1. Tum Reſpon. 8., Volum. 2. Atque huius adeo partis ſententiam complexa eſt Senatoria Auguſtæ Nemetum Decuria, variis Decretis An. 1533. 1534. &. 15. Kalend. Apriles An. 1550. Quæ Mynſingerus Decreta percenſuit. Centur. 1. Obſeruat. 99. SIC DENIQVE, ex ſupraſcripta Litis ſpecie, reſpondi, vnà cum Iac. Choarto, & Dionyſ. Butilerio, eruditiſs. collegis meis in Lutetiano Galliarum Foro ſupremo. Ac Conſultori ſubinde RESPONSVM, his literis conſignandum curaui. Poſtridie Idus Quintiles An. 1601.

Vbi de poſſeſſ. agi oport.

Zaſ. in Tit. De controuerſijs Feudalib.

Spirenſis Cameræ Imperialis Areſtũ, die. 18. Mart. An. 1550.

Die. 16. Iul. 1601.

Tit. III.

DE SOLARIO, ET IVSTIS DOMINICIS IN FVNDOS VECTIGALES.

1. *Antiquum mulctæ pecuniariæ Ius, ob Cenſum non ſolutum.*
   Cenſualis fundus in commiſſum cadit alicubi, ex trienni mora Cenſus exoluendi.
2. *Dominici cenſus* arreragia *non minuuntur neceſſariis, vtilibúſve refectionibus cenſualis ædificij.*
   Fundiariæ *penſionis, creditórve alius priuilegiarius, cenſuali domino poſtponitur.*
3. Subcenſus, *nulla gignit accidentaria feudi emolumenta.*
   Onera realia *ſequuntur rei cenſualis poſſeſſores.*
   Colonus fundi non tenetur, cenſus reditusúe fundiarij arreragia *ſoluere: niſi ijs ſe conductionis pacto adſtrinxerit. De Emphyteuta, ſecus.*

4. *Mobilia cenſualis poſſeſſoris, an, & quomodò capi poßint, Cenſus nomine debiti.*

Non licet fundiario *Domino, ſua auctoritate fundum cenſualem prehendere.*

5. *Noua cenſus impoſitio, Conſuetud. quibuſdam, in detentores, Dominis territorij permiſſa.*

Ex venditione fundi Dominicalia *iura non vbique debentur.*

Reſolutione *venditionis, laudimia priùs ſoluta non repetuntur: illius verò reſcißione ex Lege, contrà.*

6. *Particularis Conſuetudo Præpoſituræ* de Corbeil, & de Tournant, *de taxatione laudimiorum, Iudiciis controuerſa.*

Varia de eo Areſta Curiæ ſummæ.

7. *Præpoſituræ Vrbis, à* Vicecomitatu *Pariſienſi, diſtinctio.*

Pariſiorum Comites, & Vicecomitum *officij explicatio.*

In minores Præpoſituras Municipij Pariſien. nullum ius Præpoſito Vrbi, præter reſſortum, *iudiciáque appellationum.*

8. *Laudimia debentur tam ratione ſuperficiei, quàm ſoli, & areæ olim in cenſum datæ.*

Permutatio fundi, cum temporario ad vitam Reditu pecuniario, pro venditione habetur.

9. *Lutetiana immunitas* emendarum, *Moribus indictarum ex cauſa cenſus non ſoluti.*

Ob celata verò laudimia debitæ mulctæ, nulla exemptio.

10. *In nouos* Acqueſtus Manuſmortuæ *Eccleſiaſticæ, ius Regium, & Dominicum.*

Regij cenſus, & quænam in ijs Principis cautio.

Releuationes *arbitrariæ, cenſualibus fundis apud Aureliam impoſitæ.*

11. *Conceßio Principis in fundatione Eccleſiæ, acquirendi, & tenendi quidlibet in feudo Regio, non impedit poſteriorem iuris Regij exactionem in nouos* Acqueſtus *Eccleſiæ eiuſdem.*

Tranſactio Regia cum Epiſcopo Pariſien., de Cenſibus, & Iuriſdictione in quibuſdam Ciuitatis Vicis.

12. *Prædij vẽditio ſub gratia* redẽptiua, *non parit vẽditionalia domino feudi.*

Pignoribus creditori adiudicatis iure dominij apud Burdegalam, minimè quæruntur laudimia domino ſoli.

13. *Nominatio incontinenti facta ab aliquo, eius amici, pro quo fundum emerit, noua laudimia non producit.*

An, & quatenus laudimia in pretij parte rei diſtractæ computentur.

14. *Locatio fundi in perpetuum reditum pretio redimibilẽ, laudimiis obnoxia.*

Vrbanis ædibus impoſitos quoſvis Reditus licet redimere.

15. *Tempore* impræſcriptibilis *Cenſus: ſed eius quota, &* arreragia *præſcribi poſſunt.*

Trium cenſus annorum priùs ſoluendus, quàm cenſuali fundo manus Dominica tollatur.

Reditus

Digitized by Google

Reditus fundiarius, *fundo nécne ipſi, & in quibus, adſimiletur.*
16. *Hypothecarij reditus, &* fundiarij *differentia.*
17. *Edicta Principis, tertiam* arreragiorum *partem remittentia annuorum Redituum, ex cauſa Belli ciuilis.*
Æris alieni ſolutione publicus Status continetur.
18. *De nummariis Reditibus hypothecariis, ſuper publica Decurionum Domo Vrbis Pariſien.*
Reipublicæ debitricis ſancta fides, in Romanis, & Græcis Politiis.
19. *Fiſco vendita fundi cenſualis parte, non ideo cenſus pro rata in reliquis partibus extinguitur.*
20. *Rei diſtractæ* menſurandæ, *ea ante menſuram tradita, laudimia debentur.*
Campipartus, *an ſit Dominicum ius, laudimiorum ferax.*
21. *Volatilis reditus æſtimati, cum fundo, permutatio, laudimiis libera & immunis.*
Emptor, prætextu læſionis enormis, non, vt venditor, reſtituitur in integrum.
22. Baſtardorum *bona, aliáque vacantia, Dominis* fundiariis *adplicantur alicubi, minimam ſaltem Iuriſdictionem habentibus.*
Regulariter verò altis Iuſtitiariis *deferuntur, aut Principis Fiſco.*
23. Coruatæ, *operæque ruſticæ, à plebeiis ſubditis non temerè exigendæ.*
Taillia *Dominica, in. 4. caſibus.*
Sanctiones Regiæ in Nobiles, & Vicorum dominos, indebita multa à ſubditis, & ruſticis extorquentes.

1 NOBILIVM PRÆDIORVM tractatione defuncti vtcunque, ad Ignobilia pergamus, annuóque ſolario addicta. Vetuſtiſſimus eſt, de Cenſu dominico in plebeia latifundia, Mos Pariſiorum. Hiſtoricis enim Albiorum Annalibus liquet, Cenſuales Leges Septimaniæ agris conditas fuiſſe, Pariſienſium exemplo Francicarum, in medio Occitani Populi Conuentu, Nouemb. Menſ. An. 1212. Vbi inter alia cautum, vti vectigalium agrorum Coloni perpetui, qui rectis Dominis ſua die ſolarium non exoluiſſent, quino aſſe mulctarentur: Sin verò trieteride plena, eius ſolutionem Canonis morati eſſent, fundus ruſticè poſſeſſus, ad dominos rediret. Quòd ſi hi fundum ſemel receptum, penes ſe retinuiſſent, necdùm priuato tranſcripſiſſent alij, Tunc priori colono poſtulanti reddere eum tenebantur, hac lege, ſi, cum annuo vectigali, pœnalem quam aliàs incurrerat, æris mulctam ipſis dependeret. Saxonicis pariter Edictis, prædio excidit ignobili, qui in prædiarij Canonis penſitatione ceſſarit ſtato temporis interuallo. *Landtrecht* lib. 1. Art. 4.

DE CENSIVES, ET DROICTS SEIGNEVRIAVX.

Hiſtoire des Albigeois.

Amende de Cens non payé.

Hodie apud Gallos, *n'eſchet perte d'heritage ſur le poſſeſſeur, à faulte de payement du Cens.*

Digitized by Google

In Praxi rer. ciuil. Cap. 264.

Idémque in Flandria obtinere, indicat Iodoc. Damhouderius, Brugenſis. Secus, communi aliarum Gentium Iure: de quo, Gloſſematarius, cum Innocentio. 4. ad Cap. Conſtitutus, De relig. domib.

Proximvs ſolo dominus, reliquis potior eſt, Dominicum ius, hypothecæuè, in ſolum adſerentibus ſibi: Nec illius prærogatiua, tempore, ſed cauſa æſtimatur, poſthabito quouis anteriore poſſeſſoris creditore. l. etiam D. qui potior. in pign. l. ſanè. ff. de pignerat. act. l. 1. Cod. ſi propt. public. penſit. Maſuerius §. item & in exigendis Tit. de locat. Exin Symo Morhierus, Regiæ Vrbis quondam Prætor, iudicio decreuit, ſolarium, quod Procurator Fiſci ab Lutetianæ domus inquilino depoſcebat, impenſis in eam factis nullatenus minui, aut retardari debere. Aliter de perpetua ædium locatione in annuum reditum: quam contrahens, ſartas tectas præſtare illas habitatoribus compellatur. Præclara Sententia. 12. Cal. Nouemb. An. 1433. quùm Ioh. Bequillartus ædium conductor interceſſiſſet regiæ Manus in eas iniectioni, quòd ſuapte pecunia refectis ipſis, ſuffultíſque, commune pignus ſtabiliiſſet. Quaſi verò ſolum ipſum, ædificio affine quicquam habeat: cuius in fulturam ædificij, ſumptuariæ rationes ineantur. Eundem in ſenſum, antiqui Praxiarcæ Lutetiani ſcripta hæc reliquerunt. *Au premier Cenſier d'aucun heritage, pour les arrerages, qui luy ſont deuz, le droict du dernier Cenſier eſt obligé: Et celuy, qui ha le dernier droict, eſt tenu de garnir le lieu ſuffiſamment, à ce que le premier puiſſe trouuer à gaiger pour ſa Rente, & arrerages. Et ſe le dernier Cenſier en eſt reffuſant, tout ſon droict doit eſtre adiugé au premier Cenſier, luy condemné à le delaiſſer.* Id eſt, *non que la Rente derniere ſoit adiugée au premier Cenſier, mais au proffict, & deſcharge du lieu.* In Conſuetudinario Franciæ, Codice autographo: cui bellè reſpondet Karoli. 7. Conſtitutio generatim edita, de Pariſienſium ædium auctionibus: ab Ciuili, vrbanóque Priuilegio, quod Reges priſci Lutetianis irrogarant. Nouemb. Menſ. An. 1441. Alia porrò iſtic ruſticorum cauſa eſt, quàm vrbanorum prædiorum: quòd agreſti ex ſolo, citra ſuperficiem, annui percipiantur fructus, quorũ colligendorum gratia, prærogatos ſumptus deduci primùm oportet: Nec ullus eſt caſus, qui hoc genus deductionis impediat. l. 1. Cod. De fruct. & lit. exp. l. fundus qui. D. famil. herciſc. In vrbanis predijs, haud ita: quorum ſuperficies maximè, conducta domo, frugifera eſt locatori, poſthabita fermè ſoli ratione, recto Domino uectigalis. Vnde nec iſte in ſuperficiem, Ædificiiuè refectionem impenſa refundere compellitur. 2

Sententia Præpoſiti Vrbi Lutetianæ, die. 21. Octob. An. 1433. *Entre le Procureur du Roy demandeur en execution, & gagerie pour le cens, & le locatif, pretendant auoir retention de loyers auant tous Cenſiers, & rentiers, pour les reparations de la Maiſon.* Ex Lib. cæruleo Caſtelli Pariſien.

Tit. *Des droicts des Cenſiers.*

Politica Ordinatio regia, *ſur le faict des Criées, & Priuilege aux Bourgeois de Paris.* Publicata in Senatu, die. 20. Ianuar. 1441.

Incrementa cenſuum, *croiſt de cens, ſurcens, ou rente fonciere.* Eſt quoque Bleſis, *cens trouant*, id eſt, *requerable, & non vendable, qui n'emporte ventes, ne amendes.* Cap. des cens, Conſuet. localis *de Soeſmes.*

Recti dominij titulo, licitum eſt, prædioli emptorem iudicio conuenire: vtì laudimia exoluat, ac mulctas idcirco, More indictas Municipali. §. 73. Conſuet. Pariſien. Sed hoc, de primario fundi domino accipiẽdum: nõ qui vectigalẽ iam ipſum, noui lege vectigalis, alij conceſſerit. Fabri opinione, in §. adeò, Inſtitut. De locat. Ex leg. 1. De fund. patrim. Lib. XI. Cod. Bald. in Cap. 1. §. aliud, De 3

prohibit.

Digitized by Google

prohibit. Feud. alienat. per Fridericum. Quali de cenſu eximio ac prænobili, Mos Pariſiorum, Art. 121. 355. 357. Congruunt his Boërij annotationes, in §. 22. De Conſuet. Feud. Et Cenſ. Apud Biturigas. Quò vergit etiam prouincialis Conſtitutio Nouioduni ad Ligerim, Art. 12. Tit. De cenſibus. Vbi Molineus adiicit, *ſubcenſum* quidē valere, prædiarij reditus annui formula, non autē honorarij, & Dominici vectigalis. Idq; ipſum ab vulgari Gallorum omnium Ritu deſumptum videtur. In antiquo Francic. Conſuet. Volumine, quod alibi recenſuimus. Verùm iſthîc aduerte, condictionem ex lege Municipali, quæ recto domino in emptorem vectigalis fundi prodita ſit, rei perſecutoriam eſſe, veriùs, quàm perſonæ contrahentis. Ecquid enim, ſi emptor, vrgentibus auctoris ſui creditoribus, ceſſerit fundo? Nam hoc caſu, perſpicuum eſt, domino ſoli, in perſonam agere emptoris non licere: ſalua iuris ſui in rem perſecutione, & in ipſius, tantillæuè glebæ poſſeſſorem. Reſponſo Vlpiani, l. etiam ſi fundo. ϖ. de ædilit. edic. Ita pronuntiatum à Senatoria Pariſiorum Curia, in pomeridianis cauſarum Actionibus, pridie Nonas Martias, An. 1595. Quùm Carpentarius, prouocantis: & Rapoüelus, aduerſarij, cauſam oraſſent. Aliter, ſi emptor fundo aliquantiſper incubuerit. Nam tùm, pro eius temporis modulo, poſſeſſores oneribus defungi prædiariis oportet: recto Domino in quemlibet eorum ita experiunte. Accurſ. & Bart. ad l. Imperatores. ϖ. De publicanis. Speculat. In Tit. De locat. §. Nunc aliqua, Verſ. 9. 10. 12. & 43. Maſuerius in §. Item ſi verus dominus De locat. In Praxi. Talia autem patrimonij munera ad locatores pertinent potiùs, quàm ad colonos ipſius temporarios: Ni locationis lege inter eos conuenerit, vt hi, quandiu re fruerentur, tributaria eius onera agnoſcerent. Leg. Sine hærede §. Lucius ϖ. De adminiſtr. tut. l. Ædiles. ϖ. De via publ. l. inter debitorem. ϖ. De pact. Idque Romani Iuris Scholiaſtis inſignibus placuit, Bartolo (ad l. 1. De annon. & tribut. Lib. 10. Cod.) & Baldo, ad leg. 1. C. de iur. emphyt. Secus de annua penſitatione Legibus indicta fundo, non Pactis cenſualibus, aut libellarijs. Quales ſacræ Decumæ, *Campipartus*, quæque alia ex corpore ipſorum fructuū decerpta præſtantur. Huiuſmodi enim annonas & contributiones ſuſtinere debet prædij redemptor vt partiarius, ita nummarius. Sicuti Alexandro viſum eſt, Iuris reſponſo. 4. Volum. 5. Eòdem vergit Cæſarea Conſtitutio, Domini prædiorum De agric. & cenſit. Lib. xi. Cod. Emphyteutam verò indiſcriminatim onerant prædiariæ id genus indictiones, quaſi vtilem dominum, nedum conductorem vectigalis latifundij. Leg. 2. C. De iur. Emphyt. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. ϖ. de vſufr. Et dictatis Alexandrino Conſil. 5. dicto: Proin Brageracis Petrocoriorum oppidanis ſtatutum eſt ciuili ſua Lege, ne loci Toparcha emphyteuticam Villam, quam, ſoluta emphyteuſi, denuò receperit, penes ſe reti-

In ver. *de chef cens, & fons de terre.*

Niuernen. Conſuet. *Cens, ſur cens, n'a lieu, &c.* Et Aurielianenſis. §. 112. ibidémque Molineus.

Lib. 1. Leg. Andeg. Cap. 6. Art. 2.

Areſtū Curiæ Pariſ. *en plaidāt, entre Aimeri l'Huisier, acquereur, appellant du Preuoſt de Paris, & Claude de Monceaux ſieur de la Houſſaye, ſeign. ur cenſier, intimé.* Die. 6. Mart., 1595.

Firmarij temporales agrorum non tenentur ſoluere arreragia cenſuum ſui temporis, in liberationem proprietarij.

Emphyteuta tenetur ſoluere Munera & collectas Fiſco, ſeu Domino ſuperiori.

Liber Statutorū de *Bragerac, en Perigort,* a Nobis memoratur fuſiùs, in Præfatione noſtri Volum. 1. De Legib. Andegau.

neat, ſed emancipare inferiori cogatur intra annuum ſpatium: Vt antiquior ſoli Dominus ex eo ſolarias penſitationes debitas percipiat. Alioquin hic, lapſo anno, fundum Dominica manu auctoritatéque priuatim poſſidebit.

Verſ. & hoc ſub obligatione rei tantùm.

Areſtum, *que les Seigneurs cenſiers ſeront premiers payez des arrerages de leur cenſiue ſur les biens trouuez en la maiſon, auant les autres oppoſans à la vente d'iceux.*

PIGNERATVR porrò ſolarij nomine fundus vectigalis, non 4
autem res mobiles poſſeſſorum. Maſuer. in §. Item dominus directus poteſt. Tit. 3. relato. Ac Pariſiorum vtique Mos ſic interpretandus, §. 74. Verùm hac in Vrbe, & intra primum ab ea lapidem, compelluntur etiam detentores, mobili pignore capto, vectigal annuum dominis appendere. §. 86. præd. Conſuet. Vnà cum veteri Curiæ decreto, An. 1364. quod Regeſtis eiuſdem interſperſum lectitaui. Queîs adſtipulatur Baldi theoria, ad l. certi Cod. De locat. Num. 8. Maximè, ſi in lege vectigali prædio dicta, conductor perpetuus vniuerſa bona domino oppignerarit. Qua ratione motus Senatus, publicā mouentiū pignorū capionem, cenſus ergò, comprobauit. Lutetiano Areſto, in cauſis agendis. 7. Kalend. Quintiles, An. 1591. ad prouocationem ex Præfectura Vrbis, quam interpoſuerat Claudius Gaius, aduerſùm Rigniacos Cœnobitas. Huc alludit ciuica Pariſiorum Conſtitutio, de vectigalibus ære partis. Art. 163. Superioris verò auctoritate Iuridici, exiget rectus dominus agrariam penſitationem, non ſuo ac priuato imperio. Antiquitùs enim P.C. reiecēre forenſem Vſum à Partenayo dynaſta citatū: quo Vſu, dominus Iuridicus, ſuapte manu pigneratus fuerat ibi cenſualis debitoris bona, vbi Iuriſdictione nulla præditus foret. S. Conſulto, An. 1389. quod Ioh. Gallus commemorat, Quæſt. 177. Nec malè huic cohæret priſca Tribunalium inferiorum Obſeruatio, à Pragmaticis eius ſæculi ita concinnata. *Item il eſt vn droict nommé, aultre Seigneurie fonciere, c'eſt à ſçauoir qu'vn Seigneur foncier pretend fons de terre ſur aucun heritage ſeant en la haute Iuſtice d'vn haut Iuſticier: & là, iceluy Seigneur foncier n'a aucun exploit de faict, & ſe len ne le veut payer, il doit venir au remede pardeuers le haut Iuſticier, affin que par luy l'huys ſoit mis hors des gons. Car le Seigneur foncier ne le peut faire de luy, pource que c'eſt exploict de haute Iuſtice.* Lib. 2. vetuſtarum Galliæ Conſuet.

Placitum Curiæ, die. 25. Iunij. An. 1591. *Entre Claude le Gay appellant du Preuoſt de Paris, pour lequel, Chezelles: Et les Religieux, Abbé & Conuent de Rigny intimez, pour leſquels, Dinet plaidoit, & Gueſſier pour Hannibal Millano.*

§. 163. Verſ. *Qui a droict de rente conſtituée ſur aucune maiſon &c. peut proceder par voye de gagerie ſur les biens meubles eſtās en lad. maiſon. &c.*

Impoſition de deuoir ſur les ſubiects, comme d'vn denier de cēs pour quartier de terre, pré, vignes, &c.

Tit. de iure Paragij. Art. 9.

Lutetianum Areſtū *en robe rouge* die. 13. Auguſti. 1583 *ſur l'appel du Bailly de Melū.*

MORIBVS quibuſdam, feudali domino licet, iis ſolarium in- 5
dicere latifundiis, quæ Feudi ſui metis, ac finibus includantur. Turonen. Legum Art. 5. Quam in partem Conſuetudines alias protulimus Lib. 2. Legum. Andeg. Eóque conferunt apprimè Molinei Scholia, ad §. 46. antiquæ Conſuet. Pariſiorum. Et celebre S. Conſultum factum Idib. Sextilib. An. 1583. ex Melodunenſi Senonum præfectura. Quo S.C., ſacerdos Templi, qui longiſſimo ab æuo latifundia poſſederat optimo maximo iure ac conditione, damnatus eſt tamen, recto Domino, cuius intra ſepta Feudalis territorij ſacer fundus continebatur, annuum pendere vectigal, quale, quantúmque eidem vicinorum aruorum poſ-

ſeſſores

ſeſſores quotannis exoluerent. De pretio autem Dominicæ indemnitatis, & Vicario cliente patronis dari ſolito ab Eccleſiaſticis nouis fundorum proprietariis, interfatus eſt Senatus, diuturnæ liberæ poſſeſſionis ab his oppoſitæ, fidem ſibi faciundam teſtibus ac inſtrumentis. Haud vſquequaque porrò Dominica iura debentur ex prædiorum emptione dominis Territorij, in quo res emptæ ſitum habeant. Nam fructuarias haſce feudi obuentiones metimur vel ſcripto Regionis More, vel priuatis Pactionibus, longóve vſu, ac poſſeſſione Dominica. Vnde Municipalis interim Legis de eo ſilentium, vindicias transfert in ſubditos, pro libertate petitorum laudimiorum, & onus probandi iuris eiuſce, in Dominum ſuperiorem. Vt forenſi Oratione diſſeruimus in Senatu pro Communi Rhemorum, aduerſus Rhemenſem Pontificem ſimul & Ducem, cui Pouſſemotha cauſidicus Aduocationem præbuit, pridie Idus Mart. An. 1583. Ex quo, miſſa plenius in conſilium lite, placuit demùm Senatui, Rhemorum Archiepiſcopo nulla dependi laudimia ex venditione prædiorum: niſi quæ ſigillatim ab longa poſſeſſione, Dominico iuri huic obnoxia, Iudicibus adprobaret. Decreto poſtridie Nonas Septembres, An. 1586. aduerſus Ludou. Lotharingum, Rhemenſem Antiſtitem. Meritò ædepol, quùm Regiæ ſacræ inaugurationis ſumptibus, quos alioquin nouo cuique Regi debebat Archipræſul, adſtrictos oſtenderem ciuium fundos, ex quibus iuſta Dominica poſcebantur. Quoniam ergo Rhemi, dominum onere illo Hoſpitali eximebant, minùs æquum videbatur, duplici eos præſtatione onerari. Sic Ampliſſ. Ordo, præuia habita peritorum inquiſitione Senonenſis Vſus patrij, ſecundùm libertatem pronuntiauit. Martij luce. XI. An. ſeſquimilleſ. 52. in Tornadori Comitem, qui à ſubditis Emptionalia, cenſus, aliáque recti Dominij commoda poſtularat. Cui ſubſimile Iudicatum, in Cœnobiarcham *Du Montet* An. 1559., citat Molineus, ad §. 479. Borboniæ Conſuet. Ediuerſò autem, Gallicis in Municipiis, quæ Romano Iure vtuntur, inoleuêre pridem Redemptionalia feudi, laudatiua, aliáque Feudalis beneficij emolumenta aduentitia, tametſi Beneficiarijs Longobardorum Legibus ſcriptis ignota. Nam apud Petrocorios iuſta hæc Dominica exigi conſueuiſſe, tradit Boërius in Deciſ. Burdigalen. 231. Tum apud Delphinates Allobrogum, Franciſc. Marcus, in Gratianopolit. Deciſ. 292. & 647. Volum. 2. Poſt Vidonem Papium, in Delphin. Deciſ. 48. Vbicunque autem patrio more adſcripta ſint Dominis laudimia ex aliquo contractu, reſoluto eo, haud propterea ab iis illa repetuntur. Baldo teſte in l. ſi prædium, Cod. De ædilit. action. Num. 6. Nec enim parui refert, reſoluatúrne emptio, venditoris culpa: an, quaſi Legibus nulla iritáque, reſcindatur. Nam priori caſu, ſoluta laudimia non condicit emptor, præterquàm ab auctore ſuo: cuius fraude, vel ſocordia, rem dimittere

Droict d'indemnité payable au Seigneur par les Eccleſiaſtiques nouueaux acquereurs, auec Offre d'vn hõme viuant, mourant, & confiſquant.

Die. 14. Mart. 1583.

Placitũ Curiæ, die. 6. Septemb. 1586. in 4. Camera Inqueſtarum, *par renuoy de la grãd Chambre, entre les Habitans de Rheims, & le Cardinal de Guyſe, Archeueſque de Rheims.*

De ces frays du Sacre Royal de Rheims, vol. ſcripta à Nobis Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 8. Art. 2.

Pariſien. Areſtum. die. XI. Mart. 1552. *entre Franc. du Bellay Comte de Tonnerre qui debatoit de defectuoſité les Declaratiõs de pluſieurs Habitans de Tonnerre par faute d'auoir exprimé les droicts de cenſiues, lods & vẽtes qu'ils deuoiẽt.*

Nõ ſufficit cõſtare, fundũ eſſe de cenſu Eccleſiæ, ſed probandum, quòd ab antiquo exegit laudimia. Areſto contra Abbatem & Religioſos *du Montet.*

cogatur ille poſtmodùm,& à fundi emptione diſcedere. Argum.leg. 4.&.5.D.de leg.commiſſ. Quod ſubindicat pariter Mos almæ huius Ciuitatis. Art. 79. Haud diſſimiliter Senatorio iudicio definitum eſt poſtridie Nonas Iunias An. 1591. ſecundùm Pariſienſem Epiſcopum, pro quo, Othomanus dicebat: aduerſus Iudam Campanum, emptorem (pro quo, Nauarrotus), qui laudimiorum petitionem oppugnabat, fundi in iure ceſſione, tanquam multis obærati. Quoties tamen emptor, vnà cum prædij ceſſione ſpontanea, vrget Diplomate reſtitutionem in integrum aduerſus emptionem ex dolo venditoris, Tunc quaſi reſciſſo contractu, vel reſciſſioni obnoxio, ceſſant Dominica Emptionalium iura. Faber ad l. 1. Cod. quan. lic. ab empt. Et in l. vlt. Cod. Commun. de leg. Vidus Papa, quæſt. 590. Sicuti & Areſto Pariſienſi deciſum fuit. 10. Kal. Ianuar. An. 1592. pro Vilhelmo Lamberto emptore, contra Sodales Lutetianæ Ædis ſacrarum maximæ. Boucherio Curiæ Conſcripto, litis inſpectore. Hanc eandem Theſin exagitauimus, Lib. 2. Legum Andeg.

Areſtum Curiæ, *en plaidant*, die Iouis, ſexta Iunij. 1591.

Senatus decretum, die. 23. Decemb. An. 1592. *Sur vn procez parauant party, entre le Chapitre de Paris, & Lambert acheteur.*

Tit. De reb. in cenſ. dat. Art. 7.

6 DVODECIMA pretij, rectis Dominis lege adſignatur Pariſienſi. §. 76. At peculiari More Corbolienſis, & Tournantiæ Præpoſituræ, attributum ferunt Dominis ſoli ſextantem pretij conuenti, nomine laudimiorum. Diſtrictè enim conteſtati ſunt eorum finium populares, An. 1510. &. 1580. in medio Ordinum de patriis Moribus concilio, ſeſe nummariam hanc inire laudimiorum rationem, ac æſtimationem conſueuiſſe. Cuiuſmodi particularem Vſum, Pariſien. Legis emendatores illis reſeruarunt, qualemcunque probabilibus documentis, ac poſſeſſione ſuffultum oſtenderent. Sed hanc quoque in rem duo promuntur Curiæ Decreta ſumma, quæ legi: Prius, vndecimo Kalend. Ianuar. An. 1531. ſecundùm Ioh. Charronem, Curiæ Conſiliarium: victo aduerſario, Ioanne Cheſnayo. Poſteriųs Areſtum, tertio Kal. Iunias, An. 1533. pro Monialibus Hederacei Parthenonis ſacri, in Vilhelmum Droüynum, poſt ambigui Moris probationem turmatim admiſſam, & confectam. Producto tamen in iudicium deinceps bino illo Decreto, cenſuère PATRES, diſcutiendum maturiùs negotium, Regióque Actori communicandum: emptorem interim, fiduciaria formula, ſoluendis obſtringi laudimiis, quanta, Mos publicus Municipij Pariſienſis ſanxiſſet. Iudicato. 15. Kalend. Septembres, An. 1582. in Senatoria Inquiſitionum Decuria. 2. Vbi Dn. Picardus collegis ſuis forenſem duorum controuerſiam denarrabat, Karoli Hotmani, Principalium Rationum Magiſtri, & Ioh. Contei, regij Amanuenſis, qui à Palatinis libellorum ſupplicum Iudicibus Senatum appellarat.

20. den. pour liure de lods & ventes, generalement deux & .3. ſols. 4. den. pour liure, pretenduz en quelques particulieres Preuoſtez de Paris., aſſauoir de Corbeil, & de Tournant en Brie.

Placita Curiæ, die. 22. Decemb. 1531. Et 30. Maij, 1533. pro Sanctimonialibus B. Mariæ de Hedera, (Yerre), *Dames cenſieres, apres Enqueſtes par turbes faictes ſur l'vſance des fiefs, & cenſiues, en la Preu. ſte de Corbeil.*

Areſtum Curiæ, *ſur l'appel des Requeſtes du Palais*, latum die. 18. Augſti. 1582. *prouiſional ſelon la Couſtume eſcripte de Paris, apres que quelques Conſeillers, d'office ſont allez viſiter les Regiſtres de la Chambre des Comptes.*

7 QVONIAM verò in Præpoſituras minores Pariſienſis agri incidimus, notandum obiter, diſcretam antiquitùs, diſtinctámque fuiſſe Præfecturam Vrbis, à Procomitatu Pariſiorum. Sicuti Gallicus

tized by Googl

licus Codex addocet, Karolo. 4. & Philippo. 6. Regibus æquæuus, quem manu deſcriptum habeo. Pariſienſis enim Prætura, Caſtellariis ditionibus præerat Coruolij, Goneſſæ, Piſſiaci, Caſtrifortis, Dammartini, Luzarchiæ, Montislaij, & Montismorentiaci Baronatus. Aſt longiùs proferebatur Subcomitatus Pariſiorum, Meldos vſque, & quadragenas, Meldenſis agri, parœcias: ad Caſtellarium item Oppidum, ac territorium Brayæ Comitis Roberti. In Capite eius Lib. *Des paroiſſes, & feuz des Baillies, & Seneſchaucées de France: Premierement de la Viſcomté de Paris. &c.* Nam, vt Hiſtoricæ rerum Origines repetantur paucis, Hugo cognomine Magnus, quòd eſſet Pariſiorum Comes, Francorum Ducem ſe dixit, Aulæque Præfectum: Quales, Francici clauum Imperij iampridem rexerant, teſte Eginharto. Quin & Magni pater Robertus (qui Regiæ Primas, Dúxque Franciæ emicuit) ac patruus Odo Karoli Simplicis tutor, ſibi adſciuêre viciſſim Regios Galliæ titulos atque Inſignia. Roberto dehinc Sueſſionum in finibus cæſo, Magnus patrios ſpiritus induens, in ſpem Regni erigitur. Cùm ergo Magni filius, Capetus Pariſiorum Comes ſubueheretur in apicem Regni, aboleuit ilico ſplendida nomina, ambitioſáque Comitis, & Comitatus Pariſienſis: Qui iam inde Sceptris inſolubili nexu coniunctus eſt, vel antequàm Rex ipſe illuſtria Dignitatum beneficia Magnatibus viris perpetuò fruenda concederet. VICECOMITATVS autem titulum reſiduum permiſit, Pariſienſis modò Territorij veſtigium, notámque Officij iuridici intra eius fines Regiunculæ. *Vicecomes* enim Gallis ſcriptoribus intelligitur, cui præpotens Dynaſta Iuriſdictionis propriæ functionem ac munia in Arcibus quibuſdam demandarit. Specul. lib. 1. Tit. De Vicecomite. Cuiuſmodi etiam, fuêre à Britannis Vicecomites appellati. Vt Pontificia Alexandri. 3. Epiſtola ad Cantuarienſem Archiepiſcopum elicitur, ſub Rubr. Ne cler. vel monac. Cap. 5. Quæque, de Londini Angliæ Vicecomitibus, prodidit memoriæ Polyd. Virgilius, Angl. Hiſt. lib. 14. Galli itidem Belgæ, Vicecomitis vocabulo, deſignant medium Iuridicum, ſeu mediæ Præfectum Iuriſdictioni: Auctore Buteletio, in Summa rurali, Cap. De iuriſdict. Nec Pariſiorum tamen Iudex, *Vicecomes* ſcribitur vſpiam, ſed Præpoſitus, qui intra Subcomitatus huiuſce fines variè ius dicit: Primaria nempè in ciues, tùm ſuperiori in prouinciales cognitione, qui à minoribus prouocarint Oppiduli cuiúſque Iuridicis, Montislerici, Coruolij, & cæterorum id genus. Dempto autem hoc prouocationum Iudicio, nullum eſt Vrbis Prætori ius, imperiúmque, in ſubditos aliis, iuridicum: Vti ſuprema Curia, in præuentionem Fori ab illo iactatam, pronuntiauit. Decreto. 5. Idus Iulias, An. 1556. quùm Bechetus, pro appellante, & Rupifortius, pro aduerſa parte, oraſſent. Quinimò Lutetiani ciues ipſi, ritè declinant forum Vrbanæ Præturæ, in poſſeſſorio fundorum litigio, qui intra minores

Preuoſté, & Viſcomté de Paris diſtinguez: quamuis ſimul ex æquo poſita, in §. 88. 116. & . 345. Leg. Pariſ.

Chaſtellenies de Corbeil, Goneſſe, Poiſſy, Chaſteaufort, Dampmartin, Luzarche, Montiay, Montmorency. &c.

In Proceſſu verbali Conſuet. Pariſ. enumerantur Vici, & fundi Meldorum Epiſcopales, *reſſortiſſans d'ancienneté par appel deuant le Preuoſt de Paris, côme eſtans de la Viſcomté de Paris.*

Edicto Præſidalis Sedis Pariſiorum inſtitutæ, continentur expreſſim Braya Comitis Roberti, & Feritas Aleſia, An. 1551.

Maiores domus, *Maires du Palais, grands Maiſtres de France, Comtes du Palais.* Ex Chartulariis antiquis, quæ Ioh. Tilius collegit Lib. 1. & . 2. Memorabilium Galliæ.

Duchez, Comtez, & Marquiſatz hereditairement infeodez.

Vicecomitatus nomine, apud Scotos, Prouincia intelligitur, appellatur. Ex Scoticis Boëthij Annalib.

Seigneur Viſcontier.

Placitum Curiæ, die. 11. Iulij, An. 1556. *Que le Preuoſt de Paris n'a preuention de cognoiſtre ſur les ſubiects, & iuſticiables de ſes fillettes, comme Montlehery, Corbeil, &c.*

tized by Google

Antiquum Senatus Decretum, die 22. Iunij An. 1353.

Præfecturas ſint conſtituti. Quemadmodùm priſco S. C. Pariſienſi deciſum inuenimus. 10. Kalend. Quintiles, An. 1353., tali ſermone. Cùm Thomas la Chieure *coram Præpoſito noſtro Pariſienſi, contra Petrum* Picquic *petiiſſet, certam cauſam nouitatis inter ipſas partes pendentem coram ipſo, apud Corbolium coram Præpoſito dicti loci remitti, quia hæreditagia, de quibus eſt debatum, in Caſtellania, & Præpoſitura de Corbolio ſita erant, & de Iure & Conſuetudine, ac per Ordinationes Regias, nullus in actione reali extra Caſtellaniam, in qua ſunt hæreditagia, de quibus eſt contentio, ſituata, trahi debeat. Dicto Petro, è contrariò, proponente, quòd dictus Thomas Pariſiis morabatur, erátque Locumtenens Præpoſiti noſtri Pariſienſis prædicti, & ibidem de leui haberet conſilium, nec ſe vexatum, ſeu grauatum de litigando ibidem, dicere poterat, habebátque dictus Petrus hæreditagia prædicta, virtute Sigilli literarum Præpoſituræ Pariſienſis ſigillatarum, quarum cognitio ſolida ad Præpoſitum Pariſienſem pertinebat, exhibebátque literas Regias, quibus eidem Præpoſito mandabatur, quòd penes ſe retineret cognitionem dictæ cauſæ. &c. Cùm dictus Præpoſitus Pariſien. pronuntiaſſet, quòd de dicta cauſſa cognoſceret, nec eam coram Præpoſito de Corbolio remitteret; ſuit ab ea Sententia ad noſtram Curiam appellatum. Per iudicium Curiæ noſtræ dictum fuit, dictum Præpoſitum Pariſienſem malè iudicaſſe, remiſitque dicta Curia dictas partes in dicta cauſa proceſſuras, vt eſſet rationis, apud Corbolium corám Præpoſito dicti loci.*

Prætèr maiorem, & minores hos Præpoſitos Municipij Pariſien. fuit inſtitutus Lutetiæ Bailliuiatus, & *ſiege de Bailly, Lieuten. & autres Officiers, pour l'exercice de la Côſeruation des Priuileges Royaux de l'Vniuerſité* Edicto in Curia publicato, die 15. April. An. 1523. à Paſchate. Sed quinquennio pòſt, *led. Bailliage a eſté reuny au ſiege de la Preuoſté de Paris.*

Ædificium nempe ſolo cedit.

Ferron. in §. 15. De Feud. Burdigal. Côſuet. ait, vendita area cenſuali, cum ædificio ſuperpoſito, laudimia debe ri, non habita æſtimatione ad aream, ſed ad domum.

8 LAVDATIVVM rectis dominis pendendum eſt, non tantùm pro modo ſoli, cui vectigal primitùs impoſitum ſit, ſed ædificij quoque ſolo ſuperſtructi, & cum eo diuenditi. Odofred. & Alberic. in l. vlt. Cod. de iur. emphyt. Boërius ad §. 19. Bituricæ Conſuet. Tit. De Conſuetud. feud. & cenſ. Alioquin Dominicum ius propè inefficax foret, inſpecta ſolarij cauſa primaria: Quam vernaculus Liber Francicarum Conſuet. perſtrinxit, hac clauſula. *Et eſt le menu cens, chef cens capital, qui regarde plus le fons, que l'edifice. Et de la premiere inſtitution, les Seigneurs ne baillerent, fors les places vuides, & non edifiées.* At fundorum permutatione nil compendij, quæſtusvè redit ad dominos ſoli: ni mobile quidpiam immobili commutetur. Vtpotè ſi vidua mulier, annua æris penſione fructuaria cedat hæredi mariti, qui hæreditarium viciſſim prædium viduæ tranſcribat perpetuò poſſidendum. Cùm enim temporaria hæc penſitatio, pro mobili habeatur, vt prædictum eſt, conſequitur, rem ſoli, veriùs emptam ſuo pretio, aut à creditrice acceptam pro ſoluto, fuiſſe, quàm permutatam. Quippe in ſolutum acceptio, nummariæ æquipollet côparationi prædiorum. l. 4. Cod. De euict. l. is qui rem permutauit D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l. eleganter D. de pignerat. act. Hæc tamen in paternis fundis non procedunt, filiæ datis, vice pacti auri dotalis. S. Conſulto Pariſienſi. 10. Kal. Septemb. An. 1576. quod æquiori Iuris Interpretum ſententiæ adhæſit, Salyceti, & Iaſonis in l. cùm dubitatur Cod. De iur. Emphyt. Idem comitiali

Doüairiere de rente viagere, quæ renta fructuaria, non eſt, vſuſtructus inſtar, immobilis: Quantò enim leuior ſit vſufructu, patet ex l. fundi Trebatiani. ff. De vſufr. leg.

Curiæ Placitum, die 23. Auguſti. An. 1576.

comitiali Geneuenſium Lege ſancitum, quarto Kalend. Februar. An. 1568. Cap. *Des Lods*. Neque hinc abludit noua Pariſiorum Conſtitutio Municipalis, Art. 26. &. 33. Rectè iſtud quidem. Siue enim pecunia, ſeu prædium huius ſuccedaneum adſcribatur doti, paternam hanc voco, non tam liberalitatem, quàm natiui, legitimíque æris debiti repræſentationem, futuræve prærogationem hæreditatis: Quæ, hoc ampliùs, continuatio dicitur paterni rerum dominij in liberis ipſis, Iure ſuorum. Cæſarea leg. 2. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod. Et Pauli reſponſo, l. cùm miles. D. ex quib. cauſ. maior. Vlpij Marcelli l. 56. §. vlt. D. ad Leg. Falcid. l. in ſuis. π. De liber. & poſthum. Cum Artic. 278. Pariſ. Conſuet. Qua etiam ratione, apud Gallos, beneficiariorum filij non redimunt à domino feudale beneficium: quia, Conradi lege, retinent veriùs beneficium paternum, quàm acquirere videatur. Eapropter Apchonios dynaſtas coniuges abſoluit Senatus Honorariis dominicis: quæ, Scotica Regina, Pictonum, Turonúmque fructuaria ab iis depoſcebat. Nec abſona his omnimodò eſt laudimiorum quæſtio, à PATR. CONSCR. deciſa, ſecundùm prædij redemptorem ex lege agnationis. Ponamus enim, Retractum linearem aruorum, qui extra iudicium vltrò agnoſcatur, alienationem cenſeri, potiùs quàm alienatorum reuocationem in familiam. Si tamen litis metu, emptor propinquum auctoris ſui tranſactione admiſerit, quem in iure condicentem fundos, perperam abnuiſſet, minimè creditur alienaſſe, qui pleniori officio bonæ fidei perfunctus ſit. Vt Iuuentius Celſus lib. 10. Digeſt. ſcripſit, l. 5. §. Si quis rogatus. π. De donat. int. vir. & vxor. Cum Æmilio Papiniano, in l. 19. D. Quæ in fraud. credit. Queîs valdè congruit Domitij Vlpiani opinio, in l. quoties §. 1. π. De adminiſt. tutor. Subnecte iis, tranſactionem, nouum alienandæ rei titulum non videri, ſed ab anteriore cauſa paciſcentiúmque facto pendere. l. petitor. π. De liberat. leg. l. ſi pro fundo Cod. De Tranſact. Quàmobrem Lutetiana Curia dominũ ſoli petitione ſummouit laudimiorum ab gentilitio prædij retractu extra ius agnito, & bona fide conſumpto. Celebri Areſto, pridie Kalend. Iunias, An. 1582. Atque hinc obiter fatendum ingenuè, talia Dominicorum iurium ænigmata, Forenſi tantùm Vſu ſolui, Iudiciorúmque diſciplina. Aliàs, quæſtionibus hiſce, velut Cretico labyrintho incluſi, Dædalum fruſtra inuocarint.

Edicts, & Ordonnan. de Geneue paſſées en Conſeil general, die. 29. Ianuar. 1568.

Art. 26. Verſ. *encores que la choſe donnée ait eſté aualeée. &c.*

§. 278. Verſ. *ſont reputez donnez en aduancement d'hoirie.*

Le Sieur d'Apchon, & ſa femme abſouls des droicts ſeigneuriaux pretendez à cauſe de leur contract de mariage. Sic talia iura non debentur ex diuiſione inter propinquos cohæredes: quùm diuiſio, non ſit propriè alienatio. l. ex caſtrenſi. π. de caſtr. pec. Et feudum inalienabile diuidi poteſt. Cap. Imperialē. §. præterea. De prohib. feud. alienat.

Decretum Senatus, die vlt. Maij, An. 1582.

Nec laudimia quoque Domino debẽtur ex venditione, quam ipſe fecit, Molin. ad §. 17. Caluimontanæ Conſuet.

9 LVTETIANI Ciues eximuntur mulctatitio quino æris aſſe, qui moratoribus in Agraria penſitatione infligitur: Niſi mulctæ ſe nominatim ipſi cenſualibus Monumentis deuinxerint. Art. 85. patrij Moris, qui ab Regio hercle Philippi priuilegio non manauit, (vt putat Ludou. Caronius) ſed à ciuica veteri Obſeruatione; quam Liber Conſuetudinarius Galliæ percenſuit, calamo ſic exſcriptus. *Item par l'Vſage, & Couſtume, les bourgeois, & habitans de la ville de Paris ne ſont pas tenuz de payer amende de cens non payé, à cauſe de leurs heritages aſ-*

.5. ſols Pariſis d'amẽde de Cens non payé.

Verſ. *excepté des heritages aſſis en la Ville & Banlieuë de Paris. &c.*

Caronius eruditiſſ. in §. 85. Pariſien. Conſuet.

De Banleuca etiam hac, Art. 85. & 86. Pariſ. Leg.

ſiz en la Ville, & Banlieuë. Ciuilis deinde iſtius Immunitatis poſſeſſionem teſtati ſunt vno ore Pariſiorum Municipes, An. 1510. in reponendo conſimili ſuæ Legis Cap. 62. Vt Renunciatione actorum id temporis apparet, quæ ſcriptæ huic Conſuetudini ſubtexitur. Philippini quoque in Lutetianos Priuilegij ſerie tota, nil tractatum de mulctis in moroſos cenſus debitores. Imò priuilegiaria Charta, à directis priuatarum ædium Dominis impetrata eſt in fruſtratores inquilinos, vel proprietarios: qui neglecta ſolarij præſtatione, vectigales domos pariter inanes derelinquerent. Nimirum vt habitatoribus vacuas deſertáſque auctioni ſubiicere ſinâtur Domini illi, nouíſque poſſeſſoribus incolendas propalam addicere: quò Vrbanarum ædium ruïnis celeriùs occurratur. Qualiter propemodùm egiſſe Veſpaſianum Imperat. refert Tranquillus, quùm deformata ruïnis Vrbe, vacuas areas occupantibus conceſſit, ſi intra diem certum domini priores ceſſaſſent recolere eas, ac inſtruere. Pœnalis inſuper mulctæ exemptio, Moribus data Ciuitati, porrigitur extra Muros, & primum ad lapidem, ſeu territorium Vrbis: de quo, Francici Reſcripti verbis nil planè cauetur. BANLEVCA enim, patrio idiomate, ſignificat Vrbanam coërcitionem, Iuríſque dictionem extra mœnia, in ſuburbanos agros. Subnotante Hygeno, cùm de agrorum conditionibus agit, & iuriſdictione Coloniarum. Sic de Tornacenſi Neruiorum Vrbe, & BANLEVCA, Ioh. Butelerius in Summa rurali. Cap. de Interdictis. Tùm, aliquantò pòſt, Monſtreletus, in Atrebaticæ Pacis deſcriptione. An. 1435. Verſ. *En y comprenant auſsi au regard des Villes ſeans ſur lad. riuiere de Somme, du coſté de France, les* * *Banlieux, & Eſchaumages d'icelles Villes, pour en iouïr par mond. Seigneur le Duc de Bourgongne*. Nec multò aliter, Neapolitanæ ciuitati adiacentes Villæ, ac Pagi, de more parent ciuicis eiuſdem Legibus. Auctore Matth. Afflicto, in Conſtitut. Neapolit. De homicid. clandeſtin. Verùm enimverò mulctis immunes Lutetiani non ſunt iis, quæ ob celata laudimia emptoribus irrogantur. Tales quippe * ἀσείσως Lege ſanciuntur, nullo perſonarum diſcrimine, & exceptione. §. 77. Pariſ. Conſuet. Improbior eſt ſcilicet alieni iuris ignoti ſuppreſſio, ac reticentia, quàm noti offerendi mora ac negligentia. l. penult. ff. De vi, & vi arm.

Proceſſus verbalis antiquæ Conſuet. Pariſ.

Tenor Regij huius priuilegij ſigillatim inſeritur Lib. Deciſionum Magiſtri.

De iiſdem, vide ſupràſcripta, in Præfat. Et Politiæ Eccleſ. Lib. 3. Tit. 6.

Bãnum Leucæ, i. iuridica proclamatio intra Leucam Vrbi proximam, quæ Vrbano Magiſtratui competit, *au Preuoſt de Ville, ou aux Eſcheuins.*

Tournay.

Traicté d'Arras.

* *Banlieues, & Eſcheuinages.*

* Indefinité.

10 SACRA ECCLESIA, Principali auctoritate, Dominíque aſſenſu, libera tenet olim acquiſita, perempto iure Dominico. At recèns parta emancipare cogitur intra annum & diem, vrgente Domino ſoli, plenæve Iuriſdictionis. Vtroque autem in id concurrente, eadem die, percontabatur antiquus Pragmaticus, vtri ipſorum fundus poſt annuum ſpatium addiceretur. Senſit demùm, proximi fundo, quàm Iuridici, domini cauſam eſſe potiorem. *Au Seigneur foncier*, ait, *ſera le nouuel heritage acquis: Car le hault Iuſticier ne peult reclamer droict aud. heritage, ſi ce n'eſt en deffaut de tenant, ou pour cas de confiſcation.* Lib. 2. Conſuetudinario Franciæ Tit. *Des admortiſſemens*. Vſu tamen comprobatum

Admortiſſemens de terres, aux Egliſes.

Communautez Eccleſiaſtiques, appellées, Mainmortes, ex eo, *que leur main, comme morte, ne peut prendre ne rendre. Prendre ſans auctorité du Roy, qui admortiſt: Rendre, ou quiter, ſans l'auctorité du ſuperieur Eccleſiaſtic.*

Digitized by Google

probatum eſt, anno trāſacto, publicè rem poſſideri, inſtāte Domino, ac profanis licitatoribus adiudicari. Porrò ſupremus Gallicorum prædiorum dominus Rex Ludouicus. xi. curauit ſolertiſſimè, ne, nouo quæſtu indies auctis Templorum opibus, labefactarētur ſua, & clientum ſuorum iura, ditiones, poſſeſſiones. Quod vti exploraretur attentiùs, reſcripſit is Præfecto Vrbi, iuſſitque, huius cura, & opera, Catalogum, profeſſionémque ſacrorum prædiorum à Sacerdotibus edi integra fide, & ab eo mox in Decuriam Rationalium mitti. Præclaro diplomate. 13. Kalend. Sextiles, An. 1463. Antea pariter Hēricus. 6. Britanniæ Inſulæ Rex, qui Lutetiám factionibus diſtinuit aliquantiſper, præceperat, Clerum Pariſienſem, quadrageno ab anno quæſita, profiteri, quæq; Morticinij iure donata à Regibus non fuiſſent, prehendi, poſſideri Regia manu. Tabulis authenticis, pridie Nonas Octobres, An. 1428. Generatim verò edixit Karolus. 7., poſt redditam legitimæ ſuæ Ditioni Vrbem, veteres Cenſus, & monumenta ſingulorum prædiorū circunſpici, euolui, quæ ab Anno. 1391. recognita non fuiſſent. Eámq; ſelectis viris prouinciā cōmiſit, vectigalis agri cuiuſq; iugera, fines, ac poſſidentiū nomina indagandi, luſtrandi. Additum inſuper, priuatos fundorum detentores, qui nondùm à Principe in poſſeſſionem miſſi eſſent, id Regiis delegatis impunè reſeraturos. Epiſtola Caroli aperta, 15. Kalend. Septemb. An. 1438. Etſi porrò Templis comparata res ſoli, ſacretur à Principe identidem, perpetuóq; fruenda iis permittatur: Clientelæ tamen prædia ab Eccleſiaſticis tenentur, lege cōdicta, vt Vicarium clientem patrono mortalem exhibeant. Secus de plebeiis, ac vectigalibus latifundiis: quorum nomine, beneficiatium, Procuratorem dare, Eccleſiaſticis non eſt neceſſe, præterquàm in Aureliorum ciuitate. §. 138. Aurelianæ Conſuetud. Inibi namque Redēptionalia dominis, mutato poſſeſſore, penduntur, ex vrbano ignobili prædio, non minùs, quàm ex nobili ruſticano. Aurelianenſis verò Vrbis limites vetuſtiores, intra quos Feudalia iſthæc commoda percipiuntur, detexit rei Inquiſitio ſolennis, turmatim peracta Decreto Curiæ, in controuerſo patrij Moris vſu interpretando. Quùm enim Anglicam Aureliæ obſidionem ſoluiſſet armata Puella, An. 1429. Ciues Suburbia ſeptis clauſēre Ciuitatis, mœnibúſque ita cinxerunt, vt largiùs multò, quàm antea, Vrbis ambitum, finéſque dilatarint.

Patentes literæ Regiæ Die. 20 Iulij. An. 1463 *a ce que gēs d'Egliſe baillent par declaration leur temporel par confrontation de chaſque piece, & eſtenduë d'icelle, à quel tiltre, & depuis quel temps elles leur appartiennēt. Leſquels adueuz, & declaration ſoient par le Preuoſt de Paris enuoyez en la Chambre des Comptes.*

Errici. 6. Angli Reſcriptum, die. 6. Octob. An. 1428.

Caroli. 7. Literæ patentes, die. 18. Augusti, An. 1438. *des anciens Regiſtres, & Terriers des Cenſiues, rentes, & droicts du Roy en la Ville, & Banlieüe de Paris. Et des Commiſſaires du Terrier dud. Sieur.*

Les anciennes Barrieres de la Ville d'Orleans,, dans leſquelles, ſe leuent Releuoiſons à plaiſir, ſont. La Croix Morin, & la Porte, ou l'Hoſpital S. Paterne. Iugé, apres Enqueſte par turbes, en interpretāt la Couſtume d'Orleans, parlant des anciennes Barrieres.

11 Coenobiorvm vtique ſtructura, & dote quorumdam, Reges noſtri indulſēre liberam fundorum acquiſitionem intra Regium feudale latifundium, ac territorium. Verbi gratia, Ludouicus Craſſus, Monaſtici Parthenonis conditor Montiſmartyrum, adiecit ei dotem prædiorum ampliſſimam, & noua quærendi poteſtatem iſtiuſmodi. QVICQVID ETIAM ADIPISCI DE FEODO NOSTRO POTERVNT, LIBERÈ IN PERPETVVM CONCEDIMVS, &c. Reſcripto An. 1134. Haud ideo tamen Moniales penitus lege ſoluuntur Manus emortuæ: niſi recēns parta, Reges ſacro dedicarint, morticináque donarint poſſeſſione. Iura ſunt hæc auguſti Sceptro-

Regia fundatio, Muliebris Abbatiæ *de Montmartre lez Paris.* Cuius ſolum Templi ideo conceſſum fuerat Regi a Theobaldo, Priore B. Martini de Campis. An. 1133. Monialibus autem fundator dedit inter alia ſuam Villā apud Pratellum Hilduini, vulgò *le Bourg la Royne.*

M

rum dominij, imperiíque in Eccleſiaſticos Sodales, rei prædiariæ poſſeſſores, nedùm in profanos, ac plebeïos. Id quod Craſſus & ipſe Rex deſignatus ſubindicarat Bellouacenſi Canonicorum Sodalitio maximo. Munificis Codicillis poſtridie Idus Ianuar. An. 1103., cum hac periodo. CONCESSI PRÆTEREA, VT ABSQVE MALA VOLVNTATE, EX NOSTRA PARTE ROMANO PAPÆ OBEDIENTES SINT, SICVT APOSTOLICO: ET MIHI SERVIANT, VT DOMINO. Quinetiam Craſſi filius, Ludouicus Iunior exemit Dominico cœnobitarum iure Ædes tredecim, queîs Lutetiana tùm D. Iacobi ſuburbia conſtabant, vulgò dictas, *Les francs Muriaux*. Inſtrumento ſolenni, An. 1158. ſed quo pariter, ſubditorum immunitatem Princeps redemit Salaria annona cucullatis adſignata ſacerdotibus Diuæ Mariæ campeſtris, in annos ſingulos. Miſcetur quoque interdum Regis, Templorúmque dominatus prædiarius: ita, vt ille iuridico, hæc ſolario potiſſimè in fundos imperio præſint. Exempli cauſa, Pariſienſis Epiſcopus, ſoli vectigal percipit, ſeu honorarium Canonem annuum in nonnullis Vrbis vicis, ab ſuperiori rectóque dominio. Princeps verò eidem Vrbis Regiunculæ ius dicit maiore Imperio, Iuridicíſque partibus fungitur. Quæ partes quidem expromuntur Pactitia Formula, apud Melodunum Senonum, An. 1222. Quam Philippus. 4. renouauit Ianuar. Menſ. An. 1292. Eius Pacti conuenti præcipuæ hæ ſunt clauſulæ: *In Burgo S. Germani, & cultura Epiſcopi, & in clauſo Brunelli habemus raptum, & multrum, quando raptores, & multrarij capti ſunt ad præſens foriſfactum, vel ſponte confeſſi, & habemus eorum mobilia ſine diminutione. Quòd ſi raptores, vel multrarij capti non fuerint ad præſens foriſfactum, vel ſponte confeſſi, & aliquis per Duellum velit eos ſuper multro, vel raptu conuincere, duellum erit in curia Epiſcopi. De conuictis per duellum in Curia Epiſcopi, Iuſtitiam faciemus, & eorum habebimus mobilia ſine diminutione aliqua. Habemus ſiquidem nos, & ſucceſſores noſtri in burgo S. Germani, in cultura Epiſcopi, & in clauſo Brunelli exercitum, & equitationem, vel tailliam propter hoc factam, & guetum, ſicut in Communi Villa Pariſienſis. Et habemus ſuper homines illius Burgi, & culturæ Epiſcopi, & clauſi Brunelli tailliam, quoties filios noſtros faciemus nouos milites, & quando filias noſtras maritabimus, & etiam ſi redimemur de captione corporis proprij noſtri facta in guerra. Et eodem modo habebunt tailliam ſucceſſores noſtri ſuper homines prædictos. Propter alias autem cauſas non poſſunt à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris tailliari dictorum locorum homines ſine aſſenſu Epiſcopi. Præterea in locis prædictis habemus iuſtitiam ſuper Mercatores, de iis quæ pertinent ad mercaturam. Clamatores etiam, & menſuras vini habemus in locis prædictis. De menſuris bladi; ſic erit, quòd eas tailliari faciet Præpoſitus noſter Pariſienſis, in quarum cuſtis, & expenſis ponet Epiſcopus Pariſien. tertiam partem. Et habebit ſeruiens Epiſcopi ſine contradictione menſuras illas in ſua ſeptimana. Habemus ſiquidem in veteri Burgo S. Germani. 60. ſolidos pro taillia panis,*

&

Charta Regis Lud. *le Gros*, in Archiuis Capituli Eccleſiæ maioris Bellouacorum adſeruata, die. 14. Ianuar. An. 1103.

Faulxbourgs S. Iacques, de la Ville de Paris, deſquels les Francs-Muriaux ont eſté affranchis de la cenſiue & feodalité du Prieur de Noſtre Dame des Champs, moyennant la recompenſe Royale de 3 minots de Sel par chaſcun an, &c.

Concordatum Philippi Auguſti cum Antiſtite Pariſienſi, de directo, ac ſuperiori vtriuſque dominio profano, in quibuſdam Vrbis regionibus.

Cenſualia itidem iura Capicerio, & Canonicis B. Opportunæ Pariſ. adiudicauit Senatus, die. 23 Auguſti. 1586. in Clauſtrorũ ſuorum ædificia, ſuburbanáque *des Porcherons, & Mareſts d'alentour Paris*. Sed de alta Iuriſdictione iis ipſis in locis, *Ordõne, qu'ils eſcriront, informeront. &c.* Hęc cum Regio Procuratore, in emendãda Theſauri iudicũ Sententia, dicta. 3. Mart. An. 1569.

& vini de tertio anno in tertium annum, ſicut hucvſque habuimus. Præterea in Cultura Epiſcopi, & clauſo Brunelli habemus nos, & ſucceſſores noſtri tailliam panis, & vini de tertio anno in tertium annum, ſicut hucvſque habuimus. &c.

12 Sive autem Eccleſiaſticus, ſiue profanus Dominus ſoli, non capit laudimia ex fiduciario prædij commercio, & venditione pacta, ſub lege redhibendi intra modicum tempus. Trecenſ. Conſuet. Art. 35. Cenoman. 178. Andeg. 161. Burdigalen. 96. & Geneuenſi Lege populari, condita An. 1568. Quod in vniuerſum ſtatui etiam poteſt, Guliel. Cugnei argumentis, (in l. ab emptione. ff. De pact.) reſoluta ſcilicet venditione ex Pacto contractui adiecto, quod dedit cauſam cōtractui, nullum Domino laudatiuum tribuendum. Habetur enim venditio pro non ſcripta, quæ retrò in irritum deducatur. l. 1. & 2. Cod. quan. lic. ab empt. Nec genuina cenſetur venditio, niſi quæ irreuocabilis perſtet. Argum. l. in diem. ff. De aq. pluu. arcen. Sic pendente euentu redemptionis fundi, qui diſtractus ſit fiduciaria lege, videtur res in bonis venditoris, potiùs quàm emptoris. Argum. l. ſtatuliberi, D. ad leg. Falcid. l. ad reſoluendas Cod. de præd. min. Quam in ſententiam pariter tranſiit Ferronus. §. 16. De Feud. In Burdigal. Cōſuet., & Tiraquellus in Retractu conuention. §. 6. Diuerſum porrò de venditis purè, & in diem addictis fundis. Nam tunc emptor, medio tempore proprietarius creditur: ideóque reſponſum, eundem & capere vſu rem poſſe, & fructus, acceſſionéſque ſibi lucrifacere. l. ſi ex duobus, §. ſed & Marcellus. ff. De in diem addict. Cæterùm ſi redhibendi prædij facultas conuenta ſit poſt puram venditionem, tunc duplex debetur laudatiuum. Ex prima enim venditione ius eſt Domino quæſitum, veluti perfecta ea, ſuíſque numeris abſoluta. Cugneus in cit. l. ab emptione. Sumpta ratione Leg. 2. Cod. De donat. quæ ſub mod. Ex poſteriori necnon reſolutione contractus, ceu noua ex obligatione, & alienatione, nouum ait laudatiuum eſſe præſtandum. Argum. l. ſi à me D. ad leg. Falcid. Prædictis inſuper fulcitur, quod Nos, conſulente Ælio Firmo, Lemouice, cenſuimus, creditorem, cui Aquitanus Senatus pro ære debito adiudicaſſet fundos, Dominicis Emptionalibus neutiquam adſtringi, nec debitorem quidem ipſum, qui, inita cum illo tranſactione, & perſoluto debito, prædia ſua recuperaſſet. Neque enim creditor, qui dominij iure, pigneratam rem obtinuerit, eius proprietatē nactus dicitur purè & abſolutè: cui nimirum debitor eādem intra bienne ſpatium poſſit auocare. Iuſtinianea leg. vlt. Cod. De iur. domin. impetr. Subiiciebam his, tale decretum adiudicationis fundi, Regia Lege irritum liquidò patere: quippe cui nulla interceſſerint publicarum licitationum ſolennia rei venalis, nullus extero emptori patuerit aditus, nulláq; pretij ſors palàm adiecta: Vti perpetuo Edicto cauebatur, Molinenſi præſertim (Art. 49.) quod ſcripti Iuris Municipia peræquè Solennibus iis nominatim alligauit. Imò & vbiuis Terrarum, quæ Romana lege reguntur, Iuſtinianus ſanxerat, æſtimari rem, quæ pecuniæ cre-

An ex venditione ſub gratia redemptiua, iuſtè petantur laudimia.

Edictum, & Ordinatio Geneuæ, in Conſilio generali, die. 29. Ianuar. An. 1568. Cap. *des Lois.*

Qui ad rem recuperandam habet actionem, rem ipſā habere videtur.

Glo. 2. in Ver. *les loyaux couſtemens.*

Laudimia itidē pēdūtur, pro rata *de ce que [illegible], en eſchāge.* Molin. in §. 455. Borbon Cōſuet. Id quod viu obtinet, potiùs quàm contraria Vidi Papij opinio, in Quæſt. 92.

Decreta adiudicationis fundorum debitoris, creditoribus gradatim fieri ſolitæ à Burdigalenſi Senatu.

Edictum *des Criées,* An 1551., diſtrictè obſeruari, mandatum poſteriore Molinenſi, An. 1566.

ditæ loco daretur in ſolutum creditori. Nouel. Conſtitut. 4. Atquè vt illa addictio fiebat, ſi pignus in cauſam iudicati captum, vænire commodè nequiret : ſic creditor, pignoris, quod diſtrahere vellet, cùm nullum emptorem inueniret idoneum, ſibi demùm ius dominij impetrare poterat. Quemadmodùm notat Scęuola, de pignore in proprium creditoris patrimonium conuerſo, ceſſante debitore. In l. 101. De legat. 3. Et Vlpianus creditoris meminit impetrantis, vt fundum pigneratum poſſideat iure dominij. l. 5. §. 1. ϖ. De reb. eor. Vtcunque ſit, pignus, quod creditori proprietate rei addixerat Curia Burdigalenſis, nullo alio rem licitante, nec adhibitis noſtratibus Formulis, exiſtimaui, lege ratum Gallica minimè fore, ac Principalis Reſcripti auxilio facilè ſubuerſum iri à Senatu Pariſiorum, ad quem ſummæ litis cognitio tranſlata eſſet. Nec moror diuerſam Ferroni de eo opinionem, qui fato præreptus ſit, ante Edictũ Molinenſe, perlatum An. 1566.

Requeſte ciuile contre le Decret du Parlem. de Bordeaux.

Ferron. in Burdigalen. Conſuet. § 25. De Feud.

Cedans incontinent ſon adiudication à autre, qu'il declare ſon command, & amy, n'eſcheent nouuelles ventes, ne retrait. Sed ſi ex interuallo, ſecus.

Si is, qui prædium licitatione euicerit, fidem ſuam alteri interpoſuiſſe fateatur, nulla exigẽtur laudimia, huius agnitione fideicõmiſſi taciti, ſed ex publica modò addictione fundi anteriore: De qua, Mos Pariſiorum, Art. 83. & 84. Verùm hæc ita procedunt, ſi perſonatus licitator, paucos intra dies ab decreto adiudicationis, neque eo dùm ſibi in manus tradito, profeſſus ſit apertè fideicommiſſarium illum. Vt vult Molineus, in §. 376. Cenoman. Conſuet., Et Samarobrinus Mos Cameracenſium, cum Atrebatico, ſolennibus mandato chartis An. 1509., Art. 135. 136. Tunc enim publicæ fundi comparationi accedens proximè, ignoti comparatoris nominatio, neutiquam cenſetur noua ſecundáque rei acquiſitio, nec gemino ex Actu iſto duplex vectigal Fiſco debetur. Riminaldi Cõſil. 163. Quod Iudiciis etiã adſtructum legitur Mantuani Senatus, dum modò intra annum pro Ritu patrio licitator nuncupet propalam eum, cuius in rem clanculum rogantis, prædium auctione mercatus ſit. Pet. Surdi Deciſione Mantuana, 226. Arctiori verò, Bimeſtris ſpatij interiectu Gallica Curia conſtrinxit liberam occulti emptoris nuncupationem: Ita, vt ſeriùs emiſſam nouæ emptioni pactitiæ adæquarit. Decreto Pariſien. Nonis Sextilib. An. 1600. ſecũdùm Mariam Chabouilleam Ludouici Coſſeti viduam coniugem, quæ à Meldenſi proprætore appellarat, in Guillel. Couſinetum, ex aduerſo, litigãtem. Pura enim ac indefinita nominãdi facultas interit lapſu dierum ſexaginta. l. quòd ſi nolit. §. ſi quid ita. ϖ. De ædilit. edic. Quam in ſententiam multùm vrgẽt ſcripta Bartoli (ad leg. ſi arbitratu. ϖ. de verb. oblig.) Baldi (in l. Mulcta D. de cõdit. & demõſtr.) Iaſonis (ad l. vlt. Cod. comm. de legat.) ac Immolæ, ad cap. Quintauallis De iureiur. Tẽpeſtiua igitur, vt ingenua, amici, tectiq; emptoris nominatio, recludit ſolùm operta, nec nouum ius dominiúmq; rei trãsfert in verũ emptorẽ. Nam plus valẽt acta verè, quàm ſimulatè cõcepta: Nec bonæ fidei agnitio ſtatum rerũ vllatenus innouat. Africani leg. quidã cùm filiúſamil. ϖ. De hęred. inſtit. l. quoties 13

Conſuet. de Cãbray, Command en fief ſe doit nommer dans 40. iours. Et Arteſienſi more, *l'acheteur par decret, peut auparauãt la ſaiſine par luy priſe, declarer ſon command, lequel commãd ſe peut faire ſaiſir deſd. heritages, ſans pource payer droicts ſeigneuriaux, autres que ceux, auſquels ſe monte le decret, pourueu qu'il n'aye payé argent pour lad. declaration de command.*

Areſtum Curiæ die. 5. Auguſti. 1600. Dn. Fouqueto relatore, in. 5. Camera Inqueſtarum. *Que nonobſtant la nomination de cõmand. faicte enuiron vn an apres le decret, led. Command, comme nouuel acquereur de l'adiudicataire, eſtoit tenu hypothecairement de ſes debtes.*

Emens autem nomine perſonæ nominãdæ, ſibi acquirit, ſi non nominet, & ipſe remanet obligatus. Bartoli Notis ad l. fundum ϖ. de act. emp. & in l. ſi abſẽtis C. ſi cert. pet. Leg. ſecundùm reſponſum C. de contrah & commit. ſtipul. Alexand. in Conſil. 22. &. 24. Volum. 5.

Digitized by Google

quoties §.1.ꝟ. De adminiſtrat. tut. l. hæredes palàm §.1.D.de teſtam. Hinc Lutetiani PATRES iuſtum prædij licitatorem poſſeſſorémque Hypothecario iudicio abſoluerunt, in eum moto ab imaginarij illius emptoris publici creditore. Præſentaneo Decreto, 13. Kal. Ianuar. An. 1600. poſt prolixam Conſtantis orationē pro appellante creditore: & Daguei, pro Barboto, qui à fictitio illo comparatore fundi nuncupatus, pretium reapſe obſignarat. Similiter Rhedonenſis Curia dominum actione ſummouit, laudimia petentem ex noua taciti emptoris, fideiq; commiſſarij per eum deſignatione, qui paulò anteà ſuum ipſi nomen empturo accommodaſſet. Iudicato Idibus Sextilibus. An. 1576. ſecundùm Rudolphum *de Queauguen*, aduerſus Dolenſem Epiſcopum, qui, ab profana ſua Ditione, in illum expertus fuerat Dominico iure laudimiorum. Si quando autē iſthæc à venditore debeantur, vt Belgica in Gallia moris eſt, Incurrit hæſitatio, nùm ea pretij partē cōſtituant. Pone enim, hoc inter emptorē, & venditorē actū, vt iſte pretij ſortē ab omni onere immunē recipiat: Emptor tūc, quintū ſubquintumq; pretij numū præſtabit. Ac eo quidē caſu, Dominica cōmoda quinti huiúſce denarioli, in pretio rei habebūtur: Ex quo nēpe, ſubquintus rurſùm nūmus, ad Dominū perueniat. Sinverò laudimiis obſtrictus permaneat venditor pro More loci: Tunc, quò ad rectum dominum attinet, in pretio non computatur æs, quantulum ex ſorte ipſius deducitur, Domino pēſitandum. Sed, quò ad vēditoris reſtitutionem in integrum, pretio necne adſcribatur portio laudimiis condicta, edocuimus Tit. ſuperiore. Illuc vergunt, quæ priſco Galliæ Cōſuetudinario Lib.2. ſic lectitātur. *Item nota que par l'Vſage, & Couſtume de la Preuoſté, & Viſcōté de Paris, ſ'aucun vend ſon heritage par condition, qu'il doit acquiter l'heritage des ventes, & ſaiſines, en ce cas le Seigneur ne doit pas prendre vētes de toute la ſomme. Mais de tant qu'il en demeure au vēdeur, pour mettre en ſa bource. Car depuis que les vētes ſont cōpriſes dedans la ſomme totale, dont le Seigneur vouldroit auoir ventes, il ſembleroit, que le Seigneur voulſiſt auoir ventes de ventes. Et par ce meſme compte, par la couſtume des Fiefs, quand le vendeur vend francs deniers, l'acheteur doit au Seigneur quint, & requint, qui eſt compte pareil.* Cap. de *ſaiſine de fief.* In Flandria pariter, ſi fundus vænierit libero, immuníque pretio, tunc Flandricus Comes, patronus exigit ab emptore ſubdecimam, cū decima pretij, quæ ſuperioribus Dominis appēdi ſolet honorario iure. Illìc enim alioqui, vēditor ex pactitia ac priuata, emptor ex publica ac neceſſaria alienatione, defunguntur munere laudimiorum in dominos beneficij. Iodoco Damhouderio teſte, in Praxi rer. Ciuil.

Areſtum *en plaidant à la Chambre de l'Edict*, die. 20. Decēb. An. 1600.

Britonicæ Curiæ Placitum, die. 13. Auguſti. 1576. contra laudimiorum petitorem *à cauſe de la declaration, & recognoiſſance faicte par vne ſeur retrayante lignagere, que le retraict auoit eſté faict pour & au proffict de ſon frere.* Ex Lib. Natalis *du Failh.*

Art. 32.

Cap. 268.

14 VECTIGALIS fundi locatio perpetua, immunis eſt, ſolutáque Dominicis Honorariis. Pacta verò ſimul vectigalis redimendi poteſtate, locus fit Dominicæ laudimiorum obuentioni, gentilitióque Retractui. §. 23. 33. 78. 83. &. 137. Pariſien. Conſuetud., tùm Aurelianæ, §. 109. & 390. Carnutenſis item, Art. 20. ibique Molineus. Quod longiùs adhuc procedere Andegauos inter Muni-

Bail à rēte pur & ſimple, non ſubiect à lods, & ventes.

Areſtū ſolemniter recitatum die. 17. April. 1601. ante Paſcha, & in publico Apdium auditorio

cipes, decreuit Senatus. Areſtis Paſchalibus An. 1601. Exploſa patrij iuris Interpretum opinione contraria, Mingonis ad. §. 154. Andegauæ Legis, & Molinei ad §. 137. Cenomanæ, illi perſimilis. Aſt ſingula hæc, de conuenta vtique redhibendi facultate, accipiuntur, non de legitima, & Legibus modò introducta: quæ ſuperioris Domini commoda neutiquam auget. Cuiuſmodi ſunt prædiarij Reditus, vrbanis Lutetiæ ædibus libellario nomine impoſiti, perpetuò nempè redimibiles. §. 121. cita. Conſuet. Pariſien. Idemq; aliarum decori, ſplendoríque Vrbium Galliæ condonarunt Reges noſtri: vt ſolariæ penſiones vrbanis Domibus indictæ, pro arbitrio luerentur. Edictis Octobr. Menſ. An. 1539. & Maïo, An. 1553. Queîs conſentanea fertur Germanici Imperij Conſtitutio, edita An. ſeſquimilleſimo. 40. Cuius mentionem intulit Molineus, Conſil. 9. Mechlinienſi item Brabantiæ Statuto, CENSVS, REDITVS, PERPETVÆVE PENSIONES SVB PRÆDIO VRBANO, AVT AREA, IN QVA OLIM ÆDIFICIVM FVERIT IN CIVITATE MECHLINIENSI, REDIMI POSSVNT. Tit. De cenſib., reditib., & perpet. location. Nec diuerſa Lex, Auguſtæ Samarobrinorum dicta, ædibúſque in ea ſtructis. Atqui latum diſcrimen eſt, inter redimendi vectigalis Pactionem priuatam, & Sanctionem publicam. Illa enim ſingularibus paucorum commodis, hæc ciuilibus conſulit plurimorum: quo Rei, publicæque vtilitatis fauore, ceſſant iuſta Dominica. Rurſus illa, triceno: hæc, ne centeno quidem, perimitur ſilentio. §. 120. 119. & . 121. Pariſien. Morum. Vnde nec laudimia ſuperiori competunt, ab permutatione fundi cum Reditu nummis creato, etſi luitioni, ſed perpetuæ ex Legibus, obnoxio. Ita Dominicorum iurium intuitu, prædiarij Reditus à nummariis ſecernuntur: quòd illi, ſtato tempore conuento, hi, perenni Legitimo redimi poſſint. Molinei ſcriptis, ad §. 38. Trecen. Conſuet. Honorarius autem cenſus modicus, oblato pretio, non extinguitur, inuito domino ſoli, Moribus noſtris: Vt recti dominij notæ, ac veſtigia quædam illi ſalua relinquantur. Principali Conſtitutione Errici. 2. An. 1553. & Pariſien. Legum. §. 121.

legi publicariſque iuſſum. Dn. Meinardo relatore in Camera Edicti, inter Ioh Bugium appellantem, *des Grands tours de Vendoſmois*, Et Renatum *du Bellay*, laudimiorum petitorem *d'vn bail d'heritage à rente rachetable à la volonté du preneur*. De quo, vide Artic. 159. 354. 355. 356. & ſeq. Morum Andeg.

Rentes foncieres ſur Maiſons des Villes, perpetuellemẽt rachetables.

Mechlinienſium ciuium Leges Municipales, è lingua Teutonica in Latinam tranſlatæ à Petro Nannio profeſſore Latino, Louanij, An. 1552.

Couſtume de Cambray & Cambreſis. Toutes rentes à tiltre d'arrentement, ſont racheptables dans la Cité de Cambray. Idem, Atrebatum in Vrbe, ex Philippino Edicto, die. 13. Iulij An. 1586.

Nec vnquã Publica priuatis ceſſerunt commoda cauſis.

Venditionis ex cauſa publica cõtractæ nullum laudatiuum eſſe, multis confirmaui Lib. 3. Fiſci Gallici, Tit. 23. Art. 4.

§. 121. Verſ. *ſi elles ne ſont les premieres, apres le cens, & fonds de terre.*

CONSIMILI ratione, cenſualis penſitatio non intercidit quantalibet libertatis poſſeſſione, ac præſcriptione. Art. 124. præd. Conſuet. Idem in Patria Iuris obtinere, conſtat Lutetiano Decreto ex Lugdunenſi Prouincia, quod citauimus in Præfat. Lib. 1. Andegauen. Legum. Eſt enim Cenſus, ſuperioris dominij, honoris, dignitatíſque teſſera ac ſymbolum: Ex quo, nulla temporum præſcriptione aboletur. Panor. & Felyn. ad cap. cùm contingat De for. compet. Abbas in Cap. ad audientiam De præſcript. Bald. in l. item ſi verberatum §. ſi quis rem, ff. De rei vindicat. Quem in ſenſum alia congeſſimus in d. Præfat. Andeg. Leg. Aſt Municipali Aruerniæ Ritu, tale vectigal Agrarium tollitur liberæ poſſeſſionis exceptione, ac præſcriptione tricena. Quem & Aruernus, Maſuerius Ritum 15

Cap. 4 De diſcrepãtibus eiuſdem Municipij Conſuetudinibus, Artic. 1 In ſ.

Art. 2. *Des Preſcript.*

Ritum patrium adnotauit. §. item per lapſum. 30. annorum Tit. De præſcript. Vbique certè, reliqua Cenſus, vſu capiuntur ſilentióque annorum triginta. Maſuerio ipſo aſſertore, in §. item dominus directus Tit. de locat. Cum Boërij Commentariis ad §. 4. De Præſcript. Bituricæ Conſuet. Interea verò, dùm in iure contenditur de tricena illa præteriti vectigalis præſcriptione, non aufertur Dominica manus vectigali iniecta prædio, quò vſque poſtremi ſaltem triennij continui penſiones Domino repræſententur. §. 75. &. 86. Leg. Pariſ. Id quod aliis etiam prædiariis Reditibus adplicatur. Regio Karoli. 9. Edicto Nouembr. Menſ. An. 1563. promulgato in Supr. Curia, 10. Kalend. Ianuar. ſeq. Duplex tamen iſthìc vtriúſque exploranda differentia eſt, nobilis honorariæque penſionis annuæ, & ignobilis prædiariæ vtilis, quæ, *Renta fundiaria* vernaculè nuncupatur. Imprimis enim, ſoli Dominus inſignis poſſeſſorem liberat à fide, & hominio patronis exhibendo. Secus de re libello data, cuius auctor vt nullum ſibi recepit cenſuale ius ſuperius, ita non eſt oneri ferendo Dominicæ manus in fundum inuectæ, nec eius periculo, ac incommodo poteſt detentorem eximere. Art. 51. Morum Pariſien. Alterum vectigalis utriúſque diſcrimen huc ſpectat, quòd cenſuale, cum fructuariis ipſius obuentionibus, nobiliter diuidatur arbitrio familiæ herciſcundæ: Prædiarium verò, non item, licet nobili ex fundo delibatum, qui talis Reditus lege mancipatus ſit. Nam annuus quidem hic Reditus, qui alienato feudo ſubſtituitur, eius conditionem ſortitur, tanquam patrimonialis, vel emptitij & acquiſiti. At non ideo feudalis, beneficiariúſque, feudi dati inſtar, exiſtimatur. Dempto, ſi patronus ſuperior hoc genus prædiarij canonis probarit ſpeciatim, feudalíque dignitate affecerit. Vtcunque enim per libellum alienator ſe deuinxerit clientelaribus in patronum officiis: iſthæc ſanè Honoraria, ratione fundi Domino præſtantur, non autem Reditus annui, cui fundus adſignatur. Itaq; prædiarium hunc canonem ab hæredibus plebeïo ritu herciſci, iudicatum. Decreto Pariſienſi, 16. Kalend. Apriles. An. 1582. In prima Inquiſitionum Senatus Decuria. Hanc quoque ſententiam fulcit vetus *Parlamenti* Areſtum poſtridie Martinalium, An. 1282. PAGANOS FEVDA QVÆRERE VETITOS, FEVDI PARTEM IN REDITVM ACCIPERE POSSE. Peculiari tamen Aureliæ Lege, Reditus huiuſmodi, in eadem cauſa manet ac conditione, qua, beneficiarium prædium libello traditum: ſimilitérque diſtribuitur inter alienantis hæredes. Sed conductor fundi perpetuus, qui ab auctore ſuo, clientelæ muneribus exoneratur, eum tranſmittit ad hæredes, viritim partiundum ex æquis. §. 346. &. 347.

Quota Cenſus etiã præſcribitur, ſi quidem ſimpliciter exoluta ſit, ſub nomine totius: aliter ſi ſub commemoratione maioris cenſus: quia tunc totum conſeruatur. Molin. in Tit. 17. §. 6. Aruen. Cõſuetud.

Edicti *des Cenſiues, & Rẽtes foncieres* verificatio in Senatu, die. 23. Decemb. An. 1563.

Mais du preneur à rẽte, qui porte la foy pour l'heritage, les heritiers partiſſent noblement.

Rente fonciere, n'eſt feodale, comme le fons, ſ'elle n'a eſté infeodee par le Seigneur, ains ſeulement reputée propre, ou acqueſt, comme led. fons.

Areſtum Curiæ, die. 17. Mart. 1582. inter Ioh. Tiraquellum, cũ Catharina *Meſmin* vxore, & Antonium *Meſmin*, *pour terres du Baillage d'Eſtampes.* Dn. *Damours* relatore. in. 1. Camera Inqueſtarum.

Styli Parlament. Parte. 7.

16 CENSVALIVM hercle prædiorum in parte, habentur prædiarij Reditus ipſi: §. 129. 349. Pariſ. Conſuet. Talíque ex Reditu, ſi væneat, laudimia debẽtur perinde, ac fundo diuendito. Eiuſd. Leg. §. 87. qui deſumptus fuit ex S. Conſulto à Nobis citato, in PRIVI-

Rente fonciere.

Lib. 2. Tit. De Vſuris, Art. 3. Decretũ Curiæ, die. 17. Febr. 1568. *plaidant Cauchon pour les Relig. de S. Denys en France, appellans du Preuoſt de Paris, & Du Hamel pour N. Hance intimé.*

Art. 23.

Decretum Curiæ Pariſ. die. 10. Maij. 1557. *Sur l'appel du Preuoſt des Marchans. & eſcheuins de Paris.* Quod in calce Cõſuet. antiquæ perſcribitur.

LEG. RVSTIC. Compertum eſt quippe, annuas haſce penſitationes rebus ſoli omnimodò accenſeri. d. §. 129. & 349. Id quod fuſiùs Tit. 1. huius Lib. expoſuimus. Hinc prædiarij canonis iſtiuſmodi proprietarius æquè tenetur, cum ſcripto profiteri apud ſuperiorem dominum, ceu fundi partem, ac poſſeſſor fundi Annuo illi obligati. Longè alia volatilis Reditus ratio eſt, puréque hypothecarij: cuius nimirum venditione, ac conſtitutione nummaria, nil lucrifit domino ſoli. Pronuntiante Senatu Pariſiorum. 6. Idus Majas An. 1557. Vnde tranſcriptus in patrium Morem priſcum Articulus. 58. Excepto, ſi fundus præconio venalis addicatur certo ære, cum nummarij onere vectigalis pigneratitij. Quo caſu, vectigal iſtud in pretij parte numeratur, & Dominica laudimia auget. Vt PATRES CONSCR. ſua eadem Sententia decreuêre, & Molineus ſcitè obſeruauit, in §. 44. Atrebaticæ Conſuet. Haud aliter ſanè, ac redimibilis pecunia canonis lege alienatus fundus, parit ſolarij domino laudatiuum. §. 33. 78. 83. &. 137. Conſtitutionis nouæ Pariſien.: Cui cauſam præbuit placitum Curiæ ſolemni ritu prolatum Decimo Kal. Apriles, An. 1567. ſecundùm Antiſtitem Pariſiorum, ex Primatu ſuo monaſtico Fani Eligij in Vrbe, dominum cenſus. Nec mirum, quandò pecuniaria annui Reditus æſtimatio faciat emptionem, Iure Quiritum peruulgato.

L'Arreſt du Prioré de S. Eloy. Die 23. Mart. An. 1567. *contre M. Iehan Beauclerc, Threzorier.* Pronuntiatum à Præſide Curiæ Preuoſto.

Arrerages de Rentes.

CIVICI autem Galliæ tumultus nouiſſimi valdè minuerunt vt 17
totidē annorum penſiones nũmarias quaſuis, ſic futura ipſarum inter mortales commercia. Cui plane incommodo optimus Princeps noſter occurrendum duxit bina Lege politica: creditorúmque rebus, pariter & inopiæ debitorum conſuluit, remiſſo his triente præteritarum penſionum, quæ, inteſtino quinquenni Bello, effluxerint. Edictis Iulio Menſ. An. 1594. & 16. Kal. Majas. 1595. Moderatiùs hercle, quàm, Carolo. 7. Rege, tractatum ſit Atrebatica Pace, Septemb. Menſ. An. 1435. in hæc Monſtreleti hiſtorici verba. *Que chaſcun reuiendra à ſes heritages, ſans que pour demolition de places, ou reparations quelconques, on puiſſe rien demander l'vn à l'autre. Et ſera chaſcun tout quitte de Rentes, & charges eſcheuës du temps qu'il n'aura iouy de ſes terres, & heritages.* Id quod poſteriore Ludouici. XI. Regis Fœdere, cum Maximiliano Auſtriaco, repetitum fuit Ianuar. Menſe An. 1482. Et Fœderis capita à Senatu promulgata pridie Nonas Februar. ſeq. Fateor vtique, alieni æris ſolutioni remoras necti, obtendíque rei nummariæ difficultatem ab calamitate temporum, Æraríjque egeſtate ciuilibus Malis exhauſti. Verùm adhibito quodam temperamento, ſuum eſt cuique ius in priuatos reſeruandum debitores, non perpetuò auferendum. Ne intolerabilis alienarum Rerum rapina ſpoliatióque adferat ſimul Publicarum commutationem grauiorem. Ideo quippe Sempronius Aſellio Prætor, Romæ in Foro occiſus fuit, quòd ære alieno oppreſſa Ciuitate, ſecundùm debitores gratioſè ius dixiſſet. Cn. Pompeio, & L. Porcio COSS. Vt Appianus Lib.

Edicta *du reiglement des rentes*, prius, in Parlam. recitatum die. XI. Auguſti. 1594. Poſterius ſancitũ, die. 16. April. 1595. Verificatum in Curia, die. 26. Maij. Eod. An.

Monſtrel. Lib. 2. Cap. 255.

Tractatus Pacis cũ Auſtriæ Archiduce, eius liberis, *& leurs Pays bas*, Publicatus in Parlam. die. 4. Febr. 1482.

Digitized by Google

Lib.1.Ciuilium enarrauit.Ob id quoque,Cœlius Rufus Prætor Senatu,Vrbéque eiectus eſt. Hic enim,Plebis ſeducendæ ergô, Legē promulgarat,vti ſex penſionibus ſeu vſuris,creditæ pecuniæ ſoluerētur. Cui Legi obſiſtente Seruilio Conſule,Rufus aliam propoſuerat,qua, mercedes habitationum annuas cōductoribus donabat: Et quia hoc etiam caſu non ſucceſſerat, poſtremò Legem nouarum Tabularum ferre auſus erat. Vnde in Cajum Trebonium,qui refragabatur ei,impetus factus eſſe dicebatur. Itaq; Seruilio Conſule ad Senatum referente,PATRES Cœlium ab Republica ſummouendum cenſuerunt. Quo decreto,eum Conſul Senatu prohibuit,& concionari conātem de Roſtris deduxit. Auctore Liuio. Quare & Iulius Cæſ. lege ſanxit,vt diſiecta nouarum Tabularum expectatione,quæ crebrò mouebatur, debitores creditoribus ſatisfacerēt per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſque ante ciuile bellum comparaſſent:ſubducta ęris alieni ſumma,ſi quid vſuræ nomine numeratum,aut perſcriptum fuiſſet.Id quod à Suetonio memoratur.Ita propemodùm Heliaſtę Græci,concepta formula,deierabant Athenis,ſe nunquam Tabulas nouas,alieníque æris reſciſſionem fieri permiſſuros.In Orat. Demoſthenis contra Timocratem. Haud temerè igitur laxandæ ſunt debitoribus habenæ,debitíque æris repoſcendi ius creditori abnegādum.Nuſquam vehementiùs actum,inquit Tullius,quàm me Cōſule, ne ſolueretur: armis, & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum & ordine. Quibus ſic reſtiti,vt totum hoc malum de Republica tolleretur. Inde nec majus vnquam æs alienum fuit,nec meliùs, aut faciliùs diſſolutum. Fraudandi enim ſpe ſublata,ſoluendi neceſſitas conſecuta eſt.

Quam Romani legem, nouas Tabulas appellarunt, nemo vnquam, niſi perturbandæ Reipubl. cupidus, promulgauit, ſed optimus quiſque,& otij amantiſſimus repudiauit.

Heliaſtarum iuramentum. Pronunciabo ſecundùm Leges, & decreta populi Athenien.& Senatus quingentorum. &c. Exules non reuocabo, &c.

In Lib. De Legib.

18 A PRIVATIS,ad publica Regiæ Vrbis nomina,debitáque, pauliſper excurrendū. Cùm enim iampridē intermiſſa ſit annuorū Redituum ſolutio,quos Ædiles,Reipubl.creditoribus appēdere cōſuērāt, Nobis Rex eſt exorādus,vt,ſopito bello Gallico,pecuniarias illis curet penſiones vltimorum annorum. Senſim exinde reddunda pretij ſors annuorū cuiuſq; Vectigalium:quibus ære partis Ædilitiam Lutetiæ Menſam attribuerint Reges anteriores. Hanc quippe in Menſam nummariam ex omnibus Galliæ finibus multi ſua intulēre patrimonia, ſuorúmque pretia fundorum : quæ nullibi auſpicatiùs, quàm in Regiæ fidei tutela,ceu in Sacrario,collocare ſe poſſe exiſtimabant. Quo in genere exiſtunt pia Cœnobitarum collegia, & Canonicorum, Xenodochia,viduæ mulierculæ,parentibus orbi pueri:Quêis, ſumma fortunarum conſtat Vectigalibus iſtiuſmodi hypothecariis. Eorumdem latifundia perplurium, auctore Prætore, diſtracta ſunt iamdiu, vt redacti ex iis nummuli,in talium comparationem Redituum impenderentur. Haud abſimiliter Romana in Politia factum Liuius tradit, Fabio, & Marcello Coſs. Quùm enim inclinatio animorum Plebis ad ſubleuandam Ærarij inopiam fieret, pupillares primò, dein viduarum pecuniæ cœptæ conferri : Nuſquam eas tutiùs, ſanctiúſque depoſuēre credentibus, qui deferebant, quàm

Rentes deuës ſur l'Hoſtel de Ville de Paris, aux particuliers.

Digitized by Google

in fide publica. Huius itidem pactæ fiducia, Galli omnium Ordinum populares obtulêre pecuniolas ſuas Principi vltrò ſuperioribus annis: Qui nimirum, exprompto iſto atque expedito rei nummariæ præſidio, laborantis Reip. ſtatum, Regia cum dignitate, conſtabiliret. Ex quo, Reges viciſſim creditoribus his annuas penſiones condixêre pridem, de Fiſcali prouinciarum Gaza præſtandas, ſiue ex Ædilitio Lutetiæ ærario, ſalariis vectigalibus, & locationibus publicorum. Fundamenta equidem Reipublicæ labefactat, Tulliano iudicio, priuatus quiſquis creditas ſibi pecunias minùs integrè, purèque reddundas putet. Imprimis enim concordiam tollit, quæ ſtare nequit, cùm pecuniæ aliis adimuntur ſuæ, aliis condonãtur alienæ: Æquitatem dehinc, quæ profligatur omnino, ſi habere ſuum vnicuique non liceat. Ac nulla certè res vehementiùs Rempub. continet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. Alioqui enim præriperetur temporariæ inopiæ ſubſidium, quo, mutuandis pecuniis, communis vita hominum indiget, ſi perfidia debitorum immunis pœnæ foret, atq; innoxia. Sicuti, apud Gellium, Sex. Cæcilius edixit. Quantò igitur arctiore fidei nexu deuinctũ eſt, quod à Republ. ipſa priuatis debeatur? Romæ quondam priuati frequentes, quibus ex pecunia, quam mutuam dederant, tertia penſio debita erat, adierunt Senatum: quia Conſules negarant eſſe, vnde iis in præſentia ſolueretur, nouúmque ad bellum, quod magna claſſe parabatur, vix Ærarium ſufficere cauſarentur. SENATVS quiritantes illos non ſuſtinuit: ſi in Punicum bellum pecunia data, in Macedonicum quoque bellum vti Reſpub. vellet, aliis ex aliis orientibus Bellis, quid aliud, quàm publicam pro beneficio, velut ex noxa, ſuam pecuniam fore? Cùm ergo priuati æquum poſtularent, nec tamen Reſpubl. tùm eſſet ſoluendo, decreuêre PATRES, quod æquum inter, ac vtile, medium videbatur: Vt quoniam magna pars eorum, agros vulgò venales dictitaret, ac ſibimet emptis opus eſſe, Agri publici, qui intra quinquageſimum lapidem eſſet, copia iis fieret. Cõſules agrum æſtimaturos, & in iugera ſe vectigales aſſes, qui publicum teſtarentur agrum, impoſituros: Vtì ſi quiſquam, cùm ſoluere poſſet Populus, nũmos habere, quàm agrũ mallet, hunc populo reſtitueret. Læti eam conditionem priuati accepêre. Trientius, Tabulariúſque is ager, quia pro tertia pecuniæ parte datus erat, appellatus: Liuio ſcriptore, Decad. 4. lib. 1. In Clazomena item Republica, quùm annonæ, pecuniæque inopia premeretur populus, decretum eſt, vt quibus priuatim oleum ſuppeteret, hi fœnerarentur illud Ciuitati. Siquidem ea in Regione, talium fructuum vbertas erat, ingenſq; fertilitas. Vbi ergo priuati rem oleariã fœnori dedêre, Clazomeni, cõducta mercede nauigia ad Mercatus emiſerũt: vnde frumentum ad eos conueheretur, olei pretiũ vice pignoris obligãtes. Iidẽ rurſus, quũ vicena talenta ſtipendij nomine deberẽt militibus, nec appẽdere iis poſſent, Ductoribus annuã vſuram, quaterna talenta cõſtituerunt. Ita autem, cùm

Cic. 1. Offic. in eos, qui pecunias debitoribus condonandas exiſtimant.

Ser. Sulpitius Galba, & C. Aurelius Cotta Coss.

Digitized by Google

cùm nihil è ſorte ipſa decerperét ampliùs,ſemper verò perperam impenderent, numum pro argenteo ferreum excuderunt, ad viginti talentorum ſummam. Quem iis poſtea,qui in Ciuitate erant opulentiſſimi,ſingulis pro portione tribuerunt,ab illíſque ipſis tantumdem recepêre. Hac ratione,& priuatus quiſque ciuis habuit,quid diurnum in vſum inſumeret, & Ciuitas ipſa ære alieno liberata eſt. Deinceps porrò,quùm ex prouentibus vſuras illis detuliſſent,ac vnicuique idẽtidem diuidentes,pro rata parte diſtribuiſſent,ferreos nummos retulerunt. Id quod Ariſtoteles commemorat,Oeconom. Lib. 2. Sic Principi,Reipubl. ſuæ Moderatori ſeruanda,iis ſanctè promiſſa, à quibus mutuas ſumpſerit pecunias. Nam & in concione,& in Senatu profitebatur crebrò Adrianus Cæſar,ita ſe Rempubl. geſturum,vt qui ſciret, POPVLI rem eſſe,non propriam. Ex Ælio Spartiano. Cauſificari certè poterunt nonnulli,quos repoſcat nummos creditor,eos imminentibus tùm Reipub. caſibus,negotiíſque ſeriis neceſſariò deſtinari. Aſt minùs prouidè forſan animaduertũt ipſi, ſemel labefactatam fidem, exemplo obeſſe Reipublicæ,nec periclitanti poſtmodùm ei alios pecuniam facilè credituros. Ac in propoſito ſcribit Plutarchus,cùm Athenienſes in ſacrificio quodam oblationes poſcerent, aliis offerentibus,Phocionem ſæpe vocatum dixiſſe iſthæc. Poſtulate ab his diuitibus:quia me puderet,ſi cùm huic(fœneratorem oſtendebat) non reddidiſſem,vobis offerré. Græcè verò concinniùs, * εἰ τούτῳ μὴ ἀποδιδοὺς, ὑμῖν ἐπιδοίην. Spero denique,pium Regem,quod ſubditis benignè pollicitus eſt,publicam Maiorum fidem liberaturum, effecturúmque, vt nummariæ penſiones, quolibet anni quadrante,ſingulis dinumerétur creditoribus de Fiſcali pecunia,quæ iis primùm attributa ſit. Atque idcirco Vectigalium omnium, Publicorúmque ius fruendorum tranſcribi denuo Princeps Communi Vrbium, voluit, iuſſit. Quò, ipſorum ex locatione, mercedéque annua, ſuæ creditoribus penſiones conſtent,ceu debiti æris vſuræ. Hac etiam lege, conditionéque ſubiuncta,vt qui, perſolutis annuis reditibus, extent reſidui nummi, in ſortis redemptionem creditorum conferantur.

* Si huic non reddidiſſem, vobis offerrem.

19 REDEO ad prædiarios cenſus Dominicos: de quibus, cenſualis fundi parte publicata,diſputatum memini, aliarúmne poſſeſſor partium vniuerſo Cenſui maneret obligatus. Intendit enim dominus ſoli,indiuiduum eſſe ſolarium,&glebulæ detentorem vectigalis agri, vinculis cenſualibus in ſolidum teneri. Iudicio Æmilij Papiniani,in l. 5. D. de cẽſib. l. prædium ruſticum Cod. quan. decr. op. l. hæredes De omn. agr. deſer. Lib. xi. Cod. Defendit autem reus, iſthęc demùm procedere,ſi reliqui ceſpites fundi,æquè uectigales ac tributarij perſtẽt. Vtì eorum poſſeſſores, correi, vectigal conferant pro modo prædiorum. l. cùm poſſeſſor, ff. De cenſib. Verùm, ſubiecta in ſpecie, cenſualis agri iugera multa, fuiſſe in publicum redactà: quæ ponè muros Vrbis, vallo foſſáque muniendæ ei inſeruirent. Quo caſu, in vacua iam,ſolutáq; priuatis oneribus agrariis,nullus ſuperforet con-

Cenſu extincto des *terres proches de la Ville, priſes par les Cõmiſſaires du Roy, pour les foſſez, & fortification d'icelle.* An venditor teneatur ſolidũ cenſum domino directo exoluere, tanquam aliarum poſſeſſor eius vectigalis Agri portionum.

uento ipſi regreſſus. Sed quia nec fatali quadam vi abſorptus fundus eſt, at pacta pecunia ab eodem illo tráſlatus in Fiſcum: Rectè coniicitur, cum fundú tantò pluris væniiſſe, quò grauiori canone Dominico tùm exolueretur. Argum. l. ſi fundus, quem locauero D. Locati l. xi. ϖ. De euict. Cùm enim liber immuniſque, publico tranſcriptus ſit, exéptúſque priuato Mortalium commercio: eius venditor in æſtimationem quoq; deduxit ſoli vectigal, receptitiámq; in prædium actioné ſolarij nomine, quod alioquin pro modulo eius agri fuiſſet penſitandum. Nam prædiaria Céſuum perçquatio, oneratos agros plurimùm alleuaſſet. Quare ex facto cóſultus céſui, partis agrorú poſſeſſoré vectigaliú, publicata parte alia, ſolidú Canoné Domino ſuperiori debere.

De hac peræquatione inter detentores tributarij fundi, Art. 410. Borb. Conſ.

Agri venditi, qui debet menſurari, facta traditione, dominiú transfertur, laudimiáq; debentur, licet menſuratio facta non fuerit.

Champarts, s'ils ſont ſeigneuriaux, comme le Cens.

Cap. 10. Art. 7.

Tit. de ali. Legib. agrar. ſtrictior.

Interlocutorium Curiæ Areſtú die. 5. Febr. 1581. inter Fr. Stephanum du Boys, Priorem S. Martini de Part, appellanté à Sententia Balliui Carnuten. dicta, die 13 April 1579. Et Germanum Cathin, intimatum.

Aſſauoir ſi pour ſimple Champart deu au ſeigneur direct ſans charge de cenſiue, ſont deus vantz & ventes, toutes-fois & quantes que les terres chargees de Champart ſont védues. De his plura vide noſtro Lib 1. Legum Andenſ. Cap. 10 Art. 7.

Mera permutatio immobiliú, Dominica laudimia non producit. Vidi Pap. Deciſ 92 Poſt Petrum Iacob. in Tit. De act. in rem, quæ pro emphyt. re cóp. Ne tamen ficta permutatione fraus fieret Retractui lineari, feudaliuè domino, prouiſum eſt Caſtetenſi Flãdrorú Conſuet Art. 251., que lon ne poira faire nulles contr'eſchanges, que premierement elles ne ſoyent verifiees par 2. hommes de chaſcun coſté à la diſcretion de la Loy.

** Ex aduerſo altera alteri reſpondet.*

SPONTANEA porrò in priuatum alienatione, res tranſit cum ſuo onere annui vectigalis. Intatùm, vt traditis emptori prædiis, ſubinde dominus ſoli vtiliter condicat ab eo laudimia, cum cenſuali Canone: tametſi illorum iugera nódùm admenſa, adpenſa, adnumeratáve ſint ex Pacto conuento. Dubitandi argumentum erat, quòd ſi in lege emptionis dictus ſit iugerum modus, haud exiſtimetur perfecta véditio, donec in pedes menſuráſq; res præſtetur. l. quod ſæpe §. in his. ϖ. De contrah. empt. l. 2. l. Iulianus §. ſi Titius fundum. ϖ. De act. emp. l. 1. §. ſed & cuſtodiam D. de peric. & comm. rei vend. Aſt nihilo ſeciùs, re tradita, dominium, periculúmq; ipſius transfertur in emptorem: licet rei dimenſio etiamdùm expectetur. Caſtrenſis ad l. 2. Cod. De peric. & comm. Decius in Reſpon. 179. §. per traditionem Inſtit. De rer. diuiſ. Frumentarius certè canon, qui ex aruis quibuſdá venditis pendi aſſolet *Campipartus* titulo, non attribuit vſquequaq; ipſius domino laudimia, Céſuſq; honorarij compendia iſtiuſmodi. Excepto, ſi alius ſolo propior Dominus deſit. Vt vetuſto Francorum More comprehenſum eſt, qué, ad verbum exſcripſimus, Lib. 1. Leg. Andeg. Hoc pariter ſenſu interpretanda Senatus decreta, Inſtitutáq; Municipiorum: quæ de *Campipartu* à Nobis recéſentur, Lib. 2. eiuſd. Oper. De populari certè, apud Carnutas, Vſu *Campipartus*, turmatim inquirendum cenſuit Ornatiſſ. Curia, purè nè Dominicus ille ac honorarius foret. Areſto Nonis Februar. An. 1581. Nulli tamen *Campipartus* debitori fas eſt, nouata Agri forma, deteriorem illius cauſam facere, & mutato aruorum vſu, cultúque, frumentarium vectigal annuum eludere, vel effugere. Sicuti Neratius Priſcus notat, l. vſufructuarius nouum. ϖ. De vſufr. l. ex ſylua, l. æquiſſimum, §. ſi forte, l. ſi cuius §. ſed ſi inter duos. Eod. Tit. Bald. & Iaſon nuncupatim, ad l. 1. Cod. De iur. emphyt. Qualemcunque ſaltem in vſum transformetur ager, eius fructum agri, debito parem contribuet poſſeſſor quotannis domino *Campipartus*. Argum. l. domini prædiorum De agric. & cenſ. Lib. xi. Cod.

20

PERMVTATIS fundis, nulla deberi laudimia, tritum eſt Francico Ritu: quaſi abalienatæ res non ſint, quæ inuicem permutatæ *ἀντιπίφων. Ecquid de commutato ita prædio, CVM VOLATILI 21

REDITV

Digitized by Google

REDITV AVREORVM CENTVM, CONSTITVTO DVCENTIS ET MILLE AVREIS? Hæc enim pretij ſors Reditus hypothecarij, ſonat prædij emptionem, quaſi nummis æſtimati, per ſpeciem ceſſionis Reditus annui reciprocæ. Nil tamẽ efficaciter proponi video, quò minùs ſolida illa immobiliũ permutatio rectè definiatur. Pigneratitij quippe Reditus exprõpta illîc æſtimatio, quæ inerat tacitè, actum non innouat. l.3. ff. de legat.1. l. muto §. ſub cõditione ff. De tutel. Suapte nimirum æſtimatione conſtant Reditus ære cõparati in Gallia, & quolibet tempore, nummis totidem redimuntur. Vtcunque Legum Scholiaſtæ varium fœneratitijs penſionibus pretium adſcripſerint, tùm ex Regionis more cuiuſque, tum ex creditorum conditione. Bald. ad l. vlt. §. præterea Cod. De iur. dot. Panor. in cap. per veſtras De donat. int. vir. Boërius, Reſpon. 3. in calce Cõmentar. ad Bituricas Leges. Diuerſa autẽ prædiarij ratio eſt Vectigalis, nec pecunia redimibilis ſuo iure. Nam luendi ipſius conuentio, quæ Libellariæ fundi dationi adiiciatur, inducit vẽditionem, gignítq; laudimia, quaſi diuendito fundo. §.23.33. 78.83. &.137. Leg. Pariſ. Rurſus, quod attinet ad Reditus ære cõſtitutos, in rebus ſoli hos cẽſemus regulariter, quique tales Reditus cum fundo permutarint, nõ tam emptores, mobili ex re, quàm immobiliũ permutatores. Hinc circumſcripto alterutri paciſcentium, ſuccurritur æqua Lege integri reſtitutoria aduerſus dolum re contractũ. Vt mutuã, ac vniformem amborum pactionem mutua quoque, & æquabilis partium conditio ſubſequatur. Bart. & Bald. in l. Rem maioris Cod. De reſcind. vẽdit. Panor. in cap. cùm cauſa, eod. Tit. In antiq. Diſſimile ius in mera emptione fundorũ, quæ, læſo emptore, non ita reſcinditur, ac, ſuo ipſius auctore, venditio. Sicuti ex neoterica Cuiacij ſententia decreuit Ordo Ampliſſ., recitante. I. Magiſtro Præſide, ritu ſolenni. Idib. Sextilib. An. 1592. Nec immeritò, quùm venditori ſoli tributa ſit Reſciſſoria iſthæc à Diocletiano Imp. Vbi. ſ. Et Romani ſenioris Nouella, Græci Auguſti, quæ ab Harmenopulo refertur, Lib. 2. Iuris Ciuilis Græciæ ſuæ, Tit. 3. Quas tamen venditori ſcriptas Leges, ad emptorem traxêre claſſici earum Interpretes. Accurſ. Bart. Bald. & Salyc. in cit. l. 2. Cod. de reſc. vend. Et Panor. ad cap. cùm cauſa. Atque horum adeò opinionem amplexa Curia, pronuntiarat ſecundùm emptorem, Februarij luce. 8. An. 1592. ad prouocationem ex Tricaſſina Campaniæ Prætura regia. Dn. *Deſlandes* litis enarratore in prima Inquiſitionum Senatus decuria. Sed poſteriori Curiæ decreto ſtandum reor, nec fundi comparatorem, qui mobili de pretio expoſtulet, ceu grauiori, perinde audiendum, ac venditorem, qui immobili ſua de re querelam moueat. Iſthinc vnum caſum demo, ſi quis, habita de pretio fide, prædium mercatus, neceſſe habeat patrimonia ſua diſtrahere, vt grandius æquo illius pretium venditori adnumeret. Tunc enim par cauſa emptoris fit, ac vẽditoris, qui in pretio circumuentus, amiſſum fundum quiritetur. Vnde, æquato vtriúſque

Expreſſio eorum, quæ tacitè ſubſunt, nil operatur, nec actus qualitatem immutat.

Boërij ætate, *les Rentes conſtituees, à ſix pour cent communément, quelquefois au denier dix, comme à preſent en Normandie, & Aquitaine, ordinairement.*

Bail à rente rachetable, reputé Vente.

Minor tamen, pluris emens, quàm oporteat, reſtituitur. l. patri, §. prædium ff De Minor. l. 2. Cod. de præd. Min. l. Iulianus, §. ſi colludente ff. De act. emp. An verò maior, in emptione enormiter læſus, reſtituatur, Dionyſ. Gottofredus in l. 1. §. ſed ſi emerit D. ſi quid in fraud. patr.

Cuiacius, Obſeruat. 16. Cap. 18. Et Obſeruat. 23. C. 32.

Lutetianum Areſtum die. 13. Auguſ. 1592 ad appellationem à Præfecto Vrbi, *touchant vne maiſon de Paris.*

Inuidia penes emptorem, inopia penes venditorem eſt: quòd emptor emat, vt ſubſtantiam ſuã augeat, venditor, vt minuat. Saluian. 5. de Prouid. Dei.

Digitized by Google

periculo, ac diſpendio, paribus etiam ſubueniendum Iuris remediis. Leg. vn. De cupreſſ. Lib. 12. Cod. l. vlt. Cod. De indic. viduit. toll.

Baſtardorum bona, & alia hærede vacãtia, Cui deferantur, dominóne ſoli, infimo Iuridico, an maxima prædito Iuriſdictione.

SOLARII inſuper Domino, qui imam iuriſdictionem habeat, 22
obuenit vtile vectigalis ſoli dominium, ſucceſſorio Iure in bona Nothorum, quod certis in Municipiis illius gratia proditum eſt. Andegauo putà, §. 41. Cenomano, 48. Burdigalæ item Vibiſcorum, patronus in clientelare prædium ſuccedit illegitimi cuiúſque, qui liberis orbus, inteſtatò deceſſerit. Art. 20. De Teſtam. Burdig. Conſuet. Haud ſecus omninò, ac libertorum res morientium ad patronos redibant Iure Quiritum. Tit. De ſucceſ. libert. Inſtit. ciuil. Alibi verò, nec maiores quidem Iuridici adipiſcuntur vulgò quæſitorum bona: niſi in Territorio illorum ſimul & vitæ ortum ſumpſerint, &, fixo domicilio, viuis demùm exceſſerint. Veromanduæ Leg. Art. 4. Turonicæ, 320., Medunten. 177., Barroducanæ, 126. Et Bituricam in Conſuet. Boërij ſcholijs ad §. 7. de Teſtam.

Ioh. Baquetus in Tract. *Du droict de Baſtardiſe.*

Pariſienſi autem More ſcripto, prudens de iis ſilentium. Fiſcalis modò Præfecturæ iſtic Aduocatus teſtatur, ibidem aliquando iudicatum pro Fiſco Regio, aduerſus Iuridicos toparchas, qui, ceſſante trium illorũ concurſu, opibus ſpuriorum inhiarent. Eódem profert vetus Fori iſtius Regeſtum (ſine Die & Cos.) ceu axioma quoddam Regiæ prærogatiuæ in vacantia illegitimorum bona: qui Iuridico in ſolo Magnatum nati, commoratíque pariter, ac vita functi, non probantur. Sed Molineus in Fiſcales inuehitur, qui eius obtentu trium concurſus nouè conficti, vacantia Principi aſſerant vni, quæ priuatis, mero Imperio præditis indiſtinctè competant: Vbicunque præſertim his patria Municipij Conſtitutio non refragetur. In præd. §. 41. Andeg. Leg.

At ſi defunctus domicilium habuiſſet intra duorum Iuriſdictionem Dominorum, mobilia alteri competunt mediæ Iuriſdictionis domino, immobilia minimo loci Iuridico, vbi ea ſint conſtituta. §. 48. Cenom. Conſuet. & 41. Andeg.

Quoties tamen, priuatos inter Iuridicos, de mouentibus Nothi rebus contenditur, Senatus eas rectè Domino territorij addixit, apud quem, defunctus domicilij ſedem collocaſſet: Huius licet Mouentia, ac nomina, in alterius ditione Iuridici ſita eſſent pro tempore, ac depoſita iacerent. Areſto Pariſiẽſi, ex Cenomana Prætura. 9. Kalend. Sextiles, An. 1595. quũ Boûynus, appellantis: & Chipartus, aduerſarij cauſam oraſſent.

Placitum Curiæ, die. 24. Iulij. 1595. *Entre Anthoine de Boiſſpitart appellant du Seneſchal du Maine, & Ieh. le Maire intimé.*

Aquitanica certè in Gallia, quùm patronus res clientelæ ſuæ recipiat, alias quaſque Princeps, Iure Caduci in bona naturalium liberorum: Efficitur varia iſta ſucceſſorum ſerie, vt defuncti æs alienum priùs oneret vniuerſitatis poſſeſſorem pro modulo facultatum ipſarum, dein ſubſidio quodam, nouum feudi detentorem. Tametſi ad hunc, reuerſum poſtliminio feudum dicatur veriùs peculiari titulo, quàm hæreditate delatum. Sicuti Molineus opinatur, ad §. 73. Burdigalen. Morum.

Conſuet. *du Comte de Namur*, reformata Mandatis Hiſpani regis. An. 1564.

Belgicis porro Namurci Inſtitutis ciuilibus, decedentium omnium in Namurcen. Vrbe, Mouentia Comiti arrogantur ſoli, propinquis hæredibus poſthabitis. Saluo eo, vt ſi demortuus, ex coniuge ſuſtuliſſet prolem, Mobilium ſemiſſe contentus abire debeat Comes, reliquum verò dimidium vidua mulier liberíque ſibi ſumant. Art. 86. Namurcen. Conſuet., Rubr. De hæreditat. inteſtatorum.

Digitized by Google

rorum. Quod iniquiùs adhuc Fani Paulini Ritu priſcô dictatum eſt, ſecundùm Iuridicos dynaſtas: ſummota penitus iuſta Nothorum progenie. Tit. De Iuribus dominicis, §. 28. vetuſtæ Legis ciuicæ Paulini Comitatus. Abs qua, pauxillùm diſſentit recognita poſthæc ipſa Regijs Hiſpaniæ Philippi. 2. auſpicijs, An. 1566. De bonis autem hærede vacantibus, quæ multiplici in Territorio iaceant, Eanè Fiſco domicilij defuncti ſolida adplicentur, an Regiunculæ etiam cuiuſq; Fiſco, pro ſui modo Territorij, conſule Alexandrum, Iuris reſponſo. 111. Volum. 4. & à Nobis de eo tractata alibi. Ex quibus perſpicua elicitur patrij Moris explicatio Pariſiorum, Art. 167. de caducis, nullo hærede, mortuorum fortunis: quæ ad Dominum ſublimis Iuriſdictionis deuoluuntur.

Comitatus S. Pauli, in Belgio, Conſuetudines ſcriptis redactæ An 1507, denuóque reformatæ An. 1566.

Bona vacantia *par desherance.*

Lib 1. Domanij Francici, Tit. 8. Art. vlt. Et 3. Tit. 1. Art. 4.

23 SERVILIA reſtant Dominorũ cenſualium in ſubditos iura: quæ, ruſticis Operis edundis, Legibus ſanciuntur quorumdam Municipiorum. Pariſienſis verò æquiſſima, & humanitatis plena, exploſit hoc ſeruitutis operariæ genus: niſi antiquis fortè ſubnixum documentis legitimis. §. 71. Imò nec Narbonenſi in Gallia quõdam ratæ fuerunt ſeruiles operæ, niſi quas Ritus patrius, diuturnáq; poſſeſſio comprobaſſet. In Albienſi Conuentu Ordinum, An. 1212. Aſt hodie Vicorum domini, Vicanis, & Agricolis extorquent viles operas, iumentorúmque vehicula, nedum auenas, pabula; hoc nouo cõmento, quòd ipſos eximant Militum tranſitu, Hoſpitio, Annonariíſq; impendiis. Qua de rapina, exactionéque indebitorum, Procurator Fiſci inquirere tenetur, & publicam Legum cenſuram, vindictámque diligenter proſequi. Pari Sanctionum pœnalium vinculo obligantur Nobiles viri, qui ab ſubdita Plebe corradunt pecuniolas, frumenta, Agrarias operas, cæteráque id genus. Quorum cenſorem, vindicémque omnium profitemur Regium Actorem ex publica diſciplina: Tametſi Ruricolæ annuis iſtiuſmodi penſitationibus obnoxios ſe nuper vi, metúque agnouerint. Principio enim, cunctis compertum eſt, militum Præfectos exhaurire ſolitos Prouincias. Qualis Scaptius iſte, in Epiſt. ad Atticum, longè mutatus ab illo P. Seſtio, cuius in Tribunatu militum Prouincialem abſtinentiam laudibus extulit diſertiſſimus Latinorum Orator. Hoc itaque cùm animaduerterent Cæſares Opt. Max., diſtrictè vetuerunt (hac ſententia) NE QVI IN DIVERSIS AGVNT OFFICIIS PRINCIPATVS, ET QVI SVB QVOCVNQVE PRÆTEXTV MVNERIS PVBLICI POSSVNT ESSE TERRIBILES RVSTICANO CVIPIAM, NECESSITATEM OBSEQVII, QVASI MANCIPIO SVI IVRIS, IMPONANT, AVT SERVVM EIVS, VEL FORSITAN BOVEM, IN VSVS PROPRIOS NECESSITATESQVE CONVERTANT: SIVE XENIA, AVT MVNVSCVLA, QVÆ CANONICA EX MORE FECERINT, EXTORQVEANT ETC. Valẽtiniani reſcripto & Valentis, ad Probũ P. P. Illyrici, Tit. Ne dãna Prouincialibus infligãtur. In Cod. Theod. Cui ritè ſubiungas Imperatoriã Leonis, & Anthemij

Corvées, bians, charroyz.

Ex Albiorum Hiſtor.

Auenages.

Bians, Charroyz, Corvées, & aultres ſeruitutes perſonnelles. Dominica tamen, in. 4. caſibus, Taillia Francis vulgò vſurpatur: quam pro redemptione captiui Domini in bellis ciuilibus, vt in alijs, procedere, iudicauit Curia Magnorum dierum Lugdunen., An. 1596. Luce. 23. Octob. ſecundùm Dn. *de Sabazac*, in Aruernia, pro quo dixit Doleus: contra Vicanos ſubditos *dud. Sabazac*, pro quibus, I. Beſnardus gener meus. De eo iure extat Artic. 9. De Præſcription. Aruernæ Leg. Sed hoc Tailliæ onere prorſus immunes ſunt Bragerac ciues, apud Petragorios. §. 25. ſuorũ Statutorum.

Cic. in Orat. pro Seſtio.

Digitized by Google

Legem iſtam, Ne quis Vicanis patrociniũ polliceatur, vel agricolas in cliẽtelam ſuſcipiat, redituũ, alteriúsve lucri promiſſione recepta, &c. Tit. Vt nemo ad ſuũ patrocin. ſuſcip. Vicos, vel Ruſticanos eorũ. Lib. xi. Cod. Iuſtin. Franci itidem Reges haud vno cauerunt Edicto, Nobiles viros à Plebeijs agreſtibus æris ſummulam exigere nõ debere, frumentarios modios, ſeruiles operas, aliúdve quidpiam, immunitatis obtentu Hoſpitij, annonæq; militum: quam illis immunitatem, officij ſpecie procurarent. §. 139. Franciciæ Legis editæ, An. 1499. §. 106. Aurelianæ, An. 1560. & §. 280. 283. 305. Bleſenſis, latæ An. 1579. Ad hunc tractatũ pertinet Cæſarea ſanctio vn. Ne operæ à collator. exigantur Lib. 10. Cod. Quæque de ſuperbo, ac impotenti Gallorũ Equitum in Agreſtes imperio, mãdauimus literis, Francici DOMANII Volum. 3., & De Priuileg. Ruſtic., primo. His tandem ſubtexere liceat Camerinum, in Allobrogibus, S. Conſultum. 17. Kalend. Ianuar. An. 1561. Quo, Iuridicis quibuſque dominis interdictum eſt nummarij in ſubditos vectigalis Indictione noua & exactione: ni veniam ſaltem priùs à Senatu petierint, impetrarint.

Edicta Regia, in Nobiles, Vicanorũ, & Agricolarum oppreſſores.

Tit. 18. Art. 7.

Cap. 1. Part. 2. Art. 2.

Placitum Senatus *de Chambery* die. 16. Decemb. 1561., prohibitorium omnibus Iuſtitiarijs cotizare ſubditos abſque permiſſu Senatus.

PLVRA de Dominicis Cenſibus, iuribúſq; voluuntur noſtro Lib. 1. & 2. Leg. Andeg. Quò minùs illìc exarata, in Nouale iam iſtud transferri, velut è ſeminario, expediat.

Tit. IIII.

DE SERVITVTIBVS VRBANORVM PRÆDIORVM, ET RVSTICORVM.

1. *Seruitutes, prædiorum iura ſunt, & prædiariis in rebus habentur.*
Quatuor cenſentur impræſcriptibilia *Pariſiis, feudum, vel cenſus: bannalitas Molendini, vel furni: ſeruitus vrbana: & facultas redimendi hypothecarios Reditus, Lutetiævè ædibus impoſitos.*
2. *Vrbanæ ſeruitutis vſucapio, quibus caſibus recepta.*
Stillicidij genus duplex.
3. *Libertas vrbanorum prædiorum, faciliùs* præſcriptibilis.
Domo vendita, cum omnibus ſuis acceſſibus in vias vſque publicas, tũc debetur itineris ſeruitus.
Artis peritorum, de vrbana ſeruitute, iudicium, ſeu arbitrium.
4. *Luminum ſeruitus, quid diſcrepet ab hac, ne luminibus officiatur.*
Specialiter exprimendæ, in alienanda domo, ſeruitutes: quas ſibi excipiat, conſtituátve alienator.
5. *Lutetianæ vrbis Priuilegia, iuráque, Suburbiis communicata.*
D. Marcelli, & B. Germani Oppidula, ad Lutetiam, olim dicta.
6. *An Tonſores chirurgi, Lutetiæ ſuburbani, in Vrbe arceantur ſuæ artis exercitio, in Bellis ciuilibus.*

Childeberti

Digitized by Google

Childeberti Regis Chartula, fundatrix Monaſterij B. Germani, Pratenſis.

7. *In communem parietem tigna immittere, ius eſt: in eóque ædificare.*

Nemini quicquam in ſuo extruere licet, ex quo vicinus detrimentum capiat.

8. *A furni noui ſtructore, camini, putei, fornacis, medium, inter ſe & vicinum, relinqui interuallum oportet.*

Idem de eo, qui ſterquilinium, cloacas, latrinas, balneáve faciat.

9. *Mechlinienſes Brabantiæ Leges, de conſimili ædificiorum forma, ſpatióque, inter vicinas ædes intermittendo.*

Delphinatium, Saxonum, Cameracenſium, Geneuenſium, circa eadem, Mores, ac Leges.

10. *A publicis priuata Ædificia diſtent pedibus quindecim.*

Sepulchra, ab alienis Domibus interuallo aliquo ſecernenda.

Sacras inter ædes, & profanas, intermittendum ſpatium.

Prædiorum tam ruſticorum, quàm vrbanorum, fines circumſcripti.

11. *Vicinarum ædium, hortorum, arearum clauſura, vel fultura, communi ſumptu curanda, facienda.*

Magnus Pons *Lutetiæ, ſubuerſus, Decurionum vrbis ignauia.*

Pontis eiuſce dominium à Rege ceſſum Ædilibus Plebis, retento fundo terræ, *& Iuriſdictione.*

Pons S. Michaëlis, *Principi à Senatu adiudicatus.*

Pontis Molitorum lapſus geminus.

Paruus Pons, *Lutetiæ, Iudaïco pœnali ære fabricatus.*

Pontium Opera publica, Cæſarea, vel Regalia.

12. *Proſpectus in Mare ius ſeruitúſque, Legibus præſcripta Conſtantinopolitanis.*

Subdialium ambulachrorum ſtructuras quantùm à Vicinis diſtare oporteat.

De nouis Operibus, Zenonia lex.

13. *Aquæ ductus ad fonticulos Vrbis Pariſiacæ, priuatis canalibus non diuertendi.*

Thermæ Iulianæ, apud Lutetiam.

Vrbes captæ, ex occulto per Aquæductus in eas hoſtium ingreſſu.

14. *Viarum publicarum munitio, & refectio, à quibus præſtanda.*

Eccleſiaſtici, munere hoc patrimoniali non ſunt immunes.

Ruſticis viis, & extra Vrbis portas ſitis refectio non debetur à ciuibus Pariſien.

Antiquum pro Ciuibus S. Conſultũ, de huiuſmodi viarũ inſtauratione.

15. *Arborum ramos, & radices, à confini agro ſpatiis diſcerni, expedit.*

16. *Decemvirûm Roman., Mechliniæ, Saxonum, de iis Leges.*

Terræ foſſilis in fundum iactus denotat, vtri vicinorum, foſſæ dominium competat.

Seruiente prædio, auctionibus proſcripto, neceſſaria interceſſio eſt ei, cui ſeruitus prædij debeatur.

Digitized by Google

Excepto, ſi ſeruitute continuò vtatur, pendentibus fundi auctionibus, nec eius interpellata ſit poſſeſſio à publico curatore, vel colono fundi auctionati.

De servitutes, et rapports de Ivrez.

EXCVSSIS REBVS ſoli corporeis, ad Incorporeas tranſeamus, prædiariæque iura Seruitutis. Hæc enim, cùm ſolo adhæreat, immobilis æquè cenſetur, ac prædiaria: Nec pupillari fundo imponitur efficaciùs, quàm fundus ipſe abalienatur. l. 10. §. hoc iure, ff. De Vſucap. l. 3. §. ſimili modo ff. De reb. cor. Pari itidem temporis curriculo vſucapiuntur iura prædiorum, ac prædia ipſa. l. vlt. Cod. De præſcript. long. temp. Pariſienſis verò Lex inhibet trium vſucapionem præcipuè, Seruitutis vrbanæ, Dominici iuris ſuperioris, & proſcriptæ Molæ, vel Furni. §. 12. 71. 124. & 186. 1

Seruitutes de ville, Fief du ſeigneur, & Bannalité de Moulin, ou Four, impreſcriptibles. Auec la faculté de racheter Rente crée à pris d'argent, & celles des Maiſons de Paris. Art. 119. 121 Pariſ. Mor.

LONGÆVO tamen ex vſu, poſſeſſionéque ſumitur ambiguæ Seruitutis interpretatio, obſcuriúſve ſcripti de ea Inſtrumenti. Bart. Bald. & Iaſ. ad l. certi condictio §. ſi nummos D. ſi cert. pet. Id quod Gallicis in Tribunalibus receptum, identidem obſeruaui. Rurſus apud Aruernos, vniformis eſt omnium præſcriptio, quæ tricena poſſeſſione expletur. Maſuer. in §. 1. De præſcript. Verùm ex facto quæſitum ſcio in Palatina Fori noſtri baſilica, nûm vſucapiendo iure eundi, agendi per alienum fundum Aruernum, ſubducantur Anni tempora, queîs tranſmeare ſata arua publicitùs interdictum ſit, pratáve, ad capiendum fructum quaſi parata. Nimirum ab Martio Menſ. ad fœniſicium, meſſémque Agrariam. Vſucapioni quidem obſtare videbatur Papiniani reſponſum, ad loca Iure Gentium publica, obtinenda concedi non ſolere præſcriptionem temporis diuturni. Quod nec abſonè trahitur ad ea, quorum vſus publicè vetitus ſit, communémque in rem totius Municipij: ne Annonariis prædiorum fructibus Municipes deſtituantur. Sed quia domini proprietatis interim non prohibentur fundos ſuos adire, luſtrare: Puto, nec Interdicto contineri vſucapionis excluſorio iſtos, qui iure ſuo ſeruitutis vſi tunc temporis proponantur, iumentáque egerint, aut vehiculum duxerint per alienos agros. Argum. l. vlt. D. de itin. act. que priu. Neque ideo tamen media arua, aut vineas pererrare ſinendus eſt is, cui ſeruitus debetur itineris, aut viæ: quùm per alteram partem æquè commodè iter facere poſſit, ac minore ſeruientis fundi detrimento. Ob id arbiter dandus, qui viam modo aliquo determinet, indiſcretè pactam antea, vel à moriente legatam. Vt Celſo, & Sabino placuit, in l. 9. ff. de ſeruit. Cum Priſco Iaboleno, in l. certo generi §. ſi totus ager. ff. De ſeruit. ruſt. præd. Vbicunque inſuper ceſſat Vrbanæ ſeruitutis præſcriptio Municipali lege, ſtillicidij putà, intelligitur Lex de æreo ſimplici ſtillicidio, i. non quieſcente in fundo vicini: ſiue pendulum 2

Depuis Paſques iuſques à la cueillette, Terres ſemées, & Prez, deſenſables.

L. præſcriptio ff. De vſucap. l. vlt. D. quemadm. ſeruit. amitt.

Eſgouts.

Stillicidium viſibiliter inædificatum fundo vicini.

pendulum maneat, ſupra eius ſolum, aut tectum, ſiue non propendeat, ſed in illud duntaxat ſtillatim fluat. Diſſimiliter, ac de *incorporato*, quod vocat Molineus, & inædificato perſpicuè ſtillicidio, vel conquieſcente in fundo vicini. Tale enim, ſine titulo, Vſucapioni obnoxium, idem exiſtimauit, in §. 230. Bleſen. Conſuet. Argum. l. in vendendo. ff. De contrah. empt. Cæteroquin pluuiæ aquæ auerſionem non cogeretur recipere locus, qui non ſeruiret. Vnde M. Tullius, ex Mutio Scæuola, tradit, eòvſque tantùm ius eſſe tecti proiiciendi, ex quo in tectum eius, qui ædes porrexiſſet, aqua deflueret.

Cic. in Topic.

3 LIBERTAS porrò, quæ natura omnibus inerat prædiis, ad eorum dominos redit, ab libero, immunique fundorum vſu triceno. §. 186. Leg. Pariſien. At Romano Iure, in ruſticas quidem ſeruitutes vſucapitur libertas ſolo tempore legitimo, ſed in vrbanas, non ita, niſi facto domini concurrente: veluti quòd ſuas ædes tollat, indéque vicini luminibus officiat. Paulina Leg. ſi ſic D. quemadmod. ſeruit. amitt. l. ſequitur §. ſi viam. ff. De vſucap. l. hæc autem, ff. De ſeruit. vrb. præd. Etſi autem vrbana ſeruitus diutino vſu ſolo non acquiratur: interdum tamen re ipſa conſtituitur, nulla pactione interpoſita, vel teſtatoris diſpoſitione. Nam ſeruitus tigni iuncti, oneriſve ferundi debetur ipſo iure: licet de ea nil cautum ſit, lege venditionis nominatim. Papiniani leg. Binas ædes De ſeruit. vrb. præd. Et ibi Bart., Cepola concinnè, in ſimili Tract. de Seruit. Cap. 38. Vbi Iuris Interpretum antinomian conciliat. Quoties item fundus diuenditur, vnà cum acceſſu omni, tranſitúque in Vias publicas, ex eo vindicari ſeruitus itineris poteſt. Bart. & Bald. in cit. l. binas, & Bartholom. Veronenſis, cui à Cepis eſt cognomentum, loco prædicto, Poſt Durandum Speculat. in Tit. de empt. & vendit. §. 1. Verſ. ad euidentiam. Tertiò, ſacræ Religionis intuitu, prædiis inhæret ſeruitus quædam, nullo etiam Pacto condicta. Sicuti de via ad ſepulchrum, Imperator Antoninus cum patre reſcripſit. l. 12. ff. De relig. & ſumpt. fun. Rurſus teſtamentorum fauore, ſubintelligitur ſeruitus, quò poſtrema morientis voluntas ſyncerè, piéque adimpleatur: d. l. binas ædes. l. ſi fundum ſub conditione §. qui fundum ff. De legat. 1. l. teſtatrix D. ſi ſeruit. vindic. Inſuper ſi via publica, fluminis impetu, ruináve, amiſſa ſit, vicinus proximus viam præſtare cogitur. Priſci Iaboleni leg. ſi locus §. vlt. D. quemadm. ſeruit. amitt. Ac priuato etiam cuique viam ad fundum ſuum neceſſariam præbere tenetur vicinus intermedij fundi poſſeſſor: ſed hoc, cognita à Iudice cauſa, & vicino, quanti ſua interſit, æſtimatione penſa. Quod Francicis adeo Tribunalibus vſurpatum ait Maſuerius, Tit. de Seruit. In Praxi. De controuerſa porro ſeruitute, vrbana præſertim, leguntur arbitri Latomi, ſeu quos operarum Magiſtros vocat Boërius, Conſil. 2. Quorum, in toto hoc genere, iudicio ſtandum, affirmat Baldus, Reſpon. 150. Lib. 3. & Angel. Aretin. in §. præterea per alluuionem

Vrbani prædij pars inferior non ſeruit ſuperiori, Iure ipſo: Secus de ruſtico prædio, ex natura loci. l. ſicut §. Ariſto, D. ſi ſeru. vindic. l. 2. ff. De aq. pluu.

Vendita domo, cum omnibus acceſſibus, ſeu introitibus, & greſſibus ſuis, vſque in vias publicas, tunc eſt ſeruitus itineris debita.

Si tamen hic viam ad ſuum agrum haberet quamuis prolixiorem, & remotiorem, non audiretur. Maſuer. ibidem.

Conſil. 2. in fi. Commentar. Bituricæ Conſuet.

Digitized by Google

Inſtit. De rer. diuiſ. His proximè adhæret Lex Pariſ. (§.184. 185.) Gallicæque aliæ Prouinciales haud paucæ. Quibus accedit Lutetianæ Stylus architecturæ, ſcriptus auſpiciis Karoli. 8., & Conſtitutio Noni Karoli, An. 1567. de arbitrio Fabrorum huiuſmodi, peritorúmque Architectonices. Quinetiam, priſco ab æuo, Artifices hóſce conſuli ſolitos Lutetiæ, indicat *Conſuetudinarius* Fráciæ Codex, verbis ita nuncupatis. *En cas de peril de maiſons, adiournez le proprietaire de l'hoſtel, où eſt le peril, ou à deffault de proprietaire, les Cenſiers, & requerez, que les Iurez ſoyent enuoyez pour viſiter, & ſelon leur Rapport fault abatre quelque Mur, & refaire &c. pour greigneur peril eſcheuer.* Tit. *Des cas de peril, & rapport des Iurez.*

Stil de Maçonnerie, du Roy Charles. 8. qui eſt imprimé.

Ordinat. Caroli. 9. *Que l'aduis, & rapport des M. Iurez Maçons, & Charpentiers ſera conclud, & eſcrit à l'inſtant de la viſitation par l'un des Maiſtres, ſans qu'il ſoit neceſſaire auſd. parties d'appeller auec leſdits Iurez, le Greffier, ou Clerc de l'Eſcriptoire, ou ſes commis. &c.*

LVMINVM ſeruitus hodie diſceptatur in Senatu, ex appellatione 4
à Rupellano Suppræfecto, cuius ſpecies talis eſt. Vranius Rullus, qui binas ædes contiguas habebat, alteras venundedit Lucretio Pacato, cum hac adiectione, LVMINA, QVÆ NVNC SVNT, VT ITA SINT. Venditor dehinc alteram domum mancipauit alij: quo altiùs tollente eam, obſcuriora fiunt lumina priùs diſtracti ædificij. Huius proinde emptor confeſſoria egit in poſteriorem, qui nouum opus ſuo noxium molitus eſſet. Rupellanus demùm proprætor illum actione ſummouit. Eo autem inde Senatum prouocante, Nos appellatoris cauſidico roganti ſententiam reſpondimus, optimè iudicatum videri. Nam cuius ſolum, eiuſdem cœlum eſt, altitudóq; ædium ſuarum liberrima. l. vlt. §. penult. D. quod vi, aut clàm. l. altiùs. l. ſi in ædibus Cod. de ſeruitut. & aq., Cum §. 187. ciuicæ Conſtitutionis Pariſiorũ, quæ Rupellanæ ſilentium hac in parte ſuppleuerit. Hinc cum eo, qui extollendo obſcuret vicini ædes, quibus non ſeruiat, nulla competit actio. Vlpiani Leg. cum eo De ſeruit. vrban. præd. l. ſi is qui binas. ff. De vſufr. Nec actoris cauſa adiuuatur iure luminum, cum ædibus diſtractis, ei ceſſo ac relicto. Nam ſic impoſita ſeruitute, de futuris luminibus nil cautum cenſetur. Pomponiano iudicio, in l. ſi ſeruitus D. eod. Diuerſa ratio eſt conſtitutæ ſeruitutis, ne luminibus noſtris à vicino obſtruatur. Tùm enim hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit ipſi, inuitis nobis, altiùs ædificare, atque ita minuere lumina ædificiorũ noſtrorum. l. luminum. l. inter ſeruitutes Eod. Tit., & cita. l. ſi in ædibus. Pacta enim iſta ſeruitute, quaſi vocabulo generali, humanius eſt, omne lumen ſignificari: ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tempus conuentionis obtigerit. Præd. l. ſi ſeruitus. Ne quis tamen hac libertate inſolentiùs abutatur, efferaturvè licentiùs, admonuit Vlpianus cuſtodiri debere formam, ſtatúmque antiquorum ædificiorum. l. qui luminibus. ff. De ſeruit. vrb. præd. Itaque permagni intereſt, qua verborum formula conceptam, receptámve ſeruitutem vrbanam tueamur. §. 215. Morum Pariſien. Eſt namque alia quædam minor ſeruitus luminum, qua id duntaxat acquiritur, vt vicinus ea lumina excipiat, & in ædes noſtras transmitti patiatur, quæ nobis neceſſaria ſint ad diurni vſus moderationem. l. 3. D. eod.

Procez par eſcrit ſur l'appel du Lieuten. du Gouuerneur de la Rochelle, de domo vendita *auec ſes veuës, & eſgouts, tels qu'ils ſont.*

§. 187. *Quiconque à le ſol, appellé l'eſtage du retz de chauſſée, d'aucun heritage, il peut, & doit auoir le deſſus, & deſſoubs de ſon ſol, & peut edifier par deſſus, & par deſſoubs. &c.*

Superficici tamen quæ debetur ſeruitus, ſublata ſuperficie, extinguitur. Bart. & Aug. in l. vlt. ff. De ſeruit. Secus, ſi debeatur ſolo. l. ſeruitutes §. ſi ſublatum ff. De ſeruit. vrb. præd.

Verſ. *il doit ſpecialement declarer, quelles ſeruitudes il retient ſur l'heritage, qu'il met hors ſes mains, ou quelles il conſtituë ſur le ſien. &c.*

D. eod. Rurſus eſt alia, vtraq; ſuperiori, maior ſeruitus, NE PROSPECTVI OFFICIATVR: quia in proſpectu plus quis habet, ne quid ſcilicet obſit ad gratiorem proſpectum, & liberum. Vlpiani leg. 15. Tit. quo. ſ. Denique, vt cum Francicis Maiorum ritibus ſummatim rem concludam, produco vetuſtiſſimum Morem Pariſiorum, ſua hæc verba ſonantem. *Item qui ha pluſieurs Maiſons entretenans en la ville de Paris, acquiſes de diuers proprietaires, chargées enuers diuers Cenſiers, en vend vne auec toutes ſes veuës, eſgouts, & appartenances, qu'elle pourroit, ou deuroit auoir ſelon les Vſages de la ville de Paris. Icelles paroles generales ne ſont reputées, à iuſte tiltre, & vallable, pour auoir ſeruitute ſur les autres maiſons, qui demeurent au bailleur, de veuë, des eſgouts, & des glaçoüers: Mais doiuent eſtre ramenez aux vſages, & Couſtumes de la ville de Paris: ſ'il n'eſt ſpecialement declaré, en faiſant le bail de ladite maiſon, & conuient expreſſément nommer leſd. ſeruitutes au contract de bail, qu'elles doiuent ainſi demeurer perpetuellement: ou autrement, elles ne peuuent, ne doiuent ainſi demeurer au prejudice de celuy, qui ha baillé la Maiſon generalement, comme il l'auoit priſe auec ſes veuës, eſgouts, & ſemblables mots generaux, qui ne donnent tiltre vallable.* Lib. Conſuetudinario Franciæ. Tit. *Des veües, & eſgouts de maiſons.* Si tamen duarum proprietarius ædium, alteras diuendat quaſi liberas, vna dempta ſeruitute, quæ venditionis tabulis expromatur: Alia tunc eximere ſeruitute tenetur emptorem, licet manifeſtò parenti, huiúſque oculis in emundo perſpicuè ſubiecta. Cæcilij Proculi ratione, in l. ſi cùm fundum. π. De contrah. empt. l. quicquid D. Commun. præd. l. 17. §. vlt. π. De ſeruit. vrban. præd. Id quod Parthenopei Senatores inſigni Iudicio definiêre centum abhinc annos. Conſcripto eius Curiæ Matthæo, Decretum referente. Quò alludit maximè Conſuetudo Pariſien. ſuprà citata. Art. 215.

Vide à Nobis de hoc ſcripta, in Tit. De præſcript. temp. Lib. 3. Leg. Andeg. Art. 24. 25.

Le grand Couſtumier de France, & Inſtruction de Practique. &c.

Citra ius ſeruitutis, nulli licet *faire veuës droictes ſur ſon voyſin, ſ'il n'y a. 6. pieds de diſtance entre lad. veue & l'heritage du voyſin. &c.* Art. 202. Leg. Pariſ.

Debitæ autem vendito fundo ſeruitutis tacitæ euictionem non præſtat venditor. l. penult. π. De euict. l. in vendendo, π. De contrah. empt.

Neapolit. Curiæ ſupremæ Placitum.

Decis. 298.

5 VRBANA prædia, accipiuntur omnia ædificia: ſiue in Oppidis, ſeu in Vicis, aut Villis exiſtant: Quia vrbanum prædium non locus facit, ſed materia, inſit Vlpianus. l. vrbana. π. de verb. ſignif. At Mos Pariſien. aliquatenus ſecernit vrbanas Seruitutes, iuráq; Ædium principis Vrbis & Suburbiorum, ab aliis, quæ in Municipio oppidatim, pagatímque exercentur. §. 193. Nam etſi Vrbis appellatio mœnibus claudatur, nec Suburbia quidem complectatur lege Quiritum: tamen Karolus. 5. Galliarū Rex ſanxit, ſuburbana Lutetiæ Ædificia, quæ præualidis etiam muris cingere occœperat, Ciuitatis nomine comprehendi, fruíque Priuilegiis omnibus huic ipſi irrogatis. Luculento Reſcripto Menſ. Ianuar. An. 1374. quod Sextus Karolus filius probauit, Codicillis Febr. Menſ. An. 1383. Exin Karolus. 7. nummariis Indictionibus, quas Gallicæ Plebi annuas impoſuerat, excepit Regiam vrbem, vnà cum Suburbiis, An. 1449. Proin Municipalis Lex Pariſiorum, Ciuitatem, cum Suburbanis, dirimit identidem à reliquis Municipij partibus, vario loci More vtriúſque. Art. 121. 122. 163. 174. 227. 267. 352. vltra prænotatum à Nobis.

L. 2. π. de verb. ſignif. Cap. ſi ciuitas De ſenten. excommun. In. 6.

Les Faulxbourgs de Paris, reputez eſtre de la Ville, & vne meſme Ville, vſans de meſmes Priuileges.

Tailles du Peuple, ordinaires, eſtablies par Charles. 7.

Digitized by Google

Imò &, Iuliani Cæſaris ſeculo Pariſiorum incolæ, Suburbana ipſorum memorauit Ammianus Iuliani comes, vitæque ſcriptor. Lib. 20. Ne iſtic ſupprimam interim, Lutetiana Fani Marcelli, & Germani Suburbia, antiquitùs habita Oppida, ſeorſùm ab Vrbe, fuiſſe, ac Vrbano tributo immunia, pronuntiata. Areſto *Parlamentari*, Mart. Menſ. An. 1297. Idémque Londinenſibus Angliæ, Suburbiis adſcriptum quondam, & à Molineo obiter ſubnotatum, ad Niuernen. Conſuetud. §. 15. De Hæreditat. Qui ſuburbanas Leonardi Oppidi domos ab eo diſcernit, territorio, Iuriſque dictione. Priſci autem illius S. Conſulti Francici, quod Lutetiæ factum eſt, tenorem accipe. *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Vniuerſis &c. Notum facimus, quòd in Curia noſtra conquerentibus Communitatibus, ſeu Habitatoribus Villarum S. Marcelli, & S. Germani de Pratis, prope Pariſiùs, quòd Ciues noſtri Pariſien. minùs iuſtè ipſos compelli facere nitebantur ad contribuendum, vnà cum dictis Ciuibus noſtris Pariſien., ſuper dono centum mille librarum Turonen. à dictis ciuibus noſtris Pariſien. nobis facto in recompenſationem denarij, quem, vnum ſcilicet ab emptore, & alium à venditore rerum venditarum Pariſiis de qualibet libra habere volebamus, dicentibus per plures rationes, ſe ad hoc non teneri. Dictis Ciuibus noſtris Pariſien., ex aduerſo, proponentibus, prædictas Villas eſſe de Suburbiis, & pertinentiis Villæ Pariſien., & dictas Communitates, & Habitatores ad dictam contributionem, vnà cum ipſis Ciuibus, faciendam, per plures rationes teneri.* VISIS *Literis noſtris ſuper dicto dono confectus, & propoſitis à partibus, & earum rationibus pleniùs intellectis, Pronuntiatum fuit per dictæ Curiæ noſtræ iudicium, dictas Communitates, & Habitatores dictarum duarum Villarum, non eſſe, nec cenſeri debere de Suburbiis, & pertinentiis Villæ Pariſien. Nec eos compelli debere ad contributionem prædictam, vnà cum Ciuibus noſtris Pariſien., pro dicto dono faciendam. &c.*

Londres, capitale d'Angleterre.

Ville, & Faulxbourgs de S. Leonard, en Niuernois.

Parlamenti Areſtũ, *pour les Habitans des Villes de S. Marcel, & de S. Germain des Prez, lez Paris, non tenuz contribuer au don de 100. mil liures faict au Roy par la Ville de Paris, en recõpenſe de ce que le Roy vouloit leuer de chaſcune liure des choſes vendues à Paris, 1. denier du vendeur, & 1. den. de l'achcteur. Lequel impoſt auoit eſté accordé au Roy l'an 1286.*

NVPER autem ex facto agitatum fuit in Senatu, nûm Pariſiorũ ſuburbani Tonſores chirurgi, qui ab Vrbano eodem Collegio, præſidibus Medicis, allecti ſint in Ordinem, direptis poſtea à milite Suburbiis, licitè ſuo vacent Artificio intra Vrbem, quæ ſuburbanos refugas exceperit. An. 1590. Vrbani quippe, eos Formula vrgebant decreti iſtis nominatim Artificij intra metas ſuburbani Vici, nõ in Vrbe mœnibus cincta. Ex quo, illi duorum alterum poſtulabant, vt ſuburbani Artifices vel nouum Artis ſpecimen ederent in Vrbe, vel ab Vrbano ipſius exercitio arcerentur. Quorum cauſam Actorum orante Poleto, Nos, contrà, pro Reis diximus in Tribunalitio illo Curiæ theatro maximo, Suburbia, non minùs patriæ Metropolis nomine, quàm Romanæ Vrbis, includi, quæ continentibus tantùm ædificiis, non muris finiatur. l. nam quod liquidè, In fi. ff. De pen. leg. l. vxorem §. legauerat ff. de legat. 3. l. vrbis. ff. de verb. ſignif. Idque ipſum Lutetianæ vrbi expreſſim aptauit Princeps noſter Childebertus. Authenticis chartulis conditi ab eo Cœnobij, ſacratíque memoriæ Vincentij Martyris, in ſuburbiis Pariſiorum: Quas

Lis mota *entre les Barbiers Chirurgiens des Faulxbourgs de Paris, & ceux de la Ville.*

Auctoris Oratio in Senatu Pariſien.

Abbatia S. Germani de Pratis, fundata in honorem S. Vincentij, poſt fundatoris reditum ex Hiſpaniis, quas armatus adierat. An. 542.

Digitized by Google

Aimoinus, Monachus S. Germani.

Quas quidem Chartulas ita exſcripſit Aimoinus, Monaſtici eius Fani ſacerdos. EGO CHILDEBERTVS FRANCORVM REX, &c. TEMPLVM CONSTRVERE COEPI IN VRBE PARISIACA, PROPE MVROS CIVITATIS, IN HONOREM B. VINCENTII, &c. Lib. 2. Franc. Hiſt. cap. 20. Quod verò nobis obiiciebatur, mœnibus limitatum vt ſuburbani cuiuſque Domini Territorium, ſic eius incolarum Territorij Artificium, diluebam, notiſſimo argumento ciuilis Bellicæ calamitatis. Quippe quæ ſimul, cum militari Suburbiorum expilatione, ac euerſione, profligaſſet ipſorum habitatores, Iuridicos dynaſtas, & Dominicos Magiſtratus. Planum eſt igitur, cum Temporum vicibus, Morum quoque, verti oportere. Quam rationem iſthîc iuuat arctiſſima litigatorum affinitas priſca, & conſociatio, in vnum Artificij corpus, Collegiúmque hactenus coaleſcentium. Hinc ſemel receptos ſingulos, allectóſque in Artis conſortium, qua fronte nunc Protea ſocij eiecerint? Durum eſt, omnibus exhauſtos iam caſibus, omnium egenos, à Sodalibus etiam excludi ſuæ Artis vſu, & exercitio: Quæ, amiſſis opibus, ſacra his ſuperfuerit Anchora, extremúmque perfugium. * τεχνίον γὰρ πᾶσα γῆ τρέφει. Imò & peregrinum artificem, pictorémque Apellem excepit honorificè Protogenes Rhodius, nec Operi noui hoſpitis inuidit, lineas ex colore ducentis liberiùs in extera Officina per Tabulam ampliſſimam. Plinio enarrante, lib. 35. Cap. 10. Quibus addebam, Suburbia incolentes antehac, qui meorum opera clientum vtebâtur, iamiam diſperſos, magna ex parte, vagari per mediam Vrbem, haud exiguo nonnunquam aduerſariorum quæſtu, atque compendio. Mutua ergo vice, hi præripere illis non debent ſuæ qualiſcunque opellæ fructum, ac ſibi, familiæque parandi victus rationem, cum omni humanitate coniunctam. Nam vt ſi vnumquodque membrum hunc ſenſum haberet, vt poſſe putaret ſe valere, ſi alteriùs ad ſe membri valetudinem traduxiſſet, totum corpus debilitari, ac interire neceſſe eſſet. Ita ſi vnuſquiſque noſtrûm rapiat ad ſe commoda aliorum, emolumenti ſui gratia, ſocietas hominum, communitáſque euertatur, neceſſe eſt. In hac demùm Forenſi concertatione, Senatui placuit, ſumma de re amplius iniri conſilium: ac Reis interea Artem ſuam Vrbe tota excolere tandiu permitti cum honeſto lucello, quandiu, ciuili Marte, Regio iſthæc impeteretur. Decreto Kalendis Septembribus, Ann. 1592. Sed vrbanas iam Seruitutes repetamus.

* Artem enim quæuis Terra alit.

Cicer. 3. Offic.

Pariſien. Areſtum, die. 1. Septemb. An. 1592.

Mur Moitoyen, qualis, areas hortóſque ſeparans, præſumitur. §. 201. Pariſ. Conſ.

7 SECVNDÙM parietem communem, nouum opus ſtruere non licet, ex quo vitium futurum ſit, deteriórque paries intergerinus. Art. 199. 207. 208. Pariſ. Conſuet. Cui bellè reſpondet Iuriſprudentum ſententia, l. parietis l. inter quos. π. De damn. infec. l. quidam Hiberus. l. parietem D. de ſeruit. Vrb. præd. Tulliano autem iudicio, cuique fas erat, parietem directum ad parietem communem adiun-

An communem duobus parietem liceat alteri, altero inuito, demoliri, & ſupra eũdem poſtea ædificare: &, ſi vltra partem communis parietis ædificarit, an demoliri teneatur. Boërius pleniſſimè, in Conſil. 2. ad fin. Commentar. Bituricæ Conſuet.

Digitized by Google

Reficere communem parietem cogi poteſt ſocius, vel ſua parte cedere. Art. 211. 212. &. 213. Pariſ. Leg. Idem de noui muri ſtructura inter duos vicinos Vrbium & ſuburbiorum. Ruri, non ita. Art. 209. & 210.

In muro communi feneſtras facere, *ou Troux pour veue*, prohibitum. Sed proprio in muro talia habere lumina, ius eſt, nempe *de 9. pieds de haut au deſſus du rez de chauſſee, &c.* §. 199. & 200. Leg. Par.

gere, vel ſolidum, vel fornicatum. Nec, ſi quis, in Pariete communi demoliendo, damni infecti promiſiſſet, debebat præſtare, quod fornix vitij feciſſet. In Topic. Communem verò in parietem tigna immittere, liberum eſt, in eóque ædificare, pro modo Pariſiorum Moribus ſtatuto. §. 195. cum. 3. ſeq. & Art. 203. 204. 205. 206. Nam Mela ait, ſi vicini, ſemipedes inter ſe contulerint, vt ibi cratitium parietem extruerent ad onera vtriúſque ſuſtinenda, conſtructóque pariete, in eum immitti non patiatur alter, pro ſocio agendum eſſe. l. cùm duobus §. ſi quis ſocietatem D. pro Soc. Communi itidem parieti admotum habere Balneum, ius eſt: dùm ne per id flamma torreatur paries, damnúmve accipiat. l. fiſtulas §. 1. l. quidam Hiberus §. vlt. ππ. De ſeruit. vrb. præd. Cepola accuratè, in Cap. 53. ſimilis Tit., Qui de Fornacis ſtructura diuerſum opinatur. Cap. 52. Vnde nefas cuiquã eſt, ſuo ac proprio fundo quid adſtruere, ex quo vicinus detrimentum ferre poſſit: niſi interpoſito legitimo ſpatio à vicinis ædificiis. Vtì Antoninus, & Verus Auguſti reſcripſerunt. l. 14. D. de ſeruit. vrb. præd.

Iuris Orientalis Lib. 2. Tit. 4. apud Conſtant. Harmenopulum. Huius itẽ Lege, ſi quis in Vrbe vetus ſtillicidiũ habeat proiectum in plateam Fori, vel extra forum, velit autem Vicinus nouum proijcere ſtillicidium, ſi quidem ille feneſtras habet, in iam factum ſtillicidiũ inflexas, huic eum licebit ſtillicidium facere, ſed quod ab altero ſemotum ſit decem pedum menſura.

COMMVNI igitur parieti ſi Furnum admoueamus, caminos, ſta- 8
bula, puteum, fornacem, ſterquilinium, cloacas, ſeu receptitias foſſas, Neceſſe eſt, omnia hæc nouo claudi pariete intermedio, qui communem tueatur. Leg. Pariſ. Art. 188., cum 4. ſeq., 202. & 217. Ita Græcorum Iure Ciuili, ſi quis Latrinam, aut paludem recèns in ſuo facere voluerit, & conſtructus ſit latrinæ murus, vicino adiacens, ſeiungendus eſt à vicini muro tribus cubitis: eóque murus exædificandus, qui capiat, nec minùs vno cubito craſſus ſit. Item qui in ſuo Lacum excitatum velit, hunc faciat, oportet, à vicini fundamentis, ſex cubitis cum beſſe diſtantem. Prætereà cui in atrio Lauacra deſint, is autem ſibi adparare ea velit ſecundùm parietem cum vicino communem, fabricetur, ſua ex parte muri cõmunis, ad Lauacra murum latum, amplúmq; nec cubito & beſſe minùs craſſum. Rurſus qui priuatas Balneas extruet, eum curare expedit, vt camini à vicino diſtent cubitis aliquot Lege præfinitis. Qui nouum deinde Piſtrinum condat in Vrbe, is tenetur, à vicino furni domum, in editum, ac ſub dio expoſitum locum, ſex cubitis ſeiungere, ſi ædes vicini ſolùm planæ ſint. Datur autem hæc loci ſub dio expoſiti diſtantia, metu conflagrationum, quæ ſæpe domos ex huiuſmodi furnis abſumunt. Quinetiam Vitruuius monet, piſtrina extra Villam faciunda: vt ab ignis periculo ſint Villæ tutiores. Lib. 6. Cap. 9. de Archit. Poſtremò, Iure Orientali, quiſquis figlinum Furnum in pago conſtruit, neceſſe habet, hunc à vicino ſemotum facere cubitis vicenis: ſiue in duplicem, aut triplicem, ſiue etiam vlteriorem ſtructuræ ſitum ac ordinem ædes vicinæ tollantur. Vt eſt apud Harmenopulum, iudicem Theſſalonicenſem.

In Promptuario Legum, ſeu Hexabiblo.

Mechlinienſium ciuium Leges Municipales. Tit. de Fini-

A Græcis, ad Latinos redeo. Mechliniæ Brabantinæ ſcriptus eſt 9
Mos, eum qui Foſſa, pro domeſticarum ſordium eluuie, vti velit, ita illam

ita illam effodere in ſuo debere, vt proxima eiuſdem ad vicinum crepido ſeptem pedibus à collimitio abſiſtat, câmque ita circumſepire, vt fœdus odor, fœtórque ad aſpectum, naréſq; uicini non perueniat. Huc vergit ſententia Alfeni Vari, ſterquilinium eſſe tollẽdum, quod iuxta vicini parietem factum eſſet, ex quo paries madeſceret. l. ſi quãdo §. vlt. D. ſi ſeruit. vindic. Mechlinienſi inſuper Lege, nemini conceſſum eſt, in ſuo Muro, qui ſitus proximè vicini prædium ſit, vltra ſuum ſtillicidium, aliquid proiectum ſuſpenſúmve habere. Quiſquis, ad hæc, fundum ſuum præcipiti Foſſa velit communire, tenetur inter alueum foſſæ, & vicini prædium, ſeſquipedale interuallum relinquere. Per cõmunem pariter Cloacam, ſiue lanum, nemo ex vicinis, quibus in eum ius competit, aliam aquam ducere poteſt, præter cœleſtem, citra vicini permiſſum. Porrò in Delphinatibus Allobrogum, Latrinæ iuxta communem parietem, niſi alio intermedio, fieri nequeunt: nec Furnus, ſecundùm vicini parietem, niſi interiecto vnius pedis ſpatio. Vt refert Franciſ. Marcus, Senator Gratianopolitanus. Deciſ. 460. & 482. Tomo 2. At Saxonico Iure, quantum vacui ſoli ab vicinis ædibus, dimittere cogatur ſtructor fornacis, putei, vel cloacæ, patet Lib. 2. *Landtrechr*, Art. 51. Et Differẽt. Iur. ciuil. & Saxon. Lib. 2. Mitto conſimiles ferè Samarobrinorum, & Geneuæ Conſtitutiones, de forma, modóque nouorum eiuſmodi Operum: Quæ Nobis Conſtitutiones ſunt in manu, iampridem typis excuſæ. Ac, ne patriis finibus abſcedam, ecce tibi Lutetiana de eo Inſtituta priſca, in Cõſuetudinario Francorũ Volumine, Cap. *des Veuës, & Eſgoutz de maiſons. Item & ſe aucun veut faire cheminée, aſtres, chauffettes, ou chauffeton, à l'encõtre du Mur moitoyen, il y doit faire cõtremur de tuilleaux, ou de plaſtre de demy pié d'eſpeſſeur, & en certaine quantité de hault, & ſelon la meſure en tel cas acouſtumée entre les maçons: affin que par le halle, ou chaleur du feu le mur ne ſoit empiré. Item qui fait eſtable contre mur metoyen, il doit faire contremur de demy pié d'eſpeſſeur, ou au moins de l'eſpeſſeur acouſtumée entre maçons: Et doit eſtre depuis terre iuſques au rets de la mengeoire, pour les fiens qui pourriroient led. mur. Item qui fait glacouiers, c'eſt aſſauoir aiſance contre vn mur moitoien, ou autruy mur ſans moyen, il doit faire contremur d'vn pié d'eſpes, ou de l'eſpeſſeur acouſtumée. Item homme, qui ha place, iardin, ou autre lieu vuide, ioignant ſans moyen au mur d'autruy, ou au mur moitoyẽ, & y veut faire la terre labourer, & remuër, Il faut qu'il y face contremur de certaine eſpeſſeur, affin que le fondemẽt dud. Mur, ne ſ'eſuaze par faute de terre ioignãt. Item en mur moitoyen, l'vne des perſonnes ſans le conſentement de l'autre, ne peut faire Feneſtres, ou troux, pour veuë, ou lumiere en quelconque hauteur, ou maniere que ce ſoit, à verre dormant, ou autrement. Item entre le Four d'vn boulenger, & le mur moitoyen, doit auoir demy pied de ruelle d'eſpace, ou contremur, qui le vaille: pour euiter le danger de la chaleur du feu. Ne longue ſouffrance ny acquiert preſcription, ſelon la Couſtume, laquelle ha lieu auſſi bien és choſes apparentes, comme latentes.*

10 FINIVM hæc regundorũ lex fuit priuati cuiuſq; Ædificij viciſſim:

[Margin notes:]

bus regundis. Pariſienſi autem Moro additum, domeſticas Latrinarum ſordes, quibus hæ purgentur vacuentúrque, extra Vrbẽ aſportari debere. §. 218.

Malines, en Brabant.

Dauphiné.

Couſtumes de Cambray, & Cambreſis.

Ciuiles Ordinationes Geneueſes, *en Conſeil general, tenu le. 4. Ianu. 1579. Tit. Des droictz, & ſeruitutes reelles des maiſons, &c.*

Grand Couſtumier de France, &c.

Pariſien. Arẽſto, die. 4. Mart. 1523. *à la requeſte de M. le Procureur general, Enioinct aux Examinateurs du Chaſtelet faire garder les Arreſts, & Ordonnances ſur le fait des Latrines, & nettoyer les bouës, & immondices de la Ville.*

In muris communibus feneſtram néc ne facere liceat, aut ædificare, ſtandum Conſuetudini. Cepola, in Tit. De pariete. & Tit. De feneſtra. Neapolitano autem More, feneſtra, ſupra hortum, vel ſolũ vicini, niſi cum cantonibus prohibetur. Afflict. Deciſ. 224. & 225.

Digitized by Google

A publicis autẽ priuata diſtare debẽt pedes quindecim. Cæſarea leg. ſi cui l. Mœniana Cod. de ædif. priu. In Pandectis quoq; ſignificat Paulus I.C., publicũ in ſolum, aut viam immittendi, protegendi, ius non eſſe. Quia cœlum, quod ſupra id ſolũ eſt, liberum manere oporteat. l. vlt. De ſeruit. Sacris necnõ locis, ac Sepulchris terminos poſuêre Decẽuiri, Tabul. 12., ROGVM, BVSTVMVE NOVVM PROPIVS SEXAGINTA PEDES NE ADIICITO ÆDES ALIENAS, INVITO DOMINO. Acerbũ nẽpe incendium verebãtur Romani, ait Cicero. Quod Lutetiani quidẽ, pari ex cauſa non reformidãt. Sed iſthæc tamẽ incẽdiũ bis paſſa eſt Lutetia, primùm Childeberto Rege, ſub An. 523., rũ Errico. 1., An. 1033. Vt noſtrates priſci ſeculi Narratores produnt, Gregor. Turonenſis, & Aimoinus. Generatim vtiq; de Sepulchris cõſtitutũ fuit, inferri mortuum nõ poſſe propiùs ædificiũ alienũ, reclamãte domino, quàm ſit legitimus modus. Põponij l. 3. D. de mort. infer. Verſa vice, Tẽplis contiguã profanã Domum ſtruere, nefas: niſi medio 40. paſſuũ interuallo, quod ſanctis Canonibus præfinitũ alibi oſtendimus. Hinc Butelerius in Sũma rurali, *Itẽ*, inquit, *eſt deffẽdu, que nul n'edifie à quinze pieds prez de l'Egliſe, ne face maiſons cõmunes, pour les perils, qui venir en peuuent.* Subtexit idem Auctor, de adiacẽtibus Prætorio Principis, infràſcripta. *Nul ne face ſolier, ne montée, prés du iardin, ne des esbatemẽs du Prince, que du moins il n'y ayt eſpace de quinze pieds, ſur peine de perdre l'ouurage, & heritage, ſurquoy il auroit fait le ſolier ou mõtée.* Tit. *des Oeuures qui ſont faictes en la choſe priuée.* Ruſticis verò, permixtim, ac Vrbanis prædiis conſultum fuit vna Solonis lege Attica, quæ à Caio I.C. recitata, ſic Latinè redditur. Qui ſepem in confinio ponet, terminum ne excedito: qui murum, pedem derelinquito: qui domũ, pedes duos: qui ſepulchrũ, foueámve, quantùm id profundum erit: qui puteum, paſſum: qui oliuam, ficúmue, pedes nouem: qui deniq; alias arbores plantabit, quinque pedes ab alieno loco ponito. In controuerſia de Finibus, quinq; pedum vſucapio nulla eſto. Vrbana certè prædia à ſe inuicem ſpatiis diremit Antiquitas, cùm propter incendij ex vicinis ædibus periculum, tum ob commodiorem ſtillicidiorum, fluminum, itineríſque inter vicinos vſum. Ac propterea Domus, Romæ, appellabantur Inſulæ, quia aliquantum ſpatij inter vicinos vtraque ex parte relictum eſſet.

In viam tamen publicam nil vetat aquam immitti à nobis, aut ſtillicidia haberi. d. l. vlt. De ſeruit.

Cic. Lib. 2. De Legib.

Gregor. Lib. 8. Hiſt. Cap. 33. & Aimoyni Lib. 5. Cap. 47.

Lib. 2. Sac. Polit. Tit. 2. Art. 15.

Etſi nouus Pariſien. Mos, Art. 191. *d'vn Contremur en Puyz, ou Ayſance de priuez,* non retrotrahatur ad facta iam Opera, ſed nouis futuris ius præbeat (ex Proceſſu verbali d. Conſuet.) Tamen cõmunibus duorũ vicinorum muris caducis refectione egentibus, queis ſubſit puteus alterius eorum, Tunc quaſi in noua putei & muri cõſtructione, alteri licet petere, vt proprietarius putei faciat ſuo sũptu *vng contremur ſuyuant la Couſtume.*

Caius in l. vlt. D. fin. regund.

FRANCICÆ pariter Romæ ciues lege agunt ſecludendarum inuicem vicinarum Ædium, muróque dirimendarum, decem pedibus ſurſum erecto communibus dominorum impendijs: Siue vt horti, areæve confines vtrinque ſecernantur. §. 209. Pariſien. Conſuet. Inde & communes duobus parietes, aut ædificia, quæ ruinam minentur, amborum ſumptu refici expedit pro portionibus dominicis. Art. 205. & 211. eiuſd. Leg. Romano Iuri conſonæ. l. cùm duobus §. item Mela D. pro ſoc. l. ſi vt proponis Cod. de ædif. priu. Id quod non modò priuatis ædium dominis accommodatur, ſed publicis etiam, ac Ædilitiis Vrbium curatoribus: Ne ſuas Ædilitij patrimonij domos corruere, oſcitanter ſinant. Verbi cauſa, Lutetiani quondam 11

Paries tamen, qui debet ſeruitutem oneris ferendi, tenetur non ſolùm ad patiẽtiam, ſed oneris quoq; refectionem, impenſis domini ſui. l. eum debere ff. de ſeruit. vrb. præd. l. & ſi forte §. etiam. l. ſicuti §. diſtant. D. ſi ſeruit. vindic.

quondam Tribuni plebis, Reipublicæ ergô, ſublicium Pontem moliti ſunt, ab vrbana Inſula, Sequanæ amnis traiectitium in vlteriorem Vrbis regionem latiſſimam. Princeps ſtructuræ elegãtia motus, ac ſumptuoſo Decurionum Vrbis Opere, tranſcripſit Ædilitio collegio Pontis dominium, ac ſuperſtructarum ei Domuum: recepto penes ſe vectigali ſolario, Iuriſque dictione. Præclaris Codicillis Quintili Menſ. An. 1414. quibus Ratiociniorum Præfectura ſubſcripſit poſtridie Idus Martias, An. 1415. At collapſo dehinc, Ædilium incuria, Ponte, cum ruina plurimarum ædium, Senatus mulctam dixit illis grauiſſimâ. Ioh. Cothardo protopræſide, aſſeſſore Karolo Sicãbrorũ Duce. Quinto Idus Ianuar. An. 1499. Vt Curiæ Actis comprehenſum eſt, & Frãcicis Gaguini Annalibus, teſtis oculati. Minorem verò Pontem ſaxeum, qui Academiam ab Inſula dirimit, mulctatitia excitauit Hebræorum pecunia; qui, Lutetiam quùm incoleret, nummaria nefandi ſceleris pœna dãnati ſunt. Placito Curiæ, 7. Idus Apriles, An. 1394. quod Ioh. Gallus literis mandauit. Quæſt. 328. Eximio necnon Reipubl. fauore, tranſlatus eſt in eius, Fiſcique iura Pons lapideus, qui à B. Michaële nomen accepit: tametſi in alieno Cœnobitarum ſolo conſtructus. Sicuti Patres Lvtetiani contradicto iudicio decreuêre ſecundùm cognitorem Principis, in cucullatos B. Germani Sacerdotes: qui Regiæ fundationis Templi ſui præſcriptis verbis innitebantur. Areſto. 4. Kalend. Febr. An. 1395. Cuius meminit Ioh. Gallus, Quæſt. 337. Regiam illic cauſam orante Petro Aurifabro, poſtmodùm Aureliæ Ducis Cancellario. Auguſtius ſcilicet publicorum Pontium Opus, Regiúmque teſtantur marmore inciſa Elogia Principalis in eam ſtructuram magnificentiæ. Apud Ælium Lampridium, in Alexandro Seuero. Narſetis etiam Pons hodie ſpectatur Romæ, & Pons Gratiani Imperatoris. Similiter in Aſia, Pons Danubio ac Boſphoro impoſitus fuit à Dario Perſarum Rege. Vti Herodotus de Dario refert, Lib. 4.

Inſula, vulgò Ciuitas, Pariſiorum.

Pont de noſtre Dame donné à la ville de Paris, reſerué au Roy le ſens de terre, & la iuſtice haute, moyenne, & baſſe; & qu'il ne demourra Changeurs, ne Orfeuret ſur iceluy. Literis Regiis, in Camera computorum verificatis, die. 16. Mart. 1415.

Cheute du Pont noſtre Dame, die. 25. Octob. 1499. Item *du Pont S. Michel* die. 10. Decemb. 1547. Tum *du Pont aux Muſniers*, die vlt. Ianuar. 1407. & 21. Decemb. 1596. Quo de Ponte Molitorum Nos Lib. 1. Andeg. Conſuet. Cap. 73. Art. 5.

Die. 9. Ianuar. 1499.

Petit Pont.

Areſtum Curiæ, die. 7. April. An. 1394. contra Iudæos, Pariſiorum incolas.

La Iuſtice du Põt neuf prez le Palais, & les Maiſons deſſus baſties, adiugées au Roy. Areſto Pariſien. Die. 29. Ianuar. An. 1395.

Phil. 2. Rege, Sequana flumen intumeſcens diruit paruum Pontem, & Ludouico. 9. regnante, omnes Lutetiæ Pontes.

12 Maritimis item Prouinciis noua Ædificiorum norma condicta eſt, Vrbanáque ſeruitus, ad laxiorem ſæpicule, vel arctiorem in Mare proſpectum. Nam Byzantia in Vrbe, ſi quis ad vicini proſpectum, duodenos ſolùm pedes poſtulet, non prohibetur, directò mare proſpicere ex ſuis ædibus: nec ſeſe in obliquum, quò Mare proſpiciat, deflectere cogitur. Si verò binas inter ædes ſit centum pedum interuallum, ius cuíque eſt, ædificare pro arbitrio, & proſpectum in mare vicino præripere. Aſt ſi quis ex coquina, ſeceſſúve, aut ſcalari loco, ſeu diuerticulis, viiſque mœnium, habeat in Mare proſpectum, eundem liberè aufert, quiſquis centum intra pedes ædificatum voluerit: tametſi domus ambæ denis modò pedibus ſeparentur. Vt Harmenopulus tradit, Iuris Orientalis Lib. 2. Cuiuſmodi Byzantiorum vſus explicat Iuſtinianeam Nouellam. 165. perpetuámque Formã de proſpectu in mare, ſcriptam Præfecto Prætor., tali ſententia. Prospectvs in mare, qvi intra centvm esse

Conſtantinopolitanæ Leges.

Tit. 4.

Digitized by Google

PEDES SOLET, NON TANTÙM DIRECTÒ, SED NEC EX TRANSVERSO, EST NOVO OPERE PRÆCLVDENDVS. Græciæ inſuper Cęſares poſteriores, qui in Cōſtātini Vrbe Aulā fixerant, de Vrbanis ſeruitutibus ſanxêre, ſubdialium Ambulachrorū ſtructuras, quæ ſolaria appellantur, decem pedibus à vicinorum ædificiis diſtare debere. Leonis Imperatoris Nouella. 113. Voluitur quoque noua huius Conſtitutio. 71. Vt qui in fundis ad ſementem excultis Ædes conſtructum velit, ſi loci amplitudo ferat, à vicini finibus interuallo tanto ædificet, inquantùm arcus iterata vice telum eiaculetur: ſin tantum ſpatium, interſtitio, loci anguſtia non præbeat, vno etiam arcus iactu hoc conſtituatur. Intra dictum autem ſpatium, nouam extruere domum, nulli fas eſto. Nam quò propiùs vicini fruges ponitur ædificium, eò quoque illi propinquior noxa. Hactenus Leo Thraciæ Cæſar. Vetuſtas porrò ædes inſtaurans præcaueat, ne antiquam ædificandi formam tranſgrediatur, aut vicinorum luminibus, proſpectuíve officiat: Niſi forte eiuſmodi ſeruitutem ſibi depactus ſit, aut priſcam ædificiorum rationem mutari ab ſe pro arbitrio poſſe, ſtipulatus, Auctore Harmenopulo, vbi ſuprà, cum Seueri, & Antonini Lege. 1. Cod. De ædific. priuat. l. qui luminibus. ff. De ſeruit. vrban. præd. Vrbana item Harmenopuli Politia, Vbi ſitæ ſint, contra ſe inuicem, duæ Domus, oportet inter eas duodecim pedes intereſſe, quorum initium ſumatur ab ædificio, quod fundamentis incumbit, ſeruentúrque ad ſuum vſque domus faſtigium. Hoc enim poſito interuallo, ædes quiſque ſuas poteſt ſublimes tollere in immenſum, iiſque, amplioris proſpectus gratia, feneſtras imponere.

Leonis Nouella. 71. De iis, qui in locis arabilibus, aut vineis ædificaturi ſunt.

Viſenda etiam Zenonis Imperat. Cōſtitutio De nouis operibus, latè diffuſa, quæ Leoninis ſubtexitur.

Aquæ ductus aux Fontaines Maubué, des Halles, de S. Innocent.

Patentes Caroli. 6. Que les conduits, & tuyaux, qui deſtournēt l'eaue des Fontaines de la Ville, ſoient oſtez, nonobſtant priuileges octroyez aux particuliers, etc. Die. 9. Octob. An. 1392.

CIVITATVM, rurſus, Fonticulis publicis Lege prouiſum eſt, ne li- 13
ber ad eos aquæ deflexus præpediatur occultis priuatorum canalibus, ac Euripis, ceu diuerticulis: néve aqua, manu facto opere, ab iſtis ſuos in vſus traducatur. Diplomate Karoli. 6. de Lutetianis fonticulis, priuilegij derogatorio, Regiæq; in priuatos gratiæ cuiuſlibet. An. 1392. Septimo Idus Octobres. Quod vetuſtis quidem Monumentis Diploma conditum extat Caſtelli Pariſiorum. Neque ab iis longè diſcrepat, quod de Pariſienſi aquæ ductu, ex ſuburbano Arcuum Vico, per manus traditum eſt poſteris. Cuius fidem Aquæductus iuuant Thermæ Iulianæ, in Lutetiana Academia, notæ ſatis, & lapideum Incile ſubterraneum, quod, ab Arcuum Pago, in Vrbem aquas perducens reperêre Machinarij foſſores: qui vallo, ac propugnaculis Vrbem, è regione D. Iacobi, aduerſus Cæſareum exercitum munierunt. An. 1544. Spectatore iſtorum Corrozeto, ciue Lutetiano, qui ea cùm obſeruaſſet palàm, redegit in vulgares ſuas Pariſiorum Antiquitates. Sed veluti aquæ ductionem Ciuitati prodeſſe, arguit Sinopenſis vrbs, ac colonia: in quam deduci aqua iubetur à Traiano Cæſ., Plinij Cæcilij admonitu. Sic eandē hoſti in obſeſſas Vrbes aditum prębere, teſtatur Vienna Allobrogū, à Gundebaldo Burgundiæ Rege, iis capta ceu cuniculis actis. Burgundio enim, Godegiſilum

Le Palais des Thermes, ou Bains de Iulā l'Empereur, à preſent l'Hoſtel de Cluny. Iuliano Apoſtata, Pariſiis hyemāte, eiuſdem Scriptis in Miſopogone.

Canaux de pierre de taille & conduits d'eauës, continuez depuis le village d'Arcueil, iuſques dedans Paris. Leſquels auoient peu ſeruir auxd. Thermes, ou Baings.

Epiſtol. Lib. 10.

Vienne, en Daulphiné.

fratrem

Digitized by Google

frattem Vienæ circumſedit, ac clanculario per aquæ ductum meatu ingreſſus Vrbē, varia ſtrage edita, nec fratri pepercit. Clodoueo Francis iura dante. Quantùm ex Aimoino aſſequimur, Franc. Hiſt. Lib. 1. Cap. 19. Haud aliter, obſeſſo apud Neapolim Renato Andegauo, trāſfuga quidam, Alphonſo hoſti patefecit abditum per cloacam introïtum ſubter muros: ex quo, Vrbē introgreſſus, nocturno furto cœpit Alphonſus ille Tarraconenſium Rex. An. 1440. Ac eodem propè facto, recepta de Gotthis fuerat à Beliſſario, multis antè ſeculis, ciuitas Parthenopæa. Romani Orbis Principe Iuſtiniano.

Renatus Siciliæ Rex, Andium Dux, & Alphonſus Rex Aragonum, competitores Neapolitani Regni.

Sacer quidem locus ipſe non tenetur ad refectionem viæ, ſed eius poſſeſſiones: Nec curatus parochiæ in Vrbe, ſed parochia ipſa. Cepola, de ſeruit. ruſt. præd. Cap. de ſeruit. viæ.

14 Viæ Vrbanæ munitio, ac refectio proprietariis incumbit adiacentium illi domuum. l. ædiles. ff. De via publ. Nec ciuilis huius muneris vacatio cuiquā irrogatur. l. hi qui muneris. ff. De vacat. & excuſ. mun. Ideóque ſacra Collegia reficiendis viis obnoxia ſanxêre Cæſarum Leges, Ad inſtructiones Cod. de ſacroſ. Eccleſ. §. ad hoc. In Authent. De eccleſiaſt. Tit. Quod & nominatim Lutetiæ ſtatutum fuit in omnes profani, ſacratíve Ordinis ciues. Bino Reſcripto Karoli. 6. An. 1388. Kalend. Martiis, & An. 1419. Nonis April. Per medias item Regiæ Vrbis vias porcorum greſſus, excurſúſque prohibetur. Edicto Iani Regis, 3. Kal. Februar. An. 1350. quod poſteriori Senatus Interdicto renouatum eſt. 15. Kalend. Iunias, An. 1400. Conſtat etiam, Philippum, Ludou. Craſſi filium, quem is paulò antè coronatum, Regem ſalutandum curarat, dum in ſuburbano Lutetiæ equitaret, occurſu fœminæ ſuis pauefacto equo, effuſum, ac tam graui ruina ſtratū, vt paucis pòſt horis expirarit. An. 1131. Ex Francic. Annalib. Tranſeo ad publicas extra Ciuitatē vias, quarum vtique inſtaurationi non alligantur Lutetiani, præterquàm ruſticorum fundorum, eò loci, poſſeſſores. l. per Bithyniam, & ibi Bart. De immun. nem. conced. Lib. 10. Cod. Cepola diligenter, in Tract. de ſeruit. ruſt. præd. Cap. de ſeruitute viæ. Quùm ergo Præfectus Vrbi, qui Aſtynomiæ præeſt, ſeu Politicæ viarum curationi, vrgeret acriùs ciues ad nummariam viæ collationem extra Vrbis portas, factum eſt S.C. memorabile, Februar. Menſ. An. 1285., Philippo. 3. Rege, in hanc phraſin.

Patentes literæ. 1. Mart. An. 1388. & 5. April. 1419. *Que tous Bourgeois, Egliſes, & Cōmunautez facent faire les chauſſees, & pauemēs au deuant, & autour de leurs maiſōs, Egliſes, Murs, & cloſtures. Excepté en l'ancienne croiſee de Paris, & aucunes ruës, & places qui y appendent, où le Roy eſt tenu faire faire icelles chauſſées.*

Ordinatio Ioh. Regis die. 30. Ianuar. An. 1350. Repetita, die. 18. Maij. 1400. *de ne tenir porcs à Paris, fors ceux de l'Hoſpital S. Anthoine à Paris, qui peuuēt eſtre, iuſques à. 12. allās par ville, portans ſonnettes.*

Des chauſſées de Paris, qui eſt vn droict, que l'on prend pour la reparation des chemins.

Philippus &c. Cùm Præpoſitus noſter Pariſius vellet compellere Burgenſes Pariſius, & eos compelleret, vel requireret, quòd ipſi facerent pauare in cheminis extra portam S. Martini, ad defenſionem ſuam dicebant dicti Burgenſes, quòd nunquam fecerant ibi pauare, nec tenentur pauare extra portas Pariſius. Exceptis tamen quatuor cheminis principalibus, S. Dionyſij, portæ Baudeti, portæ S. Honorati, & portæ B. Mariæ de campis: & Calceyæ, quæ fuerant factæ extra portas, exceptis. 4. principalibus, fuerant pauatæ per duos, qui ibi terras habent, vel per hoſpites, qui ibi habent domos, vel hæreditates, vel de falſis couſtumis ad hoc conceſſis: Nec ſufficerent reditus conceſſi dictis Burgenſibus præ pauando in. 4. cheminis principalibus, ad pauandum in locis prædictis, quia dictus reditus ſæpe non ſufficit ad pauandum de. 60. libris in. 4. cheminis principalibus. Et dicebant dicti Burgenſes, quòd extra portam S. Martini in cheminis, in quibus habemus Voyeriam, &

Parlamenti Areſtū, *pour les Bourgeois de Paris, touchant le paué.* Extractum du *Liure bleu du Chaſtelet de Paris.*

Digitized by Google

alibi, illi de S. Martino, vel eorum hoſpites, illi de S. Maglorio, vel eorum hoſpites fecerant pauare calceyas ibidem exiſtentes. &c. Quare petebant dicti Burgenſes, quòd non compellerentur ad faciendum, quod aliàs non fecerant: cùm eſſet nouitas, affirmando, quòd nos in hoſpitibus morantibus extra portam S. Martini non habemus couſtumam, tailliam, ſiue guetum. Tandem viſa Apriſia ſuper hoc facta, nihil inuentum fuit, nec probatum, propter quod dicti Burgenſes debeant compelli ad pauandum extra portam S. Martini. Actum Pariſiis. &c.

RVSTICORVM prædiorum ſeruitutes exequi iſtic, decretum 15
non eſt: ſeu quòd Pariſiorum More ſcripto indiſcuſſæ prætereantur, ſeu quia variis protritæ Legũ Commentariis. Aſt veluti Vrbanis confinibus prædiis intermiſſa, Lege, ſpatia oſtendimus: Sic Ruſticis quibuſdam interponenda ea rebus ſoli ducimus. Ne enim vicino prædio Arboris vmbra noceret, voluerunt. 12. Tabulæ, eius arboris, quæ alienũ in agrum impenderet, ramos, quindecim pedes ſublimiùs à terra circumcidere, ius eſſe vicino. Succinit iis Vlpiani ſententia, Leg. 1. §. quod ait De arbor. cædend. Quod autem de ramis Prætor interdixit, id quoque ad radices protrahendum docet Alexander Imp. l. 1. Cod. De interd. Nam vicini Arbor, quæ, magnis actis radicibus, domus meæ fundamentis adferat periculum, excidenda eſt à vicino, iuſſu Prætoris. Sin autem agro noceat arbor, eius rami amputantur: ſi quidem altiùs à terra quindeno pede ſe extulerint. Mechlinienſi porrò Lege Municipali, dominus arboris, ramum, qui ex ea in vicini fundum propendeat, detruncare tenetur, aut propendentium fructuum ſemiſſem vicino concedere: Cuius res optioni, arbitrióque ſtabit. Tit. de finib. regund. Indiſtinctè verò, Saxonum More, ad vicinum ipſum pertinet ius rami arboris meæ, ſi in illius fundum impédeat. Planè Quiritum Legibus, quoties mea ex Arbore fructus in tuum fundum deciderint, eos legere, auferre mihi licet intra triduum. Quòd ſi is, cuius in agrum ceciderint fructus, me prohibeat, Interdicto contendam de glande legenda. Ac in vniuerſum certè, Decemviri animaduerterunt vtile eſſe, inter proximos vicinorum agros ſpatium aliquod medium relinqui, quod liberum ſemper eſſet ac commune: Vt eò ire, agere, & aratrum etiam circumuertere ſine alterius incommodo vterque dominus poſſet. Vnde ſpatium quinque pedum, quod eo nomine intermitteretur, vſucapi vetuerunt. Sicuti Ciceronis primo de Legib. elicitur. Lex item Manilia, poſt Decemvirales, lata fuit, vt quoties de his quinque pedibus controuerſia foret, legeretur arbiter, ſiue agrimenſor, qui eos regeret, artéque ſua conſtitueret.

De Arboribus in confinio poſitis, Nos Lib. 2. De priuil. ruſt. Cap. xi. Partis. 1.

Conſt. de Malines.

Iuris Saxonici, & Ciuil. Different. Lib. 2. Cap. 148.

De quinque pedum præſcriptione, plura, noſtro Lib. 1. de Priuileg. Ruſt. Part. 3. Cap. 1.

Manilia Lex.

CÆTERVM, propinquis agris interpoſita Foſſa, huius domi- 16
nium foſſæ alterutri adſcribitur, penes quẽ è ſcrobe egeſta terra fuerit. Aſt ſi regeſtæ foſſilis terræ iactus fiat æqualis in vtrumq; fundum, æquo iure, domini Foſſæ cenſentur ij, ad quos fundorum proprietas ſpectat. Alexandri opinione, in Reſpon. 54. Lib. 5. poſt Bart. in Tract. de

Quand entre deux heritages y a des Foſſez, celuy qui a le ject de ſon coſté de la terre yſſue deſdicts foſſez, demeure ſeigneur d'iceluy Foſſe.

Digitized by Google

de Tyberiade. Angel. Aretin. in §. flumina, & §.ſeq. Inſtit. De rer. diuiſ. Iaſ. in l. quò minùs. ✠. De flumin. Nec contemnendum, quod hac quidem in parte Molineus notauit, ad §. 212. priſcæ Conſuet. Aureliorum. Ruſticis denique, & Vrbanis commune hoc Seruitutibus puto, vt ſi auctionalibus præconiis venale proſcribatur latifundium, quod alteri prædio ſeruit, illis intercedere neceſſe ſit proprietario fundi dominantis. Vt edocuimus Lib.3. Fiſci Gallici: quamuis Ægid. Magiſter ruſticas ab vrbanis Seruitutibus in hoc genere diſcernat. Cap.29. De auctionibus prædiorum. Quùm enim nulla iis diſtinctio adhibeatur Principali Conſtitutione fundorum auctionaria, nec nos illas diſtinguere inuicē Seruitutes oportet, quòad iudiciariam attinet ſeruientium prædiorum addictionem. Si tamen bonis datus curator, eorúmve conductor publicus non impediat priuatum ſeruitutis vſum, continuam cauſam habentis: Tunc ea vtenti, minimè oberit poſterius adiudicati fundi decretum. Sicuti pro poſſeſſore, qui domus hypogeo, cellæq; inferiori perpetuò inhæſerat, cēſuit Claromontanus Senatorum cōuentus Iuridicus: nequicquam obſtante eius interim pigneratæ domus licitatione forenſi, abs qua ille Curiam appellarat. Areſto, in publicis cauſarum actionibus prolato, Septembri Menſ. An. 1582.

Tit. 19. Art. 2.

Ægid. Magiſt. Deciſiones, In Tract. des Criées.

Areſtum *des grands Iours de Clermont en Auuergne, ſur l'appel d'vn Decret de Maiſon ſiſe à Molins en Bourbon, lequel fut caſſé.*

His tandem ſuperſedeo, quæ non à Iuriſperitis modò tradita deprehenduntur Seruitutum iura: ſed ab Oratoribus etiam, & à Philoſophis. Nam vtcunque Fabius, Oratorem circa Stillicidia affici, turpe eſſe iudicet, perinde ac in Mancipij redhibitione ſudare: Haud erubuit certè M. Tullius, de Stillicidio, & Aqua pluuia ſeriò agere, in Topicis. Nec puduit Platonem, de iure Aquæ ductus Legem præſcribere, Nomotheſiæ Lib.8. Seruitutes quoque perſtrinximus ſparſim, in Tractatu Legum Andegauen. Ne telam eandem toties pertexamus.

Aqua pluuia (ait Cic.) aut loci vitio, aut manu nocet: quarum altera iubetur ab Arbitrio coërceri, altera non iubetur.

Andeg. Leg. Lib.1. Cap.31. & alius. Lib.3. Tit. De Præſcript. Art.24.25.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

Digitized by Google

LIBRI II. MORVM PARISIENSIVM.

DE ACQVIRENDO, ET ASSERENDO RERVM DOMINIO.

PER RENATVM CHOPPINVM IVRECONS.

Tit. I.

DE CONIVGALI BONORVM CONSORTIO.

1. *Nuptialis bonorum Societas, primus Acquirendarum Rerum modus: vti reliquorum hominis Actuum fundamentum.*
2. *Vxoria bonorum communio,* Conſuetudinariæ *Franciæ vſu peruulgata.*
   Antuerpiæ, Brabantiæ, Zelandiæ, Tergeſti Italiæ oppidi, Luſitaniæ, Hiſpaniarum Conſuetudo, de communitate bonorum inter coniuges.
   Saxonum Ius vetus, & nouum, de vxoria bonorum communicatione.
3. *Nuptiis pacta futurorum quæſtuum* Communitas, *donatióque extenditur ad bona alibi ſita, vbi nulla ſit Moribus ſocietas bonorum coniugalis.*
4. *Ante nuptias tamen quæſitorum largitio, iiſdem facta mulieri ſuperſtiti, reducitur ad modum, Statuto loci ipſorum, limitatum.*
   Coniugati in Patria Iuris, non ſunt communes in acquiſitis etiam in Patria conſuetudinaria.
   Fœminarum Statutaria *excluſio à ſucceſſionibus, non trahitur extra territorium eius Statuti.*
5. *Mobilia coniugum, mutato domicilio, reguntur Statuto noui eorum domicilij, ſtantis, die ſolutionis matrimonij.*
6. *Acceptatio literarum* Cambij *mariti, facta ab vxore, eam non obligat firmius,*

firmiùs, quàm alia ſimplex ipſius obligatio, Priuilegiis legalibus *non renunciantis.*

Velleyani exceptio non tollitur generali beneficiorum in fœminas Iuris renunciatione.

7. *Nummorum permutatio literis* Cambij *initâ, fortior eſt, quàm mutuò datorum obligatio.*

Kalendarium mercatorum Romanor.

Renuntiatione Velleyani S.C., nil agitur cum muliere pro marito intercedente, niſi pariter Authenticæ, Si qua mulier, renunciet ipſa.

Si coniux ſe obligans cum marito, non renunciet Velleyano, vidua facta, abſque regijs Literis reſtituitur, poſt repudiationem Communitatis bonorum coniugalis.

8. *Mercatorum Pariſiis degentium Priuilegia.*

Iudices, & Conſules mercatorum, *in Italia quondam instituti.*

Priuilegiorum Conſeruatores Nundinarum Briæ, & Campaniæ.

Burſa *Mercatorum Tholoſæ, quando à Regibus erecta.*

Lutetiæ Iuriſdictio Mercatoria.

Qualium cognitionum capaces ſint, Iudices mercatorum.

9. *Mercatrix coniunx, quatenus ſe, & maritum obligare poſſit.*

Mulieribus lanificium, & domeſtica huiuſmodi exercitia præcipuè conueniunt.

10. *Maritus, Communitatis bonorum coniugalis liber adminiſtrator & arbiter.*

Donare prohibitus in præiudicium ſocij, fideiubere pro alio poteſt.

11. *Filiæ data dos ex communi patris, & nouercæ ſubſtantia, huic pro parte dimidia reddi debet.*

Diuerſum ius de ſociis omnium bonorum, tam patrimonialium, quàm acquiſitorum.

12. Donata, *& legata vni coniugum, ambobus quæruntur.*

Secus de donatis, legatisve in linea directa.

Regiæ largitatis in alterutrum coniugum, particeps alter non ſit.

13. *Vnius coniugum fundi, ante nouam Legem Pariſien. venditi, pretium an reſumatur hodie ex maſſa communium facultatum.*

Pretium rei particularis, in ſubſidium, ſuccedit loco rei.

Vxorij patrimonij alienati penſatio repetitióque in maritum, quibus caſibus procedat.

14. *Pecuniarium ſupplementum hæreditariæ partis vxoris ſoluens maritus, an totum repetat ab eius hæredibus Communitati renuntiantibus.*

Redemptiò annui Reditus ab vno coniugum debiti, alterius ſit acqueſtus *pro media.*

15. *Vir vxoriis Actibus, litibúſve quando, & quatenus Auctoritatem ſuam abnegare valeat.*

16. *Cedens bonis, contrahentem vxorem* auctorizare poteſt: *agentem verò, aut ream in Iudiciis, non ſimpliciter poteſt.*

Qui bonis ceſſit, non admittitur ad litigandum, ante datam cautionem

de Iudicato ſoluendo.

Minor annis vir vxori maiori auctoritatem non præſtat idoneam; Nec maior, è contrà, vxori minori.

17. *Viduæ licet, priùs à ſe geſta ſine auctoritate mariti,* ratificare.

Velleyano non reſcinditur muliebris nuda ratihabitio Actus maritalis, fœminea Legum priuilegia ſpecificè exprimentis.

Mulier, quæ in redemptionem captiui mariti ſe obligauit, Velleyano non iuuatur.

18. *Conſenſus vxoris, ſine auctoritate viri, non perinde irritatur atque Actus ipſe, cui conſenſerit, ſi ab ea factus eſſet.*

19. *Communem domum inhabitans, mercedem ſoluere non tenetur, niſi à die cœpti Iudicij communi diuidundo.*

20. *Nobilium coniugum Priuilegio, viduus, aut vidua ſibi lucrifacit res mobiles, ſed cum onere debitorum.*

Ignobilis vidua mariti nobilis fruitur Statutario *Mobilium lucro, ſuperſtiti delato coniugum nobilium.*

Publici Conuentus, ſeu Status *Regni, bino quondam Cleri, & Nobilitatis Ordine conſtiterint.*

21. *Communitati bonorum renuncians mulier, antiquis ſuis debitis* realibus *non liberatur.*

Statutum, quo, vidua creditoribus non exoneratur repudiatione bonorum communium, intelligitur, vt iis tantùm obligata maneat pro viribus Communitatis, non, aliorum bonorum.

22. *Poſt coniugalem opum ſeparationem, ſi* cohabitent *denuò coniuges, reſque ſuas communicent, bona interim ab alterutro ſeparatim quæſita ante nouam* cohabitationem, *ſunt inuicem communicanda.*

Minor reſtituitur aduerſus omiſſam Inuentarij confectionem.

Separatio coniugum, cum reünione communium rerum, non præpedit muliebrem ſequentem Renunciationem Communitatis.

23. *Nummaria* reparatio *homicidij mariti, viduæ debetur, quamuis communibus bonis cedenti.*

Vidua communionem bonorum acceptans, non tenetur, pecuniariæ reparationi, *inflictæ mariti homicidæ hæredibus, contribuere.*

Patrimonialis fundi pretium, indiſtinctè necne ſit patrimoniale.

24. *Hæres mulieris, communitati bonorum renuncians, auditur.*

Communitati bonorum renunciandi facultas, ſuperſtiti vxori data, cum opimæ dotis repetitione, porrigitur ad liberos eiuſdem viro præmorientis, vt maternam nummorum dotem recipiant.

25. *A coniugibus pacta omnium bonorum communione, neutri licitum, Mobilia, & Quæſtus repudiare, Patrimonia autem retinere.*

26. *Communicatio patrimoniorum coniugalis non mutat antiquam originis, ipſorum conditionem, inter diuerſos communis prolis hæredes laterales.*

27. *Mulier, quæ viro futuro Quæſtus anteriores dedit, amborùmque ſoboli, præmoriente, poſt virum, filio, eos denuò retinet, excluſis paternis filij agnatis, quaſi paternos donatione factos vindicantibus.*

Coniugalis

Digitized by Google

Coniugalis bonorum omnium ſocietas non prodeſt Fiſco, parricidæ mariti ſucceſſori, vel accuſatoribus mulctas ex eo crimine in propria vxoris perſequentibus.

28. *Intempeſtiua Societatis repudiatio, in fraudem alterius facta, reiicitur.*

29. *Prædiorum reparationis impenſa dimidia, alteri coniugum refunditur, præſenti inſpecto tempore, non quo illa facta fuerit.*

30. *Vxor ſuos fundos à marito ſolo diſtractos rectè euincit, ſine confuſionis periculo actionis, aut contributione eius quod intereſt emptoris, ratione coniugalis bonorum communionis.*

31. *Eiuſdem Societatis, poſt mortem vnius, continuatio ibi ceſſat, vbi Municipali* Statuto *non expreſſim inducitur.*

Continuatio Societatis coniugalis ex defectu Inuentarij, ceſſat in caſu legitimi impedimenti, ſuperſtitem coniugum excuſantis à mora d. Inuentarij conficiundi.

32. *Nulla quondam, nuptialis bonorum communionis, continuatio Pariſiis, inter liberos, & parentem ſuperſtitem: ſed tantùm liberos inter ipſos, vtroque parente mortuo.*

Continuatæ Societatis nuptialis portiones, Conſuetudine præfinitæ.

Marito nefas, coniuncto donare in fraudem vxoriæ Communitatis.

33. *Nupturæ minoris annis prædia quædam alienabilia, Iudicis auctoritate, & conſilio propinquorum accedente.*

Superſtes maritus liberè minùs diſponit de bonis prorogatæ Societatis, quàm primæuæ.

34. *Officij venalis à marito empti pretium dimidium hæredibus vxoris rependendum, etſi, mora ſuperſtitis viri, illud amiſſum ſit.*

Dos filiæ, eſt commune onus vtriúſque parentis, in Patria connubialis bonorum Societatis.

Inofficioſæ dotis reductio non procedit contra maritum viuum, cui illa promiſſa eſt.

Digitized by Google

DE COMMVNICATIONE BONORVM INTER CONIVGES.

Titul. I.

LIBER SECVNDVS.

COMMVNAVTE DE BIENS.

POSTQVAM RES expediuimus, tum Mouentes, tum Prædiarias, quæ Pariſienſium Municipum More tractantur: Nunc, quibus illæ modis parentur, ac conſeruentur, dicamus ex ſuſcepta Operis ſerie. Quo in negotio non temerè auſpicandum ducimus à Coniugali rerum ſocietate, quaſi humanorum Actuum ſeminario, nedùm ad Quæſtus, augendáſque opes pertinentium. 1

In reliqua quoque Francia Conſuetudinaria, Societas conqueſtuum viri, & vxoris, memoratur à Ioh. Fabro, in § 1. Inſtit. De acquiſit. per arrogat.

CONNVBIALE enim Bonorum conſortium, quod Pariſiis receptum, obſeruarunt etiam Itali veteres I. Coss., latè patet adeò per Francicas Prouinciolas: vt Francicam eam Conſuetudinem vulgò illi nuncuparint. Cynus in l. 1. Cod. de ſumm. trinit. Ioh. Andr. ad Speculat. De inſtrument. edit. §. compendioſè. Et Petr. Ancharanus, qui Bononiæ Iura docebat An. 1408., Conſil. 163. In Belgica necnon Gallia illa, quæ Francorum imperio ſoluta eſt hodie, Mos inualuit communium inter coniuges fortunarum mobilium, & immobilium quæſitarum. Antuerpiæ nimirùm, ac reliquo in Brabantino Ducatu: Quorum coniugalem huiuſmodi Societatem recenſet. Nicol. Euerardus, Middelburgenſis, Belgico in Senatu Mechliniæ Præſes. Iuris Reſponſo. 136. Et. 192. Ab eodem refertur patriæ ſuæ Inſulæ Ritus conſimilis, Reſpon. 213. Quòd ſi penitiùs exterorum Iura priſca reſpiciamus, extat Saxonum Conſtitutio ſcripta, DE ACQVISITIS A VIRO VXORI COMMVNICANDIS. Hoc apud Vueſtphalos: SED APVD OSTPHALOS, ET ANGARIOS, NIHIL ACCIPIAT MVLIER, SED CONTENTA 2

Anuers, auec tout le Duche de Brabant.

Zelandiæ Cõſuet., omnia coniugum bona, dirempto matrimonio, diuiduntur inter ſuperſtitem, & hæredes præmorientis.

In Lib. Legis Sali-

SIT

SIT DOTE SVA. Poſterioi autẽ Iure Saxonico, vir & vxor omnia bona poſſidẽt promiſcuè, ex æquis: ſalua etiã marito vſusfructus cauſa Vxorij totius patrimonij. *Landtrecht* Lib. 1. Art. 31. Ac Different. Iuris Ciuil. & Saxon. Lib. 1. Cap. 6. Colonia item Vbiorũ Agrippina, Moribus adſtrictas tenet vxores, cum viris, exoluendo æri alieno. Quod Iudiciis deciſum Germanici Senatus Cæſarei, perhibet Mynſingerus, Centuria. 1. Imò & Bruxellenſi in oppido Brabantiæ, diſſoluunt viduæ mulieres ſolida nomina, ac debita, quæ, ſtante matrimonio, conflata ſint. Vt ait Euerardus, (de quo. ſ.) Mechlinienſis præſes, Reſpõ. 137. Tergeſtina rurſus Italiæ in vrbe, cõnubialis viget bonorũ Societas, Frãcicæ affinis, noſtríſque hominibus vſitatæ. Ancharani Bononiẽſis relatu, in Cõſil. 102. Hiſpanicis pariter cõiugibus fortunæ inuicẽ cõmunicantur. Didaco ſcriptore Couarruuia. Luſitanis, poſtremò, regia Lege, initur cõiugale rerũ, opũq; conſortiũ: quod ad illicitas quoq; nuptias porrigi, modò bona fide cõtractas, cẽſuit Luſitanicus Senatus. Teſte Antonio Gãma, ſenatore, in Luſitan. Deciſ. 207. & 220.

cæ, Ripuar; Alemannorum, Saxónum, &c.

Cologne.

Imperialis Cameræ Decretum, ex Mynſingero, Obſeruat. 129. Centur. 1.

Bruxelles.

Tergeſtum.

Couarruu Lib. 3. Variar. Reſolut. (Tomo 2.) cap. 19. De acquiſitis matrimon. conſtante.

Portugalliæ Ius, de conſortio bonorũ inter cõiuges: quod extenditur ad putatiuum matrimoniũ, inter ignorãtes bona fide celebratum.

3 INTERDVM autẽ euenit, coniuges, qui Moribus coniugalis bonorũ cõmunionis ſe inuicẽ ſociarint, fundos inibi cõparare, vbi, Lege Municipij, nulla intercedat rerum Societas inter virum & vxorẽ. Dubitatũ eſt, an nuptiali etiam Pacto Quæſtibus ſuperſtiti donatis, hic ſecũ abducat Normanica prædia, quandocunq; à viro acquiſita. Præmortui enim viri hæredes tale Pactũ oppugnabãt prædiaria Neuſtriæ Lege: quæ dotali cuique Conuentioni expreſſim derogarit, largiùs effuſæ, quàm Municipali Iure cõcederetur. Art. 426. & 314. Tametſi enim coïtum eſſet in leges matrimonij Municipales Pariſiorum, quæ huiuſmodi Pactioni non refragentur: Hæ tamen Leges alienum in Territorium non protendũtur, cui diſſimilis Mos inoleuerit. Conſuetudo enim, Ius ciuile noſtrum eſt, ſeu æquitas conſtituta ijs, qui eiuſdem Ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinẽdas. Inſit ille, in Topic. & Caius I.C. l. omnes populi. ff. de Iuſtitia & Iu. Cum Voluſij Mæciani Leg. 9. D. de Lege Rhod. Vnde ſua cuilibet ſcripta Prouinciæ lex eſt, nec in aliam, diſſitámque ab hac, vires ſuas exerit. l. extra territorium. ff. De Iuriſd. omni. iudi. l. 3. ff. De Offic. Præſ. l. pupillo ff. De tutor. & curator. dat. ab iis L. Conſtitutio D. ad Municip. l. certa Forma De iur. Fiſci, Lib. 10. Cod. Proinde ſpectandus fundorum, quibus de agitur, ſitus, & loci Iura, legéſque, in quo fundi illi conſtituantur. l. cùm hæredes §. 1. ff. De acquir. poſſeſſ. l. indictiones De Annon. & tribut. Lib. 10. Cod. l. cenſu Cod. Sin. cenſ. vel reliq. A parte autem viduæ allegabatur, è-contrariò, Pactitiam coniugum legem Prouinciali latiùs, longiúſque proferri, ceu perſonalem Conſtitutionem, ſequaces res omnes ſua vi trahentem. Primùm enim, vna domicilij Lege coniugum, diſponuntur Mouentia omnia, vbicunque locorum iaceant. Vt Iuris rationibus multis adſtruitur, Reſponſo. 16. Alexandri Imolenſ., & Socyni Conſil. 36. 101. Lib. 1. Immobiles, ad hæc, coniugatorum quæſtus ſpeciali reguntur ipſorum

Normaniæ Cõſuetudine, vidua habet tantùm tertiæ partis conquiſitorum vſumfructum: Nec; vltra tertiam, donatio inter futuros coniuges valet: excepto, *que des conqueſtz faictz en bourgage, la Vefue ha moictié en proprieté.* *Art. 313. & 314.*

M. Tull.

Si tamen Normani duo inter ſe contraxerint nuptias, Lutetiæ, eo animo, vt in Patria reſiderent, eóque remigrarint, ſuæ Normanicæ Legi ſubiacent tam reſpectu mobilium & nominum, quàm fundorum in Neuſtria ſitorum l. domicilium, D. ad Municip. & ex his, quæ Nos Lib. 1. Leg. Andeg. Tit. De cõnub. bon. ſociet.

conuentione, in quaſuis res ſoli, Regionúmque omnium, tranſitoria. Bart. ad l. Titium & Meuium. §. altero. ꝟ. De adminiſt. tut. Et l. 1. §. ſi quis hoc interdicto D. de itin. act. q. priu. Obſcuriùs fortè, ſi Municipali lege duntaxat, coniunx ſuperſtes niteretur, non Pacto connubiali: Quippe quùm prouinciales Ritus, Inſtitutáque arctis ſuis finibus, Territoriíque metis incluſa vulgò teneantur.

Empta ante coniugium, ſed à coniugibus ſoluta, non ſunt iis communia, ſed ementi: ſaluo pretij ſemiſſe alteri coniugi. Areſtis Curiæ, & Cõſuet. Caſſelenſi, *de Caſſel en Flandres. Art.* 194.

HIS tandem argumentis impulſa Pariſiorum Curia, viduæ mulieri addixit donatariæ, res ſoli omnes in Normania partas conſtantibus nuptiis: Priùs autem quæſitas à viro, de quibus, ſequenti cõnubio ſtatuere non licuit contra Ius patrium, hæredibus adiudicauit. Memorabili decreto, ad Pentecoſtes, ſeu. 4. Idus Majas. An. 4
1595. Dn. Gilloto litis inſpectore, pendentis inter Dianam Viuonam, & N. Grimonuilleum, Baronis Larchantij mariti fratrem, hæredem. Antea certè variis opinionum fluctibus iactabatur ardua hæc quæſtio: *Mulciber in Troiam, pro Troia ſtabat Apollo.* Vt Lib. 3. Andenſium Legũ oſtendimus. Ac Prætoriani vtique Senatus PATRES idem, cum Pariſienſi, ſenſère: Inſigni Decreto, Lutetiæ etiam prolato, 10. Kalend. Quintiles, An. 1572. ſecundùm viduam coniugẽ Vilbonij Dynaſtæ, qui apud Carnutas degens, fundos mercatus eſſet in Neuſtria ampliſſimos. Quin & Lutetianæ CVRIÆ CONSCRIPTI feruntur, de eo ſimiliter pronũtiaſſe, Februar. Menſ. An. 1549. ex lite iis enarrata à Boïleo Senatore, in tertia Inquiſitionum Senatus Decuria. Sed huius rei fides eſto penes Ianum Gouſſetum, in Commẽtariis ad Leges Caluimontanas, Art. 67. Inibi quoque cietur aliud Curiæ Placitum, ex controuerſia, ab eius Conſiliario, Mich. Hoſpitali relata, aduerſus viduam mulierem: Quæ, in Patria Iuris celebrato purè cõnubio, à mariti hæredibus popoſcerat dimidiam quæſitorum *Conſuetudinaria* in Prouincia. Quare minùs probabile duco, id quod Euerardus, Mechliniẽſis Præſes cenſuit, cõiugis ſuperſtitis ius in ſemiſſem bonorum omnium communiter poſſeſſorum, ex Moribus Zelãdiæ Mattiacorũ Inſulæ, nõ produci extra ſuum ipſius Territorium. Vt de eo memorat Pet. Peckius, Belgicæ illius Curiæ Senator. Lib. 4. de teſtam. coniug. Cap. 28. Haud eadem certè hæreditatum cauſa eſt: quarum, Lege aliqua Municipali, fœminis præciſa ſpes in gratiã maſculorum, eo circumſcribitur Municipio, nec ad bona trahitur alibi ſita: Niſi Pacto ſimul fœmina hæreditatibus illis arceatur. Alexãdri Reſponſo. 127. Volum. 1. Nam quoad defunctorum patrimonia attinet hæredes inter ipſos, illorũ modò ſitum obſeruandum præſcripſit Gallica vetus Diſciplina forenſis, quæ ex S.C. Pariſien. eruitur, facto, An. 1312., cuius verba ſic referũtur. CVM, BETHINO CASSINELLI MORTVO, VNVS FILIORVM EIVS DICERET, IPSVM A D. BETHINO VNIVERSALEM HÆREDEM INSTITVTVM, ET PRO HOC REQVIRERET POSSESSIONEM OMNIVM BONORVM, QVÆ FVERVNT IPSIVS BETHINI, EXISTENTIVM IN SENESCHALIA BELLICADRI, QVÆ IVRE SCRIPTO REGITVR. FILIO D. BETHINI PRIMOGENITO, ECONTRA, REQVIRENTE

Placitum Curiæ Pariſiẽſis, die. 12. Maij, An. 1595. *Entre Dame Diane de Viuonne, venfue du feu Sieur de Larchant, & l'heritier.*

Magni Conſilij Areſtum die. 22. Iunij. 1572. pro Vidua Dn. *de Villebon.*

Areſtum Curiæ, An. 1549. In 3. Camera Inqueſtarum.

Iura perſonalia cõiugalis bonorũ cõmunionis, ex opera ſcilicet quæſtúq; perſonali, haud certo Territorio coarctãtur. Secus de Iure in rem ſcripto, potiùsquàm in perſonam. Bart. in l. 1. C. de ſum. Trin.

Statutaria excluſio filiarũ à ſucceſſionibus, nõ habet locum extra Territorium eius Statuti.

Parlamentare Areſtum, Lib. Inqueſtarum Curiæ, Fol. 132.

Seneſchaucée de Beaucaire, en Languedoc.

MEDIETATEM

Digitized by Google

MEDIETATEM D. BONORVM, TANQVAM ACQVISITORVM TEMPORE MATRIS FILII, ET VXORIS PRIMÆ IPSIVS BETHINI, AD IPSVM EX MATRIS SVCCESSIONE PERTINENTEM, VNA CVM SVA PORTIONE IN ALIA MEDIETATE, CVM PRÆROGATIVA PRIMOGENITVRÆ IN REBVS FEVDALIBVS, CONSIDERATO, QVOD IPSE BETHINVS ERAT ET FVERAT PER LONGA TEMPORA CIVIS PARISIENSIS: NEC POTERAT DE BONIS SVIS ALITER ORDINARE PER VSVM ET CONSVETVDINEM PARISIEN. A LONGIS TEMPORIBVS OBSERVATAS. DICTVM FVIT, QVÒD INSPECTO LOCO, VBI D. BONA ERANT, QVI REGITVR IVRE SCRIPTO, VISO TESTAMENTO, QVÒD INSTITVTVS PONERETVR IN POSSESSIONE ILLORVM BONORVM, SALVA IPSI PRIMOGENITO QVÆSTIONE PROPRIETATIS.

5 NE AVTEM à coniugali bonorum conſortio ſecedam longiùs, prædictis ſubiungitur propinqua contentio Fori, de nominibus, ac debitis, oneribuſque aliis ſociorum coniugum, quæ ex mutatione coniugalis domicilij emerſerit. Ponamus enim, Lutetiæ pactas nuptias, vbi & contractũ æs alienum ab cõiuge vtroq;, conſignatis literis obligato. Poſtmodùm ambo domeſticas ſedes aliò trãsferũt, larémque familiarẽ. Iſthîc decẽnio integro cõmorantur, maritiq; tandẽ obitu cõiugiũ dirimitur. Quùm autẽ, noui Lege domicilij, mulier quæ bonis abſtineat cõmunibus, obligatione ſoluatur, in perſonã cũ viro cõcepta (vt Nouioduni ad Ligerim) Hæſitatũ eſt, obærata necne anteriori debito maneret vidua, quod Lutetiæ ſimul cũ marito cõflauiſſet. Prima quidẽ frõte videbatur, inutiliter mutari domiciliũ, tertij diſpẽdio creditoris, cui ius ſemel partũ Obligatoriis tabulis foret. Nihilo tamẽ ſeciùs, pro muliere, quæ cõmunia bona repudiarat, Iudiciis definitũ fuit ſupremæ Pariſiorũ Curiæ, Kalẽd. Febr. An. 1521. & Quarto Iduũ Iuniarum, An. 1548. Religioſè profectò. Nam coniugũ vtriq; inter ipſos cõnubialia Pacta, nouato domicilio, nequaquã nouantur, immutãtur. l. exigere dotẽ. ff. De iudic. Panor. ad Cap. 1. de ſpõſal. Verùm, alteriùs ſi rationes ſpectes, magis erit, mobilia iura, nomina, & cautiones debitorũ, traductis aliò domeſticis laribus, traduci quoque in legẽ noui domicilij, eáque lege adminiſtrari: Muliebrẽ præſertim Obligationẽ, quæ maritali dũtaxat acceſſerit, alieno etiã mariti iuſſu contracta. Subde, quòd animi exiſtimatione ipſa, delectúq; ſortimur domiciliũ. Vlpiani opinione, in l. aſſumptio l. 27. D. ad Municip. l. ciues De incol. Lib. 10. Cod. Quũ igitur vxoriũ ius in cõmunes fortunas earúmq; onera, propriè inchoetur viri deceſſu, qui rerũ interim dominus prædicatur: Intuendũ potiùs domiciliũ, quod extet tẽpore ſoluti, quàm initi matrimonij. Nimirũ vt tẽpore ex eo, de cõmunibus bonis, debitiſq; coniugũ liberiùs vtrinq; decidatur. Quam ad rem pertinẽt, à Nobis prænotata, Lib. 3. Andeg. Leg. Et Baldi Reſpõſum. 226. Volum. 5., de multiplici domicilio muliebri, ac vario cuiuſq; Iure prouinciali:

Secus de mulieris, Lutetiæ, nuptæ, iuribus matrimonialibus, quæ nonobſtãte poſteriori coniugũ domicilij tranſlatione in Patriam Iuris ſcripti, adiudicari debent ſecũdùm Morem Pariſiorum. Veteri Areſto An 1519 citato a Nobis, Lib. 3 Leg Andeg Tit. de cõiugali bonorum ſocietate, Art. 4.

Niuernen More, (§. 14 De Iure coniugũ) vidua renuntiãs cõmunitati bonorum, exoneratur omninò perſonali ſua in creditores obligatione. Alioqui regulare eſt, vxorem cum marito obligatam, renunciatione communitatis non liberari obligatione, ſaluo recurſu cõtra hæredes viri. Molin. in §. 145. Borbon, Conſuet.

Decreta Curiæ Pariſ. die. 1. Febr. An. 1521. & 10. Iunij, 1548. *pour Iehanne le Piteur.*

Tit. Cõmun. vtriuſque Iudic. Art. vlt.

An Statutum originis prohibens matrem teſtari, vel cõtrahere extra perſonam liberorum, liget eam ſubditam:

Digitized by Google

ſtatuentibus quoad originem, alibi tamen nuptam.

Cum Molinei dictatis, ad §. 9. Monſtrolienſis Ambianorum Conſuet., de originis Domicilio, & habitationis.

Domicilium, in dubio, intelligitur domicilium habitationis. Alex. in Conſil. 100. Lib. 5. Iaſ. in l. 1. C. de ſum. trin.

ECQVID verò de Pariſienſi coniuge, quæ, eodem manente do- 6
micilio, mariti nomen in ſeſe chirographo tranſcripſerit? Eanè dehinc, bonis cedens communibus, in integrum reſtituetur aduerſus creditorem? Apparet certè, ipſam Velleyani S. C. beneficio adiutum iri, cui forte, Syngrapha illa, non renuntiarit. Sed in Foro controuerſum ius fuit de peculiari quadam inter Mercatores conuentionis formula: quam pecuniæ commutationem, ſeu Collybum appellant. Nûm videlicet vxori Diplomate ſuccurratur, in Tranſcriptitiæ huiuſmodi cautionis viri acceptionem obligatoriam. Nobis enim, de huiúſce vi & efficacia cautionis, fuit agendum nuper in Curia Max. ex ſequente hypotheſi. Aurelius Palma, Lutetianus, Mercium negotiator, adiit Lugdunenſe emporium, An. 1591. Illìc diutiùs opinione ſua demoratus, abſumpto viatico, aliunde expiſcatur pecunias ex Collybiſtica ſyngrapha. Is quippe, ad vxorem Ageriam ſcripto Epiſtolio, cauit ita paucis. HVIVS LATORI PROTINVS DINVMERARI ABS TE VOLO NVMMOS AVREOS CENTVM, PARIS VICE SVMMÆ, QVAM ILLE MIHI CVRAVIT. Mandataria autem coniunx, aſſumptæ viri Epiſtolæ opiſtographo ſpopondit ſua manu, quòd æris tãtumdem non haberet in numerato, ſe intra bimeſtre debitos nummos perſoluturam. Quarũ fidem literarum ſecutus Lugdunenſis Mercator, Pariſienſi dat, præſtat condictas pecunias. At cedente die, quæ recipiendis nummis Lutetiæ præſtituta erat, tergiuerſatur mulier, ac ſolutionem moratur. Interea viuis ſublato marito, vidua, bonis cedit cum defuncto cõmunibus: & à creditore vocata in ius, negat ſe chirographi proprij vinculo ritè obligari. Quo nimirum chirographo profeſſa non ſit, ſe Velleiani auxilio minimè vſuram, ac Iuſtinianea Conſtitut. SI QVA MVLIER, quæ intercedenti pro viro coniugi ſubuenerit. Nam & vaga effuſáque latè repudiatio muliebris ſingularium omnium iuriũ, queîs tueri ſe fœmina poſſet aduerſus Pacta conuenta, non præripit ipſi exceptioně S.C. de interceſſionibus, cui haud ſigillatim renunciarit. Alexandrino reſponſo. 146. Volum. 6. Rea nihilo ſeciùs, iudicio ſuccubuit eorum, qui Mercatoribus iuriſdictione præſunt apud Lutetiam. Inde verò prouocante ad Senatum vidua muliere, diſceptata quæſtio eſt in luce Fori apud PATRES CONSCRIPTOS, qui pro Tribunali ſedebant Idibus Sextilibus, An. 1592. vbi & appellantis patronus Reſcripto vrgebat fœmineæ Syngraphæ reſciſſionem: quo, lata ſecundùm creditorem Sententia infirmaretur.

Acceptatiõ de lettre de Change du mary par la femme, eſt ſubiecte à reſciſſion, comme vne autre ſimple promeſſe, en cas de renonciation à la communauté.

Notarius, qui in ſchedula obligatoria ſcripſerat, *que la femme auoit renoncé aux benefices, & priuileges introduits par la loy*, condemnatus fuit proprio nomine creditori debitũ ſoluere, Areſto die. 9. Mart. 1585. *entre Anthoine Senart demandeur, le tuteur des enfans de Pierre Donchot deffendeur, & Ieã Augeiart Notaire appelé en ſommatiõ: Enioinct par meſme moyẽ à tous Notaires du pays de Niuernois d'exprimer par leurs contracts les renõciatiõs des femmes aux benefices des loyx.* Argum. l. illicitas §. ſicuti. ff. de off. præſ. l. idem Iulianus §. vlt. D. Ad L. Aquil. l. ſi iudex. ff. De var. & extraord. cogn. Ac tenetur de imperitia, qui tanquam artifex operas locarit l. Nã & Seruius § mandato ff. de neg. geſt.

Niuernenſi autem mulieri cum viro obligatæ nil nocet expreſſa renuntiatio Velleyani, & Authen. Si qua mulier, Niſi pariter renuntiet ſuæ Conſuetudini: vt ſuprà dictum eſt.

E CONTRARIÒ autem, Nos, pro Symphoro creditore, non eò 7
minùs lege ratã eſſe debitricis ſponſioně, de qua lis erat, quòd S. Cõſulti de interceſſionibus beneficium haudquaquam repudiaſſet. Aliã enim permutatæ, aliam creditæ pecuniæ cauſam eſſe. Vt vult Baldus expreſſim, Iuris Reſponſo. 190. Volum. 2. Collybo nempe iſti, ſeu permutationi

Auctoris actio Forenſis, in Senatu, die. 13. Auguſti, An. 1592.

Digitized by Google

permutationi nummorum ineſt tacita lex, vt tradito æri tantumdem ilico ſubrogetur, ac reponatur, mutua rei nůmariæ functione, & penſatione. Eapropter, tranſcriptitiæ cautionis acceptione, obſtringitur quiſque exoluendis præſenti die pecuniis, eóque vinculis cogi poteſt, vulgata Gallicæ praxeos obſeruatione. Cùm igitur mulier, cautionis mariti acceptrix, ſoluere teneatur actutum, pro ſoluente habetur, quæ ſolutionis vice obligationem in ſe tranſtulerit. Peræquè enim agnoſcit legatum, qui ſolidum promittit, ac qui ilico repræſentarit. L. vlt. Cod. ad Leg. Falcid. Atqui mulier pro alio ſoluens, Lege non iuuatur Velleïana. l. 1. l. quamuis Cod. Ad S. C. Velleïan. l. ſed ſi ego D. eod. Rurſus ſi fœminæ pecuniam dederim, vt eam creditori meo ſoluat, vel expromittat, ipſa expromittente, locus non eſt Senatuſconſulto. Vt Pomponius ſcribit, l. ſi mulier D. ad Velleïan. l. antiquæ Cod. eod. Sic penes maritum depoſito ære Lugduni, vt par ſumma ab vxore Pariſiis redderetur, perinde eſt, ac ſi mulier, quæ hanc pecuniarum commutationem ſemel probauit, depoſitos nummos reapſe ſuſcepiſſet, extemplò ab ea reſtituendos, vel, eorum loco, alios totidem, quaſi cōtracta fiducia. Quòd ſi primo obtutu, viri mandatum abnuiſſet coniunx, nec pollicitatione ſua ineſcaſſet creditorem, huic tùm ſatis conſultum fuiſſet, ne illius marito pecunias, deſperata permutatione, ac penſatione nummorum, prærogaret. Nunc verò miſſi Lutetiam Chirographi acceptione muliebri, liberatus eſt debitor prior, delegatáque creditori debitrice fœmina, ceu mutatione perſonæ, ſic nouatur primaria obligatio, vt illi ipſi nulla in antiquum debitorem actio ſuperfuerit. Bonum enim nomen facere ſe creditor exiſtimat, qui admittit debitorem delegatum. l. inter cauſas §. abeſſe D. Mand. l. vlt. §. Labeo D. ſi cert. pet. Quiſquis item emiſſas ab aliquo literas purè ſumpſerit, hoc ipſo literis illis obligatur: quòd è veſtigio non interpoſuerit teſtationem contrariæ voluntatis. l. ſi filiusfamil. D. Ad S. C. Macedon. l. Publia Meuia §. vlt. ff. Depoſ. Singularia præſertim ſunt circa pecuniam, æſque circumforaneum præcepta quædam, vt ab altero in alterum facilè obligatio transfundatur. T. Ariſtonis ſcriptis, in §. ſi nummos l. certi condictio l. ſingularia. ff. De reb. cred. l. qui negotia D. Mand. Quod in permutatione pecuniæ Tabulis cōtracta obtinet potiſſimùm: vbi, nouatione facta, tollitur prioris debitoris obligatio, & in alium transfertur. Bald. in Reſponſo. 348. Lib. 1. Quo Iuris Reſponſo, literæ *Cambij* fusè tractantur, excutiuntur. Idem argumentum Baldus exagitat, in l. ſi abſentis Cod. ſi cert. pet. Et in l. ſi literas eius Cod. Mand. Subtexe his, quòd tali pactione, abſentium negotia geruntur accuratè, ac longinquas in oras nummi per chirographa emittuntur. Quod neceſſariis cuiuſque rebus apprimè commodum occurrit, ſimul &, periculoſæ alioquin, numûm tranſuectioni. Haud mera igitur interceſſione mulier alligatur hoc caſu creditori, ſed propriæ obligationis nexu diſtringitur: Nec ei in

Baldus, Cambium, inſit, non eſt mutuum, ſed permutatio: quia eodem genere debet fieri ſolutio.

Bald. in hac. l. ſi abſentis, Mercatores, ait, qui acceptant literas, eo ipſo ratificant, quòd non cōtradicunt. Eadem dicit Angel. in l. ſi filiusfamil. D. ad Maced.

Digitized by Google

integrum reſtitutio ſalua videri poteſt, adempta creditori ſpe ſubſidiariæ actionis in veterem debitorem, quem mulieris interuentus ſponſióque Obligatione exemerit. Nam minori quoque annis negatur tunc reſtitutorium Prætoris auxilium, quùm illius aduerſarius priſtinum in ſtatum reſtitui nequeat. l. quòd ſi minor §. Scæuola. π. De Minor. 25. Ann. Quoties, ad hæc, fœmina, nouato Pacto, in ſe tranſcribit æs alienum, ab alióq; debitum, ceſſat exceptio Senatuſconſulti. l. aliquando D. Ad Velleïan. Imò & coniunx illa ſuam in rem cauiſſe primitùs cenſetur, nec alienam mariti obligationem ſuſcepiſſe, propter coniugalium mercium, nominúmq; Societatem, ac quaſtuum communium, ex Lege Municipij Pariſienſis. Quæ autem, rei ſuæ communíſve ergò, acceſſerit obligationi, fœminæ non opitulatur S. Conſultum. Africani leg. tutor. l. vir vxori §. vlt. D. Ad Velleïan. Nec mutat, quòd, dirempto poſtea morte viri connubio, vxor communibus amborũ fortunis renunciarit. Contractæ enim obligationis tempus, initiúmque ſpectãdum eſt, quo, bonorum conſortes ſociíque, coniuges erant: nec poſteriorem triſtiſſimi fati euentum proſpicere tenebatur creditor: quo, anteacta, geſtáque probè, in irritum redigerentur. l. ſi filiusfamilias. l. inter ſtipulantem §. ſacram π. De verb. obligat. l. 3. §. ſcio π. De Minor.

Bartol., in Curia, inquit, Mercatorũ debet iudicari de bono & æquo, omiſſis ſolemnitatibus, & apicibus Iuris, quæ veritatem negotij non tangunt.

25. Ann. l. ſi in emptione §. liberum π. De contrah. empt. Quibus, velut cumulo, adiungitur vulgare Fori axioma, inter mercatores cumprimìs de bona fide agi, cui non congruit de apicibus Iuris diſputare. Vt Bartolus diſertè aſſerit, in l. ſi fideiuſſor §. quædam D. Mand. Ac de priuato quidem iure litigatorum, hucvſque: cui publicum ſubnectens, dicebam apud PATRES Pariſienſes, Vrbis totius, Reíque Publicæ, nedùm altercantium iſtorum, intereſſe, ne tranſcriptitiæ cautionis fides vlla ex parte labefactetur. Talis enim conuentionis vſus, qui cunctis propè Gentibus innatus eſt, Gentium Iure inuiolabili ſuſtinetur.

Iul. Pollux.

* Pecuniæ permutationem.

Nam Collybiſticas haſce literas vocat Pollucis Onomaſticon vetus, *ἀργυρείου ἀλλαγὴν: Nec infrequens illarum antiquis commercium teſtatur Cicero, Verrina. 5. Italis

Kalendarium, negotiatio nominum faciendorum, ne otioſa pecunia maneat. De quo, in l. vxorem, §. legauerat π. de legat. 3. l. penult. D. de reb. cred. l. vlt. π. de pecul. l. 39. §. negligentiæ π. De adminiſt. tutor.

rurſum, mercatoribus maximè, vſitata fertur Kalendarij huiuſmodi curatio, ac quæſtura, ab Angelo Peruſino I. C. in l. 16. D. Ad Maced. Baldo, in Rubr. de fide inſtrument. Et in Rubr. de Conſtit. pecun. Cod. Aliiſque locis ſupracitatis. Quinimò Gallicæ ciuitates miris incommodis affectæ fuiſſent poſtrema hac tempeſtate, & in extremas calamitatum redactæ anguſtias: niſi ex Collybiſticis cautionibus, rei nummariæ ſubſidia ciues ſinguli petiiſſent. Quippe quùm inteſtinis armis, & latrocinijs ſcateret tùm Gallia medullitùs, nec tutam nummorum vecturam pateretur. In hac tamen litis ſpecie vltro cirróque diſcuſſa, placuit Senatui, rectè prouocatum, muliérque abſolutorio iudicio obtinuit, pro qua,

Curiæ Pariſien. Areſtum, ex prouocatione ab Iudicũ, & Cõſulum Senten-

Chauuelinus dixerat. Pariſienſi Decreto, in publica conflictatione Forenſi, luce. 13. Auguſti. 1592. Quod non leui ſanè æquitatis

ratione

Digitized by Google

ratione fulcitur. Nam ſi extraneus quidem illas permutandæ pecuniæ tabulas accepiſſet, earum ſcriptor, debitórque anterior Obligatione ſolutus fuiſſet, ac nouatione traductum in accipientem Obligatorium vinculum. Qualiter Literas *Cambij* definire, ac interpretari ſolemus. Sed quod maritus ad coniugem, velut inſtitricem mercium cõmunium, Epiſtola ſua ſcripſerit, neutiquam ipſum exonerat: Quùm & inſtitrix mulier, procuratríxque communium bonorum, agat res mariti veriùs quàm ſuas, & inſtitorum Pactis obligati domini permaneant. Ioh. Faber ad §. 1. Inſtitut. Quod cum eo, Et l. Lucius ff. De inſtit. act. Imo nec muliebri, cum viro, Pactione iuuari poteſt creditor, qua, Velleyano quidem S. Conſulto renunciatum ſit à coniuge ipſa, ſed Iuſtinianeum, in eam, nuptáſq; beneficiũ prætermiſſum: De quo priuilegio, extat Nouella Cõſtitutio, Vt nulli Iudicum lic. hab. loci ſeruat. Proin huiuſmodi Obligationẽ iudicio reſcidit Curia Pariſienſis, Nono Kalẽd. Apriles An. 1582. Dn. Moleo litem recenſente in quarta Inquiſitionum claſſe Senatoria. Mulieri verò, quæ, Inſtrumenti tenore, neutiquã ceſſiſſet Velleyano, ſuccurſum fuit pleniùs ab Ordine illo Ampliſſ.: nec ſeri Reſcripti ratione habita, quo, poſt annos quindecim vidua reſtitui in integrũ poſtularat, is mero Iure nullam irritámq; Legibus, pronuntiauit Obligatoriam cautionem. Areſto in quinta Senatus decuria Inquiſitoria, ſecundùm viduam coniugem Petri Poiſſonis, quæ à Suppræfecto Andium Curiam prouócarat: cõtra N. Forſanum, ex aduerſo, litigantem. Dn. Boucherio controuerſum negotium collegis ſenatoribus enarrante, 10. Kalend. Septemb. An. 1597.

tia Mercatorũ Pariſien. Inter Claudiã *le Clerc*, viduam Baptiſtæ Gortofredi, Pariſien. debitoris, & Antonium Andreoſſy, creditorem, pro quo egi.

Authẽt. Si qua mulier Cod. Ad S. C. Velleyan.

Areſtum Curiæ, die. 24 Martij. 1582. inter Franciſcã *Rouſſelet* vxorem Natalis *Moreau*, appellãtem à Bailliui Bleſenſis Sententia lata die. 26. Maij. 1581. Et Nicol. *Margonne*, intimatum.

Decretum Curiæ, die. 23. Auguſ. An. 1597. in. 5. Camera Inqueſtarum. *Que ſans ſ'arreſter aux Lettres de reſciſion, l'obligation eſt declarée nulle*, Iuris exceptione Velleyani.

8 VEREOR porrò interea, ne vxorius quibuſdam videatur Pariſiorum Mos, gratioſiórque mulierculis, quæ induſtrios mercatores ſortitæ maritos, nolint cum ijs de communi, dubiæ aleæ, negotiatione periclitari. Atquin Reges priſci, vt Metropolis ſuæ ciues opibus cumularent, emporica ipſorum Commercia promouerunt ſtudioſiùs, Mercaturæque exercitium varijs iſtic Priuilegijs ornarunt. Nam & Karolus. 6. inſigni Reſcripto declarauit, Lutetianos, qui mercaturæ operam darent, ab ſumma vetuſtate vſos ſingulari eo iure atque eximio, quod ſignificantiùs expromitur hac vernacula phraſi. *Item que les Bourgeois de Paris iouyſſent du Priuilege faiſant mention des anciennes Couſtumes aux Bourgeois de Paris, & aultres touchant le faict de la Marchandiſe, & iuſques où les Marchans forains peuuent monter, & aualer leurs denrées ſans compagnie Françoiſe, & comment ils les forſont, ſ'ils paſſent certains lieux, & metes declarées eſdits Priuileges. Item du priuilege faiſant mention, que nul ne puiſſe deſcendre ſon vin en terre à Paris, ſ'il n'eſt hanſe de la Marchandiſe, ſtationaire, & reſident à Paris. Item du Priuilege, portant que tous forains, de quelque eſtat, & païs qu'ils ſoyent, frequentans les eauës, amenans denrées paſſans par deſſoubz l'arche du grand Pont, forſont leurs denrées, ſ'ils n'ont compagnie Françoiſe. Item du Priuilege portant, que le Preuoſt des Marchans n'eſt*

Pariſ. Conſuet. Art. 229. 237. de libera muliebri bonorum cum viro communium repudiatione, vel partitione.

Mercatorum Pariſienſium Priuilegia.

Lettres de Hanſe ſe baillent par les Eſcheuins de Paris aux Marchans d'eauë, Frãçoiſ. De laquelle marchandiſe d'eau leſd. Eſcheuins, & Preuoſt des Marchans ſont Iuges entre les particuliers.

Digitized by Google

contraignable plaider pardeuant quelconque Iuge pour quelque cauſe que ce ſoit touchant les Priuileges, ou le faict de la Marchandiſe de ladicte Ville, fors que en Parlement, &c. Quarto Iduum Septemb. An.1409. De ſingulorum autem rebus, litibúſque Mercimoniorum, quæ terreſtri itinere Lutetiam importantur, aut exportantur, peculiaris eſt ibidẽ Iuriſdictio, priuatos inter Negotiatores. Qualem, media Italia inſtitutam antiquitùs, comprobant indigenæ Iuriſperiti, adſcriptáque Mercatoribus Iuridica munia, profitentur. Bartolus, Sentini in Vmbria natus, Scholiaſtes Leg. 29. §. quædam tamen ff. Mand. Baldus Peruſinus ad l. 2. Cod. de Conſtit. pecun. In l. periniquum Cod. de iuriſdict. omn. Iudic. Et Reſponſo. 400. Volum. 3. Iaſon Mediolanenſis ad l. ſed ſi plures §. filio ff. De vulg. & pupill. ſubſtitut. In l. age cum Geminiano Cod. de Tranſact. Et in l. iubere. ff. De Iuriſd. omn. iud. A quibus neutiquam abludit Cæſarea Anaſtaſij Cõſtitutio ipſa vlt. Cod. eod. Tit. Athenienſibus necnon ſorte legi ſolitus fertur Magiſtratus, Nautodicas: qui Nauclerorum, & Mercatorũ quæſtiones introduceret, in Foróque diſceptaret. Auctore Lyſia, in Orat. de Iniuriis publicis. Noſtra porrò in Gallia, ſeriùs dati ſunt ex mercatorum Collegio Iudices, qui Emporica ipſorum litigia ſummatim dirimerent. Nundinariis Campaniæ demptis negotiatoribus, qui ſelectos publici Emporij, priuilegiíque Seruatores agnoſcunt, ab vetuſta Principum noſtrorum Indulgentia. Delegatam enim hanc à priſcis Regibus iuriſdictionem prædicant Philippi Valeſij tabulæ memorabiles, Poſtridie Nonas Sextiles, An. 1349. Portò Erricus. 2. apud Tholoſates excitauit mercatorum Tribunal, eorúmque ex Corpore, Iudices ſumi voluit controuerſi inuicem cõmercij cuiuſpiam, priuatæque mercium negotiationis. Edicto Menſ. Quintili, An. 1549. quod Tholoſanus Senatus promulgari iuſſit Decimo Kalend. Ianuar. poſteriores. Huic dein Iuridico imperio præſtitutæ ciuilis Fori regulæ, Principalibus Codicillis. 6. Kalend. Iunias, An. 1551. queîs Tholoſatium Curia ſumma calculos addidit Poſtridie Nonas Martias eiuſce Anni. Inde & Karolus. 9. conſimiles creauit Lutetiæ de mercimoniis Magiſtratus, præcepítque, ex eo ipſo mercatorum Ordine ſeriatim cooptari, qui merces ſpectâtibus de cauſis inter ſuos pronuntiarent. Regia Conſtitutione Nouemb. Menſ. An. 1563. Cui PATRES Pariſienſes ſubſcripſêre. 15. Kalend. Februar. Eod. An. Princeps, ad extremũ, perpetua Lege ſanxit per Gallias talem iudicandi functionem, ac poteſtatem de mutuis negotiatorum commerciis, in Regio maiori Oppido, vel Vrbe Municipij cuiuſuis, Decimo ſeptimo Kalend. Ianuar. An. 1566. Luteriano Senatu eam ſanctionem probante, ac publicante. 13. Kalend. Mart. An. 1567. Mercatoris tamẽ hæres, qui Artem non exerceat eandem, minimè vtitur iure fori *Mercatorij*: nec mercium quidem negotiatores, niſi de Mercimoniis ipſis. Vt Franciſcus Ripenſis eruditè, Reſponſo. 12. Iuxta Baldi ſententiam, in l. vlt. Cod. de Iuriſd. omn. iud.

Septemb. Die. 10. An. 1409.

De Iudicibus, & Cõſulibus Mercatorũ, ratione mercãtiæ per totam Italiam.

Priuilegiorum Cõſeruatores Nundinarum Briæ, & Cãpaniæ.

Patentes literæ Philippi. 6. Regis, Die. 6. Auguſti. 1349. *des foires de Lyon priuilegiées, en la forme de celles de Brie, & Châpagne.*

Erectio *de la Bourſe des Marchans de Tholoſe, & Iuriſdiction des Prieur, & Conſuls des Marchans de lad. ville. Inſtar de la iuriſdiction & priuileges des foires de Lyõ, Brie, & Champaigne.* Edicto in Curia veriſſicato, die. 23. Decẽb. An. 1519. Et Reſcripto, die. 27. Maij, 1551. publicato in Senatu, die. 8. Mart. ſeq.

Creatio Iudicum, & Conſulum Lutetiæ Mercatorum, aliíſque in Oppidis, publicata in Parlam. Pariſien. die. 18. Ianuar. 1563.

Edictum Principis generale, *des Iuges Cõſuls des Marchans,* die. 16. Decemb. An. 1566. In Curia recitatum die. 17. Febru. An. 1567.

In Lib. Reſponſ.

Digitized by Google

iud. Et in l. 2. Cod Vbi de ratiocin.

9 MERCATRIX porrò coniunx licitè paciſcitur vtilitérque de iis, quæ propalam tractet, mercimoniis, abſente etiam, nec auctore marito. §. 234. 235. & 236. Pariſ. Morum. Cum Boërij dictatis, ad Leg. Bituricas §. 4. De Stat. perſon. Sic filiumfamil. mercatorem, obligari citra paternum conſenſum, exiſtimant Bart. Alex. & Iaſ. in l. ſi donatione Cod. de Collationib. Nec ætatis quidem lubrico in integrum reſtitui mercium negotiatorē, placuit Ordini Ampliſſ., in cauſis orandis. Quinto Iduum Iuliarum An. 1585. Negotiatrix itidem mulier, vinculis cogitur nonnunquam, æs alienum exoluere, tametſi in ſacris, poteſtatéque mariti conſtituta. Vt Placito Curiæ deciſum fuit Kalend. Martiis, An. 1580. ex prouocatione à Iuridicis rei *Mercatoriæ*: quùm Aurelianus prouocantis cauſam egiſſet. Quò minùs nouum videatur, mercatricem abſque mariti auctoritate iudicio ſe ſiſtere. Quod Ioh. Fabro expreſſim probatur, in §. 1. Inſtitut. Quod cum eo. Bald. ad l. Macedoniani Cod. Ad S.C. Maced. Et in l. cùm oportet Cod. de bon. quæ liber. Alexand. & Bart. in l. vlt. D. Ad Maced. Negotiationi item præfecta mulier, virum obligat, nedum ſeipſam. l. 3. §. eodem modo l. debet exercitor D. Naut. caupon. l. obſeruare §. proficiſci. ϖ. De Offic. Proconſ. Cùm enim rerum omnium vxoris, vir, procurator ſit legitimus, haud immeritò datur in eum actio, ex pactionibus ab illa mercium nomine initis. l. ſed & ſi in ipſum procuratorē D. de inſtitor. act. Id quod Pariſiorum etiam Lege ſancitur, cita. §. 234. ac Veromanduorum, Art. 19. In Belgicis, ad hæc, Regionibus, quæ Iuris Francici non ſunt, Conſuetudo eſt, negotiatricem mulierem, quicquid ex negotiatione, ac induſtria quæſierit, ſuum facere, déque eo decernere pro arbitratu: Ita certè, vt à coniugibus qualitercunque parta, inuicem alioqui communicentur. Peckio teſte, Belgici Senatus apud Mechliniam Conſiliario, & libellis Præfecto. De Teſtam. Coniug. Lib. 2. Imò &, vbiuis Patrio More nil cautum ſit de liberis vxorij commercij Pactis, excepta hæc generaliter cenſentur, vxoribúſque permiſſi de mercimoniis, quibus præpoſitæ ſint, contractus, & obligationes. Vt Molineo viſum eſt, in Sequanorum Conſuetudinem, Art. 24. Et Boiorum. 168. ex Baldi ſententia, ad leg. Poſt mortem ϖ. De adopt. At ſi mulier vnà cum viro negotietur, nec ſeorſùm ab eo ſeparatímque vacet mercaturæ, dicitur mariti inſtitrix potiùs, quàm mercatrix, nec ſe quidem diſtrictè, ſed maritum negotiis contractis obſtringit. §. 235. Pariſ. Et. 197. Aurelianen. Conſuet. Vnde colligitur, Patrios hoſce ritus de plebeiis modò coniugibus accipiendos, & eorum vxoribus, qui mercaturam quoque ipſi profiteantur. Argum. l. ſicut. ϖ. De oper. libert. l. ſed ſi vir, ϖ. de donat. int. vir. & vxor. Cæteroquin muliebre ſolùm habetur, colus, lanæ, lini, telæ, fuſi exercitium: quódque matronas pudicas maximè deceat. Sicuti Gre-

Femme, Marchande publique, s'oblige, & ſon mary pareillement, touchant le faict & dependances de lad. Marchandiſe publique, iuxta Lud. Romani Conſil. 159. & Alex. Conſil. 40. Lib. 3.

Curię decretum die xj Iulij. 1585. *plandāt Deſchamps pour l'appellant du Bailly de Touraine, ayant receu le faict de minorité ſuyuant les Lettres de reſciſion, Et Chauuelin pour l'intimé.*

Areſtum Curiæ die. 1. Mart. An. 1580. *Sur l'appel des Iuges Conſuls des Marchāds.*

Cameracenſi Conſuetud. ſcripta, *femme tenāt boutique peut contracter.*

Cap. 9.

Nupta, Mercaturā publicè exercens, poteſt obligari ſine ſpeciali ſeu expreſſa authoritate mariti, ſed tacita præſumitur.

Burgundij Comitatus Conſuet.

Vxor viro operari debet.

Romanæ quōdam mulieres domi ſe continere ſolitæ Et Sulpitius Gallus vxorem dimiſit, quia capite aperto foris verſatam eam cognouerat. Vt Publius Sēpronius Sophus coniugem repudiauit, quòd, ſe ignorante, ludos ſpectaſſet Plutarch. in Problem. Cap. 13. Cum Valerio, Lib. 6. Cap 3.

Digitized by Google

gorius Nazianzenus commonuit, in Documentis Virginum choro ſcriptis. Auguſtum pariter Cæſarem Tranquillus narrat, ita filias, ac neptes inſtituiſſe, vt lanificio ſe aſſuefacerent. Idem à Karolo Mag. factum affirmat eius ſcriba Eginhartus. Hunc adeò morem domeſticum retinent ordinis cuiuſuis Matronæ, cum Vergiliana illa, primum

Cui, tolerare colo vitam, tenuique Minerua:
Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes,
Noctem addens operi, flammáſque ad lumina longo
Exercet penſo: caſtum vt ſeruare cubile
Coniugis, & poſſit paruos educere natos.

Æneid. Lib. 8.

De Coniugum bonis cõmunibus, vir, etiam donando, liberè diſponit Pariſijs. Secus de vxoriis patrimoniis. Ar. 226 At Belgico Inſulæ More locali *de Neufuille, Court & Halle de Phalempin.* Maritus liberè poteſt vxoris hæredia ſine eius conſenſu alienare.

MARITO autem, quàm vxori mercatrici, laxiores ſunt habenæ in communes vtrique fortunas. Nam de ſumma bonorum iſtorum liberè ſtatuit ille ſocietatis Magiſter, inſcia & inconſulta coniuge. §. 225. Leg. Pariſ. Cuiuſmodi ciuicæ Conſtitutionis ſententia, etiam ſi verbis deficeremur, munifica contineretur largitas: niſi nominatim prohibita fuiſſet. Vt ſcitè eleganterque Ancharanus expoſuit, Reſpõſo. 102. Idque Lutetiano Areſto definitum eſt, quod Hanequinus Præſes conſpicua in purpura recitauit poſtridie Idus Sextiles An. 1571. ex Prætura regia Pariſiorum. Qua verò in Prouincia, viris interdictũ ſit communis fundi donatione, in detrimentum vxorij iuris, portioniſque dimidiæ: Ambigitur, ídne ipſum ad maritales trahatur pro aliis interceſſiones, qui poſtmodùm ſint facultatibus lapſi. Dubitationẽ mouet ſerui argumentum, cui libera peculij diſpenſatio concedatur. Haud ideo enim fide ſua eſſe iubere pro alio poteſt ipſe, ac fideiuſſoria ex cauſa ſoluere. l. ſi is cui §. vlt. π. De ſolut. Filius quoque familias, ſi alterius rogatu, ac vſu rem peculiarem obligarit pignori, non tenetur: quamuis liberam peculij ſui adminiſtrationem habeat. Ælij Martiani leg. 1. D. Quæ res pign. A quibus non longè recedit Vlpiani opinio, in l. ſi quis reum De liberat. leg. Huc pertinet trita Legum regula, generali bonorum adminiſtratione, demptam videri abalienationẽ. l. 1. π. de Offic. procurat. Cæſar. l. prohibere §. planè D. quod vi, aut clam. l. contra iuris §. vlt. π. de Pact. Interuentio autem pro alio, & fideiuſſorium nomen interpoſitum, ſpeciem cõtinet alienationis, eóque interceſſor, circumuentum docere ſe facilè poteſt. Vlpiani iudicio, in l. ait Prætor §. nõ ſolùm. π. De minor. Et Papiniani leg. Si Titius & Seia §. 1. π. De fideiuſſ. Potior tamen, ac iuſtior Senatui arriſit diuerſæ partis ſententia: cùm aliam, de Donat., aliam, de Fideiuſſor. Rubricam texuerint Romani Prudentes. Deprompta ratione ex l. ſi idem Cod. de Codicil. Quaſi innuerent IureCoss. illi, perpaucos, donationis cauſa ſeſe alienam in obligationem reos promittendi cõijcere. Quando quidem mandati actio fideiuſſori prodita eſt, contra debitorem. l. idémque §. vlt. D. Mandati. Præterea ſi diu in ſolutione reus ceſſarit, aut ſua certè bona dilapidet, fideiuſſor rectè agit in eũ, priùs

S. Cõſultum die. 14. Auguſti. 1571. *ſur l'appel du Preuoſt de Paris*, Quo S. Conſulto deciſum eſt, in emendanda Sentẽtia, maritũ communia quædã bona in præiudicium vxoris donare poſſe.

Prædes Vadéſque, pœnitudinis reos vulgò ferunt.

Verſ. ſi donandi animo fideiuſſor interueniat, nec habeat aduerſus eum regreſſum.

Fideiuſſio, de per ſe ſolùm, ſine alia læſionis probatione, læſionem inducit.

Quorum diuerſi ſũt Tituli, & Rubricæ, diuerſa eſt natura, ac definitio.

Digitized by Google

priùs quàm ſoluat, vtì liberetur. Nec expectare tenetur, vt ſoluat, aut accepto iudicio condẽnetur. Vlpij Marcelli leg. Lucius D. Mandati l. ſi pro ea Cod. eod. Cap. vlt. De fideiuſſor. In Antiq. Mulieri itidem, ſpondenti pro alio ſubuenitur: donanti, non ſubuenitur Velleïana Lege, ſi ego D. Ad S.C. Velleïan. Publicæ rurſùm vtilitatis fauore, inducta ſponſio eſt huiuſmodi, ad mutua hominũ commercia, ciuilémque adeò tuendam ſocietatem. Sicuti enim maritus pro aliis expromittit, ita pro eo viciſſim, res ſuas curante, expromittunt alij: quò auctior, & opulentior euadat coniugalium bonorum ſocietas. Quapropter Senatus Decreto gemino pronuntiatum eſt, in explicanda Cenomanorum Lege (304.), viduam mulierem pro ſocio actione teneri ex fideiuſſoria mariti cautione. Prius vtique Decretum apud Turonas, decimo Kalend. Ianuar. An. 1593. inter Symonis Lamberti viduam coniugem, & hæredes: Alterum, Lutetiæ, in pomeridianis cauſarum Actionibus latum Pridie Kalend. Martias, An. 1595. Mornaco, appellantium: Et Chedeuileo, aduerſariorũ, patronis. Luſitanico autem Principis Edicto, ſi maritus alienæ obligationi acceſſerit fideiuſſor, eius pars communium bonorum, non vxoris, manet obſtricta creditori. Ordinat. lib. 4. Tit. 13. Ideóq; nec vir vxorio infirmæ ætatis ſubſidio reſtituitur aduerſus eam interceſſionem. Vt S. Conſulto deciſum apud Luſitanos, refert Antonius Gamma, Deciſ. 162. & 188.

Binum Curiæ Areſtum, die. 25 Decẽb. An. 1593. & vlt. Februar. 1595. Poſterius. *ſur l'appel d'vne Sentence du Mans, du 12. Iuillet 1594. pour Pierre Rigault, & Marie le Prince ſa femme, fille de Gabriel le Prince, intimez, contre Alexis Bazoge, & Michel Loyauté heritiers de Barthelemie Guillõ femme dud. le Prince appellans.*

Portugalliæ Lex regia, cõiugum res communes, fideiuſſoria mariti obligatione teneri pro ſua tantùm parte, non vxoria.

11 Liberalitas, ex libertate communium rerum diſponendarum, quæ Marito permiſſa eſt, Lege Pariſienſi, ab eadem coërcetur frænis quibuſdam, & iuſtos intra modulos coarctatur. §. 225. Ponamus enim, Statium Florum, ex priore thoro ſuſceptam filiam dotaſſe communibus cum ſecunda coniuge pecuniis: Eo caſu, vxori refundenda eſt dotis quantitas dimidia. Vt Æmilius Papinianus cenſuit, l. ſi ſocius pro filia D. pro ſocio. Diſſimiliter, ac in omnium ſociis bonorum coniugibus, fratribúſve: inter quos, de communi dos conſtituitur filiæ alterius, nec Societati reddunda. Phil. Decij iudicio, in Reſpon. 68. Ita Maximino quondam Vlpianus reſponderat, coïto vniuerſarum fortunarum conſortio, impendium commune fieri, cum lucro: quæque in honorem alterius liberorum erogata eſſent, vtriſque imputanda. l. ſi ſocietatem vniuerſarum l. cùm duobus §. ſocium vniuerſa D. pro ſocio. Præterea ſi pupillæ ſuæ, reliquator parens, dotem dixerit, ea meritò coniugali huius Societati nouæ accepto fertur: quam videlicet ſocietatem tutelaribus mariti reliquis abſoluerit. Nam mobile iſtud æs alienum, in commune referebatur inter ſocios coniuges: Iulij Pauli Leg. omne æs D. pro ſocio. Illud potiſſimè, quod ex liberorum tutela contractum, deuoluitur in ſecundas cum tutore nuptias. l. 2. Cod. quan. mul. tut. l. penult. Cod. In quib. cauſ. pign. §. ſi ante tutelam Authent. De Nupt. Siue autem vir vxorem duxerit filiorum tutricem, ſiue hæc cum illo tutore in matrimonium conuenerit, neuter tutela obli-

§. 225. Pariſien. Cõſuet., In verſ. *à perſonne capable, & ſans fraulde.*

Priuigna tamẽ ipſa, de communi dotata, nouercæ non reſtituet dimidiã nũmariæ dotis acceptæ, ſed pater, eiúſve ſucceſſores in cõmunem cum Nouerca ſubſtantiam, communioni reddent, imputabúntque *ledit Mydenier appartenant à ladite Nouerque.* d. l. ſi ſocius pro filia dotẽ.

Digitized by Google

gatur alterius, ſupra vires connubialis bonorum conſortij. Anchatan. in Cōſil. 332. Decius ad l. ſi ſocius D. ſi cert. petat. Sed hoc ciuiliter interpretandū reor, ſi quidem, nuptialis ſocietatis lege, bona ſingulorū priùs in teſtatum redigantur ſolenni Repertorio, quàm nuptiæ celebrentur. Tūc enim maritus antegeſtis ab vxore tenetur pro modo rerum in commune collatarū. §. 221. & 222. Pariſ. Morū. At verò ſi, adēpta cōnubio tutela vxoria, reſtituatur conſilio propinquorū, & aſſenſu mariti: Is cum vxore in ſolidum tenetur reliquorum nomine, quæ ex tutela debeantur. Cæteroquin vnius ex ſociis obligationē, in alios exequi non licet creditori, vltra aſſem bonorum communium. Alexand. in Reſpon. 130. Volum. 5., Paul. Pariſius, in Conſil. 93. Secundùm quæ etiam, Subalpinus Taurinorum Senatus pronūtiauit: Teſte Cacherano Ozaſco, qui ſecundi in eo tùm Senatu Præſidis munus obibat. Deciſ. Pedemont. 150.

Parlamenti de *Thurino* Areſtum.

SOCIETATI acquiruntur Moribus noſtris, donata, aut legata: perinde ac communi ære parta. Art. 246. Pariſ. Conſuet. Maſuer. In Praxi Iudic. Cap. de Societ. Cum Guimerij ſcholijs ad Pragmat. Sāct., Tit. De Concubinat. (In ver. conqueſtus) Et Tiraquelli diſtinctione, ad §. 32. De gentilitio Retractu, (Num. 46. 47.) Iſthînc modò demitur parentum in ſuos liberalitas: quæ his præcipua, non refertur in medium ſocio bonorum coniugi. Præd. §. 246. Paternæ enim liberalitatis nomine, debitum perſolui naturale intelligitur, potiuſquàm nouus fieri quæſtus à liberis ipſis. l. 1. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod. Vnde, Auſonij Diſticho, 12

Verſ. Item & dicuntur In verb. legati, donationis. &c.

Donatio facta à collaterali agnato, communicatur inter cōiuges, niſi facta ſit alioqui ſucceſſuro.

Iuſta quidem ſeries, Patri ſuccedere: Verùm
Eſſe ſimul dominos, gratior ordo piis.

De Agnatis, contrà, queîs non debetur legitima hæreditatis portio, quaſi extraneis: niſi turpi, ac propudioſo hærede inſtituto. l. fratris Cod. De inoff. teſt. Eóque, donatio propter nuptias, quæ Moribus adſignatur vxori, augetur directa ſolùm, nec laterali, hæreditate marito delata, cōſtantibus nuptiis. Legis Paris. Art. 248. Quam in ſentētiam plura euoluito, Andegauæ Leg. Lib. 3. Principalis inſuper munificentia, quæ in coniugum alterutrum collata ſit, alteri, nulla ex parte, adiicitur. Cæſareis Legibus, quas in Franciçæ Rei Dominicæ Tractatu recitaui. Huc ſpectat vetus *Parlamentare* decretū An. 1267. QVÒD IN DONO FACTO PER REGEM ALICVI ET HÆREDIBVS EX IPSO, ET EIVS CORPORE DESCENDENTIBVS, MVLIER, TANQVAM IN CONQVESTV, NIL PETERE POTEST. Idq; nominatim refricat Henr. Bohicus ad Cap. Requiſiſti §. ſecus De teſtam. Sic Vuiſigothorum Lege, DE REBVS REGIA DONATIONE COLLATIS, SI IN NOMINE MARITI FVERIT CONSCRIPTA DONATIO, NIL SIBI EXINDE MVLIER, EXCEPTO QVOD IN DOTE PERCEPIT, DEBEAT VINDICARE. IDEÓQVE ET, SI IN NOMINE MVLIERIS INVENITVR FACTA DONATIO,

Legitimæ detractio ceſſat in collaterali ſucceſſione, niſi turpi perſona hærede ſcripta.

Tit De parent. in liber. donat. Art. 1. Rhemēſi etiā Cōſuet., Donata omnia, ſunt acqueſtus, præterquàm ſi futuro ſucceſſori datum ſit Art. 34 Tit. *De la qualité & difference des biens*.

Lib. 3. Domanij Francici, Tit. 12. Art. 13.

Priſci Areſti verba, Lib. 1. *Inqueſtarum Parlamenti*.

A Principe donata vni coniugum, alteri non communicātur, etiam ſtante Cōſuetudine, quòd lucra inter eos cōmunicentur.

Digitized by Google

DONATIO, NIL SIBI VIR EXINDE POST EIVS OBITVM ATTENTET ALIQVATENVS VSVRPARE, VEL IVRI PROPRIO MANCIPARE: NISI QVOD MERVERIT VXORIS LARGITATE PERCIPERE. Neque id ſolùm coniuges inter ipſos obtinuiſſe cernimus, ſed inter fratres quoque bonorum conſortes, Longobardico Iure. Cuius formula Iuris ſic exhibetur. SI FRATRES POST MORTEM PATRIS IN CASA COMMVNI REMANSERINT, ET VNVS EX IIS IN OBSEQVIO REGIS, AVT CVM IVDICE ALIQVAS RES ACQVISIERIT, HABEAT EAS SIBI IN ANTEA ABSQVE PORTIONE FRATRVM: NEQVE QVÆ FORIS IN EXERCITV ACQVISIERIT, COMMVNIA SINT CVM FRATRIBVS, QVOS IN CASA COMMVNI DIMISERIT. Cæſareo pariter Edicto, duobus donata à Principe, ita cohærent eorum perſonis, vt alterius obitu, ſuperſtiti alteri aduoluantur omninò, nec præmortui hæreditate vllatenùs poſteris eius communicentur. leg. ſi quis l. nulli Rubr. Si Imperial. liberalit. ſoc. In Cod. Theod. A quibus haud longè diſſidet regia Luſitaniæ Conſtitutio, Principale munus in Seij filium, vel in patrem, vt filio liberaliter eroget, conferri in medium non debere à filio cohæredibus ſuis quaſi profectitium: ſed caſtrenſe velut, aut aduentitium, filio proprium ac peculiare manere. Luſitan. Legum Lib. 4. (Tit. 77.) quem ciet Anton. Gamma, in Luſitan. Senatu Conſiliarius, Deciſ. 308. Imò nec ampliùs quicquam fert ſocia mulier *dotalitij* titulo, quàm ſocietatis, ex rebus à Principe, marito donatis. Vt à Nobis demonſtratum eſt, Fiſcali Galliarum Volumine, & à noſtris hominibus obſeruatum admonet vetus Codex ciuilium Franciæ Morum, quem illuc priſco ſuo idiomate tranſcripſimus. Præterea in commune non redigitur, quod coniugum alterutri ab conſanguineo liberaliter erogatum ſit hac lege, vt donatario proprium cedat. d. §. 246. Cum Authent. Vt lic. matr. & auiæ (In prin.) Dempto, ſi vniuerſorum ſocij coniuges extiterint. Alexand. in Reſpon. 66. Lib. 4. Molin. ad §. 283. Borboniæ Conſuet.

> Legis Vuiſigothorum Lib. 5. Tit. 2. Cap. 3.
>
> Lege Longobard. Tit. 60. De fratrib. qui in caſa communi remanſerint.
>
> Portugalliæ Regia Ordinatio, proximè accedens ad Iuſtinianeam leg. vlt. Cod. de Collat., Caſtrenſia bona, vel aduentitia, in collationem non venire inter cohæredes.
>
> Deciſiones Luſitanicæ.
>
> De Domanio Frãc. Lib. 3. Tit. 12. Art. 11.

13 INTER onera coniugalis Societatis, receptitium pretium eſt alienati hinc inde à coniugibus patrimonij. Art. 232. Pariſ. Conſuet. Id quod producitur ad diſtracta etiam, antequam noua hæc Pariſiorum Conſtitutio promulgaretur. Hæſitandi certè cauſam adfert patrimonialis fundi venditio pridem contracta, perfectáque paulo momẽto: quæ coniugum ſubinde alterutri proprietario, in conſortem agendi ius tribuerit, vel negarit, pretij condictitium rei ſuæ. Ex quo, poſterior Lex, edita An. 1580., minimè retroduci videtur ad actus iam irreuocabiles, ſuíſque partibus abſolutos. Vt ſubindicat Renunciatio geſtorum in nouanda ea Conſuetudine: quæ, præterita, non ideo præiudicata obnixè conteſtatur. Etſi verò Senatus, rem conſilio permiſerit, poſtridie Idus Apriles, An. 1587. Ego cum antiquis Fori noſtri Conſultis, reor, id negotij recentiori More definiendum, ab eóq; More, ſub-

> *Action de remploy de l'argent des propres de l'vn des cõioincts alienez.*
>
> Proceſſus verbalis Conſuet. Verſ. *ont eſté adiouſtez pour l'aduenir, ſans preiudice du paſſé.*
>
> *Appoincté au Cõſeil*, die. 14. April. 1587. *plaidans Godefroy, & Du Buſſon.*

Digitized by Google

Ante matrimonij ſolutionem morte mariti, mulier nullũ propriè ius habet in mobilia, & quæſtus, licet municipali Lege communes vtrique, vulgò dictos.

ſidiariam de fundi pretio actionem licitè peti. Cuius ſcilicet actionis uis efficaciáque in diem ſoluti matrimonij cõferatur, longè poſt hanc Municipij Legem in æs inciſam. cit. §. 232. Verſ. *eſt repris ſur les biẽs de la Communaulté.* Quid enim, ſi, dirempto connubio, vidua cõiunx, eiusvè hæredes bonis abſtineant communibus? Quo caſu, irrita, luſoriáque marito ſuperforet pretij rei ſuæ condictio: quod ex communi duntaxat ſubſtantia illa pretium repeti potuerit. Meritò igitur, anteriores actus, quorum executio pendeat à futuro rerum exitu, ſubſunt Legi interim conditæ, non autẽ, vetuſtiori contrariæ: quæ celebrati Actus tempore inualuerit. Bald. in l. illam Cod. De donat. Panorm. ad Cap. vlt. de Conſtitut. Idémque, ex ſubſimili facti ſpecie, decreuit Curia Pariſ. in nepotes Ludouici Diſqueï: Senatore Graſſino, litis ſeriem collegis ſuis referente. Vt Molineus, diuerſæ licet ſententiæ aſſectator, Notis ſuis prodidit, ad §. 183. Syluanectenſ. Conſuet. Nec diſſentaneum his S. Cõſultum protulimus Lib. 3. Andenſ. Leg. Quinimò tanta Iuris æquitas affulget repoſcenti coniugi pretium diuenditi vtrinque patrimonij, vt ab ſuperſtite etiam, mouentium, quæſtuúmque donatario, illud ritè condicat. Etſi enim pretij ſors talibus confuſim bonis admixta fuerit, quæ donatario vniuerſim acceſſerint: Haud ideo vtique ſortis ipſius, quaſi purè mobilis, extincta repetitio eſt, cõfuſionéq; illa euanuit: quò minùs ei Mobilium poſſeſſor ſatisfacere compellatur. Pretium namque alienati fundi patrimonialis, iuſtè reſumitur ex communi Mouentium aſſe, & Quæſtum coniugalium: tãquam patrimonij ſuccedaneum, ex cuius venditione redactum ſit, in eiúſque ſuffectum vices, ſubſidio quodam. Argum. l. ſi eum D. ſi cert. pet. l. vlt. ff. De negot. geſt. Maſuer. in Tit. de Societ. §. item nomina. Verſ. *niſi illa nomina proueniant ex alienatione rei immobilis.* Quinimò ſi nuptialibus Tabulis cautum ſit, vxoriam dotem, ac patrimonia, quæ maritus forſan conſtãtibus nuptijs diſtraxerit, ex proprijs illius facultatibus repetitum iri, Tũc nulla actionis parte confuſa ob cõnubiale opum conſortium, mulier ſua repoſcet ſolido iure ex priuatis ac peculiaribus viri fortunis. Quemadmodùm à ſumma Pariſiorũ Curia pronuntiatum fuit in ſanctiore illo Auditorio: quùm Doleus, viduę coniugis: & Martinus, priuignæ, hęredis patris ſui, cauſá peroraſſent. Tertio Kaléd. Sextiles An. 1598. In Municipijs autẽ, quorũ ciuili Inſtituto, proſpectũ non ſit expreſſim æquabili inter cõiuges alienatorũ penſationi, nulla tùm eſt hoc nomine prodita rei vxoriæ actio: ſed huius pretiũ rei cẽſetur, promiſcuę coniugaliũ bonorum cõmunioni mixtũ, atq; cõfuſum. Vt Patres Conscripti iudicio definiêre, in tertia Curiæ Inquiſitoria Claſſe, Nono Kaléd. Februar. An. 1579. ad prouocationẽ ex Cenomania, inter Germanum Anthenaſiũ, qui Curiã appellarat, & Magdalenen *de Corel*, econtrariò, diſſertantem. Nil diuerſum, Rhemenſes inter municipes, decretũ à Senatu, accepimus, 6. Iduũ Iãuar. An. 1573. Ameloto, & Cauchonio, litigatorũ cauſidicis. Ibidem tamen, vbi nullum Moribus receptum ſit, dotaliuè Pacto, diſtracti patrimonij

Tit. Ex empto, & vẽdito. Art. 15. Cum Tit. De connubiali bonor. ſociet. Art. 12.

Pretium, in particularibus etiã, ſuccedit loco rei, in ſubſidium: nedum in vniuerſalibus.

Areſtum Curiæ, *en plaidant*, die. 30. Iul. 1598. pro Maria *Bouchardeau*, vidua Nicolai *Guignart*, contra filiã ex priore matrimonio hæredémque d. Guignardi. Super appellatione à Præpoſito Pariſien.

Placitũ Curiæ, die. 24. Ianuar. 1579. *ſur l'appel du Lieuten. du Mans.*

Simile Iudicatum, die. 8. Ianuar. 1573.

Digitized by Google

patrimonij pretium coniugi alterutri rerum domino, licet alteri, in contrahenda venditione; ſeu aliquantò pòſt, bonam fidem agnoſcere, & inita rerum æſtimatione, indemnem venditorem ſeruare, aliorum ſubrogatione fundorũ, vice permutationis cuiuſdam. Si Molineo credimus, in §. 164. Bleſenſis, &. 238. Borboniæ Conſuet. Demus verò, cōdicta matrimonij lege, prouiſum muliebri diſertè, non maritali indemnitati alienatorũ. Haud ideo minùs æqua conditione metiemur peculiares viri poſſeſſiones, quæ cōnubio ſtãte venierint, vnà cum vxorijs latifundijs. Pari enim modo, tuẽdæ æqualitatis gratia, donatio ſimplex, quæ collationis onere eximitur, in medium conferẽda venit ei, qui, donata ob cauſã, referre in cōmune teneatur; l. illã Cod. De collat. Sic mero Iure, debita vtrinq;, etſi diſparia, lateq; diſcreta, inuicē cōpenſantur: l. cùm alter ff. De cōpenſat. l. 4. Cod. eod.

Si vir vxoriæ domus ſuperficiem vendat manente ſolo, uel ſyluam non cæduam, fundo aratoriáque vxori relicta, tenetur eam recompenſare. Quia etſi à ſolo ſeparata villa, mobilia facta ſint, quorum vir dominus eſt. Tamen in vſum profuſæ dilapidationis ab eo tentata, præter ordinariam patrũfamil. œconomiam, obnoxia ſunt vxoriæ Indemnitati præſtandæ.

Soulte de partage de ſucceſſion eſcheuë à la femme mariée.

14 Finitima his ſuboritur quæſtio, de oneribus cōnubialis bonorum ſocietatis: An viro Vxoris cohæredibus aurum ingens ſupplente, ad hæreditarias partes exæquandas, ſolidum ipſe exigat probè à coniugis ſucceſſoribus, qui bonorum communionem repudiarint. Dubitandi anſam præbet communes tùm coniugum loculi, quùm ſupplementi nomine erogata pecunia ſit Arbitrio familiæ herciſcundæ. Ex quo, numerati æris dimidiam ſolam contuliſſe de ſuo maritus cẽſeatur. Bonorũ enim repudiatio ſequens, ciuili modo accipitur, de iis duntaxat, quę tunc temporis extarent penes ſocios & conſortes, non quæ priùs impenſa, conſumptavè eſſent. Verùm enimverò legitima illa mediæ partis nummariæ condictio propriè competiit, aut ceſſit die ipſo diſtracti matrimonij, neutiquàm priùs coniuges inter ipſos exercenda. Nunc ergo ceſſante opum communicatione, queîs alter omnino renunciet, conſequitur, integram æris ſummam, quę vxoria prædia auxerit, marito reddundam: cui, nummario iſto auctario, nil ſeratur, nec metatur. Eadem ratione, maritus, ſi gentilitium quidem vxoris latifundium luerit, abſolueritque annuo vectigali pecuniario, dimidiatim ſuccedit in ius creditoris, qui communi cōiugum ære dimiſſus ſit. §. 244. & 245. Pariſ. Conſuet. Omnium tamen rerum ſocietate coïta inter virum, & vxorem, cōmune negotium gerit alteruter, qui prædiaria coniugis onera, Reditúſque annuos redimat: nec promiſcua iſthæc amborum liberatio parit alteri in alterũ repetitionem. Saluij Iuliani ſententia, in l. qui hominem §. vlt. ff. De ſolut. Vniuerſarum quippe fortunarum ſocietas ſecum implicat perplexã onerum communionem. l. cùm duobus §. ſocium vniuerſa l. omne æs alienum D. Pro ſocio. Hinc licet nummarij ſumptus in rem vnius fratris aut filij, non ſint ex communibus ſumendi loculis: aliud tamen inter ipſos omnium conſortes bonorum ſtatuendum. Alexandri I.C. reſponſo. 48. & 154. Lib. 2. Rurſus inter quos Legitimum modò ſtet bonorum conſortium, viro, vel vxori ſi obtigerit mobilis ſimul, immobiliſque hæreditas, nummariis obærata penſionibus, Has luet pẽſiones impune hæres ex Mobilibus hæreditariis:

Maternæ item dotis collatio in ſucceſſionem aui materni, quæ incũbebat nepoti matris hæredi, onus eſt ſucceſſorũ huiuſce immobiliũ maternorum, non autem patris mobilium hæredis. Tale enim debitũ hæreditariũ, eſt reale, immobile, fundorũmque maternorum pretium, quod maternam defuncti portionem inter collaterales auget vel minuit: quùm talia bona ad patrem non veniãt. Sed pro rata mobilium auitorum, in quæ filio pater ſuccedit, hunc etiã teneri propius eſt.

Rachapt de Rente deuë par l'vn des mariez, eſt faict acqueſt à l'autre pour moictié.

Secus in fundiatio purè reditu, nec redimibili. Nam ſi vltrò redimatur ab altero cōiuge, vt hæreditariũ fundũ ſuũ exoneret, indiſtinctè debet hoc caſu dimidiũ eius reditus ſocio coniugi, quãuis hęreditariorũ mobiliũ participi. Nam hoc onus magis eſt reale, & immobile, quàm perſonale, & hæreditarium. l. ſi fideicommiſſum §. tractatum ff. De Iudic. Et §. 244. Pariſ. Mor.

neque tùm alteri in alterum coniugem quæretur dimidia redemptarum ipſarum. Mouentia enim, hæreditate non tranſeunt ad ſocios bonorum coniuges, niſi alieno ære ſubducto. l. ſi vniuerſæ Cod. De legat. Leg. ſucceſſores Cod. Ad leg. Falcid. Quin & hæredi viro ius fuit, hæreditate prorſus abſtinere, communi amborum incommodo. l. qui autem D. Quæ in fraud. credit. Aſt ſi aliunde, quàm ex mobili ſubſtantia, diſſoluantur oneroſi Reditus hæreditarij, Tunc pro rata ſaltem Mouentium illorum, quæ coniugalem rerum ſocietatem auxerint, minuitur media pars liberati Vectigalis, quæ ſocio coniugi lege acquiritur. Tale enim onus cunctas reſpicit defuncti facultates: Ex quibus portionem ferens, tantumdem æris alieni luat, neceſſe eſt.

In Verſ. *ſans l'auctorité & conſentement de ſond. mary.*

Florentinum Statutum.

Mediolanenſe.

Papienſe.

Zélande.

Vtrecht, Vltraiectū, de cuius Statuto, Montanus (Cap. 3. Tract. De iure Tutel. & Curation.) Quòd nuptæ omnes actus iudiciales faciant auctore marito, vel alio tutore ad hoc ſpecialiter electo.

Hiſpanica Lex regia, vxores abſque maritorum licentia cōtrahere nō poſſe.

Femme eſt en puiſſance de mary, etiamſi non ſit communis in bonis: ſecus, ſi facta ſeparatione.

Nec poſt ſponſalia quidem in facie Eccleſiæ contracta, & pacta dotalia, mulieri fas eſt, bona ſua alienare, aut parentum ſucceſſioni fauore fratris renunciare, ſine conſenſu ſponſi ſui. Conſil. 10. Nicol Euerardi.

MVLIER, abſque mariti auctoritate, nec ſtat in iudicio, nec obli- 15
gationes contrahit legitimè. §. 223. 224. 226. 234. Pariſ. Morum. Comparem his Florentiæ Conſtitutionem refert Baldus, in l. velles Cod. de reuoc. donat. Mediolani item, Ticini, Cortonæ, Spoleti, Aſſiſij Leges prædicantur conſimiles. Reſponſo. 164. Signorel. Homodei, 488. Baldi, 54. Fr. Aretini, 23 & 139. Baldi, Lib. 5. Conſonum his Vltraiectinæ Ciuitatis Belgicæ *Statutum* cietur à Paulo Montano. Mattiacis item Zéelandiæ Inſulariis uetitum eſt coniugibus, ſua abalienare, niſi maritali conſenſu: vt tradit Nicol. Euerardus, Middelburgenſis, Mechliniæ in Senatu Præſes, Conſil. 144. Nec abſimili Lege tenentur Iberici Pop., edita in Taurinis comitijs à Iana regina, Karoli. 5. Cæſ. matre, ex antiquiori Vſu ritúque Hiſpanorum. Sicuti Didac. Couarruuias memorat, in Libello, De effectu coniugalis contractus. Proin etſi nulla coniugatis intercedat bonorū communio, in irritū recidunt muliebres cōtractus, niſi, auctore viro, celebrati. Alio enim loco habetur vxor à viro ſeparata cenſu, & cenſus, cum eo, minimè conſors ipſa ac particeps. Illa quippe, ciuili poteſtate mariti ſoluitur: hæc, non ita. Vt argutè diſtinxit Molineus, ad §. 170. Borboniæ Conſuet. Quò ſpectat etiam Lex Pariſiorum, cita. Art. 224. & 234. Nec à priſcis modò Gallis apud Iulium Cæſ. repetitur virile in vxoria capita imperium, ſed ab Moſaico Hebræorum Iure vetuſtiori. Leuit. Cap. 21. Abſentis tamen mariti auctoritatem Iudiciaria ſupplet aliquando, ſi è re mulieris fore videatur. l. bonorum Cod. Qui admitti l. ſi infanti In fi. Cod. De iur. delib. Baldus, & Caſtrenſis diſertè, in l. tranſactionem Cod. De tranſact. Quòd ſi præſens maritus, auctor fieri vxori nolit, ad Iudicem appellatæ: Tunc recuſationis huiuſce cauſam excuti iudicio oportet. Quam ſi Prætor iuſtam arbitretur, virum munere illo, ac onere ſoluet impunè: Sin minùs, eam mulieri accommodabit auctoritatem, hac lege, vt ſententia in vxorem lata, ad exitum deducatur contra maritum. Ex Bartoli dictatis, in l. ſi cùm dotem §. eò autem tempore D. ſolut. matrim. Bald. in Rubr. De contrah. empt. Cod. Verbi gratia, ſi de hæreditate agatur vxori delata,

Hæreditariiſque

Hæreditariíſque eius negotiis, quibus implicare ſe maritus vereatur Eo caſu, auctoritatem coniugi, abnuente iſto, Iudex interponit, ci ra fraudem ac diſpendium mariti: Nec ius dicentis decretum exequi in res illius fas erit, ſed in vxoris patrimonia ſola. Quemadmodùm à Lutetianis PATRIBVS definitum eſt in pomeridiana cauſarum diſceptatione forenſi. 16. Kalend. Februar. An. 1558. Rupefortio, Baronis d'Orbeci appellantis: & Ruta, creditoris hæreditarij Cauſidicis. Nonnunquam verò adiicit Senatus, auctoritatem denegante viro, in vxorem Iudicata, fieri debere ex parte vxoria cõmunium bonorum, diſſoluta coniugum ſocietate. Areſto poſtridie Nonas Apriles, An. 1556. quùm Sammelorius pro Coſſigneo marito, Greſleus pro vxore, Fonteneus pro aduerſario peroraſſent. Quòd ſi improbabili ratione, auctor vir vxori recuſet adeſſe, tunc ſubſidio Iudex adhibetur auctor, nuncupata conditione, vt deciſa in vxorem, purè abſolutéque ex communibus amborum fortunis executioni mandentur. Placitis Curiæ extemporaneis pridie Kalend. Martias, & poſtera luce. 1. Mart. An. 1557. Quibus appoſitè ſubnectuntur Tiraquelli ſcripta, De Legib. Connubial. Ad §. 1. Pictonicæ Conſuet. Tit. de poteſtate, iuréque maritali.

Decretum Senatus die. 17. Ianuar. 1558. *pour le Baron d'Orbec, en Normandie; contre vn creancier, de la ſucceſsion eſcheuë à ſa femme.*

Areſtum Curiæ die. 6. April. 1556. *pour le ſieur de Coſsigny, mary.*

Placita Curiæ, *en plaidoyrie*, die vlt. Febr. & 1. Mart. 1557.

16 BONIS tamen qui ceſſit maritus, auctoritatem ſuam accommodare vxori nequit, iudicium accipienti, vel edunti. Nec enim agens ipſe, aut conuentus, à Iudice auditur. Vlpiani Leg. Item ſi vnus ff. De recept. & qui arbit. receper. Tum Gordiani Cæſ. Reſcripto. 3. Cod. De bon. auctorit. iudic. poſſid. Ac Iuſtinianeo §. vlt. Inſtitut. De replicat. Abſurdũ quippe eſt, Labeonis opinione, ei, cui alienatio inhibetur, permitti actiones exercere. l. Ait prætor. §. 2. ff. De iur. deliber. Gallicis ſaltem in Tribunalibus, haud priùs admittitur, qui bona ſua propalàm in iure dereliquerit, quàm ſatiſdet Iudicatũ ſolui. Vt Senatorijs decretis ſtatutum eſt, in publica diſſertatione cauſarũ, poſtridie Idus Apriles, & ſeptimo Kalend. Septembres An. 1598. Anterius vtique latum, victore Franciſ. Gottofredo, qui appellantis partes tutabatur: aduerſus Nicol. Rollandum, ediuerſò, altercantem. Poſterius, inter N. Galliferum, pro quo, Nauarrotus: & Claud. Hubaldum, pro quo Taleus, egêre in quinta Senatus Inquiſitionum decuria. Aſt valeant iſthæc quidem in Iudicijs, forenſibúſque controuerſijs, quarum eſt maritus expers, qui bonis ceſſerit: Cui præterea facultates deſunt; quibus, auctore ipſo, in coniugem pronuntiata, ad effectum perducantur. Sed longè aliter, de maritali auctoritate vxoriis contractibus neceſſaria: quæ nec virum ſola, nec res eius vllatenùs obligat. P. Caſtrenſis ad l. vlt. §. neceſſitate Cod. de bon. quæ liber. Qualiſcunque item mariti intereſt, vxoriam ſubſtantiam, eius licet ſeparatione in virum decreta iudicio, haud temerè alienari, ſed diſpenſari probè: vt ex ea coniunx ſeſe, virum, ac liberos alat. Iuſtinianea ſanctione à Nobis relata alibi. Cæterum neutro caſu auctoritatem ritè interponit minor annis maritus vxoriis Actibus, vel iudi-

Celuy, qui à faict ceſſion de biens, s'il peut auctorizer ſa femme, en iugement, ou dehors.

Curiæ Areſta, cedẽtes bonis, cautionẽ dare teneri de iudicato ſoluendo, antequàm ad litigandum admittantur. Primum die 14. April. an. 1598. Alterum die. 26. Auguſti eod. An. *en plaidoirie* in 5. Camera Inqueſtarum.

Lib. 3. Doman. Frãc. Tit. 19. Art. 12.

ciariis, vel pactitiis. Nec enim præſtare alteri auctoritatem ſuam poteſt, qui aliena ipſemet indigeat. l. vlt. Cod. de legit. tut. l. filium D. ad S.C. Maced. Nulla adeo, Vlpiani verbis, differentia eſt, non interueniat auctoritas tutoris, an perperam adhibeatur. l. 2. ϖ. De auctor. tut. Ideóque præclarus Legum profeſſor Bened. Plumbinus in hanc partem inclinat, vt alicuius ſiue conſenſum, ſiue conſilium, quod patria Conſtitutione exigatur, de maiore annis duntaxat accipi oporteat, prudente nimirum, & compote conſilij. In l. 2. ϖ. De Manumiſſ. vindic. Idque P. Caſtrenſi placuit, ad l. ſi cùm dotem §. ſi patri D. ſolut. matrim. Imò nec vir ætate prouectus, minoris auctor coniugis ferendus eſt, ius experturæ in Foro, vel contracturæ. Nam ſimili modo, paterna auctoritas pupillari obligationi inutiliter accommodatur. Gaij I.C. leg. vlt. §. pupillus. ϖ. De verb. oblig. Quò recidit expreſſim P. Caſtrenſis opinio, Iuris reſponſo. 106. Lib. 2. Et Tiraquelli, in Conſuet. Pictauorum. Art. 1. De poteſt. & adminiſtr. marit. Ex quibus colligere eſt, ciuicæ Legis ſolemnia vxorio Actui interueniſſe non uideri: niſi &, quæ communi Iure præſcripta ſint, intercedant. Abs quo nempè communi Iure ſupplenda venit Conſtitutio Municipalis. Tametſi enim coniuges quique, in ſuam tutelam perueniant ilico More Pariſienſi: Hoc procedit quidem in fructuaria rerum ſoli diſpenſatione, non verò in earum alienatione, priuatim, publicevè contracta ab iis infra vicenum quinum ætatis annum. §. 239. &. 272.

In Ver. *de ſon mary*, Glo. 8. Num. 49.

Maritus certè maior. 20. annis, de mobilibus ſuis diſponere poteſt. d. Art. 272.

Infra autem, vel ſupra iuſtam ætatem, quod diſtraxerit vxor, 17
viro inconſulto, ratum habere uidua poteſt. Ex toto Tit. Cod. Si maior fact. l. ſi pupillus, In prin. ϖ. De nouat. Vnde & vidua coniunx, eum, quî cum pacta ſit pridem, rectè vrgebit ad contractum implendū. P. Caſtrēſis Reſpon. 91. Lib. 1. Quarū enim fauore mulierū introducta eſt Lex prohibitoria, earum in odium minimè detorquenda. l. non eò minùs Cod. De procurat. l. Iulianus §. ſi quis colludente. ϖ. De act. emp. l. obligari. ϖ. De auctor. tut. Aſt, è diuerſo, cœlebs mulier, legéque viri ſoluta, non cogitur ſtare conuentis ab ſe coniuge citra mariti conſenſum. §. 223. Pariſ. Conſuet. Quam in ſententiam, conflictim diſcuſſa re, procliuiùs itum eſt à Tiraquello, in cit. §. Pictonicæ Legis. Tum à Molineo, in Art. 110. Senonenſ. &. 225. Pictauenſ. Conſuetud. Eòdem vergunt Baldi ſcholia, in l. 1. Cod. De ſacroſanc. Eccleſ., de filijſfamil. teſtatione ſuprema, piam in cauſam edita abſque paterno aſſenſu: quæ nec, mortuo etiam patre, conualeſcit. Subiuncta Vlpiani ratione, in l. 1. §. ſi filius De legat. 3. & l. 1. ϖ. De regul. Caton. Quinimò nec omnia, quæ à muliere geruntur, probante viro, Iuris vinculo fulciuntur. Vtputà ſi, in contrahendo negotio, defunctoriè renuntiatum ab vxore feratur Velleïanæ Legi, & Iuſtinianeæ, Si qva mvlier: quæ ei ſpeciatim Leges explanatæ non fuerint. Vt à Nobis ſupraſcriptum eſt. Ponamus autem, maritum ipſum Obligatoriis tabulis ſpopondiſſe,

Viduæ autem creditor, quæ renubit, cum exceptione mobilium, & Debitorum anteriorum vtrinque, ius habet prehendendi bona propria debitricis, tam mobilia, quàm immobilia, & eorum poſſeſſione exuendi maritum: Ad quem res tranſiit cū ſuo onere hypothecatum. Ceſſante autē illa exceptione, maritus etiam perſonaliter tenetur illis vxoris debitis. Art. 221. Pariſ. Conſ.

Digitized by Google

pondiſſe, ab vxore rem ratam haberi poſthæc, repudiatumq; iri omne, de muliebri interceſſione, Legum auxilium, quod iis tùm ſigillatim Tabulis enucleatum ſit. Cedò, reſcindetúrne ideo vxoria ratihabitio poſterior, quòd talis ſenſum beneficij Legum particulatim non refricet? Minimè ſanè, quùm, perlectam ſibi priùs mariti cautionem coniunx adprobarit. Quare ſemel certam eam, ſui iuris denuò certiorem fieri, nil fuit neceſſe. l. 1. ϖ. De action. emp. Rati item habitio vxoria, ad actũ retroducitur anteriorem: cui muliebrium Legum ſumma, mulieribúſve fauentium nominatim intexitur. Itaq; Lutetiani PATRES coniugem ſummouerunt petita aduerſus eiuſmodi ratihabitionem integri reſtitutione. Iudicato. 6. Idus Ianuar. An. 1593. ſecundùm Mariam Colinetam, viduam Spiritus Auberti: contra Ianam Telieram, Ioh. Maugerij viduam mulierem, quæ ab Regiæ vrbis Prætore Senatum appellarat. Mulier demùm, quæ vinculis diſtrictum coniugem, reum debendi, iudicio ſiſti cauerit, nulla. S.C. Velleyani commemoratione, fruſtra confugit hoc nomine ad Principis oraculum, ex eoque molitur fideiuſſorij nexus ſolutionem. Quamuis enim mulierem adhibens ad ſatiſdandum, nihil agat: Paulina leg. De die §. 1. D. Qui ſatiſd. cog. Tamen vt minor. 25. annis lege obligatur captiui patris redemptioni, pupillarium etiam alienatione prædiorum. Cap. 3. Nouellæ Conſtitut. Vt cùm de appellat. cognoſc. (ex qua, deſumitur nota Authen. Si captiui De epiſc. & cler.) Ita mulier, cuius eſt infirmius, quàm iuuenilis ætatis, priuilegium, impiè detrectarit onus ſatiſdationis in liberationem vincti mariti. Quod Senatus pariter aduerſus eam iudicio decidit Nonis Sextilib. An. 1600. in publica Fori patronorum concertatione, Lamethi, pro creditore: & Martini, pro vxore Ioachimi *Dulac*. Paucula alia in hanc rem protulimus, Lib. 3. ECCLESIAST. POLITIÆ FORENS.

Ratihabitio retrotrahitur. &c.

Arreſt donné aux Enqueſtes le. 8. de Ianuier l'an. 1593. ſur vn procez party, & departy, en l'appel de la ſentence du Preuoſt de Paris du. 14 Septemb. 1590.

Mary priſonnier pour debte, eſlargy à la caution de ſa femme de le repreſenter, laquelle par Lettres ſ'en voulut faire releuer.

Fortius eſt minoris, quàm mulieris priuilegium Velleyanũ. l. ſi apud minorẽ ϖ. De minor.

Areſtum Pariſien. *à l'audience de la Tournelle* die. 5. Auguſti. 1600. Quo, mulier petita reſciſſione ſummota eſt interceſſionis pro marito, debitore, captiuo redimendo, licet intercedẽs nõ renũciaſſet Velleyano.

Sacræ Polit. Lib. 3. Tit. 8. Art. 5.

18 ALIENARE uetita vxor, niſi arbitro rei, & auctore marito, non prohibetur, alterius Actui conſenſum præbere, dubij euentus ac incerti. Exemplum promitur de fratre liberis orbo, qui fratris filios reuocarit in iura futuræ ſuæ hæreditatis: ſorore nupta, iis adſentiente, inſcio marito. Tractatum inde eſt, valeret necne vxoria, in iſthæc, conſenſio. Valere puto: quùm & aliud ſit, donare, aliud, donanti conſentire. l. 2. Cod. ſi aduerſ. donat. l. aliud ϖ. De reg. Iur. l. ſi pater §. vlt. ϖ. De manum. vindic. Ob lubricum inſuper, ancipitémque fati exitum, minimè circumuenta videtur mulier: cui ſi, priùs fratre, diem obire contigiſſet humanitùs, liberi ſuperſtites, pari cum fratris filiis iure, in bona patrui ſucceſſiſſent. Quippe qui, inferioris gradus agnato vno vocato, reliquos etiam cenſeatur vocaſſe in ſpem hæreditatis ſuæ. l. placet l. ſeq. D. de liber. & poſthum. Mortalium ergo conſilium fallax, non mortalitatis euentus, viam aperit reſtitutioni in integrum. l. verùm §. ſciendum ϖ. De Minor. 25. ann. l. de fideicommiſſo Cod. De tranſact. l. cùm proponas, filios Cod.

Rappel aux ſucceſſions collaterales, reuocabile, & ambulatorium. Molin. ad §. 139. Bleſen. Cõſuet.

Vendere cenſetur, conſentiens venditioni rei ſuæ: ſecus, ſi alienę. l. ſi liqueat, Cod. de inoffic. donat. l. 3. §. non tantùm ϖ. de donat. int. vir. & vxor. Bald. in l. 2. Cod. ſi aduerſ. donat. Tiraquell. in §. 1. Picton. Leg. Tit. de poteſt. & adminiſtr. marit. In verb. *contracter*. Glo. 5. num. 136. & ſeq.

Digitized by Google

De pact. Diuerſa porrò vxoris cauſa eſt, quæ mente capto viro curatrix data ſit à Iudice, & obtentu iſto res ſuas, nullis auctoribus, diſtrahat. Quamuis enim inanis habeatur eius auctoritas mariti, qui alieno iuri, Curationíque publicæ ſubiiciatur: Haud idcirco tamen vxori, quæ Curatorio munere tueri alterius bona debeat, ſua profundere liberum erit, ac dilapidare. Quando & redactum ad egeſtatem maritum alere de ſuo coniunx teneatur ipſa. l. mutus. §. manente. ꝟ. De iur. dot. l. vbi adhuc Cod. eod. l. ſi conſtante D. ſolut. matrim. Curatrici verò coniugi probè ſoluitur æs, debitum coniugali ſocietati. l. Ait Prætor. §. 1. ꝟ. De Minor. l. ſancimus Cod. de adminiſt. tut. l. ſi tutelæ D. eod. Quod minùs vtique demirabitur, qui M. Tullij argumentum in Topicis rimatus ſit, non quemadmodùm quod mulieri debeas, rectè ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas, ita, quod aut pupillæ, aut pupillo debeas, eodem modo rectè ſolui poſſe.

Dirempto coniugis morte matrimonio, communia partiunda ſunt ab eius hærede, cum ſuperſtite ſocio. §. 229. Pariſien. Legum. Rota Romana, in Deciſ. antiq. 842. de coniugalium rerum communium in æquas diſtributione. Quinetiam, Zéelandiæ Inſulæ Moribus, patrimonia, cum quæſtibus promiſcuè, ſcinduntur inter coniugum ſuperſtitem, & alterius ſucceſſores. Nicol. Euerardo ſcriptore, Mechlinienſis Senatus præſide. Conſil. 135. Sed antequàm teſtatò conueniatur alteruter de rebus inuicem diuidundis, alteri ius eſt, communem domum gratuitò incolere, nec habitationis ſuæ penſiones conferre in medium cogitur. l. duo fratres, vbi Baldus nuncupatim. ꝟ. De acquir. hæred. P. Caſtrenſis, & Iaſon. ad leg. 1. in fi. Cod. Qui teſtam. fac. poſſ. Idipſum quoque, Nouioduni ad Ligerim More ſtatuitur. Art. vlt. Tit. De ſociet. Borbonij itidem Municipij Ritu peruetere, Art. 280. Secundùm quæ, Patr. Conscr. iudicarunt pridie Idus Quintiles, An. 1582. inter Helenam Tatinam, Iani *deleans* viduam mulierem, quæ à Suppræfecto Clarimontis Bellouacorum Lutetianam Curiam prouocarat, hinc: Et Philippum Mereum, inde litigatores. Propter eandem rationem, Lege exploratum eſt, commune prædium occupantem, Prætoriis Interdictis non obſtringi, quaſi alienas in poſſeſſiones irruerit. Vnius enim poſſeſſio, commune reliquorum ius conſortum ſeruat, ac tuetur. l. meritò. D. Pro Soc. Caſtrenſis diſertè, Reſpon. 54. Lib. 1., & Molineus, ad §. 272. Cenomanæ Conſuetud. Illinc porrò deſcendit frequens ſatis & quotidiana hæſitatio, de communium Ædium habitatore, qui communi diuidundo Iudicio die dicta, conſenſerit illarum partitioni in viriles. Licitationem enim poſcente altero, itum ad Arbitros, peritóſque rerum æſtimatores: qui, oculis ſubiecto ædificio, renunciarint, commodè id partiri licere. Ex quo, iudicanti placuit, domum in portiunculas diduci ſeparatim, & habitationis mercedem à reo actori pro ſuo 19

Zéelandiæ Conſuetudo.

Niuernenſium Lex Municipalis.

Borbonius Mos.

Curiæ Areſtum die 24. Iulij An. 1582. à Lud. Carone relatũ, *de ſō Siege, & Baillage de Clermont.* Lib. 3. Cap. 7. *des Reſponſ. de Droict.*

Digitized by Google

ſuo modulo dependi. Quo ex capite Sententiæ, reo Senatum appellanti reſpondimus, iuſtè appellatum videri. Hic enim mediæ domus indiuiſim proprietarius, totam licitè potuit detinere, quoad diſtinctis inuicem portionibus ſepararetur. l. Iulianus §. Idem Celſus ꝟ. De action. emp. Secus autem, ſi habitator Ædium partem alij locaſſet. Nam hoc caſu, penſionis earum nummariæ quæſtum, referri in commune oportuiſſet. Bart. ad l. cùm in plures D. Locat. l. ſi quis putans §. ſiue autem D. comm. diuid.

Priuilege de Nobleſſe pour le gaing des meubles communs des mariez, au ſuruiuant ſans enfans. Quo mobiliũ lucro, confunditur & extinguitur ius mobile *de la repriſe du prix des propres du deffunct alienez*, pro rata *deſd. meubles.*

20 Illvstrivm vtique coniugum, extincto altero, nullis liberis, res mobiles non diuiduntur, quæ extra Vrbem cunque & Suburbia iaceant: Sed illorum ſuperſtiti, ſolidæ relinquuntur, ſterilis, ac infœcundi coniugij ſolatium. Art. 238. Pariſ. Conſuet. Quod plebeiæ etiam generoſi viri viduæ mulieri adplicatur priuilegium, ex Cæſarea leg. Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus De dignitat. Lib. 12. Cod. l. fœminæ nuptæ clariſſimis. ꝟ. De ſenator. l. Cùm te Cod. De nupt. Singulare videlicet hoc Ius inclytæ Nobilitati reſeruarunt Pariſiorũ Municipes, Belgis confines: Vt Belgarum quàm plurimi, quibus priſcæ robur Galliæ ſtabat, auctore Iulio Cæſ. Nam & publicus Galliæ Conuentus vno ore profeſſus fuit apud Turonas, An. 1483., Regij imperij Principatum Gallico Equitatu, ceu neruo firmiſſimo, conſtabiliri. Cap. de *Statu* Nobilium virorum, quod in Comitiali Turonum Libro extat. Idémque, Bleſenſi in Concilio Ordinum, de Francica Nobilitate prædicarunt reliquæ Pop. Claſſes. Cui ideo Equeſtri hominum generi ſaluas honorum prærogatiuas, ac immunitatum eſſe, voluit Princeps. Art. 256. Edicti Bleſenſis, An. 1579. Primitùs quoque ab vno Equitum Cœtu deliberatum legimus aliquando de ſumma Francicæ Reipublicæ. Clothario putà Rege Chilperici filio, Caluo dehinc, & Simplice Karolis, Galliæ viciſſim imperantibus. Quorum fidem facit Aimoinus, patriæ Hiſt. Lib. 4. Cap. 1. Cum eius Appendice, Lib. 5. Cap. 36. 41. Deinceps item, in Valeſio Philippo, Rege deſignando, An. 1328. apud Froſſartem eorum temporum memoriæ Magiſtrum. Volum. 1. Cap. 22. Verſ. *Et adonc les douze Pers, & Barons de France s'aſſemblerent à Paris, au pluſtoſt qu'ils peurent, & donnerent le Royaume d'vn commun accord à Meſſire Philippe de Valois, & en oſterent la Royne d'Angleterre, & le Roy ſon fils: laquelle eſtoit demeurée ſeur germaine du Roy Charles dernier treſpaſſé.* Quoties tamen Panceltica eſt, ſolenníſque indicta Francorum congreſſio, habita quoque tùm ratio Plebeij perinde, ac ſuperiorum Pop. Ordinum. Id quod, poſt Aimoynum in Clodoueo. 2., Eginhartum, & Adonem in Karolo Mag., expreſſit graphicè Froſſartes, in Iani. 2. Imperio, ſub finem Anni. 1356. hoc modo. *S'i s'accorderent, que les Prelatz eſliroyent. 12. perſonnes, qui auroyent pouuoir de par eux, & de tous les Clergez: les Barons, & les Cheualiers auſſi eſleurent douze Cheualiers les plus ſages, & les plus diſcretz, pour entendre à ce d'vn commun accord: Et les Bourgeois,*

Belgicæ Conſuet., Trecenſis, Art. 11. Victriacen. 74. & 81. Syluanecten. 146. Nouiomenſ. 31. Peronenſis. 126. Celtica etiam in Gallia, pares ſunt Leges Municip. pauculæ.

An ignobilis vidua nobilis uiri, fruatur Priuilegio Lucri Mobilium, ex Statuto, quod eſt ſtricti Iuris? Ita, quùm Legis fictio, quæ æquipollet veritati, faciat nobilem, quæ nobili nupſerit.

Clotharius Rex Brunechildi Auſtraſiæ Regnum poſtulanti reſpondit, cõuentum Nobilium debere eam aggregare Francorum, & cõmuni tractatu de communibus rebus conſulere. Aimoyni Lib. 4. Cap. 1.

Karoli Simpl. ætatem Proceres Francici incongruam exercẽdæ dominationi cenſuerunt, & congregati in vnũ, Odonem tutorem Karoli, Regníq; elegêre Gubernatorem. Aimoyni Lib. 5. Cap. 41.

Generales, Frãcici Regni, Status ſæpe conuocati.

douze, en autelle maniere. Leſquelles trente ſix perſonnes debuoyent eſtre moult ſouuent à Paris enſemble, & là parler, & ordonner des beſoignes du Royaulme, & toutes manieres de choſes ſe deuoyent rapporter par ces trois Eſtats. Cap. 155. &. 170. Lib. 1. Is rurſùm Auctor, ægro Karolo. 6., coactú Regni concilium prodidit literis, in hæc verba. *Pour lors les Conſaux de France, des Nobles, des Prælats, & des bonnes Villes eſtoyent à Paris, pour veoir & conſeiller, leſquelz, ou lequel auroient le gouuernement du Royaume, tant que le Roy ſeroit retourné en bon eſtat, ſe retourner y deuoit.* Hiſt. Volum. 4. Cap. 44. Eius ſeculi An. 1392. Ne interim ſilentio transmittam, quòd, ineunte Regnum Sexto iſto Karolo, Lutetiam coiêre Gallici Pop. primores, euocante eo: vbi Ciuitatum legati peræquè, ac Sacerdotes, Equites conſederunt, déque arduis Reipubl. propoſitis negotiis egêre. Decimo octauo Kalendas Decembres An. 1380. Vt Vilhelmi Nangiſij Appendice eſt comprehenſum. Noſtro itidem æuo, ſancitum fuit Aurelianenſi in Conuentu totius Galliæ, Plebem, vnà cum Clero, & Equitatu, ad maiora Regni Comitia acciri, nec à bina iſta Pop. Claſſe quicquam decerni ibidem poſſe, ſine Plebeïa. Legis Regiæ §. 135. Nam, vt dicta eſt quondam, Auſonij verſu.

Pariſiis congregati Ordines Gallici Pop., Die 14. Nouemb. An. 1380.

Edictum Aureliæ latum An. 1560.

Martia Roma triplex, Equitatu, Plebe, Senatu:

Ita Chriſtianæ Galliæ Congreſſus triplici hominum genere conſtat, Sacerdotum, Equitum, & Plebis. Quæ alioqui Plebs nullo numero iſthîc habebatur Iulij Cæſ. tempeſtate, nec vlli Conſilio adhibebatur. Ac velut infimum etiam Populi Ordinem bene moratæ Ciuitates adſciuêre ad Comitia, iuráque publicorum ſuffragiorum, M. Tullio, & Liuio teſtibus locupletiſſimis: Francica pariter ciuilis vitæ norma, ac conſtitutio vetus haud reſpuit comitialem ignobilium virorum ſententiam, nec, in formanda Ordinum diſciplina, Plebeïum contemptim prætermittit. Prudens necnon populari Conſeſſui leuamen attulit nouiſſimè Senatus Pariſiorum, quùm ſingulas Municipij vnius Claſſes in aliud traduci vetuit ad Publicos Conuentus agendos. Verbi gratia, Ambarrorum Dux ſupremo quodam imperio ſuis præeſt: ſalua honorariæ fidei penes Gallum regem prærogatiua, ſummorúmque Iudiciorum forenſium, penes Senatorios Lutetiæ magiſtratus. Quoniam tamen Dux Ambarros præſtò adeſſe iubebat Comitialibus Lotharingiæ ſuæ diebus extra patrios, Gallicæque Monarchiæ, fines, à Senatu interdictum ei fuit tranſlatione Barrenſium in externam Regionem, ſpecie indictorum iſthuc Comitiorum. Decreto Nonis Septemb. An. 1601.

Cæſar, Belli Gallici Lib. 6.

Cic. in Orat. pro domo ſua, T. Liuius, Lib. 26. Et Valerius, Lib. 3. de tribus Pop. Ordinibus, Plebeïo, Senatorio, & Equeſtri.

S. Conſultum die. 5. Septemb. 1601, inter Theodoricum *Loſfiel*, Barrenſem ciuem cum litis conſortibus, Et Lotharingum Barrique Ducem. *Que ou ledict Duc aſſemblera cy apres les Eſtatz du Bailliage de Bar & terres de la Mouuance du Roy, pour aucunes impoſitions & octroyz, ou aultres cauſes, ladicte Aſſemblee ſe fera au dedans dudict Bailliage & terres de la Mouuãce, & non ailleurs.*

VT Nobilitatis priuilegio, mobiles: ſic res ſoli cõmunes, ſibi lu- 21
crifacit ſuperſtes coniunx, alterius hæredũ repudiatione. Sed viduæ mulieri, huiuſce beneficium Renunciationis competit, ſuopte in alios compendio: Maritis autem, nullo alterius diſpendio, ſuppetit. Art. 228. & 237. Pariſ. Conſuet. Propone nimirùm, ſecundam vxorem, quæ communibus cum viro fortunis ceſſerit, pretium fundi

Renonciation à la Communauté: qua, ſocietatis pars vxoria viro accreſcit, huiúsve hæredibus, retroactiuè, nec quaſi nouo titulo dominij in hęredes tranſlatitio. §. 5. & 237. Leg. Pariſ.

Digitized by Google

fundi debere, ab ea comparati vnà cum priore marito. Quæſtionis eſt, an vxoria illa bonorum ceſſione communium, onus alieni æris huiuſmodi, in ſecundum transferatur virum. Minimè ſanè, quùm ſolus fundi comparator, aut particeps, eius pretio oneretur: vt quem prædiaria commoda, eundem onera prædio indicta conſectentur. l. Cùm poſſeſſor. ϖ. De cenſib. l. prædijs D. de iure fiſ. Sic, Hermogeniani verbis, æquum non eſt, hæreditatis emolumentum à ſcripto hærede refundi alteri, ipſum verò oneribus hæreditariis obſtrictum relinqui. Leg. Nam quod §. non omnis D. Ad S.C. Trebel. Hinc & Symmachi dictum Præfecti Vrbi, *Quicunque parentũ beneficijs obligãtur, neceſſe eſſe ad hæredes nexum debiti pertinere.* Epiſt. 68. Lib. 2. Itaq; PATRIBVS. C. placuit, mulierem à viro diſparatam cenſu, communibúſque bonis abſtinentem, ſubſidiaria in eum actione ſummoueri, indemnitatis nomine pretij debiti fundorum, quos dominio mancipióque ſola poſſideret: Tametſi pretium hoc in numeratam creditámque pecuniam transfuſum videretur. Eximio Decreto, 13. Calend. Sextiles An. 1596. pro Vilhel. Moriſeo, qui Ianam *Duchat* coniugem liberare modò damnatus eſt præteriti temporis penſionibus ſeu vſuris debitæ ſortis, quo tempore empti latifundij fructus percepiſſet. Iuxta leg. Apud Iulianum §. hæres ϖ. De legat. 1. l. quæro ϖ. De vſufr. leg. Cæterum ſi peculiari quodam Regionis More, abrogetur cedendi ius bonis communibus in perniciem creditorum: His tamen eximi creditoribus viduam, repudiata communione eiuſmodi, pronuntiauit Senatus. Kal. Martiis, An. 1559. Decretum citante Molineo, ad §. 8. Montargiuæ Conſuet. Tit. de coniugali bonorum ſocietate. Cui ſubſimile Iudicatum refert & ipſe Pictonum Legis paraphraſtes, ad Artic. 252. ex publica forenſi diſceptatione Rogerij creditoris, pro quo egi: & Mariæ Boulaïæ, pro qua Briſſonius, qui ſcriptis mandandi Areſti Molineum admonuit. Nam in pomeridianis cauſarum Actionibus concertatam rem PATRES miſerant in conſilium, Mart. Menſ. An. 1564. Quam haud diu pòſt vltimo iudicio definière. Peruetus ſanè hęc muliebris renunciationis libertas, immunitáſque obtinuit vbique, luculento Iani Butelerij teſtimonio, Regij in hac Curia Senatoris, formula tali. *Item la Dame, ou Damoiſelle, qui prend doüaire, ſelle ne veut partir à payer les debtes de ſon mary, elle peut renoncer aux meubles, & cateulx. Et parmy ce, elle demeure quite de toutes les debtes, & ſi emporte franchement tout ſon doüaire, ſans que pour les debtes on la puiſſe pourſuiuir, iaçoit ce qu'elle fuſt obligée en temps de ſon mary: Mais ſe obligée y eſtoit, & elle euſt biens, ou heritages, qui fuſſent de par elle, à iceux biens ſe pourroit on trayre, entant que obligée y ſeroit, & non plus.* Alioqui enim, ſocietatis lege ſola quę obligatę ſunt creditoribus mulieres, illa repudiata, liberantur, nexúque ſoluuntur Legitimę obligationis. §. 221. 228. 237. Pariſ. Conſuet. Nihilò quippe liberius eſt viris, proprios vxorum fundos cuiquam oppugnerare,

Emptæ rei pretiũ, onus eſſe reale, & ſoli domino rei incũbere, edocuimus Lib. 2. Legum Andegauen. Tit. De hæreditariis feudorum onerib., Art. 3.

PlacitumCuriæ, die 20. Iul. 1596.

Quoad debita cõiugalis ſocietatis, mulier huic renuncians, quamuis perſonaliter obligata creditoribus, exonerari debet prorſus à marito eiuſuè herede. Peronenſ. Conſuet. Art. 1 9, Aurelianæ. 205. Britonicæ. 412., Ambianæ, 99. Et alibi paſſim, teſte Molineo ad §. 245. Borbon. Leg. Quod interpretatur Aureliana illa Lex, *tant ſur les propres du mary, que biẽs de la communauté.*

Placitum Curiæ Pariſien. die. 1. Mart. An. 1559. *Que tant la vefue, que la fille ayans ſtipulé en leur contract de mariage, de pouuoir renoncer à la Communauté, ne ſont tenües des debtes d'icelle, non obſtant la Couſtume derogatoire à telles renonciations.*

In Summa Rurali, Tit. *Du Droict de doüaire.*

Priuilegium vetus Nobilium viduarũ Pariſien., mobilibus renunciandi, *fut pour les voyages de guerre, & d'outre mer de leurs marys, s'obligeans au deſceu de leurs femmes, ſoit pour rançons, ou plegeries faictes pour leurs compagnies, & quelquefois mourãs en guerre.* Ex Lib. du grand Couſtumier de France.

Digitized by Google

Conſuet. *du pays de Liege.*

Aſt ſi, ex cõnubiali Pacto, ſuperſtes maritus lucretur mobilia, & acquiſita, cum vſufructu propriorũ vxoris, Tunc venditorum huiuſmodi propriorum pretium refundet is de ſuo ſolidum vxoris hæredi fratri, ſaluo vſufructu. Niſi malit, nuptiale lucrum repudiare, & hæredem Iure communi patrio vti, omnino conſentire. Iuxta Art 232. Pariſ. Leg. cui mulier renunciaſſe non videtur, inſpecta maximè nuda vſusfructus hærediorum conceſſione. Arg. l. qui mutuam D. mand De quo vide ſuprà. Art. 13.

quàm diuendere. Art. 226. &. 228. Pariſ. Morum. Qualiter Leodienſi Eburonum Ritu, maritis interdicitur vxorij patrimonij alienatione, niſi vxorum aſſenſu. Vt eſt apud Nicol, Euerardum, Middelburgenſem, Brabantino in Senatu Præſidem. Reſpon. 48. Quin &, muliebri ex fundo redactum pretium, quod, diſtracto connubio, ſupereſt penes emptorem, vni competit viduæ mulieri, tanquam eius vnius Patrimoniale: veriùs quàm Mobile, cum viro commune. Molin. ad §. 296. Andeg. Leg. Maſuer. in §. item nomina Tit. de Societ. Cum. §. 240. Borboniæ, &. 311. Cenom. Leg. Illata tamen ab emptore pretij ſors, manente coniugio, repetitur ex communi duntaxat Mouentium cumulo, partorúmque immobilium, non ex ſolida uendentis mariti diſcretáque portione. Niſi aliud inter coniuges nuptialibus tabulis conuenerit. Vt ſcholiaſtes idem generatim obſeruauit Molineus, ad §. 164. Bleſen. Conſuet. Rurſum ſi filius materno iure pretium viuus non præceperit ex vniuerſitate rerum cum patre communium, minimè iam licet eius in prædia ſucceſſori, mulieríſque hæredi ſecundo, id pretij, ab ſuperſtite viro, mobilium hærede filij, condicere. Quod enim vxoris fauore, & natorum, rebus ſoli adſcribebatur pretium, aduerſus conſortem bonorum Coniugem: Id, mutatis perſonis, hæreditatéque noua, demigrat in aliam purè Mobilium conditionem. Ioh. Galli Quæſt. 1. Haud aliter, ac, ſi iuſſu aui nepos patris, qui de caſtrenſi peculio teſtamentum fecit, hæreditatem adiiſſet, acquiſiiſſe ei creditur eà, de quibus pater teſtari poteſt: quia caſtrenſia eſſe, mutatione perſonæ, deſierunt. Pauli leg. per curatorem. ff. de acquir. hæred.

Senatus Lutetiani decretũ, die. 10. Feb. 1601. In. 5 Camera Inqueſtatũ, contra N *Chauſſefoing* procuratorem Curiæ, & alios emptricis fœminæ hæredes. D Creſpino Proceſſus relatore in d. Camera.

Areſto iudicatũ in Portugallia, quòd vt bona à marito acquiſita cõmunicẽtur vxori, requiritur ſimultanea eorũ cohabitatio tẽpore acquiſitionis: Argum. l. Itaq;, cùm ſeparatim ſocij agere cœperint, & vnuſquiſque eorũ ſibi negotietur, ius ſocietatis diſſoluitur. D. Pro ſoc.

DISPARATÆ iudicio coniugum fortunæ, rediguntur in com- 22
mune denuò, cum mutua animorum reconciliatione, ac bene ſarta vtrinque gratia. Vſqueadeo, vt ſeorſim medio tempore parta ab vtrouis illorum, inuicem poſtea communicentur. Peræquè enim, ſi mulier diuerterit, & iudicio de dote conteſtato, reuerſa fuerit in matrimonium, redintegrato hoc ipſo, expirat iudicium, & omnia in ſtatu priſtino manent. Vlpiani leg. 19. D. ſolut. matrim. Leg. 3. ff. De diuort. Proin coniugale bonorum conſortium, nullo friguſculo interruptum, PATRES. C. cenſuère, Quarto Iduum Februar. An. 1601. ex controuerſia ad eos delata inter Nazareum *Chauſſefoing* litíſque conſortes hæredes Barbaræ Garneriæ, qui à Senonum Suppræfecto prouocarant in Curiam, & Petrum *Mirey*, defunctæ maritum. At Luſitanici fori obſeruatione, coëmpta ab altero coniugum, minimè conferuntur in ſocietatem, niſi quo die parata ac quæſita ſint, ambo vnas Ædes incolerent, eundémque fouerent larem familiarem. Anton. Gammæ Deciſione Luſitan. 357. Quod Pariſienſis etiam Curiæ Conſcriptos decreuiſſe, affirmat Chaſſeneus, in Burgundam Conſuet., Rubr. 4. §. 6. Sed effingamus iam, ſeparatos cenſu coniuges, rediiſſe in gratiam mutuam: Ita,

vt

Digitized by Google

vt promiſcuo vſu res ſuas tractare viciſſim perſeuerarint. Mortuo deinde viro, mulier profert cõmunium bonorum repudiationis libellum. Negant verò creditores, ei fas eſſe, quod ſemel æqua, viuo illo, partitione rerum captarit, ius modò reſpuere ſociale: quò libera, immuniſq; abeat ære alieno ſocietatis. Argum. l. Põponius ſcribit. ꝟ. De negot. geſt. l. apud Aufidium. ꝟ. De opt. leg. Intempeſtiua, ad hæc, renunciatio, dolóve malo facta, non probatur Iulio Paulo. l. actione §. diximus D. pro Soc. Hac tamen in ſpecie facti, muliebrẽ renunciationem puto ratione niti validiore. Diuortium quippe, Vlpiani elogio, non eſt verũ, niſi quod animo perpetuã conſtituẽdi diuiſionem fit. l. diuortiũ l. 7. ꝟ. De diuort. l. Si mulier D. ſolut. matrim. l. poſt diuortiũ. ꝟ. De iur. dot. Item vt, tractatu habito, ſocietas initur: ſic abſque tractatu, re ipſa & negotio, communiter geſtum videtur. l. 32. D. Pro Soc. Longè ergo firmius renouatur coniugale opum conſortium, quod More noſtræ Ciuitatis coïtum ſit: imò nec ſuſpenſum quidem, momentanea rerum ſeparatione, exiſtimatur. Argum. §. 224. &. 234. Pariſ. Conſuet. Itaq; poſtmodùm bonis cedenti communibus viduæ, perperam opponunt creditores, priùs ratam, acceptámq; mulieri bonorum communicationem, æquali diuiſione cum marito peracta. Sed illud ita demùm procedere credimus, ſi iuſto, fideliſque cõmẽtario inſcribendam curarit mulier vniuerſitatem Mouentium, nominum, inſtrumentorúmque communium. Nam alioquin tali ceſſionis ſubſidio mulctabitur illius uel calliditas, vel ignauia, quæ communes opes in teſtatum non redegerit. §. 222. 228. &. 237. Pariſien. Legum. Cõſtantinopolitani item Fori vſu, vidua, quæ Repertorium non fecerit, excidit iis, quæ minimè iam appareant, rebus dotalibus, neque eas repetere poteſt. Harmenopuli relatu, Tit, 13. Lib. 1. Poſt Leonis Philoſophi Nouellam, de eo, Cõſtitution. 110. Iſtud quidem, exemplo hæredis, cui Iuſtinianeum ſuffragium, niſi confecto bonorum Indice, abnegatur: ſed hæreditarium æris alieni ſolidum onus impẽdet. l. ſcimus §. fin verò poſtquàm adierint Cod. de iur. delib. Salua tãtùm minori annis reſtitutione in integrum, ob omiſſa, publicæ rerum Notitiæ eiuſmodi, Solennia. Baldi Reſponſo. 71. Volum. 4. Planè Cameracenſi, Auguſtæ Samarobrinorum, Lege cautum eſt viduæ coniugi, vtralibet communium ſeu dimiſſione, ſeu retentione bonorum, poſt accuratam hoc caſu ipſorum annotationem, & deſcriptionem, cui ſponſor adiungatur. Quod vtique Cameracenſes *beneficium Inuentarij* appellant. Id quoque beneficij vſurpatur à Flandris municipatim, exempta Hyprenſium Vrbe, ac Regiuncula. Vt ait Iodocus Damhouderius, in Praxi rer. Ciuil. Cap. 18. Sed ibidem, virorum peræquè, ac vxorum hæredes ad ceſſionem admittuntur bonorum communium. Quod non ſimiliter in noſtra Gallia receptum experimur. Brugenſis porrò Municipioli More, vidua renuncians, neutiquam onere leuatur æris alieni, quodcunque innupta dùm ipſa, vel coniunx, mercaturæ ergô, conflarit: ſiue

Separation de biens executée entre mary, & femme, viuãt apres en commun, n'empeſche la renonciation de la femme à la cõmunauté, apres le decez du mary.

In verſ. *ſeparée par Iuſtice, & Lad. ſeparation executée.* Et verſ. *ſi elle n'eſt ſeparée par effect.* Quod Molineus etiam ſubdit in §. 113. Montfortianæ Leg. maximè contra vxorem ſua culpa ſeparatam: qualis ſtare in iudicio, ſine auctoritate viri, non poteſt.

Inuentaire des biens de la Communauté.

Communitati item renuncians vidua, non exoneratur litis ſumptibus, à viro, eius nomine, motæ, deciſæque contra eam Ne aduerſarius fide publica circumueniatur, & mariti auctoritate in vxoriis rebus, litibúſque neceſſariis: *Encores que lad. veufue deſaduouë à preſent les procedures & auctorization du mary.*

Baldus ibi, an non conficiens Inuentarium, teneatur ad legata, vltra vires hæreditarias. Minor verò habet reſtitutionem in integrum, quando non fecit Inuentarium.

Hypre, en Flandres.

Bruges, vbi viduæ poſſunt, domui mortuariæ renunciare, ita, vt omnibus eius bonis cedant tam à ſe, quàm à marito relictis; deinde clauem domus ſepulchro mariti imponant, aut in manus Receptoris obæratorũ tradendam curent. Si tamẽ ipſæ cum maritis ſe perſonaliter obligaſſent, tunc nõ liberarentur.

cum marito, ſiue ab eo ſcorſum, ac ſeparatim, mercimonia tractauerit. Eodem Brugenſi Damhouderio teſte, loco ſupradicto.

Media pars reparationis homicidij mariti, viduæ debetur, etſi minimè bonorum ſociæ.

Abstinenti coniugalibus bonis mulieri, ſalua, & integra con- 23
ſtant pleráque: Mariti putà cædem expians pecunia mulctatitia, quæ irrogatur parricidæ. Hæc enim, viduæ, ac hæredibus dimidiatim appenditur: tametſi coniugalium opum communionem ſuperſtes illa abnuerit. Quemadmodùm ſenſit Molineus, ad Art. 22. Inſulanæ Belgarum Conſuet. ex argumento Iulij Pauli, leg. 3. ff. De ſepul. viol.

Tit. penult. Art. 3.

Qua de re, Nos vberiùs, Lib. 2. Andeg. Leg. Econtrariò autem, ſceleratì hominis vidua mulier nihilum cõfert in nummariam mulctam, quæ filio hæredi inflicta ſit à Iudice: quùm nec flagitioſæ rei ſocietas coïta vllam vim habeat, nec conſortum alter alterius crimine plectẽdus veniat. l. ſi à reo §. vlt. ff. De fideiuſſ. l. Nec prætermittendum

Iudicatũ Curiæ die. 1. Iunij. 1582. pro vidua homicidæ, à contributione emẽdæ iudicialis, cum hærede, abſoluta, quamuis bonorum ſocia.

D. pro ſoc. Atque ita viſum Ampliſſ. Ordini Pariſiorum Kalendis Iuniis An. 1582. Ex Pictonum Municipio, Buiſſone dicente. Porrò liberos inter ipſos, patris hæredes conſortes, quicquid vnus ex iniuria ſibi illata iudicio conſecutus ſit, non tenetur aliis in commune referre: tametſi quæſita omnia, ritè fratribus in medium redigenda

Filius, qui recepit ex pace habita, vindictæ occaſione mortis paternæ, nõ videtur geſſiſſe pro hærede. Bart in l. Si filius qui patri. D. de vulg. & pupill. Bal. & Angel. in Cap. in præſentia De probat. Alberic. in l. cũ qui Cod. Arbit. tut. Boërius in Deciſ. 121.

proponantur. Iulij Pauli leg. 2. §. emancipatus filius. ff. De collat. *bon.* Verſ. magis enim vindictæ, quàm pecuniæ, habet perſecutionem. Præterea muliebre ius collationis nummorum dotalium, à cohæredibus debitæ ſororibus, non tollitur repudiatione Mouentium cum marito communium, nec ad huius hæredes transfuſum putatur. Collationis enim debitæ compendium, ceu fundi pretium hæreditarij, auget mulieris patrimonia: cui ſorores ampliorem dotem à parentibus prærogatam tenentur in medium referre. Quòd ſi ipſius cohæredes malint, nummaria collatione defungi, quàm tantidem æſtimata hæredia mulieri relinquere: haud ideo æris ſumma, quaſi mobilis, hæredibus viri accreſcit, vxoria

Patrimonialis fundi pretium, quatenus patrimoniale ſit, vide ſuprà. Art. 13.

illa Mouentium repudiatione. Nam vt venditi muliebris fundi pretium, quod die ſoluti matrimonij extat, cenſetur eodem, quo fundus, immobili iure, nec coniugali Societati, cui renunciarit vidua, confuſim aduoluitur: Sic pecuniariæ collationis ius, ex hæreditate vxoris propria, ſolidum exercetur viduâ ab ipſâ, nec bonorum ceſſione communium, hæredibus ſocij mariti accedit cumulo quodam, & incremento. Econtrà autem, vidua coniunx, quæ

Quando item mulier, ſua adminiſtrat, nec eſt ſocia bonorum cum viro, *En ce cas le mary ne peut receuoir les vaſſaux d'elle, ne faire la foy reciproquement ſans elle.* Molin. ad Artic. 150. Senliten. Conſuet.

bonorum communione abſtineat, iniquè ab hæredibus mariti indemnitatem poſtulat nummariæ conferendæ dotis, quam ab ea cohæredes fratres exigant in herciſcunda parentum familia. Vix eſt quippe, vt collationis munus ſuſtineat maritus exter, nec hæres propinquorum vxoris. Sententia Claudij Tryphonini, in l. vlt. ff. De Collat. dot. Quam enim is dotem ſumpſit pecuniariam, coniugalis familiæ bonis permiſcuit: A quibus ſi vltrò abſceſſerit mulier, de ſe ipſâ queri debet, nec ſemel confuſum dotale

Digitized by Google

æs mobile poteſt illinc auferre, quod ſuis cohæredibus ſubinde conferat. Circumſcripta item non dicitur mulliercula, quæ cæteris communi Iure vtatur. l. vlt. Cod. De in integ. reſtit. min. l. de fideicommiſſo Cod. De Tranſact. Et ibi Faber nuncupatim de ſimili bonorum conſortio inter virum, & vxorem. Secus vtique, ſi mulier, connubiali Pacto, de repetunda tùm dote ſibi cauiſſet, cùm vidua bonorum communionem repudiaret. Quo caſu, receptitia dos, ei ſalua & incolumis maneret. Cæteroquin nulla puerilium annorum, conſiliíque imbecillitas idoneè prætenditur mulíebri in integrum reſtitutioni aduerſus ea, quæ moris ſint, ac conſuetudinis cuiuſque Prouincialis. l. ſi ſine §. Lucius. ff. De adminiſt. tutor. Proinde & Molineus opinatur, puellam, quæ, dotali Inſtrumento, renunciarit futuræ parentum hæreditati, aut mutua liberalitate Mouentium, ac Quæſtuum ſoli proſecuta ſit maritum, ætatis obtentu ſententiá mutare nō poſſe, ac vulgari ex Vſu acta, geſtáque, retractare. In Notulis ad §. 261. Cenomanæ, &. 161. Bleſen. Conſuet.

Minor ligatur Statuto, & Conſuetudine patria.

Filiæ nubentis renunciatio *aux ſucceſſions directes*, Mutua etiam coniugum donatio non infirmatur prætextu minoris ætatis.

24 PRÆMORTVÆ item vxoris hæredi, perinde ac ſuperſtiti ei, liberum ſit, bonorum communione abſtinere: ne ſocietatis oneribus temerè immergatur. Vtì primùm Curiæ Ornatiſſ. placuit, decimoſeptimo Kalend. Majas, An. 1567. Briſſone, & Durando, litigatorum vtrinque cauſam agentibus: ex prouocatione à Meldenſi Briæ Præfecto, cuius forenſi in Auditorio maiore, ſuum PATRES Decretum hoc promulgari iuſſère. Multas in hanc partem Iuris rationes congeſſimus, Legum Andenſ. Lib. 3. Verùm iſthæc Gallici fori Regula non procedit in nuptiali ſtipulatione liberæ ſuperſtiti vxori renunciationis, cum ſolida rei vxoriæ Actione. Nam tali lege coniugum Societati condicta, non admittitur hęredum renunciatio mulieris fato pręuentę. Singularis enim Pacti cautio, potior eſt Municipali conſtitutione perpetua. Vt Iuſtinianus edixit, l. vlt. Cod. de pact. conuent. Iuxta Pomponij reſponſum, l. Et habet §. cùm quis ff. De precar. Quare ſecundùm ea quæ proponuntur, Senatus decreuit, illam bonorum ceſſionem communium, quæ ab hæredibus facta ſit præmortuæ coiugis, explodi debere. Areſto ſolenni, Reſurrectionis Dominicæ profeſtis recitato, An. 1591. ad appellationem ex Vrbana Prætura Pariſiorum. Diſſimilis cauſa eſt dotalis pecuniæ, quæ in rectarum hęreditatum vicem à parētibus ſuffecta, meritò propriū filiæ patrimonium vocatur à Iulio Paulo. Nam & ſi pactitiis matrimonij tabulis cōuenerit, mulierem viro ſuperſtitem, poſt repudiatum ab ea coniugale rerum cōſortium, nil ex hiſce laturam: Eius tamen viro præmortuæ filius, ceſſione communium fortunatum, nō ſummouetur profectitiæ dotis repetitione, materni velut hæredij, immobiliumq; hęreditatum ſuccedanei veriùs, quàm mobilis æris, cum bonorum communione permixti atq; cōfuſi. Vt enim mater ipſa, quæ minor annis nupſerat, prærepto fatis marito, cōmunes abnuens opes, dotem hanc condicere potuiſſet auxilio reſtitutio-

L'heritier de la femme receu à renoncer à la Communauté.

Areſtum Curiæ, *en plaidant*, Die 15. April. An. 1567. *Sur l'appel du Bailly de Meaux.*

Tit. de coniug. Societ. bonor. Art. 5.

Specialis prouiſio hominis, prouiſionem Legis excludit.

Pariſien. Curiæ Placitum celebre, die. 9. April. An. 1591.

l. Denique §. ergo etiam. ff. De minor.

nis in integrum aduerſus omiſſam repetundæ dotis vſquequaq; ſtipulationem: Ita maternum ſingulare Ius, quàmlibet perſonæ cohærens, tranſmittitur ad ſuos hæredes. l. etiam filium D. ſolut. matrim. l. Aſſiduis Verſ. Quis enim Cod. Qui potior. in pign. Extraneo autem hæredi talia non præſtantur beneficia perſonæ tributa. l. ſciendum. ff. de re iudic. l. Maritum ff. ſolut. matrim. Proin Clariſſ. Ordo, matris hæredem filium æquiſſimè audijt, maternæ dotis petitorem, ex ceſſione mobilium facultatum communium, tametſi nuptialibus Pactis ſuperſtiti ſolùm matri cauta atque recepta. Extemporaneo Curiæ Iudicato, 4. Kalend. Februar. An. 1598. quùm Gallandius, pro Nicol. Durãdo, qui ab Aureliorum Proprætore in Senatum prouocarat: & Robertus, pro Yſaaco Gohiero Catharinæ Durandæ tutore, dixiſſent.

Curiæ Placitũ die. 29. Ianuar. 1598. *en plaidant ſur l'appel de la Sentence du Bailly d'Orleans du 14. Ianu.* 1597. inter tutorem filiæ prioris thori, & patrem ſecundò coniugatum.

Huic propinqua incurrit inſpectio, de renuntiatione ſocietatis futuræ cõiugi nominatim reſeruata, poſt viri obitum ſine liberis: eo fini, vt vidua mulier dotem recuperet, quæque alia vxorio nomine ad maritum, connubio manente, peruenerint. Vtcunque enim, marito agnaſcatur poſthumus, & quindeno die ſuperuiuat. Hæſitatum eſt, nuptialinè conuentioni in rem viduæ coniugis locus ſuperforet. Ambigendi cauſam præbebat conditio orbitatis liberorum: Quibus ſemel in lucem editis, licet tantulò pòſt obeuntibus, defecit conditio, in eamque collata paciſcentium conuentio. Ex Leg. 4. Cod. quan. dies leg. ced. Ac Vlpiani leg. 17. §. penul. D. Ad SC. Trebel. Aſt hæc, ſi propiùs intueare, ſtatuta comperies in auidos, nec ita fauorabiles, lucri captatores ex alienis teſtamentis. Propoſita verò in ſpecie facti, agitur de oneroſa muliebri ſtipulatione in coëundis nuptiis, qua, ſuam modò rem ſaluam fore cauerit fœmina, ne de eius damno amittendæ periclitetur. Quo caſu, Pacta conuenta, deficientibus liberis, horum exortu non deſinunt omnimodò: ſed rata efficaciáq; permanẽt, ſi nati, alterutro coniugũ ſuperſtite, migrent è viuis. Noua Iuſtiniani Conſtitut. De non eligen. ſecun. nuben. Cap. 1. Et Nouella De nuptiis Cap. 26. Ex quibus deprõpta eſt Authen. Sed & ſi quis Cod. De ſecun. nupt. Eò quoque refertur concinnè Accurſianum gloſſema Leg. tale pactũ §. vlt. ff. de pact. Huius deniq; partis ſentẽtiam ac diſtinctionem complexa eſt Pariſiorum Curia, diſceptato propalàm à Cauſidicis negotio, Nonis Sextilibus An. 1597. ex Municipio Biturigum.

Areſtum Curiæ *en plaidant du Roolle de Chartres*, die. 5. Augus. 1597. pro Vidua, intimata, orante Mornaco: in hæredes mariti collaterales, pro quibus, Tronſſonius egit.

Sens. Auxerre, Neuers.

Conſuetudine *de* [illegible] à Karolo. 9. Impon An. 1552. *Deux mariez ſont communs en meubles, & tous heritages, non ſeodaux, propres ou acquis.* Tit. *Des authoritez & droictz des gens mariez.*

NONNVNQVAM etiã, prçter vulgaria Morũ prçſcripta, coitur ſocietas omnium bonorum inter cõiuges: Vt Senonibus, & Antiſſiodori vſu venire videmus: Ac Tornacenſi Neruiorum Iure ipſo ciuico introductum eſt. Quæro, nûm priùs defunctę mulieris hæres probè repudiet Mouentia, & Acquiſita, retẽto muliebri Patrimonio. Inſtabunt enim creditores, ſocietatis partẽ amplecti, partẽ reſpuere, nemini licere. l. 4. D. de legat. 2. Aut enim toti ſtandũ contractui, aut à toto diſcedendũ. Põponiana leg. 1. ff. De reſcind. vẽd. Atqui in ſocietate vniuerſarũ fortunarũ, res omnes, quę coëũtiũ sũt, cõtinuò cõmunicãtur. Vtpote hæreditas, legatũ, donatũmve, aut quaqua ratiõe partũ, leg. 1. 3. D. pro ſoci. 25

Præcipuum item Mobile, mulieri, Pacto nuptiali reſeruatum, vidua capere nequit citra ius, & nomen ſociæ bonorum. Quia talis præceptio, ceu exceptio eſt de regula communionis. Niſi & conuentum fuiſſet, *qu'en cas de renonciation, elle n'emporteroit ce qu'elle auroit apporté, aux ſond. præcipu.*

Verius

Verius eſt igitur, communionis repudiationem, quæ eo modo concepta ſit, minimè eſſe ferendam. Hoc ita, niſi vir in fraudem vxoris, manente coniugio, hæredia ſua abalienaſſet. Nam iſto caſu, aduerſus eum mulieris hæres iuuaretur Diplomatico Principis ſuffragio: ſineretúrque hinc, coniugalium quæſtuum, ac mouentium communione abſtinere, ſimul & patrimonia maternæ gentis, ac ſtirpis ſibi recipere. Quibus conſequenter, maritus, cui mobilium, & ſoli rerum quæſitarum vniuerſitas accreuerit, indemnem præſtare tenetur vxoris hæredem: immunémque creditoribus debito ære. Quòd enim creditores ad ipſos attinet, vix eſt, vt hypothecæ vinculum, vxoriis impoſitum hærediis, ſoluatur muliebri connubialium Quæſtuum, Mobiliúmque repudiatione. Ex Titi Caij ſententia, in l. ſi conſenſit §. illud tenendum D. Quib. mod. pign. l. debitorum Cod. De Pact.

26 QVAMVIS autem vxoria patrimonia licitè à viro oppignerentur totorum bonorum ſocio: priſtinam certè non exuunt conditionem, gentilitiúmque in ea ſucceſſorij iuris ſtatum, aut ſtipitem. Verbi cauſa, futuri coniuges ſocietatem ineunt cunctarum facultatum Hermippus & Sextia. Filius matris hæres, diuiſione regionibus facta cum patre, ſortitur paterna hærediola, maternorum loco: quæ ſuis quiſque vſibus commodiora arbitratus ſit. Extincto dehinc cœlibe filio, diſputatum eſt, an paterni ſtemmatis prædia, quæ is communi diuidundo Arbitrio ſumpſerat à patre, deuoluerentur ad paternos filij conſanguineos: an verò, ex pacta fundorum viciſſitudine, ad maternos. His quidem tales deferri fundos, dixeris ſpecie ipſa prima: ſiue quòd nuptiali vniuerſarum opum conſortio fœminea patrimonia tranſilierint in nouum viri quæſtum: ſeu quia vice permutati dominij fungeretur rerum partitio inter patrem, ac filium antedicta, & permutationis loco haberetur. Papiniani leg. Imperator. §. vlt. l. cùm pater §. hæreditatem D. de legat. 2. Atquin mutua prædiorum ſubrogatione, & penſatione, nouatur cuiuſque qualitas, ac primæva conditio. Intantùm, vt qui à me fundus aſſumitur reciproca alterius commutatione, induat naturam eius omnino, quî cum permutatus ſit. Baldus in Conſil. 112. Lib. 1. Maſuer. in Tit. De ſociet. §. item & dicuntur conqueſtus. Queîs apprimè congruunt Tiraquelli ſcripta, in Retractu lineari, §. 32. Cum Articulo. 143. Pariſien. Morum. Nihilo tamen ſeciùs exiſtimo, paterna latifundia, quæ, filius à patre, maternorum vicaria acceperit, ceu matris ſocio, in dirimenda rerum communione, legibus redire ad paternos filij, non ad maternos, hæredes. Pura enim, ſimplexq; bonorum partitio nequaquam tollit, immutátve natiuam rerum qualitatem, ſtatúmque iis primitùs inſitum. l. 3. §. poſt diuiſionem D. Qui potiores. Qua itidem ratione, Honorius, & Theodoſius Impp. ſanxêre, donata à viro vxori, ad communes liberos hæreditate venire, tanquam paterni ſtipitis

Communauté de Propres d'entre mary, & femme, n'innoue pas la qualité ancienne de biẽ paternel, ou maternel d'iceulx.

Diuiſio vicem permutationis obtinet.

Glo. 1. Num. 16. & ſeq.

Placita Curiæ duo, ſur les appellations du Bailly de Nemours: Prius die. 25 Ianuar. An. 1567 entre M. René Tambonneau, & Iean de Lyon, à cauſe de Iehanne Tambonneau ſa femme, oncles maternels, & heritiers de Philippes Fourré, fils de M. Iulian Fourré, & Chriſtine Tambonneau, appellans du Bailly de Nemours, duquel la Sentence a eſté confirmée: & M. Iulian Fourré, pere, intimé Secundum Areſtum die. 15. Maij, An. 1592. ſur l'execution, & dependances du premier Arreſt.

Paterni ſtipitis patrimonia dicuntur, & paternis agnatis hæreditate deferuntur, quæ paternorũ vice ac commutatione inter cohæredes ſimul diuidentes, defuncto obuenerint.

bona, non materni: nec maternis ex alio coniugio liberis communicari. leg. 4. Cod. de ſecund. nupt. Itáque Lutetiana Curia, S. Conſulto gemino, cenſuit, coniugum patrimonia, quæ nuptialibus tabulis in commune relata ſint, ad ſuas origines retrorſum flecti, in hæreditario ipſorum iure addicendo: nec aliis, quàm gentilitia ex ſtirpe, in ea ſucceſſoribus obuenire. Anterius quidem, Præiudicatum octauo Kalendas Februar. An. 1567. At poſterius, Iudicatum apertè, purpuráque ſolenni prolatum Idibus Maiis, ſeu Pridianis diebus Pentecoſtes, An. 1592. ex appellatoria lite à Sententia Nemorenſis Vaſtinenſium Suppræfecti. Diuerſa porrò antiquorum conditio eſt hærediorum, quæ à parentibus viciſſim haud nouata certè ac mutata fuerint, (vt ſuperiore hypotheſi), ſed à liberis modò inter ipſos vtriuſque parentis hæredes: quorum nempe, in herciſcunda commodiùs familia, alteri paternæ res ceſſerint omnes, alteri maternæ patrimoniales, mutua velut fundorum cuiuſque generis ac ſtirpis penſatione ac ſubſtitutione. Tunc enim morientis dehinc alterius prædia, quæ hæreditate obuenerant ipſi, vt partiantur inuicem tranſuerſo gradu hæredes, eatenùs paterna maternauè definiuntur, quatenùs defuncto, paterni ſui iuris vice, aut materni hæreditarij, obtigerant placito fraternæ diuiſionis. Sicuti diſtrictè aſſerit Lucas Pennat., (ad leg. 1. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod.) fundum cum alio permutatum, eius conditionem ſortiri, in lege diuidundæ poſtmodùm hæreditatis prædiariæ. Sic gentilitia dotalis latifundij ſors qualitáſque dignoſcitur, ac ſecernitur eiuſdem cum alio commutatione ac ſubrogatione, cuius conditionem ſibi ſumat. Matth. Afflicti Deciſ. Neapolit. 336. Quantò igitur probabiliùs idem, ex neceſſaria hæreditarij Aſſis partitione, quæ arbitrum familiæ pro ſtatu rerum aliquando coegerit, vniuerſas ipſas vni cohæredum adiudicare. Vlpiani leg. antepenul. Et Iuliani I.C. leg. Mæuius §. arbiter D. famil. herciſc. Summa denique Pariſiorum Curia diſtinctionem hanc Iuríſque prudentiam ſecuta eſt, in laterali patrimoniorum varij generis ſucceſſione controuerſa: vt paterni conſanguinei paternos, materni maternos fundos legitima diuiſione nanciſcerentur. S. Conſulto, 5. Idus Apriles An. 1596. ſecundùm Euſtachium & Mariam *de S. Yon*, qui ex appellatione Senatum adierant, contra Georg. Daneſium, Ioh. Vvillartum, conſortéſque litis, ediuerſò, certantes.

Curiæ Placitũ die. 9. April. An. 1596. pro appellantibus à Sẽtentia Requeſtarũ Palatij, abſolutoria, lata, die. 7. Iun. 1595.

TRACTATVI iſti affinis quæſtio eſt, de vidua muliere, quæ 27
nouum coniugem in ſuorum communionem hærediorum adſciuerit ſeu κοινοπραξίαν, legibus matrimonio pactis, An. 1558. Quibus & hoc inſolentiùs adiectum fuerat, præmoriente viro, vxorem nudo rerum vſu, ac fructu potituram. Ex iis quippe nuptiis edito Flauio, qui, poſt fata paterna, viuis abſceſſerit: Contendunt huius hæredes paterni in matrem ſuperſtitem, quæ patrimonia ipſa marito intuliſſet communiáque eſſe voluiſſet, ea paternum in genus,

genus gentémque filij declinaſſe, materno cognationum ſchemate immutato. Nam vt fundi, patrumfamil. deſtinatione magis, quàm ſui natura, conſtituuntur l. 24. §. ſi quis poſt. ff. De legat. 1. Ita minimè nouum, cuiuſque hæredia, Pactionibus, quæſtuum conditionem aſſumere. Iuſtinian. Nouella, Vt liceat matri, & auiæ. Sic caſtrenſe in peculium filij ſuccedente patre, deſinunt peculiaria filij bona, ac paternis deinceps patrimoniis accenſentur. l. caſtrenſe peculium. ff. De caſtr. pecul. Eadem dicenda ſunt in alio hærede, quem filiusfamil., caſtrenſis ſuæ hæreditatis dominum vltimis tabulis adſcripſerit. l. Paulus reſpondit. ff. De acquir. hæred. Rurſus, poſtquàm ſui iuris factus eſt emancipatione filius, obliteratur prioris, quod habebat, peculij nomen, ac iura: permixtímque poſſeſſis bonis, nouum illius patrimonium vniforme conflatur. l. vlt. Cod. de inoff. teſt. Vnde & dotata puella, quæ paternæ hæreditati renunciarit, fraterna non excluditur: in hanc tametſi paternæ res ſolæ influxerint. Bartol. ad leg. 2. §. illud. D. de hæred. vel act. vend. Vidus Papius in Delphin. Deciſ. 231. A matre verò, contrà, ſuggeritur, fundorum, de quibus mota lis erat, ſpectanda eſſe primordia. Horum nempe Conſortium bonorum, fuiſſe verbo tenus, ſed reapſe donationem in virum ab ſe collatam, ſub imagine coniugalis Societatis. Proïn, amiſſo filio his procreato nuptiis, quæ effuſiùs largita ſit, futuræ prolis intuitu, omnia ad ſe reuolui. Cæſarea Theod. & Valentin. ſanctione. 2. Cod. De bon. quæ liber. l. Iure ſuccurſum. ff. De iur. dot. Id quod per Gallias ſeruandum generatim, præmonuit Molineus, ad §. 9. Montargiuæ Conſuet. Tit. De hæreditat. Imò nec conuentione priuatorum, aut mutatione perſonæ nouari primæuam rerum conditionem, oſtendit Vlpianus. Si enim, ait, vxor, vel cognatus, ſeu quis alius non ex caſtris notus, filiofamil. donauerit quid, vel legauerit, adeóque expreſſerit nominatim, vt in Caſtrenſi peculio habeat, an poſſit Caſtrenſi peculio aggregari? Et non puto: veritatem quippe expendimus, an vera Caſtrenſis notitia, vel adfectio fuit: non quod quis finxit. In ſumma, mordicùs defendit mater, hoc genus patrimonij à filio relicti, natiuum, naſcentíſve eius proprium recens potiùs eſſe, quàm gentilitium, vereque profectitium. Qualia natiua, & aduentitia, ad parentes redeunt: non ad agnatos, filiis in hæredia ſuccedentes. Iuxta §. 315. Pariſien. Morum: qui hac diſtinctione conciliatur facilè, cum anteriori. §. 230. Quamobrem Iudicio obtinuit hæc multarum palmarum gladiatrix mulier, victis filij ex ſecundo viro propinquis hæredibus. Senatorium decretum recitante Briſſonio Præſide, poſtridie Idus Sextiles, An. *1591.* Nec abſimili ratione, Foro ſuperior euaſit coniux in mariti creditores ex crimine, qui Regiam manum vxoriis patrimoniis iniiciendam curarant, quaſi viro communibus, pacta vniuerſorum Societate connubiali. Nam dotalibus vtique tabulis, bonorum om-

An perſonæ mutatione, rei conditio varietur.

L. ſi forte. ff. De Caſtren. pecul.

Propre naiſſant; ou propre nouueau & acqueſtif: different du propre ancien, & auitin. De vtroque, Nos I. Tit. De Hæredit.

S. Conſultum Pariſien. Die. 14. Auguſti, An. 1591. pro Dionyſia *Frauldc*, vidua Ægidij Boularti, primi mariti, & N Naudieri, ſecundi viri: contra patruum, & amitam N. Naudieri filij, ex ſecundis nuptiis orti.

Digitized by Google

nium ſocij promiſcuè ſcripti erant coniuges, extante ſobole: ſed ita, vt dirempto morte coniugio, æquis portionibus res diuiderentur à ſuperſtite cum liberis præmortui hæredibus. Quùm autem maritus capitis damnatus eſſet, æquum fore negabat mulier, conuentam liberorum ergô ſocietatem, familiæque iura peculiaria, extraneis communicari, & fatalem humanæ mortis caſum, ad ciuilem ex ſcelere obitum trahi, cum alieno luctu atque pernicie. Iuxta leg. Si finita §. ſi de vectigalibus, vbi Bartol. π. De damno infec. l. ſi qua pœna, Et ibi Baldus. π. De his qui ſunt ſui vel alien. iur. l. Statius §. Cornelio Fœlici. π. De iur. fiſ. Quapropter Senatus, publicam manum è muliebri patrimonio ſuſtulit, mulctatitij æris nomine immiſſam ab accuſatore mariti. Pia mehercle Sententia in Auditorio capitalium cauſarum, Poſtridie Nonas Iunias An. 1598. ſecundùm Mariam Vinieram Iacobi Garnerij viduam coniugem, aduerſus Ludouicam *Lebeuf* viduam Ludouici *de Perilles*, horumq; generum Leodegarium Mercatorem.

Quæ nõ ſunt extraneis ceſſibilia, ea nec ad Fiſcum trãſmiſſibilia.

Areſtum Curiæ die. 6. Iun. 1598. *au rapport de M. Iabin, à la Tournelle*. Ex Trecenſi Campaniæ. Municipio, & Comitatu Iuniaco ibidem ſito.

FRAVDVLENTA coniugalium bonorum ceſſio, ac renunciatio, non liberat cedentem æris alieni contributione. Vtputà, diſtracto Numeriæ morte connubio, cui ſuperſtes filius, exiit è viuis, mouet pater controuerſiam maternis filij cognatis, hæredibúſque maternorum fundorum, de nummaria collatione in luitionem æris alieni hæreditarij. Obtendunt autem cognati, æs alienum, manente coniugali Societate, contractum, qua ipſi iam abſtineant, ſolis contenti maternis filij hærediolis. Ad id porrò, actor, reos, manifeſta æris debiti fraude, Mouentibus cedere, defuncto à matre relictis: quæ ad patrem denuò ſolum, filij hæreditate, tranſmittantur, quorúmque illi minimè capaces exiſtant. Atqui is demum poteſt repudiare, qui & adquirere poteſt, infit Iulius Paulus. Item Prætor eorum calliditati occurrit, qui, omiſſa cauſa teſtamenti, alio modo hæreditatem poſſideant: ad hoc, vt circumueniant illos, quibus, ex defuncti iudicio quid debeatur. Quùm igitur ſplendida matris patrimonia, quæ filio obuenerant, à reis detineantur, æquius melius ſit, eos, compendio tenus hæreditario, alienum æs diſſoluere. Vlpiani leg. ſi fideicommiſſum. §. tractatum De iudic. Cum Art. 332. 334. &. 335. Pariſien. Conſuet. Præterea viduæ quidem, ac primo eius hæredi ſeriatim permiſſum eſt, communione bonorum abſtinere: ſed vlterioris gradus ſucceſſori, nuſquam. Vt enim ſemel adita hæreditas, fit hæredis patrimonium. (l. 10. §. 2. π. De vulg. & pupill. l. 1. §. veteres. π. De acquir. poſſeſſ.) Ita æs alienum coniugale initiò, ſocialéque, iam mortua coniuge ſocia, efficitur filij debitum nomen: cuius onus ſubeant proximi hæredes, neceſſe eſt: quaſi, hæreditatem filij adeundo, contraxerint cũ creditoribus hæreditariis. Vlpij Marcelli opinione, in l. apud Iulianum §. ſi pupillus D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. Deniq; controuerſi negotij Arbiter ego, diſceptatórq; lectus, ita dixi ſentẽtiam. 28

L. is poteſt. π. De acquir. hæred.

L. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.

Bonis vacantibus mulieris datus curator, perperam renunciat coniugali bonorum communioni, ad vitanda debita: niſi auctore Prætore, & cognita cauſa. Alioqui is, in præiudiciũ perſonalium mulieris creditorum, alienaret.

VIR

Digitized by Google

29 VIR ab vxoris hæredibus dimidium iuſtè repoſcit impenſorum in rem vxoriam. Sed hoc, inita eorum ratione, quanti æſtimentur, die ſoluti matrimonij: non quanti primùm marito conſtiterint. Alexander diſertè, ad l. domos hæreditarias ϖ. De legat. 1. Karol. Ruinus, in Reſpon. 117, Lib. 2. l. Omnimodò §. imputari Verſ. ita tamen Cod. de inoffic. teſtam. Ædificiorum quippe examinanda ætas, in deducendis ſumptuum rationibus, videtur Papiniano, cita. l. domos. Subducenda etiam viri fructuaria poſſeſſio, vſúſque muliebris fundi, conſtantibus nuptiis: Vt ex tempore modò diſtracti coniugij, pretium impenſarum metiamur, ſuperſtiti illi reſtituendum. Scæuolæ ſententia, in l. generali §. Lucius Titius. ϖ. De vſufr. leg. Nuptias tamen coëuntibus paciſci licet, muliebris vt fundus, mariti impendio reficiatur, inſtauretúrque, nulla ſpe repetundorum ab eo ſumptuum: reciproca lege maritalis vſusfructus fundi, ſi quando coniunx prior è vita migrarit. Talem enim conuentionem valere, etſi Actis improfeſſam, cenſuit Senatus: nec, quaſi donationem, publica in Monumenta neceſſariò regerendam. Decreto extemporali. 15. Kalend. Majas. An. 1595. poſt forenſem Mornaci, & Garnerij patronorum actionem. Illa nimirùm viciſſitudinaria pactio, ſeu compenſatio mutua, longè abeſt à mera liberalitate, quæ Actorum confectione indiget. l. cùm multæ Cod. De donat. ante nupt. l. quod autem §. 1. D. de donat. int. vir. l. ſi pater puellæ Cod. De inoffic. teſtam.

Le remboursement des reparatiõs, ou de la valeur de la moitié des biens, fieri debet, tempore præſenti inſpecto. Molineus ad §. 12 (Tit. de Societ.) Montargiuæ Cõſuet. Idem Borbonia cautũ: §. 272.

Sed nec, vtiles impenſas mulier reddet, ſi ob earum reſtitutionem vẽdere rem ipſam cogeretur. l. vtilium ϖ. De impenſ. in res. dot. fac. l. In fundo. ϖ. De rei vindic.

Lutetianum Areſtũ die. 17. April. An. 1595. *en plaidant*.

30 CONNVBIALIS, ad hæc, Societatis exceptione non eliditur muliebris in rem actio, fundorum nomine: quos vir, clam vxore proprietatis domina, abalienarit. Etſi namque venditor emptori, in id quod intereſt, obligatus ſit: huius tamen nominis, oneríſque nummarij particeps non eſt conſorſque fœmina, tanquam immobilis, ac ſuccedanei in vicem euictorum prædiorum. Sepoſito eo duntaxat, ſi fundi pretium, in rem verſum Societatis doceatur. Alioquin, præcipua modò ſummaque cauſa vxorij patrimonij intuenda eſt, non acceſſiones, aut ſubſidiarius ad auctorem, emptoris regreſſus, quanti ſua pecuniariè interſit, rem habere. Sicuti à CONSCRIPTIS CVRIÆ deciſum fuit, Areſto *Parlamentari Martinalium*, An. 1547. Eo nimirùm Iure coitur nominatim Municipale illud quæſtuum conſortium, ne vir vxoria hæredia diſtrahat, Art. 226. Pariſ. Conſuet. Cui vetanti Legi fraus ſtrui poſſet dictim, ſimul & coniugali bonorum communioni, ſi à marito diuenditum fundum ſuum vindicans mulier, teneretur emptori mutua pretij petitione, & vtilitatis fundi, tanquam ſocia venditoris. Atque omnimodò priſcus Gallorum Ritus, qui ſocios bonorum coniuges ſtatuit, cum libero de iis virùm arbitrio, excepit hæreditaria mulierum prædia: in quæ nullum viro ius, præterquam vſu, ac fructu, datum ſit. Vt Philip. Belmanerus, Bellouacorum praxiarcha, literis prodidit, quadringentos propemodùm ante annos, hoc pa-

La Communauté de biens ne rend la femme garend de l'euiction de ſon fons par le mary ſeul vendu, & par elle vendiqué. Sinon que le prix ait tourné expreſſement au profit de la communauté.

De eo pluribus egi, Andegauẽ. Legum, Volum. 3. Tit. De coniugali bonor. ſociet. Artic. 20.

Statuto tamen alienationis hærediorum prohibitorio ſine conſenſu hæredis præſũpti, Senatus excepit reſtitutionẽ pretij rei vẽditæ, qua hæredem

reſtitutione teneri judicauit. Areſto Pariſien. lato Die. 4. Iulij An. 1577. *apres Enqueſtes par turbes, ſur la Couſtume De Ponthieu*, (Art. 10. De Donat. alienationes illas irritante) *Entre Paul Truffier Sieur d'Allenay, & Robert Poullin frere & heritier de Robert Poullin vendeur.*

trio idiomate. *Si tot come mariages eſt fes, li bien de l'vn & de l'autre eſt commun par le vertu du mariage. Mes voirs eſt, que tant come il viuent enſemble, li bons en eſt mainburniſsieres : Et conuient, que le feme ſueffre, & obeïſſe, de tant come il appartient à lor muebles, & as deſpueilles de lor heritages, tout ſoit ce que le feme y voye ſe perte tout apertement, ſi conuient il qu'ele ſuefre le volenté de ſon Seigneur. Mes voirs eſt, que le treffons de liretage, qui eſt de par le feme, ne pot li maris vendre, ſe ce net de l'otroit, & de le volenté de ſe feme, ne le ſien meiſme, (ſe ele ne renonce à ſon doaire), qu'ele n'emporte ſon doaire, ſ'ele le ſoruit.* Cap. 21. vetuſti Codicis ſic inſcripti. *Li Liures des Coſtumes, & des Vſages de Biauuoizis, ſelon che que il couroit, l'an.* 1283. Eandem in ſententiam exprompta eſt Pariſiorum Lex, §. 226. Quinetiam Veneta in Republica, proprium alienante viro, non vxoris hæredium, huius doti proſpe-ctum fuit accuratè, in hanc ciuicæ Legis formulam. DOTES MVLIERVM, PRO EARVM TVTELA, QVANDO ALIQVA POSSESSIO VENVNDATVR, EISDEM MVLIERIBVS PRO SVIS DOTIBVS OBLIGATA, DEPONI CONSVEVERVNT IN PROCVRATIA S. MARCI, QVOVSQVE DOTES IN POSSESSIONIBVS REDIGANTVR, VEL IN CASV RESTITVENDÆ DOTIS. SED EX ILLA PECVNIA DOTIVM SIC DEPOSITA SOLVENTVR QVINQVE PRO CENTO DE PROFICVO IN ANNO, ET RATIONE ANNI, QVANDIV DEPOSITVM DVRAVERIT. Venetor. Statut. Lib. 6. Cap. 31.

Venetorũ Statuta, ſequeſtrandæ Dotalis pecuniæ, donec in fundorum emptionẽ cõuertatur.

Continuation de communauté Matrimoniale.

PROROGATIO connubialis bonorum conſortij, nulla fuit 31
Pariſiis antiquitùs, inter coniugum ſuperſtitem; & communes natos: ſed, extinctis illis, hi bonorum ſocij manebant, donec familiam herciſcerent. Quem Lutetiani ciues Morem patrium teſtati ſunt, frequente corona: An. 1293. Vt priſco Commentariolo habetur, ita Gallicè exſcripto. *Le Lundy deuant la S. Barnabé l'Apoſtre, de l'an de grace* MCCXCIII. *fut leuë ou Parlouër des Bourjois de Paris, vne cedule, en la maniere qui ſ'enſuit. Entent prouer pardeuant vous ſire Iuges, meſtre Iehan Thibout contre Colin Thibout ſon frere, que l'Vſage, & la Couſtume de Paris eſt tele, que quant. i. preudome, ou vne preude fame ſunt demourés apres le deces de l'vn, & enfans demeurent auec le pere, ou auec la mere, li enfans qui demeurent aueques eux, ne pueuent, ne doiuent compagnier l'vn aueques l'autre. Car li pere, ou la mere ſunt chief d'oſtel. Ainſi apert il, que quant en ne peut compagnier aueques le chief, ceux qui ſont deſouz le chief, ne peuent compagnier, ſe il ne ſ'en tracompagnent par paroles, ou par certaines choſes miſes enſemble por compagnier. Et parce que l'Vſage, & la Coſtume de Paris eſt tel, que enfans n'aquerent pas aueques pere, ne mere, puis la mort de l'vn: Diſt meſtre Iehan, que led. Colin ne peuet ah compagnier, ne ne doit: Et ces Vſages, & Coutumes ſunt ſi notoires, que bons Iuges les doit ſauoir de ſon office, &c. Laquelle cedule veuë, leuë, & entenduë diligemment de Iehan Papin Preuoſt des marcheans, Thomas de S. Benoiſt,*

D'vn vieil Cayer, à la main, des Ordenances de la ville de Paris, & de la Preuoſté de l'eauë.

Præpoſiti Mercatorum Pariſiẽ., ab Anno 1411., quo Rex ciuibus Scabinatũ Vrbis reſtituit, enumerantur in Lib. Ordinationum ciuilium Lutetiæ, ad noſtra vſque tempora. Iam inde à Petro Gentiano, primo Decurionum Vrbis Præfecto.

Digitized by Google

S.Benoiſt, &c. Raoul de Paci clerc du parlouër &c. preſents aud. Parlouër à ce mandés, & appellés de par le Preuoſt de Paris, Il fu reſpondu, regiſtré, teſmoigné, & accordé de eus, que les enfans demeurans aueques le pere, ou aueques la mere, ſe il ſunt aucuns acqueis, il ſunt ceuz au pere, ou à la mere; ſans contredire, par la Coſtume de Paris, ne il ne ſunt point de compagnie. Et mort le pere, & la mere, touz leſd. biens reuiennent au enfans, & ſunt communs entre euz: & lors ſe fet compagnie entre euz, iuſques à tant que il facent diuiſion de touz leurs biens entre eus. Poſtea verò, cum ætatum ſerie, variatus eſt Pariſiorum Ritus, ac coniugalis rerum Societatis continuatio adſcripta liberis præmortui coniugis, vnà cum ſuperſtite: niſi hic communia bona ſolenni Catalogo annotarit. §. 240. & trib. ſeq. Cuius autem Prouinciolæ Inſtitutis ciuilibus, nihil ſit de tali prorogatione ſancitum, eam, ceu pœnalem ac odioſam, ceſſare puto, & ex Iure Quiritum, deficiente Municipali, ſocietatem vnius morte diſſolui. Quanquam enim Molineus æquitati conſonum opinatur Societatis tractum hunc continuum, ſupplendúmque vicini Moribus municipij. In §. 54. Victriacæ Conſuet. Aliud tamen Vſu protritum, indies comperimus. Ita iudicatur Andibus identidem, ac de Rupellanæ Legis vſu obſeruationeque, decretum à Senatu, decuriatim inquiri: vt ad hæredes necne produceretur coniugale Rupellanorum conſortium, dignoſceretur. Interlocutione Ordinis Ampliſſ. Menſe Octob. An. 1594. Vbicunque igitur ſocij coniugis obitu dirimitur rerum communio, ſi quid ære communi ſuperſtes acquiſierit extemplò, priuſquàm bonorum Repertorium concinnaret, hæredibus non communicatur: ſed his aut reddendum pretij dimidium, aut ſyncerè peracto bonorum Indice, diuiſio ineunda. l. ſi patruus Cod. Comm. vtr. iudic. Bartol. in l. Titium, & Meuium §. altero ff. De adminiſt. tut. Enimverò ſi peſtilentis æris intemperie extincta ſit coniunx, ſoſpite viro cum liberis, qui ſalubrius cœlum petierit aliquantiſper, minimè eſt interim conferenda in eum culpa ſeriùs confecti bonorum Repertorij. Quaſi inde producta longiùs perſtiterit coniugalium opum Communio, (quæ antea,) & obeuntis medio tempore vnius ex liberis portio, continuatæ huic bonorum ſocietati accedat, nec patri priuatim. Admittamus enim, trimeſtre duntaxat ſolemni pupillarium rerum annotationi Tutoriæ præſtitutum. Harmenopuli Lib. 5. Cap. 11. Viduæ item mulieri tantumdem præfinitum temporis à Leone Imp. ad omnem defuncti viri ſubſtantiam in commentario deſcribendam. Nouella. 110. Nec largius interuallum hæredi à Iuſtiniano conceſſum, vtì ſedulò bonorum ac inſtrumentorum * ἀναγραφὴν procuret. l. Scimus §. ſinautem Cod. De iur. delib. Verùm hæc ciuili certè modo, ac circunſtantibus cauſis aliquando temperanda. Ex l. Tutor qui repertorium. ff. De adminiſt. tut. Verſ. niſi fortè àliqua neceſſaria & iuſtiſſima cauſa allegari poſſit, cur id factum non ſit. Vtputà ſi morbo ſontico

Continuatiõ de Communauté, à preſent pœnale loco iuramenti in litem ob repertorium nõ factum, elle ne l'eſtoit autrefois: Ains par ſimple acte derogeant à communauté, & declaration de volonté, eſtoit diſſoluë, ſans neceſſaire cloſture d'Inuentaire, & partage.

Sententia Præſidialium Iudicum Andeg. die. 30. Decẽb. An. 1594. Qu'il n'y a continuation de cõmunauté en Anjou. Entre Pier. Bouſſion curateur de Franc. & Vrbã les Houſteliers appelans du iuge Preuoſt, & Iehan Bertrand, Pier. Piau, & conſors intimez.

Pariſ. Conſuet. Art. 241. præfixum eſt etiam Trimeſtre perfectioni Inuentarij, à die cœpti ipſius & inchoati.

* Deſcriptionem.

diſtrictus fuerit tutor, qui ſuæ ipſius moræ excuſationem præſtet. Iuliani I.C. leg. quæſitum ϖ. De re iudic. Et Bartoli exprompta ſententia ad d. l. Tutor, ac Pet. Ancharani Reſponſo. 254. Quorum veſtigiis Molineus inſtitit, prudenter ratus, ex ſtatuto dierum ſpatio ad res communes repudiandas à vidua coniuge, deduci neceſſarium impedimentum debere, carceris videlicet, peſtis, hoſtilis incurſus, aliorúmque id genus. In Notis ad §. 245. Legis Boiorum Municipalis. Eapropter Clariſſ. Ordo patrem abſoluit petita à filiæ marito communionis prorogatione coniugalium opum prætextu Indicis earum, lapſo anno, peracti poſt fata materna: Exindeque mobilem filij hæreditatem parenti adiudicauit. Decreto propalàm lato ad prouocationem à Iudice Bellouacorum, in Catalogo cauſarum Syluanectenſium, poſtridie Purificationis Diuæ Mariæ An. 1597. Bauſſantio, pro patre: & Germano, pro eius genero dicentibus. Cæterùm Pariſiis connubiale bonorum conſortium non prorogatur cum maiore annis coniugum ſobole, at cum minore duntaxat: cuius & optioni arbitrióque relinquitur longior tractus Communionis huiúſce. Præd. Art. 240. Cæteroquin generaliter accipienda eſt continuatio vxoriæ rerum Societatis Municipalis: etſi grandioribus natu facilè expeditéque *licuerit*, rerum partitionem, cum ſuperſtite, iudicio prouocare. Biturici Moris Artic. 19. De nuptiis. Enimverò ſi ætate prouecti matrimonium coïerint, ſeparatímque à parente ſibi negotientur, iam deſinit prorogatio ſocietatis. Argum. l. cùm oportet Cod. de bon. quæ lib. l. itaque D. pro ſoc. Nil abſimile, ex Trecenſi Prætura, definiiſſe CONSCRIPTOS CVRIÆ, aſſeruit Verſorius, collega noſter, Fori conſultiſſimus. Aliter verò, ſi paterna in familia, & laribus antiquis liberi coniuges perſeuerent. Quo caſu, nec emancipati credútur, nec priori communione bonorum excluſi. Molin. ad §. 1. Bleſen., 40. Inſulanæ., &. 166. Borboniæ Conſuet. Cui mirè quadrat Imperatoria lex, ſi vxor Cod. de condit. inſert. l. 1. §. idem ait D. de iniur. §. 2. Inſtit. Ad Tertullian.

Borbonia Conſuet.

Curię Placitũm die. 3. Febr. 1597. *en plaidant du Roolle de Senlis.*

Enfans mariez, sõt reputez emancipez, niſi maneant in domo, prioríque adminiſtratione patris. Nuptæ enim, vel vxorati in familia, manẽt in poteſtate.

Hoc Iure cõmuni, filia nupta remanet in poteſtate patris.

NOVAS præterea nuptias aggreſſo coniugum ſuperſtite, liberis addicit Mos ciuicus, vt ſemiſſem anterioris, ſic prorogatæ trientem Communionis facultatum: vel quadrantem tùm aliquando, quùm ſuperſtes viduum, aut viduam cum prole, matrimonio ſortitus ſit. d. §. 242. Aſt ſi viduus ille, aut vidua, cum natis, res ſuas publico Indice recognouiſſet, tunc, ſemotis è medio liberis hiſce, continuata Societas tribus conſtat partibus modò. Quippe quùm tales liberi, quorum bona Repertorio diſcreta, ac diſparata ſint, nihil conferant in eam Societatem: Fratribus verò bonorum ſocijs quæ accedit vnius coniux, minimè conſociatur aliis; nec, fraterno ex conſortio illo, portionem fert ampliorem, quàm maritalis in id iuris, partíſque dimidiam. Molin. ad §. 61. Carnutenſ. Conſuet. Qui enim admittitur ſocius, ei tantùm ſocius eſt, qui admiſit: cùm ſocietas 32

Coniugum in ſuperſtitem, donatio mobilium, & quæſtuum, nõ præpedit continuationem ſocietatis liberorum in ſuperſtitem, iterũ coniugem: quia tũc donatio tranſit in nũdum vſumfructũ ex Edicto, fauore liberorum: & ita bona permanent communia, ſaluo vſufructu, niſi inuẽtarium ſolenne peractum ſit: cuius etiã defectu, adimi poſſet vſusfructus.

Digitized by Google

ſocietas mutuo aſſenſu contrahatur. Vlpiani leg. 19. 20. D. pro ſoc. Sicuti Iuridico in conuentu Neuſtriæ pronuntiatum fuit, ad D. Michaëlis, An. 1241. QVÒD CÙM DVO FRATRES SINT AD VNVM ET IDEM CATALLVM, ET ACQVIRANT SIMVL, DE QVIBVS VNVS HABET VXOREM, VXOR ILLA NON HABEBIT, NISI DE PARTE HÆREDITATIS MARITI SVI, VIDELICET TERTIAM DE HOC, QVOD EST EXTRA BVRGAGIVM DE PARTE MARITI SVI, ET DE ACQVISITIONE IN BVRGAGIO FACTA, HABEBIT DICTA VXOR MEDIETATEM PARTIS MARITI SVI. Sed & ſi nuptiali viduæ coniugis Inſtrumento cauerit ſponſus alter, communes res prioris connubij ab illa in teſtatum redigi, ne anterior cum filiis bonorum communio ſerperet longiùs, Iudicatum eſt, filios, poſtea ſuperſtitis hæredes, Pacto ſtare debere, ac eorum pro ſocio Actionem, talis exceptione Pacti repelli. Areſto Pariſienſi. 3. Idus Apriles, An. 1571. ex Antiſſiodorenſi Sede Præſidali. Inter Amedeum, ac Iohannem Loüatum, hinc; & Mariam Chauuetam, inde, litigatores. Cæterùm vnius liberorum mortui hæreditas mobilis redit quidem patrio Ritu ad parentem viuum: ſed protracto ſimul inter omnes Conſortio bonorum aduoluitur, conſortibúſque ſingulis communicatur. Vt innuit Prouincialis Sanctio Pariſiorum, Art. 243. Ac Molineus in §. 182. Aurelianen. & 184. Borboniæ Conſuetud. Ideóque nec Boërij contrariæ opinioni adhærendum, in §. 4. De Teſtam. Bituricæ Legis. Vndecunque enim profecta Mobilia, ſociis permixtim quæruntur Gallico Iure ciuili. Nec diuerſum puto de rebus ſoli, quæ ex coniugalibus lucris prioris thori partæ ſint, continua ſtante bonorum ſocietate inter liberos, & parentem binubum ſuperſtitem. Quamuis enim Hæreditariæ res immobiles ſociis conferri non ſoleant. l. coïri, Et ſeq. D. pro ſoc. Diſſimilis tamen ratio eſt connubialis lucri, ac eorum, quæ exinde, prorogata opum Communione, illis acquirantur. Hæc quippe, licet præmorientis filij hæreditate genitori obueniant: reliquorum certè liberorum vel poſtremo in commune referuntur. Ex ſententia cita. Art. 243. Et leg. fœminæ §. illud Cod. de ſec. nupt. l. Mulier, quæ duobus D. Ad S. C. Trebel. Vſquecadeò autem ſyncera fides in Societate exigitur, coniugali præſertim, vt à marito donata ſorori, fratríſve filiis, in medium reuocari oporteat, ac, diſſoluto coniugio, ab vxore diuidi cũ donatoris hæredibus, ac donatariis. Senatorio decreto, quod purpurea in Toga recitatũ fuit à Præſide Harleyo, poſtridie Idus April. An. 1556. in decidenda lite appellatoria à Præfecto almæ huic Vrbi.

In Scacario S. Michaëlis Iudicatum, An. 1241.

Inter Nobiles vulgò non cõtinuatur bonorum ſocietas coniugalis, ſed inter plebeios, & ignobiles. Art. 216. Aurelianen. Sed Pictonica Cõſuet. ſecus, Art. 308.

Curiæ Placitum die 11. April. 1571. *ſur vn appel des Preſidiaux d'Auxerre.*

Les enfans continuans communauté auec leur pere ſorminent, faciũt mediam, & vnũ caput, eorúmque partes ſuccedentibus accreſcunt: Qui inter ſe diuidũt in capita, abſq. iure primogenituræ, id quod capiunt iure Communionis cõtinuatæ.

Areſtum Curiæ, die 14. April. 1556. *ſur vn appel du Preuoſt de Paris*: à Chriſtoph. Harleyo, Præſide pronuntiatum.

33 Cum mulier viro in manum conuenit, omnia, quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. Ad C. Trebatium ſcripſit ille. Sed hoc, vſu & poſſeſſione: non mancipio, & nexu. Muliebris enim fundus, iure Municipalis ſocietatis, non tranſit in ius, maritíque dominium: Nec abalienari quidem poteſt à minore. 25. annis: vt

Cic. in Topic.

Digitized by Google

Ameubliſſement des Propres de Mineurs par mariage, auec permiſſion ou emologation Iudiciaire, cognita cauſa, & adhibito propinquorũ ſuffragio. Aliàs *led. Ameubliſſement faict* in contractu matrimonij, non valere, Iudicatum Areſto, die. 29 Mart. An. 1580. *ſur Procez par eſcript des Requeſtes du Palais, entre M. François Palerne procureur en la Court, & Iehan Gironſt tuteur de mineurs.*

eius pretium coniugi cedat, dotali titulo, vel donationis ante nuptias. l. prædia Cod. de præd. minor. Aſt ſi puellæ res nummaria deſit, ſupellex, mouentiáque huiuſmodi, quæ futuræ cum marito Societati inferat, expedit tùm, impetrata à Iudice venia, prædium aliquod diſtrahi in eam cauſam: Quæ Legibus neceſſaria habetur rerum alienationi, eorum, qui ſub tutela, vel cura conſtituti ſint. l. ſiue generalis §. dubitari l. Titia. ff. De iur. dot. l. lex quæ tutores Verſ. vel in donationem propter nuptias, vel in dotem Cod. De adminiſt. tut. l. vlt. §. cùm autem Verſ. excepta propter nuptias donatione Cod. ſi maior fact. rat. In Gallicis igitur prouinciolis, quæ peculiari Conſuetudine vtuntur, maritus ſuum facit vxorij illius fundi pretium, vt communia reliqua: Quorum & liber is manet arbiter, conſtante prima ſocietate. De prorogata verò ea, non item: quæ, licet, continuata rerum ſerie, eadem videatur cum anteriori, inducitur tamen & ſuperſtitis odio, immemoris officij (in concinnando bonorum Repertorio,) & fauore optionéque liberorum, qui ex prioribus nuptiis ſint editi. Quò minùs, viuo dùm coniugi liberum ſit, communes primariæ Societatis quæſtus ſuo nutu, arbitrióque de manibus deponere, ac cuiquam emancipare.

Primæ coniugũ Societatis, & continuatæ cum hæredibus differentia.

PROPONITVR autem, publicum Munus à Cocceio Firmo 34
coëmptum: quod &, defuncta vxore, geſſerit. Ambigitur, nûm ab huius hærede, ſucceſſor vxoris licitè repoſcat mediam pretij ſortem Militiæ eius venalis, inſperato viri obitu deperditæ. Prima quidem facie non videbitur æqua repetitio: quùm fatalia damna præſtare ſocij non cogantur. Vlpiani leg. cùm duobus §. 3. D. pro ſoc. Sed quia virilis Officij particeps nunquam fœmina extitit, at pretij modò, in eius comparationem impenſi, Res periit domini periculo, non creditricis, hæredúmve ipſius, qui in creditum abierint. l. pignus Cod. De pignerat. act. l. 5. §. penul. ff. De tribut. act. l. quidam fundum. ff. De in rem ver. Neque enim repentini caſus occurſu, liberatur debitor quantitatis. l. incendium Cod. ſi cert. pet. l. in ratione §. incertæ D. Ad leg. Falcid. Secus vtique, ſi vir prior diem obiiſſet, aut bellica temporum calamitate nequiiſſet, publicum Miniſterium alteri æquis conditionibus eiurare. Nam tùm nulla præeunte mora culpáve mariti, humaniùs dicitur, ipſius hæredes debito ære exonerari: quod, fortuitò amiſſi Officij nomine, conflatum ſit. Argum. l. Titiæ textores §. vlt. ff. De legat. 1. E DIVERSÒ autem, premoriente viro, mulier à genero cõuenitur nummariæ dotis ergò, quam dudum, abſente illo, pollicita eſſet luculentam. Hæc certè defendit, dotandæ filiæ munus, paternum eſſe, aut vtrique ſaltem parenti commune. Ex quo, ſolidam dotem genero præbere vidua ipſa non tenebatur. Aliàs, muliebris pro parte interceſſio Legibus reſcinderetur. l. vir vxori §. vlt. D. Ad S.C. Velleïan. In cauſam pariter, velut in ſcenam, perſonati adducuntur liberi alij, matre clanculum inſtigante: Qui inofficioſe dotis querelam obiter inſtituerent, ex Cæſarea Conſtantij ſanctione vn.

Le my denier de l'Office public du mary non reſigné, & perdu par ſa mort, rendable aux hoirs de la femme predecedee, ſoit enfans cõtre les heritiers du Vitrique, ſoyt collateraux.

Inofficioſæ dotis reductio legalis, nõ procedit cõtra maritum.

Digitized by Google

ne vn. Cod. De inoff. dotib. Verùm his occlamitat gener, ream ſocrum, dotis titulo, in ſolidum lege obligatam eſſe. l.obligamur. §. lege, vbi Accurſius D. de obligat. & action. Cum Imperatorio Antonini Reſcripto. 2. Cod. De iur. dot. Nec, in ea pietatis cauſa, locum eſſe S. Conſulto de interceſſionibus, aut maternæ indebiti condictioni. l. ſi dotare l. vlt. Cod. Ad Velleian. l. cùm is §. ſi mulier D. de condict. indeb. Subdit præterea, immenſæ dotis expoſtulationem minimè audiendam: cui nec reſpondere viuus ipſe compellatur. Quippe qui haud aliter contracturus fuiſſet nuptias: ni ſuis & natalibus parem, & fortunis, dotem nactus eſſet. Qua ratione deciſum eſt à Parthenopæo Senatu, viuum maritum dotis partem, ceu inofficioſæ, reſtituere neutiquam cogi. Afflicti Deciſ. Neapolit. 86. ex ſententia Venuleij Saturnini, in l. ſi fraudator §. ſi à ſocero Verſ. In maritum D. Quæ in fraud. credit. Actitata igitur ſimili Lutetiæ controuerſia, Placuit Ordini Clariſſ., mulierem communi, cum viro, onere defungi ex parte dimidia: reliquam verò dotem ſumi ex ipſa defuncti mariti hæreditate: Quaſi, Legitimæ ſocietatis nexu, coniuges ambo viritim adſtringantur dotalis æris numerationi. Decreto Lutetianæ Curiæ in cauſis orandis, Tertio Idus Apriles, An. 1595. quùm Doleus, pro ſocru appellante: Chezelleus, pro Peleto genero: & Arnaldus, pro liberis aliis egiſſent. Cui Decreto Francico proximè cohæret Iberica Iudiciorum praxis, Regiæ Conſtitutionis Hiſpanicæ interpres, de paterna ſeu dote in filiam, ſeu donatione propter nuptias in filium collata, poſt ſolutum matris obitu matrimonium. Inibi enim purè ſic erogata à patre ſuperſtite, cenſentur, coniugalis velut onera ſocietatis, ex communi diſſolui ſociorum antea coniugum quæſtu, non ex paterno donantis patrimonio peculiari. Vt Didac. Couarruuias teſtatum reliquit, Præfectus Prætorio Hiſpaniarum regis Philippi. 2.

Sacri apud Neapolim Conſilij Decretum.

Areſtum die. 11. April. An. 1595. inter Magdalenen *Deſgroox* viduam Ioh. *Miette*, appellantem à Præpoſito Vrbi Pariſien. Et Peletũ, generum, intimatũ: Cum interuenientibus aliis.

Hiſpanica, de iiſdẽ, Iudicata.

Covarruuias Lib. 3. Variar. Reſolution., Tomo. 2. Cap. 19. De bonis acquiſitis conſtãte matrimonio. Idque non obſtãte paterno mero dotandi officio, ex leg. vlt. Cod. de dot. promiſſ.

QVÆ ſuperſunt de connubiali Societate, grauiores quæſtiones excutiuntur à Nobis, Rubrica eadem, Libri. 3. Legum Andeg. Ne iis denuo prolixiùs immoremur.

Titul. II.

DE DOTALITIIS, LEGITIMIS, ET CONVENTIS.

1. *Philip. Auguſti* Ordinatio *vetus, de* Doariis *viduarum.* *Conuentionale* Doarium, *haud ita diſtrictè bonis marito interdicit, ac* Conſuetudinarium.
2. *Ex matrimonio clandeſtino non competit* Doarij *perſecutio in publicum bonorum mariti emptorem poſteriorem.*

Digitized by Google

Sponſorum oſculo, mulier lucratur dimidium à ſponſo donatorum, licet ante nuptias moriente.

Dotis lucrum, & coniugalis bonorum ſocietas locum habent, moriente etiam coniuge, ante benedicti ab Eccleſia matrimonij conſummationem ex copula.

Doarium Conſuetudinarium ad bona non extenditur collateralis ſucceſsionis marito delatæ poſt benedictionem nuptialem, licet ante conſummatum copula matrimonium.

3\. Reditus pecuniarius, in Doarium, ſans retour, promiſſus, eſt proprius vxoris, eúmque liberi patris hæredes ceſſionario matris ſoluere tenentur.

Doarium cenſetur iure paterni, non materni, patrimonij.

Lucra nuptialia, quo caſu ad liberos tranſeant tanquam hæredes, nedum vt liberos.

4\. Donatio propter nuptias, dote non ſoluta, quando debeatur.

Pro rata dotis numeratæ, Doarium conuentum, præſtandum.

Statutarium autem Doarium vſquequaque debetur, niſi à muliere ipſa promiſſo dotali ære, nec illato.

5\. Repetitio dotis non ſolutæ competit viduæ in mariti hæredes, qui eam ſe recepiſſe faſſus ſit, noua ſoceri Obligatione contentus.

Procurator ad recipiendas pecunias conſtitutus, nouare non poteſt, ac de recepto confiteri.

6\. Vidua doaria, fideiuſſoribus non cauet, vſuram ſe, fruituram arbitrio boni viri.

Quæ verò iterum nupſerit, idoneè ſatisdare tenetur Doarij nomine.

In gratuito, & lucratiuo vſufructu mulieri dato, indiſtinctè opus eſt ſatiſdatione.

Vidua, de bonorum diſsipatione, ſuſpecta, non admittitur ad iuratoriam cautionem, loco fideiuſſoris pro Doario.

Satiſdatio, doarij ergò, exigenda, mulieri remitti poteſt à marito.

Vſufructuarius, ante petitam ſatiſdationem, faciat necne fructus ſuos.

7\. Vitalitia, Viuelote.

Muliebris Doarij reſtr[illegible]o, fauore liberorum.

Filij primi matrimonij, ad legitimum modum reducunt nuptialem donationem ſecundæ vxori factam ſpecie Doarij.

Mechlinienſis, & Louanien. Conſuetudines, de re mariti vxori donata, liberis exiſtentibus.

Doarium, à nepote eius proprietario, qui paternæ hæreditati renunciat, in auitam non confertur.

Liberi Doarij paternis creditoribus præferuntur, etiam priuilegiarijs.

8\. Liberi doarij, cum hæredibus aliis, nihilo plus capiunt è Doario, quàm ſi omnes doarij eſſent.

A patre donata filio, qui poſtea doarium capiens, renunciat hæreditati

Digitized by Google

tati paternæ, ab eo reſtituenda ſunt, aut Doario *imputanda.*

9. *In capita diuiditur* Doarium *inter non hæredes patris, tanquam iure contractus, non ſucceſſionis capientes.*

Doarium*, tanquam paternum, ad paternos agnatos filij morte tranſit: etiamſi à patre filij, acquiſitore cœpiſſent bona* Doario *ſubiecta.*

Secus inter Meloduni municipes, Montis Argi, Meduntæ, & qui ſimilibus reguntur Moribus d'eſtoc, tronc, & ſouche, de lignes paternelle, ou maternelle.

10. *Prioris morte* doariæ, *creſcit* doarium *poſterioris, temporarium.*

De perpetuo, ſecus: id eſt, liberis, proprietate, adſignato.

Præfixum nummario reditu Dotalitium primæ coniugi, non obſtat Conſuetudinario *integro ſecundæ vxoris* Doario, *cum onere ſoluendi anterioris.*

11. *Perſonalibus debitis, neque* realibus, Doarium *haudquaquàm minuitur.*

Realia *debita ipſo iure Dotalitium extenuant.*

Primogenitus hæredum, plus reliquis ſoluit de doariæ *penſione nummaria, tanquam* fundiario *onere.*

12. *Reſtitutioni ſubiectæ res, pro* Doario *obligari alienarique poſſunt, vt pro dote.*

An doaria, *ad hypothecas, quibus, tertij gratia emptoris, renunciarit, redire in ſubſidium poſſit.*

Reſoluta venditione, cui acceſſerat venditoris vxor, ea ius ſuum exequitur hypothecæque ordinem in alios mariti creditores, ſuper fundo etiam ab emptore derelicto.

Hypotheca pro Doario, *quod mulieri quæritur à die nuptialis benedictionis, retrotrahitur ad diem ſcriptarum tabularum matrimonij.*

Ob *neceſſaria parentum alimenta,* Doarium *alienabile eſt, in præiudicium liberorum, ſuſpenſiuè dominorum.*

13. *Domus, cuius habitatio* Doariæ *competit, locari ab ea poteſt.*

Moderata refectio, fulturáque ædium incumbit Doariæ *mulieri.*

Vſufructu dato, res æſtimanda eſt communiter, quantùm valeat tempore recepti vſusfructus.

Nûm Doariæ *domus adſignatio facta dotali pacto, licitè conuertatur in aliam domum, conſtante matrimonio, in præiudicium creditorum.*

14. *Communibus expenſis ineunda bonorum partitio inter* doariam, *& proprietarios, mariti hæredes.*

Aliter, ſi hæredes doariam *pro indiuiſo vtifrui patiantur, eáque ſola ad diuiſionem illos prouocet.*

Sententia de doario prouiſionalis, *directò exequenda, aduerſus particularem ſucceſſorem.*

15. *Pro Morum varietate Municipij cuiuſque,* Doarium Conſuetudinarium *intelligitur, vel liberis proprium & perpetuum, vel viduæ fructuarium modò, & temporarium.*

16. *Vnius ſummæ* Doarium, *quod liberis ceu proprium competit, mortuis iiſdem, mobilium hæredibus defertur.*

Filio opponere ſe, licet, cridis *& proclamationibus quæſitorum à patre, pro vnius ſummæ, aliòve conuento* Doario, *non pro* Conſuetudinario.

Conuentum annui Reditus nummarij Doarium, *eſt in proprietarios filios* redimibile *ad rationem quindeni nummi pro ſortis vſuris.*

Conſuetudinarij Doarij *Lex, ſtante coniugio, ſcripta, an retroflectatur ad diem initarum nuptiarum.*

17. *Viduæ optio* Doarij *conuentionalis, liberis non præiudicat,* Conſuetudinarium *eligentibus.*

Simpliciter promiſſo Doario, Statutario, *vel conuentionali, Cuius ſit electio, viduænè, an hæredum mariti.*

Concubinæ, vxori à moriente ductæ, abiudicatum Doarium.

Ciuili morte mariti, perinde ac naturali, incipit muliebris Doarij *poſſeßio.*

18. *Confiſcatis mariti bonis, ſaluum vxori* Doarium *remanet.*

Idem liberis Doarij *proprietarijs ius ſeruatur, contra Fiſcum.*

Nec confiſcatio eiuſmodi nocet vxoriæ parti bonorum cum viro communium.

Hypothecariæ fundorum emptiones, & Reditus pecunia antè nuptias acquiſiti, augent Dotalitium.

19. *Ceßio fructuarij iuris, in proprietarium, fauorabilis: in exterum, odioſa, & irrita.*

Commoditas tamen, perceptióque fructuum, cuiuis cedi poteſt.

20. *Diminutis pro tempore,* doarij *fundi reditibus, non datur viduæ regreſſus in hæredes viri, quòad* Doarium Conſuetudinarium.

Idem de conuentionali Dotalitio, ſi fundus, die nuptiarum, & mortis, æquiualeret annuatim pecuniario Reditui, in Doarium *repromiſſo.*

Penes doariam *Dominam eſt* Officiariorum prouiſio *Iuriſdictionis, vnà cum proprietario Ditionis eiuſdem.*

Fundorum locationes à Doaria *factas, proprietarius, ea mortua, non tuetur inuitus.*

21. *Pro rata bonorum, à matre filij hærede detentorum, confunditur* Doarium.

Filio primi matrimonij, hæredem ſe patris gerente, non ideo augetur doarium *nouercæ.*

22. *Quot fuerint, primogeniti, vxores: tot æqualia, vxoribus debita ex bonis ſoceri Dotalitia.*

Hominis, Legiſque diſpoſitio, de Nuptiis, an de primis ſolùm intelligatur.

Rhedonenſis Britonum Senatus, de eo, Areſtum.

Conſuetudini Doarium *præciſè limitanti derogatoria clauſula in nuptialibus*

Digitized by Google

ptialibus Tabulis, nil prodeſt vltra permiſſa Statuto *Municipali. Dimidium* doarium, *à parentibus mariti præmortui non debetur eius viduæ, niſi expreßim, Pactis nuptialibus filij, præſentes illi conſenſerint.*

1 SICVTI FOEMINÆ coniugi proſpexit Lex Municipalis, quæſtuum Communicatione cum viro: ita Viduæ, patrimonij virilis Vſufructu ſemiſſis, ac communibus liberis, proprietate. §. 247. 248. 249. Pariſien. Conſuet. Tale DOTALITIVM Philippus, Auguſtæ memoriæ Princeps noſter, Edicto ſanxit perpetuo., in his, Belgicæque Galliæ oris, quas pura, pacatáque tenebat Ditione, An. 1214. Nam illius ſeculo, Britanni, Celticæ propemodùm imperabant, & Aquitanicæ Galliæ: ſaluo Auguſti dominatu ſupremo. Ac licet, Britannica perduellione, omnes hæ in corpus Francici Sceptri relatæ ſint ab illo Prouinciæ: Triens tamen hærediorum mariti, Viduis fructuarius cōſtitit ibidem hactenus, nullo liberis in ea proprietatis iure, præterquàm hæreditario, attributo. In his pariter Municipiis, quorum Inſtituta vetera liberos, ſpe dominos deſignarint paternorum fundorum, prudentiores conſulunt libertati ſuæ, Nuptiarum candidati: ac, ne iis, lege interdicatur bonis, cum patriæ poteſtatis contemptu, nummarium modò ſpondent *Dotalitium* futuræ coniugi, ſingulos in annos, dirempto connubio, penſitandum. Quale dotalitium Conuentum, Legitimo derogat. Art. 261. Pariſ. Conſuet. Secundùm Iuſtinianeam leg. vlt. Cod. de Pact. conuent. De hoc genere Dotalitij, annua penſione conſtituti, multa præſcribuntur ciuico Ritu Pariſiorum. Legitimi autem, puréq; Moribus indicti ſummam præfiniit Senatus *Parlamentaris*, An. 1268. tali ſermone. IN OMNIBVS HIS, DE QVIBVS VIR, CVM DVCIT VXOREM, EST SAISITVS, VEL QVÆ, DVRANTE MATRIMONIO INTER EOS, IPSI MARITO EX SVCCESSIONE PROVENIVNT, VXOR POST MORTEM MARITI HABET DOTALITIVM SVVM, AD VSVS, ET CONSVETVDINES FRANCIÆ, QVANTVMCVMQVE DE IIS MARITVS ALIENAVERIT: NISI IPSA EXPRESSE CONSENSERIT ALIENATIONI HVIVSMODI, ET RENVNTIAVERIT DOTALITIO SVO. NON TAMEN ITA HABERET DOTALITIVM SVVM IN IIS, QVÆ EX ESCHAETA PROVENIVNT MARITO.

DES DOVAIRES.

La moictié des propres du mary, ſubiecte au doüaire, par l'Ordonnance des Doüaires, Philippine, citata differtè à Phil. Belmanerio, Balliuo Clarimontis Bellouacorum, in autographo Codice Bellouacenſis Conſuet. Cap. *Des Doüaires.*

Anglicæ ditionis fuêre Cenomani, Pictones, Normani, Andes, Turones, & Vaſcones: ſed Anglorum rebellione, confiſcata ſunt Auguſto om.

Prouiſio hominis tollit prouiſionem Legis.

Art. 255. 256. 257. 259. 260.

Ex Lib. Areſtorum, & Iudiciorum Parlamenti omnium Sanctorum, An. 1268. Fol. 165.

2 VTRVMVIS autem *Dotarium*, vt cum Siculis loquar, ſeu More cautum, ſeu Pactitium, mulieri quæritur, ab ſolenni ipſo nuptiarum die, & ſacra coniugum luſtratione publica. cita. §. 248. Con-

Verſ. *au iour des eſpouſailles, & benediction nuptiale.* Idem de coniugali bonorum ſocietate, quæ incipit *du iour des eſpouſailles & benediction nuptiale.* Art. 220 Pariſ. Leg.

Digitized by Google

ſuetud. huiuſce. Aliâs, clandeſtina ex coniunctione, Dotalitij perſecutorium ius non datur vxori in poſteriorem maritalis hæredij licitatorem. Vt innuit Molineus, ad §. 119. Perticenſium Morum. Etſi verò, ante celebratas Chriſtiano ritu nuptias, obeunte alterutro, ceſſet *Doarium* apud Francos: Thracia certè Byzantiorum Lege, ſuperſtes puella conſequitur mediam donatorum ab altero portionem: modò ſponſaliorum tempore ſponſam deoſculatus fuerit ſponſus. Harmenopulo auctore, Lib. 4.

Tit. 3. De oſculo ſponſorum.

Id quod primitùs ſanxerat Conſtantinus Imp., cuius ab nomine, nouum etiam Byzantiæ Vrbi fuit inditum.

Conſtantinopolis.

l. ſi à ſponſo rebus ſponſæ donatis, interueniente oſculo, Cod. de donat. ant. nupt. Huic quoque ſponſorum Oſculo lucrum eſt donationis propter nuptias adiunctum tota Sicilia: quæ Conſtantinopolitano Græcorum Imperio antiquitùs paruit.

Græci, & Latini Imperij diuiſione inter Carolum Mag. & Irenen, Sicilia Græco obuenit. Chriſti An. 800.

Vt Matth. Afflictus indicat, Lib. 3. Neapolit. Cõſtitut. Exin Rupellana itidem ora maritima vtitur familiari coniugum vocabulo *d'ouſclage*, ab oſculo. Rupellanæ Conſuetud. §. 46. Tit. *de doüaire, & onſclage*.

Tit. De dotariis conſtituẽdis, Num. vlt.

Inde &, noua cõiuge fato intercepta ante concubitum cum marito, cuius in domum traducta iam fuiſſet, partum eſt viro dotis lucrum, quod ſuperſtiti coniugum illi, patrijs Moribus, adplicetur. Salyceti opinione, ad leg. Cùm te Cod. De donat. ante nupt., Iaſonis Mayni, ad l. diuortio §. interdum D. ſolut. matrim. Et Socyni, ad l. Cui fuerit ff. De condit. & demonſtr. Quam in ſententiam pariter inclinaſſe fertur Luſitanicus Senatus ab Antonio Gamma, regio ibidem Conſiliario. In Luſitan. Deciſ. 187.

Portugalliæ Senatus Areſtum.

Nec aliter de communicatione bonorum inter coniuges, Iudicijs deciſum Luſitaniæ, teſtatur idem Senator, Deciſ. 124. Tametſi enim Luſitanorum Lege regia, opum ſocietas inter illos ſancita ſit, verbis modò præſentibus, corporibúſque inuicem copulatos: eam tamen effectum ſortitam videri tùm placuit, quùm mulier, celebratis nuptijs, in domum viri deducta, ante copulam exceſſiſſet è viuis. Sumpto Vlpiani argumento, in cita. leg. Cui fuerit Et in l. Denique. ff. De rit. nupt. Quò minùs obſtupeſcendum, ſponſi hæredem ante concubitum morte præuenti, Luteriano Areſto ſummotum fuiſſe ſponſalitij anuli & chirothecarum condictione, arrarum futuri matrimonij. Pridie Nonas Apriles An. 1601. in Edictali Senatus Decuria, Roberto, & Cornelio dicentibus.

Curiæ Placitum die 4. April. An. 1601. in Camera Edicti.

Ex Imperatoria Diocletiani & Maximiani leg. Si tibi l. cùm veterum Cod. De donat. ante nupt. l. Si te in vacuam Cod. De donat. int. vir. Quòd ſi de inſignioribus actum fuiſſet, maioríſque pretij Arris repetundis, ampliùs forſan de iis conſulendum deliberandúmque ſuaſiſſet aliarum antinomia Legum, Gratiani, Valentin. & Theod. Cæsss. in Reſcripto. 3. Cod. De ſponſal.

Sponſalitiæ arræ.

Ac Conſtantini Imp. leg. Si à ſponſo C. de donat. an. nupt. Hinc probabile fit etiam, mariti ſorore humanis die ipſo erepta, quo, frater coniugatus eſſet Chriſtiano more ſolenni, eius bona ſororis nihilò magis ſubijci

Digitized by Google

ijci vxorio hæredis mariti Dotalitio, quàm ſi poſt copulam vtriuſque peractis nuptiis, hæreditas iſthæc tranſuerſo limite marito obtigiſſet. Id quod plurimum quidem lucis adfert ciuilibus Pariſiorum Inſtitutis. Art. 248. Defuncta porrò ante virum coniuge, locum non habet *dotalitius* vſusfructus: qui viduæ mulieri ſolus adſignatur in Celticis multis, & Aquitanorum Municipiis. Eodémque caſu, apud Byzantios ceſſabat Hypoboli exactio, ſed Theoretrum tantùm dabatur, ei nimirum, quæ virgo extitiſſet. Nam ſecundò nubentibus minimè concedi ſolebat. Teſte Harmenopulo, Lib. 4.

In Verſ. *au iour des eſpouſailles & benediction nuptiale.*

Tit. 10. De Hypobolo.

Theoretrum, in ſingulas dotis libras ſemis aurei nummi. Sunt autem Θεώρητρα, quæ & ἀνακαλυπτήρια, munera, quæ ſponſus, & ſponſæ amici inuicē contribuunt, cùm primùm illa ſe retectam, visēdam, præbet.

3 NVMMARIA penſio annua, *Doarij* nomine, ſpondetur Fabiæ vxori, ſubiuncto hoc, CITRA REVERSIONEM. Superſtes ea, Dotalitium reditum Ebutio vendidit extraneo: qui in coniugum liberos, ceu patris hæredes, ſolutionem vrget præteritarum penſionum. Aſt hi, contrà, apud Iudicem mordicùs aſſerunt, Dotalitium, Pariſienſi More ſuum eſſe, nec, quod familiæ, ac liberis addictum ſit iure dominij, extero tranſcribere fructuariam matrem potuiſſe. Iuſtinianea leg. Si quis prioris §. certum Cod. De ſec. nupt. Pactitium enim *Doarium*, æquè ac Legitimum, liberis proprietate deferri. Art. 250. & 255. Leg. Pariſ. Refutat verò hæc emptor, præſcripta nuptialis ſtipulationis formula *Doarij*: quæ proprium vxori, nedùm fructuarium, æris vectigal, pro dotis modulo, deſignarit. Cuiuſmodi priuatæ cautiones patria Conſtitutione admittuntur, §. 261. & 263. De re igitur, pecuniáve ſua, mulieri integrum fuit pro arbitrio decernere. Filij inſuper, qui paternæ hæreditati ſe miſcuerint, non modò iure *Doarij* ceſſēre, ſed hæreditaria ſimul debitorum onera agnouerunt. Art. 250. & 251. Pariſ. Morum. Ita denique ſecundùm emptorem, deciſa Iudicio lis Senatorio, 10. Kalend. April. An. 1587. quod Potierus Præſes conſpicua in purpura recitauit. Cæteroquin *doarium*, paterni hæredij conditionem retinet: eiuſque dominium ſibi nequicquàm aſſerunt liberi matris hæredes, nec, ante patrem obeuntes, ius *doarij* tranſmittunt ad agnatos, ceu inanem ſpem fideicommiſſi, quòd nondùm obuenerit. Innuente id Pariſien. Conſuetudine, Art. 117. Sicuti & huic vicina Syluanecti Lege cauetur, Art. 187. & à Molineo diſertè animaduerſum fuit, in §. 177. eiuſdem, ac. 53. Carnuten. Conſuet. Ex quo interim, matris ſucceſſores filij vetantur, res *Doario* adſcriptas pignori dare, vel quoquo modo alienare. Quòd ſi parentibus ſuperuixerint gnati, ac ſtemmatis vtriuſque propinquos relinquant hæredes, Paterni ſoli bona capeſſunt Dotalitio obnoxia, vtì merè paterna. Areſto Curiæ. 6. Kalend. Majas An. 1550. Atque omninò *Doarium* paternis, non maternis, patrimoniis accenſuit Ordo Ampliſſ. Eximio S. Conſulto, in profeſtis Chriſtiani Natalis prolato, An. 1551. Hoc vtique bonorum genus, liberis attribuitur non patrum hæreditario, ſed natalitio iure: quaſi reſtitutioni ſubiectum latifundium.

Doüaire ſans retour.

Verſ. *Et doit tel doüaire, apres le treſpas de la femme, retenir aux heritiers du mary, s'il n'y a contract au contraire.* Conſ. Pariſ.

Areſtum Curiæ, die. 23. Mart. 1587. *prononcé en robbe rouge.*

Nepos certè ex filio præmoriente, capax eſt doarij ab auo paterno conſtituti.

Placitū Curiæ, die. 26. April. An. 1550.

Doarium liberis debetur, tanquam liberis, non tanquā hæredibus: niſi in vno liberorum prima vice conſumptū

ſit. Quia & adita defuncti hæreditas, ſit patrimonium hæredis. Not. in l. 1. §. veteres. ꝟ. de acquir. poſſeſſ.

l. generaliter. §. in his Et Authent. Hæ res Cod. de ſec. nupt. Connubialis tamen eius lucri, quod ſemel filius percepit, capax non eſt, ipſius mortui ſoror exhæres, quæque gentilitiis hæreditatibus lege arceatur Municipali. Vt ſanctius Neapolis Conſilium decreuiſſe, refert Afflictus, Neapolit. Deciſ. 314. Viro itē legata vxoriis teſtamēti tabellis, ad primigenium redeunt, ciuico Iure, parentum illorum hæredem ex aſſe, nec ab illo nuptialis lucri fructuario nudo licitè diſponuntur iuniorum gratia, in fraudem publicæ Conſtitutionis de hæreditate Maiorum. Vtvt enim, Quiritum Legibus, coniugalia iſthæc munera liberis deferantur ſanguine & agnatitio ſtemmate veriùs, quàm hæreditatis titulo; (Iuſtinian. Nouella, De nupt. Cap. 23. & Vidi Papij Deciſione. 227.) Id diſtrictè ſtatutum fuit in alterius prolem coniugij, quod donatarius ex anteriori ſuperſtes iniiſſet: Ne, poſthabita prioris thori ſobole, maternum, paternúmue beneficium ad extraneam ſtirpem præpoſterè traduceretur. Cuiuſmodi rationem, ceu animam, Legis ceſſare in communi eiuſdem proſapia matrimonij, iudicauit Lutetianus Senatus. Præſentaneo decreto, 6. Calend. Quintiles An. 1597. Ex Pontiuenſi, vetere Ambianorum, Municipio, quùm Choartus, protogenij: & Chauuelinus, minorum natu cauſam oraſſent.

Secundi, ad hæc, matrimonij cōtractu, donatio futurorum acqueſtuum facta naſcituris ex eo liberis, intelligitur de his tanquā hæredibus ſecundùm Cōſuetudinariam primigenij prærogatiuam: non autem de ijs tanquā liberis. Quia lucra ſecundi matrimonij applicātur eiuſdem liberis, tanquam parentum hæredibus. l. vlt. C. de ſec. nupt. Aliud de extranei donatione in Titium & liberos: De qua, Bart. in l. Vt iuriſiurandi §. ſi liberi ꝟ. De oper. libert.

Placitū Curiæ die. 26. Iun. 1597.

Leg. Vuiſigotth. Lib. 3. Tit. 1. Leg. vlt. Ne, ſine dote coniugium fiat, & vt quibuſcunque de rebus dos conſcribatur.

DOTE non ſoluta, an donatio propter nuptias debeatur, quæſtionis eſt, Foro perfrequentis. Non deberi vtrique, ſanxit Iuſtinianea Conſtitut. De non eligend. ſec. nubent. §. illud quoque. Cum Authent. Sed quæ nihil Cod. De pact. conuent. Et Authent. dos data, De donat. ant. nupt. Ac propterea Vuiſigotthorū Leges coniugium fieri vetant, abſque dote. Nec, in Langobardia, ſponſus ſponſam in domum ſuam deducit, niſi dotali ære numerato. Vt Ioh. Imolenſis narrat, in l. ſi ſocer. §. Lucius D. ſolut. matrim. Neapolitani item diſtrictè * ἀντιφέρναι denegant ei, quæ dotale aurum viro non appenderit. Decreto Neapolit., cuius meminit Afflictus, Deciſ. 241. Francis porrò minùs vſitatam, Cæſaris Sanctionem illam perhibet I. Faber. in citat. Authent. Sed quæ nihil. Quò etiam flectitur propenſiùs Vido Papa, Delphin. Deciſ. 565. Aſt dilemmate hoc res tota facilè illuſtratur. Aut ſponſa ipſa purè dotem promiſit, cuius contemplatione, depactum ſit viciſſim Dotalitium. Ac fœdifragæ tùm viduæ meritò abnuitur * ἀντιφέρνα, vel, pro rata ſolùm illatæ dotis parte, rependitur iſthæc, ſeu legitima, ſeu priuatim conuenta. Vt noſtrates I. Coss. opinantur, Vidus Papius, Gratianopolit. Deciſ. 274. Steph. Bertrandus Carpentoractenſis, in Reſpon. 24. Lib. 1. & Reſpon. 90. Lib. 3. cùm Molinei Notulis, ad Art. 190. Bleſen. Conſuet. Idem, Delphinatium in Curia pronuntiatum, tradit Franciſ. Marcus, apud Gratianopolim Senator. Deciſ. 17. Tomo 2. Aut verò dotis præſtationi condictum eſt tempus, intra quod, maritus decedat: ſegniúſue illam proſecutus ſit: Eo caſu, nec deficit ius, Dotalitiíve exactio intercidit exceptione 4

* Doarium, doti oppoſitum.

* Doarium, ſeu donatio propter nuptias.

Deciſion. Parlamēti Delphinal.

tione * Ἀναργυρίας. Ab gemino Burdigalenſis Curiæ placito, poſtridie Idus Sextiles, An. 1534. & profeſto B. Magdalenes, An. 1535. Quæ Boërius Placita commemorat, Præſes Burdigalenſis. Deciſ. 22. & 329. Cum Vidi Papæ argumentis, in Quæſt. 430. Ex Tryphonini I.C. leg. Si fundum. π. de fund. dot. His planè conſona, Neapolitani PATRES definière, ſi illorum Matthæo collegæ credimus, Deciſ. 333. Quòd ſi nulla prorſus fuerit, aut ab alio promiſſa dos, quàm ab ſponſa: Tunc ſaluum, integrúmque mulieri conſtat Dotalitium vtrumlibet, Pactitium, ſeu Lege ſtatutum. Iuxta Nouellam Iuſtinianeam, Vt exact. inſtant. dot. prim. §. vlt. Et Authent. De non elig. ſecund. nub. §. penul. Ex quibus deprompta eſt Papij conſentanea opinio, Deciſ. 565. Boërij item, ac Molinei, locis ſuprà relatis.

*non numeratæ pecuniæ dotalis.

Burdigalenſis Curiæ Decreta, die. 14. Auguſti 1534. & 21. Iulij, 1535.

Guid. Papæ.

5 DE Dotalitio quidem, iſthæc: ſed de repetunda Dote, quæ ſoluta non ſit, grauior dubitatio. Marcella enim ab hæredibus viri depoſcit fundos, Reditúſve annuos: quibus emundis dotales nummi deſtinati fuerint, connubiali Inſtrumento. Profert idcirco maritalem dotis apocham, ſeu acceptilationem patri factam: cuius, ipſa, hæreditate poſtmodùm abſtinuerit. Ex diuerſo autem, mariti hæredes, antipocham huic ſubinde traditam à ſocero, dotíſque ſyngrapham obligatoriam: qua, apochæ fictio, fucúſve detegatur. Dotem quippe numeratio conſtituit, non nuda ſcriptura, dotaléque Chirographum. l. 1. Cod. De dot. caut. non numer. Nec obligationem vxori nuda parit cautio, ſed penſitatio dotis. l. 1. Cod. De donat. ant. nupt. Maritus enim acceptam fecit dotalem pecuniam, concepta modò ſpe futuræ numerationis. l. minor 25. annis, cui fideicommiſſum. π. De minor. l. Ab Anaſtaſio Cod. Mand. Quùm igitur eius hæredes, patrem filiæ nouis tabulis obligatum doceant, paratos ſe aiunt, in huius ſucceſſores actionibus cedere viduæ coniugi: nihil præterea facere, curare ſe, compellendos. l. ſi ſocer §. Lucius. l. Mæuia D. ſolut. matrim. Verumtamen mariti hæredes à ſumma Curia damnati ſunt, petitrici dotale aurum reddere, quantum gener à ſocero exigere debuerit: cuius fidem, conditionémque, noua ſumpta Obligatione, ſecutus ſit. l. inter cauſas §. abeſſe D. Mand. Vnde hæredes ipſos, ſuo periculo, obligatum perſequi oportet, eiúſve ſucceſſores: ac muliebris interea dotis præſtatione defungi. l. promittendo §. ſi à debitore. l. vir ab eo. l. in rebus dotalibus. l. dotem. D. de iure dot. Tandem igitur vidua coniunx illos ſuperauit, diuiſis priùs, & æquatis Iudicum ſententiis. Pariſienſi S. Conſulto, poſtridie Nonas Martias, An. 1549. Cui mirè congruit Angeli Peruſini Reſponſum. 145. Nûm, ſolenni edita à genero ſolutæ dotis profeſſione, contraria tùm ſeorſim cautio ſponſióque ſoceri, obſtet vxoriæ Actioni in hæredes viri. Quam nec vllatenus agenti officere mulieri, cenſuit pariter Franciſ. Marcus, Deciſ. Delphin. 180. Part. 1.

L'employ des deniers dotaux.

Quitance de dot, & Contrelettre.

Nouare, & receptũ fateri procurator nequit, recipiendis nummis præpoſitus. l. non abſtulit Cod. de Nouat.

Decretũ Curiæ Pariſ. die. 8. Mart. An. 1549. *Sur vn procez party en la. 1. Châbre des Enqueſtes, & departy en la Chambre du Domaine.*

Digitized by Google

Caution iuratoire d'vne doüairriere veufue: & suffiſante, d'vne remariee. Cuiuſmodi idonea, ac ſufficiẽs cautio, intelligitur de fideiuſſore. l. ſi mandato Titij §. vlt. D. Mand.

VSVFRVCTVARIA vidua regulariter ſatis non dat: quùm lege debitus vſusfructus, haudquaquam ſatiſdatione oneretur. Cæſarea. leg. vlt. §. ſinautem Cod. de bon. quæ lib. Quod ad certam pariter æris ſummam trahitur, Dotalitio iure ſemel exoluendam ſuperſtiti coniugi. Vt Areſto Curiæ deciſum notat Molineus, ad §. 240. Aurelianenſ. Conſuet. Et Franciſc. Aretinus, Conſil. 40. Sed 6

Harmenop. Lib 2. Tit. 10. Vbi etiam præfiniturvalor perpetui,& temporarij vſusfructus. Ille enim, in Eccleſiam ſcilicet, triẽte æſtimatur, vt proprietas, beſſe fundi. Tẽporarij autem vſusfructus plenum tẽpus illic tricennio limitatur. Si autem ſexagenario relict⁹ ſit vſusfructus, 5. annorum dumtaxat vſumfructum percipit. Quæ omnia ex lege Falcidia Patriciusdiſtinguebat.

hodie vidua, iureiurando: nupta denuò, Prædibus cauet. §. 264. Pariſien. Mor. Neapoli verò, indiſtinctè ſponſorem præbet vidua mulier, extantibus liberis. Aliàs, prole orba, rebus mariti potitur, haud fructuaria quidem, ſed dominica poſſeſſione. Quemadmodùm Siciliæ rex edixit Karolus 2., ſacra Conſtitutione, De dotariis. Planè Byzantio Græcorum More, vidua, quæ ſecundò non nubit, vſumfructum habet donationis ante nuptias, dato fideiuſſore. Hic autem ſi mulieri deſit', præſtatur ei æſtimatio donationis propter nuptias. Referente Harmenopulo. Quo etiam caſu, viduæ defuerit expromiſſor, hæredis eſt, ſatisdatò illi polliceri annuam nummorum penſitationem, vice prædiarij vſusfructus muliebris. Imperatoria Leonis, & Anthemij ſanctione, Hac edictali §. his illud

Aretin.Per eum, qui debet percipere alimenta, non præſtatur ſatiſdatio: Vt Doarium, eſt loco alimentorum.

Cod. de ſec. nupt. Verſ. SI FIDEIVSSIONES IDONEAS PRÆSTARE DISTVLERINT, AVT NEQVIVERINT. Quinimò eruditis nonnullis placuit, DOARIAM, cui interceſſor non adſit idoneus, ſacramẽto cauentem, Rebus ſoli frui debere, Mobilium verò à Iudice depoſitorum reditus commodáque percipere. Ioh. Fab. in prin.

Iuratoria cautio.

Petr. de Bella Pert.

Tit. de vſufructu, Inſtitut. Ciuil. lib. 2. Cum Perticenſis, & Cyni dictatis ad Leg. 4. Cod. eod. Si tamen mulierculæ ſuſpecta fides quodammodò pareat, fraudíſque ſuſpicione laboret probabili, illa tùm, ſacramenti præſtiti religione, ceu cautione propria, non admittetur ad naturalem ipſam Immobilium poſſeſſionem. Vt ſenſit Albericus, in l. 1. Cod. de vſufr. Aſt viuo vtique marito, liberum eſt, fructuariæ ſatisdationis *Doariæ* rigorem, in contrahendo

Falcidiæ detractio hæredi à teſtatore prohiberi poteſt.

præſertim matrimonio, relaxàre: perindè ac teſtàti cuiuis, Falcidiam remittere, licet fauore hæredis inductam. Alexandri Reſponſo. 120. Volum. 6. ex Authen. ſed cùm teſtator Cod. Ad leg. Falcid. Neque enim idcirco fructuariis ſternitur via ad Bonorum expilationem quæ vſu tolluntur, ac conſumuntur. Quæ autem ſeruari poſſunt, Mobilium fructuarius, æſtimatione ſola, non reſtitutione corporum ipſorum, defungitur. Vxorius porrò vſusfructus, qui vltronea mariti pactione voluntatéque conſtituitur munifica, eget ſponſoris interuentu, & acceſſione. l. 1., 4. Cod. De vſufr. Quod Pari-

Fructuaria Cautio.

ſiis etiam obtinet in coniugum donatione mutua, ac reciproca. §. 280. & 285. Idque, ad legatum, DOTALITII nomine relictum vxori, produxit Vidus Papa: & legatariam hanc, forenſi Ritu cauere ſolitam, ait, boni viri arbitratu perceptum iri vſumfructum.

An vſufructuarius faciat fructus ſuos ante præſtitam fideiuſſionem.

Gratianopol. Deciſ. 248. Vnde nec, fructuarius ex donatione coniugum, ſuperſtes lucrifacit fructus, antequàm ſatiſdederit, vſurum ſe, frui-

Digitized by Google

ſe, fruiturum arbitrio boni viri. Accurſ. in l. ſi cuius §. 1. ff. De vſufr., Baldus nuncupatim, Reſpon. 21., Volum. 2. Et ciuilia Pariſiorum Inſtituta, d. Art. 285. Planè extra Pariſios, cui donatus cunque ſit vſusfructus, is, ſciente nec reclamante domino proprietatis, facit fructus ſuos ante petitam ſatiſdationem : poſthæc verò, non ita. Sicuti diſtinctè ſingula dirimunt Bartol. ad l. vxori. ff. De vſufr. Leg. Panor. & Immol. ad Cap. vlt. De pignor. Ac demùm Franciſ. Marcus, Gratianopolitanæ Curiæ conſcriptus, in Delphin. Deciſ. 823. Part. 1.

7 AB temporaria certè eiuſmodi fundorum poſſeſſione, DOARIVM, *Viuelote* dictum eſt Belgis : de quo, ſic Butelerius, in Summa Rurali. *Viuelote, ſi eſt le droict, que les femmes ont en terres tenuës en cotterie apres la mort de leurs maryz ſur les heritages venans de par eux. Aſſauoir, que le mary mort, la veufue ioyſt de tous les heritages venans du coſté du mary, qui ſont tenuz en mainferme, ſuppoſé qu'elle ayt enfans, ou non, ſa vie durant.* Vitalitia necnon Danis populis vſurpari, teſtatur Krantzius, in Danica Hiſtoria. Liberorum tamen fauore, bifariam coarctatur temporaria hæc, & alimentaria fructuum perceptio, iure *Doarij*. Nam vt, vidua nouos aggreſſa Hymenæos, minui ſolet Dotalitium, ex nuptialibus Pactis, aut ciuica Lege : Ita ab viro ſuperſtite profuſiùs cautum ſecundæ coniugi, reuocatur ad arctiorem modum, qui ſcriptis Moribus huic præſtituitur. Vuiſigotthorum enim Lege, vidua coniunx, quæ intra annum enupſerit alteri, exuitur media opum parte defuncti, in gratiam communium liberorum, aut propinquorum. Belgico ſimiliter More, quem Butelerius recenſet, binuba mulier, dimidia mulctatur rerum, fundorúmque prioris mariti: queîs DOARII titulo inhæreret. Verùm ſi mulier, à poſteriore viro, quem offenderit, domo pellatur, haud protinus anterioris rerum excidit vſufructu. *Car dure choſe feroyt*, inquit ille, *que la dame, ou damoiſelle allaſt mendier de ce qui viendroit de par elle.* Lib. 2. dicti. Cæterum ſi, vice verſa, vxori vir ſuperſtes, alteram mercatus ſit grandi oneroſáque donatione propter nuptias, DOARII in ſpeciem, Puto, muliebre iſtiuſmodi DOARIVM, poſtulantibus priuignis, legitimo modulo coercendum. Clamitabit forſan nouerca, Dotalitium in lucratiuis cauſis non haberi, quas Cæſarea Lex ſolas moderata ſit: ſed æris alieni genus quoddam eſſe ſibi debiti, ceu purè creditricii. l. pater filium. D. Ad l. Falcid. l. à filia D. Ad SC. Trebell. Atquin æs alienum iuſtæ liberorum portioni anteferatur, quamlibet naturæ Lege ſancitæ. l. Papinianus §. quarta. ff. de inoff. teſtam. §. cùm autem Inſtit. De Leg. Falcid. Quinetiam hypothecæ nexu deuincta eſt, ex Lege, donatio propter nuptias : quaſi obligatio, iuris eximij ac ſingularis, ob

Tit. De douaire.

Vitalitia.

Cap. 35. Lib. 7. Daniæ.

Lib. 3. Tit. 2. Leg. Vuiſigoth.

Legitima intelligitur, deducto ære alieno.

Digitized by Google

ris. l. vbi adhuc Et Authen. donationem Cod. de iur. dot. Econtrà verò, ſuggerunt priuigni, dotis, vel ante nuptias donationis titulo collata, reſtringi nominatim Imperatoria lege. 6. De ſec. nupt. §. ſinautem In ver. ſeu dotis, vel ante nuptias donationis Et §. ſinverò plus, quàm ſtatutum eſt, aliquid nouercæ, vel vitrico. Cum Iuſtinianea Nouella De nuptiis §. optimè. Quandoquidem mero in lucro, largitionéque cenſetur maritalis donatio propter nuptias, ea præſertim, quæ latiùs ſe effundat, quàm patrio Ritu *doarij* præſcripta. Authent. lucrum hoc. l. generaliter §. illud Cod. de ſec. nupt. l. aſſiduis Cod. Qui potior. in pign. Itaque Tholoſanus Senatus, donata propter nuptias eatenùs viduæ addixit mulieri, quatenùs, & quantulum priuigno cuique ex paternis bonis obueniebat legitima Naturæ portione. Areſto Idibus Sextilibus lato, An. 1575.. quùm Antonia Vareſa Franciſci Raſcaſi vidua in iure certaret cum Anna Amboſia, litiſque conſortibus aliis. Ex quibus haud dubiè elicitur, liberorum, quàm nouercæ, cauſam, aut vitrici, probabiliorem videri, Legúmque fauore digniorem. Sic Mechlinienſis Oppidi Iure proprio, vetantur coniuges, mutua ſe liberalitate proſequi, extante ſobole: niſi hæc, tali Actui, matura ætate iudicióque aſſentiatur. Peckio ſcriptore, Belgici Senatus Conſiliario. Louanienſi autem Conſuetudine, tribuitur vxori bonorum vſusfructus mariti, ſed cum onere educandorum liberorum. Eodem auctore, Lib. 5. Cap. 6. Qui verò liberis ſuis nouercam ſuperduxiſſet, eum legiſlator Tyriorum Charondas cenſuit, Conſilio, Senatúque patrio penitùs ſummouendum. Nec enim vnquam ab ipſo exiſtimabat, Rempublicam ſperare conſilia recta, ſalubriáque poſſe, qui liberis olim propriis malè cõſuluiſſet. Vt eſt apud Diodorum, Biblioth. Lib. 12. Quinetiam Fori noſtri Diſciplina compertum eſt, nepotem, qui, repudiata paterna, auitam hæreditatem adierit, in hanc conferre non teneri, quod, patris ſui uice fauoréque, paterna auia nurui ſpopondiſſet titulo donationis propter nuptias. Hæc quippe donata, aut expromiſſa, *Doarij* nomine, ad nepotem peruenêre non tam priuato auiæ iudicio, quàm Principali, Legumuè prouidentia. l. ſi adrogator. π. De adopt. l. Sed ſi plures §. in adrogato. π. De vulg. & pupill. Aliàs verò, prærogata nepoti ab auo, filius referre cogitur in medium Arbitrio familiæ herciſcundæ. §. 306. Pariſien. Conſuetud., deprompto, ex ſenſu Iuuentij Celſi in l. 6. π. De collat. bon. In ſumma, Pariſiorum Senatus nepotem auiæ hæredem abſoluit petita *Doarij* paterni collatione, tanquam beneficij Iuris in nepotem, illius proprietarium, veriùs quàm Humanæ largitatis. Decreto, 13. kal. Mart. An. 1597. in appellantem à Præfecto Vrbi, pro quo, Choartus orauit. Præter hæc, cenſuit Clariſſ. Ordo, filij

Tholoſani Parlam. Areſtum, die. 13 Augusti. 1575. *entre Damoiſelle Anthoinette de Varés, vefue de Franc. de Raſcas, & Anne d'Amboiſe, & conſort.*

Malines.

Lib. 4. De teſtam. coniug. Cap. 37.

Louuain.

Nepotibus, vt filiis, & filiabus, tenetur auus conditionem matrimonij quærere, & dotem idcirco ſeu donationẽ propter nuptias conſtituere. l. Auus. π. De pact. l Qui liberos. π. De ritu nupt. l. Et ideo §. vlt. π. De in rem verſ.

Curię Placitum die. 17. Febr 1597. confirmans prouiſionalem Sententiã Præpoſiti Pariſien.

Digitized by Google

do, filij ædes *Dotalitias* hypothecis non illigari poſteriorum patris creditorum; qui, modico poſt numeratam ſuam pecuniam interuallo, refectas ex ea *Doarias* ædes, mordicùs aſſererent, ſeque exhinc priuilegiario ſubnixos debito ære. Celebri Areſto, quod ſummus Curiæ Præſes Harleyus conſpicua in purpura recitauit, 7. Iduum Septemb. An. 1601. Denique in ſupremis Galliæ Tribunalibus audiuntur liberi, ex *Dotalitio* prouocantes à publica auctione, & licitatione fundorũ: cui, maturiore Forenſi interceſſione non occurrerint. Vt Senatorijs noſtratibus Decretis paſſim liquet. A quibus non multũ abludit Veneta Conſtitutio ita ſcripta, QVÒD VXORI, VIVENTE VIRO, NON NOCEAT, SI NON CLAMAT, QVANDO POSSESSIONES IPSIVS VIRI FVERVNT INVESTITÆ, VEL APPROPRIATÆ: NEC A MORTE QVIDEM VIRI, CVRRIT VIDVÆ TEMPVS PROCLAMANDI, NISI VNIVS ANNI ET DIEI A MORTE VIRI, VEL AB AVDITA MORTE COMPVTANDVM. Venet. Statut. lib. 3. Cap. 54.

Solenniter pronunciatum Areſtũ die. 7. Septemb. An. 1601.

Francicis hiſce, pro Doario, Areſtis, quę notauimus. j̃ Lib. 3. Tit. vlt. Art. 7. conformia ſunt propemodũ Venetæ Reipub. Statuta.

8 LIBERIS vtique defertur, proprietate, *Doarium*, vt viduæ coniugi, vſufructu: quaſi lucrum nuptiale, de quo, Romani Auguſti, in l. 3. 4. 5. 6. Cod. De ſec. nupt. Cuiuſmodi lucra ab illis percipiuntur, citra ius ac nomen hæredum. Authent. de Nupt. §. & ſuper his quoque lucris. Eóque Gratianopolitanum alludit decretum, An. 1461. Decembr. Menſ. quod Vido Papa commemorat, Deciſ. 228. à Nobis ſ̃. relata. Vnde, nec à liberis quibuſdam *Doariis* conferendum putes forſitan, aliis, id quod viuus parens illis prærogarit. Quippe quùm donatarij neutiquam collationis munere fungantur, qui donatoris hæreditate abſtineant. §. 307. Pariſ. Conſuet., Romanis Legib. conſentaneo. Sed noſtratia S. Conſulta, dotalitium, quaſi filiorum Legitimam eſſe, definiunt, (iuxta §. 17. præd. Conſuet.) ac certis capitibus, hereditariam veluti portionem, confuſim ac promiſcuè interpretantur. Nam qui ex liberis *Doario* contenti, abnuunt hæreditatem, aliis partem facere iudicantur patris hæredibus: proinde nec bonorum ſemiſſem integrum ſumunt Dotalitio iure, ſed, pro liberorum numero, vncias totidem modò ex aſſe hæreditatis, cui reliquæ vnciæ accreſcunt. Memorabili S. C. Pariſienſi. 7. Idus Apriles An. 1562. Ex quo pariter colligitur, filiabus à patre donata, quæ eius dehinc hæreditati renunciantes, *Doarium* capeſſant, ab iis referri in medium oportere, aut *Doario* certè imputari. Atque hinc tranſcriptus eſt in Pariſiorum Leges Articulus 252. Quibus planè congruunt Nicol. Vallæ dictata, De reb. dub. Tract. 13. & Molinei, ad §. 178. & 186. Syluanectens. Morum, liberos nempè, qui pro hæredibus gerant, in commune redigere, *Doarium* cogi: hoc autem ſibi peculiariter cooptãtes, nil ampliùs ferre ex paterna ſubſtãtia, quã

Si de. 12. enfans, deux renoncent à l'heredité paternelle, & ſe tiennent au doüaire, ils n'auront pas le total doüaire: mais ſera party en douze, & n'e auront chaſcun, qu'vn douzieſme, & le reſte accroiſtra à l'heredité.

Lutetianum Areſtũ *en robe rouge*, die 7. April. ante Paſcha, An. 1562. *ſur l'appel du Preuoſt de Paris, entre les nõmez Fueilletz.*

Hæres, doarius, tenetur doarium cõferre. Areſto in vigilia Natiuitatis Domini, 1515. Qui autem renũciat ſucceſſioni patris tantam ſolùm habet in doario partem, quantam liberi alij, ſi doarij foȝent nec hæredes. Quia non amittunt partes ſuas, ex eò, quòd hæredes: ſed via exceptionis compelluntur eas cohæredibus cõferre: & ſic non deficiunt, nec alijs doariis accreſcunt. Eóque citat Valla, De reb. dub. Legẽ penul. §. matre π. de legat. 2.

ſi eorum fratres, ac ſorores in Ius *Doarij* cum ipſis permixtim conueniſſent. Huc ſpectat vulgatum Legis theorema, filios, vel filias, qui præmium aliquod repudiationis hæreditatum accipiant, partem facere aliis, tametſi in partem non vocentur. Vt notat. in l. qui repudiantis D. de inoff. teſtam. l. planè §. ſi duobus ꝟ. De legat. 1. Bald. & Angel. in Authent. nouiſſima Cod. de inoff. teſtam. Secundùm quæ, Gratianopolitanam Delphinatium Curiam iudicaſſe, teſtatur Vido Papius, in eam Senator lectus, Deciſ. 295. Neque ab iis diſſentit Burdigalenſis Deciſio. 104. Boërij Monpeſſulani: Qui ſcripta, veſtigiáque conterranei ſui ſecutus eſt, Petri Iacobi, in Tit. De condictione ex lege Omnimodò ex teſtamento. Sed, ne ab inſtituto digrediar Dotalitio, huius portiones deficientes ſic augent hæreditatem, vt ſecundis etiam nuptiis geniti, qui priorum *Doarij* participes non ſunt, id minuant ipſum, pro qua parte, in bona paterna ſuccedant. Haud aliter, ac natorum vnus hæres ſcriptus, legatariúsve, cum aliis numerari aſſolet, in triente, vel ſemiſſe bonorum, pro Legitima, aliis addicendo.

In cõputatione Legitimæ pro modo liberorum, partem faciunt, qui, aliquo accepto, non admittũtur ad partem.

Duorũ fratrum alteri, doario patris, mortuo ſoror non ſuccedit in feuda cũ altero, quaſi doaria, & ſic æqualiter diuidenda. Quia æqualis Doarij paterni qualitas extincta eſt in fratris perſona, cuius morte, & mutatione perſonæ, rei cõditio immutatur. l. Paulus ꝟ. De acquir. hæred.

A Eſtampes, le Doüaire Feodal, partable auec prerogatiue d'aiſneſſe, comme à Melun. §. 132. Stampen. Conſuet.

Le doüaire, à Melun, bien que paternel, ne viẽt par la mort du fils aux paternels collateraux, s'ils ne ſont deſcendux du premier acquereur de la choſe ſuſecte aud. doüaire.

Neapolitanum Areſtum, (de quo ſuprà) de conſolidatione antiphati, ſeu doarij ſemel facta in filio non hærede patris, minimè ad alios tranſeunte, niſi hæreditatis capaces.

Placitum Curiæ, die 27. Nouemb. 1572. *pour Iehan Bordier pere heritier de ſon fils és biens de ſon ayeul maternel acquereur, cõtre les Bourſiers freres dud. ayeul.* Alterum die, 14. Auguſti. 1576 *pour Anne Rémon heritiere de ſon fils Nicolas de la Fontaine, auec les ſœurs vterines dud. fils, contre les grãds oncles dud. fils, freres de ſon ayeul, és acqueſts dud. ayeul. De pareil Arreſt de l'Alemant, & Poncet,* diximus alibi.

ÆQVAS dotalitij feudi partes liberis ſtatuit Mos Pariſiorum, 9
vtpote filiis peculiares, natiuo hoc potiùs quàm paternæ hæreditatis titulo. §. 250. Quális liberorum, & hæredum diſtinctio multiplicem parit Iuris effectum. Bartol. in l. Vt iuriſiurandi §. ſi liberti ꝟ. De oper. libert. In l. ſi mihi & Titio l. quod dicitur D. de verb. oblig. Eandem vtique ſententiam in propoſito argumento complexa eſt Curia Lutetiana, Areſto veteri, in Montmorencia familia lato: cuius mentionem intulit Molineus, ad §. 112. Valeſiæ Conſuet. At diſpari noſtris More vtitur Melodunũ Senonum, Art. 98, & 238. Sicuti etiam in ſucceſſorio *Doarij* ordine, quod licet paternum definiat peræquè Meloduni lex, (§. 240.) ac Pariſienſis: tamen à patre, nondùm coniuge, empta, *Doarióque* obnoxia, defert potiùs mortui filij vterino fratri, aut ſorori, quàm patruo, vel amitæ, qui nouorum filij patrimoniorum eiuſmodi non ſint hæredes. Ex §. 264. Melodunenſis Conſuet. Sufficit enim, *doarium* ſemel paterno iure in filium fuiſſe tranſmiſſum, nec, vlteriori ſucceſſorio gradu, illud paterno obuenit conſanguineo: qui à maternis propioribus talium hæreditate excludatur. Quẽadmodùm, ſub ſimili ex hypotheſi, Parthenopæus Senatus pronuntiauit, Matthæo teſte, in Neapolit. Deciſ. 314. Atqui notum eſt, patruos, amitáſq; fratris filio non ſuccedere in res à fratre quæſitas, ſed à communi tantùm parente, apud Melodunum. præd. §. 264. Iuxta quem, binum cietur Decretum Curiæ, , ex Melodunenſi Senonum, præfectura: Quinto Kalend. Decembres, An. 1572. & poſtridie Idus Sextiles. 1576. Hoc demùm ſcilicet paternum cenſetur feudale beneficium, paterníſque vindicatur hæredibus Langobarda lege, quod parentis illius fuerit, abs quo orta ſit genitore communis agnatio. Cap. 1. De gradib. ſucceſſ. In Feud.

ONERA

10 Onera prædiaria muliebrem *Doarij* vſumfructum imminuunt. Vt multoties alibi ſcripſimus, idque elicitur ex Artic. 138. & 287. Pariſien. Morum. Ambigitur nunc, an fructuariæ ſocrus obitu, augeſcat nurus dotalitium, quod, prioris mole & onere, extenuatum fuerat. Haud probabile quidem hoc apparebat prima fronte, quùm inter fructuarios ita obtineat ius accreſcendi, ſi coniunctim ſit fructus relictus. At ſi ſeparatim vnicuique partis rei vſusfructus legatus ſit, abſque dubio ius accreſcendi ceſſat. Vlpiani leg. 1. l. ſi mulieri. ϖ. De vſufr. accreſ. Verùm enimverò diſtinctione rem explanandam opinor. Si *doarium* nempe, nudo vſufructu, ex Moribus conſtituatur, nullatenus tranſitorium ad liberos: Tunc antiquioris vſusfructus commoda, morte, adijciuntur recentiori. Andibus putà, §. 308. & Cenomanis, 321. Leg. Municipal. Alia enim cauſa eſt Pactitij, ſpontaneíque vſusfructus: alia Legitimi, ac neceſſarij. In illo quippe particulatim conuento, ius accreſcendi non procedit, ob quæſitum iam alteri emolumentum. Proculi leg. aquam §. vlt. D. quemadm. ſeruit. amitt. l. dominus §. 1. ϖ. de vſufr. Diuerſum videtur de hoc vſufructu quotæ bonorum, Legibus debito: vbi regulariter portio accedit portioni, non perſonæ. l. ſi totam ϖ. De acquir. hæred. l. ſi Titio §. 1. ϖ. De vſufr. l. interdum De vſufr. accreſc. l. hæc ſcriptura §. vlt. ϖ. De condit. & demonſtr. Quare temporaria iuſti vſusfructus imminutio poſterioris, quam prior viduæ vſusfructus induxerat, huius interitu vaneſcit: ac *doaria* tùm nurus ad ſua iura reuocatur, Legitimáſque bonorum portiones fructuarias. Sublato enim temporario obſtaculo, res facilè reſtituitur in primæuum Iuris communis ſtatum, priſtinæque ſuæ formæ redditur. l. ex ſextante § Latinus Largus ϖ. De except. rei iudic. l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ϖ. De Pact. Sic Flandricis Inſulæ oppidi territoriíque Inſtitutis, Dotalitia aduoluitur viduæ portio anterioris, obitu, ſuperſtiti alteri. Tit. de Iure dotalitij, Art. 2. Quibus ſubiungo Iudicatorum auctoritatem, ex Trecenſi Campaniæ Belgicæ Municipio, ſecundùm viduam coniugem Iani Pedeferrei, actricem, contra viduam Franciſci Pedeferrei, tutricem liberorum ſuorum, ac hæredum. Sententia vtrique litigatrici à Senatoribus dicta, qui Palatinis libellis præſunt, Idibus Februar. An. 1588. Quam Senatus ipſe comprobauit Septimo Kalendas Apriles, 1591. Dn. Vitulo, litis enarratore. Sicubi porrò *Doarium*, lege Prouinciæ, ſit liberis proprium, nedùm matri fructuarium: Tunc, ſaluis illis ſpirantibúſque, non augetur ſecundæ coniugis, nurúſve *Doarium*, prioris deceſſu vxoris, aut ſocrus. Art. 254. Pariſ. Conſuet. Propius eſt enim, dominico liberorum iuri maternum vſumfructum conſolidari pro voto parentum, ac prouida Legiſlatorum deſtinatione. l. fœminæ l. generaliter Cod. De ſecund. nupt. Cui aptè concinit Neapolitanus Mos, ab Afflicto

Arrerages des Rentes, ſunt onera fructuũ.

Doüaire ſimple viager.

Quand ſe trouuent deux, ou trois Douaires ſur les heritages d'vne ſucceſſion, leſquels n'empeſchent l'vn l'autre, ainſi que les premieres doüairieres decedent, le douaire des dernieres croiſt ſucceſſiuement.

Fauorabilis rerum ad Ius cõmune reductio:

Hæ Conſuetudines *de la Salle, Bailliage & Chaſtellenie de l'Iſle,* correctæ An. 1565, diſtinctę ſunt ab antiqua Conſuet. *de la Ville, Taille, Banlieuë & Eſcheuinage de l'Iſle,* redactæ mandatis Caroli. 5. Imp. An. 1533.

Sententia Conſiliariorũ in Requeſtis Palatij Lutetiani, die. 13. Februa An. 1588. Areſto confirmata, die. 26. Mart. An. 1591.

Digitized by Google

§ 253 Verſ. *meurent pendant le ſecond mariage.*

Plein doüaire Couſtumier, à la charge de Preſ e en rente pecuniaire.

Aſſiette de terres à la doüairiere, pour ioyr par mein, iuſques à la concurrence de la rente de doüaire prefix.

Andeg. Leg. Volum. 3. Tit. De muliebri dotalitio, Art. 3.

Debita mobilia, ex bonis mobilibus, & acquiſitis ſoluenda, non ex propriis, Doario ſubiectis. Vt dixi Lib. 3. Leg. Andeg. Tit. de mulieb. Dotal. Art. 23.

Doariũ muliebre nõ minuitur perſonalibus ſeu mobilibus debitis mariti, nuptias præcedẽtibus.

Marie de Namur, vefue du Comte de Blois, ſe retire à ſon doüaire de Chimay, & Beaumont, en Haynaut.

Verſ. *ſans aucune diminution ne confuſion,* Et Ver. *ſe prent ſur la part du mary, ſans aucune confuſion de la cõmunauté, & hors part.*

* *la Pluſvalue,* ſeu quod plus eſt in pretio fundi, quàm in prioris credito.

Comitatus S. Pauli Cõſuetudine, Arteſienſi generali, derogatoria, *La venfve,* pro rata *des hypotheques realizees precedens ſon mariage, eſt tenue deduire portiõ de ioyſſãce de ſon doüaire.*

deſcriptus, Neapol. Deciſ.37. Secus dicendum foret, ſi primo ex cõnubio ſati liberi, ante ſecundas nuptias migraſſent è viuis. Argum. præd. §. 254. & §. illud cit. l. fœminæ. Rurſus, ſi annua tantùm æris penſione conſtitutum fuerit primæ vxoris Dotalitium, puto, ſecũdam, integro bonorum viri ſemiſſe fruituram, cum onere illius pẽſitationis. Quantùm enim diſcrepet annuus Reditus ab vſufructu fundi, docet Scæuola, Lib. 3. Reſponſ. in l. 38. ff. De vſufr. leg. Nec ad rem pertinet, quòd pactitium Legitimo ſubſtituatur Dotalitium, ac peræquè liberis competat iure proprietatis. Art. 255. Pariſ. Conſuet. Hoc enim *Doarij* pacti dominium, ciuiliter intelligitur, de conuenta nũmaria penſione in fundum, non de fundo ipſo: cuius libera, ac ſolida penes virũ manet poſſeſſio, & alienatio, ſalua Reditus debiti cauſa. Atque hoc ſenſu interpretari expedit patriũ Ius Municipale, d. §. 254. Si tamen anteriùs pactum ita fuiſſet *Doarium*, vt de prædiis mariti nominatim præſtando illo Reditu frueretur vidua quotãnis, eidẽ tacitè videretur vſusfructus prædiorũ trãſcriptus, adſignatáque corpora hæreditaria, queîs potiretur, pro modo, ac æſtimatione conuẽti prouẽtus eiuſce pecuniarij. Queádmodùm Nobilibus viduis vſuvenit, & Placitis Curiæ aliquando deciſum edocuimus aliis noſtris Opuſculis. Iſto proinde caſu, poſterior coniunx, ex mariti bonis, re ipſa, nihilo tulerit ampliùs *Doarij* nomine, quàm ſi priori legitimum fuiſſet Dotalitium cautum, ſeu prædiarium.

CÆTERVM perſonis, magè quàm rebus, impoſita onera, nõ 11
ſubit *Doaria* mùlier, quæ coniugali bonorum communione abſtineat. Vtì Ornatiſſ. Curiæ iudicio deciſum fuit, ſecundùm viduam mulierem, in hæredes Caſtrouillani Comitis, mariti: & noſtratium Annalium exemplo patet, de Maria Namurcenſi, Vidi Bleſorũ Comitis vidua Heroïde: Quæ defuncti bonis ceſſit communibus, ne æri alieno illigaretur, nec eò ſeciùs, liberum retinuit Chimaïæ, & Bellomontanæ ditionis, in Hannonibus, dotalitium, An. 1397. Auctore Froſſarto, Hiſt. Lib. 4. Cap. 89. Haud abſimile fertur, de Bona Ambarra, Valerani Lucemburgij vidua, Comitis S. Pauli. Hæc quippe fortunas cum viro communes repudiauit metu æris alieni: ſaluo, ac recepto ſibi *Doarij* iure. Aprili Menſ. An. 1415. Vt eſt apud Monſtreletum, eius ſeculi hiſtoriographum. Volum. 1. Cap. vndequadrageſimo. Porrò nec, accepta communium bonorum parte, extenuatur *doarium*, nec mutua rerum eiuſmodi donatione temporaria inter virum & vxorem. §. 257. 260. Pariſ. Mor. Rei planè indicta onera, annuíque Reditus, qui ante nuptias ære conſtituti ſint, minuũt ipſo iure Dotalitiũ: Quaſi vir coniugi in fundos ſuos * Τπεροχὴν duntaxat aſſignatã voluerit donatione propter nuptias. Qua de Hyperocha, Tryphoninus, l. Quærebatur D. Qui potior. in Pign. Cum Gaio I.C., l. Et quæ nõdùm In fi. ff. De pign. Eòdem refertur Sam-Paulinus Belgarum Mos, emendatus An. 1566. quatenus Attrebatico prouinciali derogat, in Art. 175. Enimverò vt *Doaria* mulier, patrimonij

Digitized by Google

monij munera, vectigaliáque ſuſtinet : ita mariti hæredes onerantur muliebri conuento Penſionis annuæ Dotalitio, prædiarij vice, Moribus inſtituti. Rogo interim, illorúmne protogenius, maiorẽ ideo nummarij Reditus partem debeat viduæ, quòd plures vncias capiat hæreditatis ? Huius quidem cauſæ ſuffragatur eximia primigeniorũ conditio, ac præceptio Legitima : quam grauiori cæteris onere premi non oportet. §.334. Pariſ. Conſuet., ac Iure Quiritium à Nobis decantato, in Legib. Andegauorum.

Lib. 1. Tit. De hæreditariis Feudorum oneribus.

Mihi tamen diuerſa placet in hoc themate ſententia : quùm annuus iſte Reditus, nec pecunia cõparatus, nec æris alieni loco ſit, ſed tẽporariæ Indictionis ſolariæ, ceu partis ſoli. Tale enim *Doarium* pactitium, in legitimi iura ſufficitur: quod media bonorum parte fructuaria conſtabat. Atquin ſeruitutum onera, prædiis inhærent, non perſonis: Et vſusfructus ex proprietate fundi delibatur, quaſi in rem conceptus, non in perſonam. Quando igitur prædiorum vſusfructus eò magis grauaſſet primogenitum, quò ampliori ex parte hæres foret; par eſt quoque, eum, pacta nummorum penſione, quæ iuſti vſusfructus loco cedat, defungi pro portionibus hæreditariis.

Ita donatarius mobilium, acquiſitorum, & trientis patrimonij, qui hæredem omnibus debitis exonerare tenetur alicubi, non liberat eum Doario ſtatutario, vel conuento, tanquam rẽta fundiaria, quam à ſingulis poſſeſſoribus pro rata ſolui oportet.

Eadem quippe ſubrogati ratio eſt, cum eo, cui ſubrogetur. l. ſi donatæ res §. vlt. π. De donat. int. vir. & vxor. l. Imperator §. vlt. π. De legat. 2. Quibus conſequenter, de Dotalitio iſto onere, iudicatum ſcio contra natu maiorem. Inſigni S. Conſulto, Maij luce. 24. An. 1577.

Areſtum Curiæ, de Doario præfixo viduæ ſoluendo pro hæreditarijs portionibus hæredum mariti.

Quinimò ſolertiores patresfamil. ſenſêre, maritales fundos reapſe duriùs premi vaga, & ſolida in quemlibet, æris penſione hypothecaria, quàm certorum vſufructu prædiorũ. Sicuti olim ab Regni Proceribus animaduerſum fuit, in emendo Bleſenſi Comitatu, Regij fratris nomine, Turonum Ducis. An. 1391.

Vetus acquiſitio Comitatus Bleſenſis, *en la maiſon d'Orleans.*

Nam ita Froſſartes hiſtoricus, *Bien ſe garderent*, inſit, *le Duc de Touraine, & les deſſuſd. & leurs Conſaux, qu'ils n'en parlaſſent, n'en riens ſe decouuriſſent de leur intention, ne de ce qu'ils vouloyent promouuoir à faire, au Duc de Berry. La raiſon pourquoy ? Ie la vous diray. Madame Marie ſa fille eſtoit doüée, ſur toute la Comté de Blois, de ſix mille francs par an. Si penſoit bien le Duc de Berry, que parmy le moyen de ce doüage, & de la charge, dont la terre eſtoit chargée, la Comté de Blois ſeroyt ſienne: Car plus conuoiteux de luy on ne pouuoit trouuer.* Hiſt. Volum. 4. Cap. 34.

12 FIDEICOMMISSA mariti prædia, iure tenentur Dotalitij, ac ipſius ergò, in fideicommiſſarium experiri Interdicto licet viduæ mulieri. Iuſtinianea Nouella, de Reſtitutione, & ea quæ par. §. quã ob rem præſentem. Iuxta quod, Lutetianus Senatus pronuntiauit Quarto Idus Apriles, An. 1582. probauítque Veromandui apud Montem-deſiderium. Iuridici ſententiam, pro Ioh. Hennegrauio, ac Iana Parmentaria coniuge, priùs vidua Iacobi Boulei.

Areſtum Curiæ *ſur l'appel du Lieutenant de Mondidier,* 10. April. An. 1582. Cũ antiquiſſ. Sententia, tranſcripta, ſuprà. Lib. 1. Tit. de Feud. Art. 18.

Quin etſi viro vxorem immodica largitione demereri putidum ſit, dotalitij titulo, ſupra modum Legis, in fraudem ſubſtituti: Hic tamen incoloratè poſtulat, *dotalitium,* pro dotis modulo numeratæ, reſtringi, temperari. Nam exæquatio dotis, & donationis propter nuptias, quam à Noſtris raro

Placitum Curiæ en robe rouge, die vlt. Decemb.. 1556. *ſur l'appel des Requeſtes du Palais, entre Damoiſelle Iehanne de Vieſe, de Motlor, heritiere de Fleury de Vieſe, ſieur de Sauigny ſur Orge, demandereſſe, & Damoiſ. N. du Moulin vefue de Pierre de Vieſe, doüairiere dud. Sauigny, ſubſtitué audit Fleury.*

diſquiri antèdictum eſt, nimis ſcrupuloſè excutitur à ſubſtituto: cui nuptiarum, pactorúmque dotalium honeſtam libertatem oppugnare, nefas eſt, nullo præſertim fraudis commento veriſimili in futurum & ancipitem dubiæ euentum ſubſtitutionis. Argum. l. de fideicommiſſo Cod. De tranſact. & l. 1. Cod. De Pact. Itaque *dotalitia* mulier ſubſtitutum iudicio vicit Senatorio, in Semeſtribus, pridie Kalend. Ianuar. An. 1556. Præſide Seguerio, Decretum palàm proferente. Egregio inſuper Legum beneficio adiuuatur viduæ Dotalitium, ne, quùm viuo marito fundos ſuos alienanti conſenſerit, hypothecæque in eos renunciarit, hac excludatur, viro aliis facultatibus lapſo. Authent. Siue à me, ſiue ab alio pro me fiat donatio propter nuptias Cod. Ad S. C. Velleïan. Priùs verò, Anaſtaſius Cæſ. intercedenti vxori ſeruarat in reliqua tantùm mariti bona ius pigneratitium: non in ea, quorum venditioni illa ſubſcripſiſſet. l. iubemus Cod. eod. l. vn. §. & cùm Lex C. De rei vxor. action. Ac Fråcicis quidem in Tribunalibus variè certatum eſt, vidua necne, viri opibus aliis excuſſis, ſubſidio repeteret hypothecas in rem, ab illo, aſſentiente vxore, diuenditam. Sed maiores noſtri, Iuſtinian. Legis veſtigiis, mulieres audierunt, hypòthecaria eiuſmodi Formula rem perſequentes. Butelerij relatu, in Summa Rurali, cuius ſcriptura eſt hæc. *Ne peut, ne doit la dame perdre ſon Doüaire, pour vente, ne tranſport que ſon mary face de ſes poſſeſſions: ny præſcription au contraire ny vaut. Et ſupposé que dedans le viuant de ſon mary, elle euſt fait quittance, & en apparuſſent lettres, ſi ne vaut ce, qu'elle ne fuſt oye à l'encontre, par l'exception du Droict, qui ne ſeuffre, que dame, ou damoiſelle en ceſte partie puiſſe eſtre fraudée, comment que ce ſoyt: Sinon qu'elle fuſt recompenſee d'autres heritages, dont elle ioyſt paiſiblement, & qu'elle euſt eſté ſur ce bien aduiſée, & conſeillée, & par pluſieurs foys. Toutesfois apres la mort du mary, peut la femme quiter le Doüaire, &c.* Haud aliter Neapolitanæ coniuges, quæ, maritalium fundorum alienationi conſenſu adhibito, ſuis excidunt in eos hypothecis More eius Ciuitatis: regrediuntur tamen ad ipſas, deficientibus aliis, ſubſidiario iure. Quod patria S. Conſulta, ex Romanis ſanctionibus, admiſerunt. Vt ſcribit Afflictus, Neapolit. Deciſ. 311. & 313. Verùm iſtud hodie noſtra in Gallia, quæ regitur Conſuetudine, vix mulieribus indulgeretur. Sepoſita dotis cauſa apud Marchianos, Aruernos, Neuſtrios, pauculorúmque aliorum ciues Municipiorum: tanquam ex Lege Iulia de fundo dotali, qua de Iuſtinianus, in cit. l. vn. §. penul. C. De rei vx. act. Si tamen emptor, cuius gratia vxor venditoris acceſſerit contractui, fundo cedat metu alienarum hypothecarum, tunc publicis eiuſce auctionibus prædij rectè intercedet illa, vti ſecundo poſt priuatum emptorem ordine iuſtum Dotalitium recipiat. Quãdiu enim pactitia conſtitit emptio, fœminæ quidem non licuit, futuri ſui vſusfructus nomine, cui renunciarat, venditum fundum perſequi. l. Apud Celſum §. quæſitum eſt ff. De dol. mal. & met. except. At reſoluto contractu, paciſcentes ſinguli reſtituuntur in integrum,

Anaſtaſiana Lex.

Conſuetudo Vrbis Neapolit.

Marchianæ Conſuet. Art. 299. & ſeq. Aruernæ §. 3. & 4. Tit. de donat. Normanicæ. §. 516. & 518.

mulierque

Digitized by Google

mulierque adeo, in Dotalitium fundi vſumfructum, aut hypothecam. l. Cùm autem redhibitio ſit l. facta redhibitione. ff. De ædil. edic. l. ſi fundum, ibique Glo. ff. De legat. 1. Etſi namque ſpontanea rerum conſolidatio perimat vſumfructum, nulla reliqua eius ſpe repetundi. l. ſi tibi fundi D. Quib. mod. vſusfruct. amitt. Reſciſſa tamen legitimis modis fructuarij iuris confuſione, ex-poſtfacto integrum ius iſtud apparet. l. dominus fructuario. ff. De vſufr. l. ſi maritus Cod. De inoff. teſt. Quùm igitur vnius in rem comparatoris fundi, de iure ſuo deceſſerit mulier, æquius melius eſt, ipſi, ſalua emptoris cauſa, in eundem fundum, eiuſue pretium liberam ſeruari, ſolidámque donationem propter nuptias. Anaſtaſiana leg. Iubemus Cod. Ad Velleyan. Omnimodò autem extraneus *Doariæ* poſtponitur mariti creditor, cui, poſt dotalia inſtrumenta, conſtitutæ ſint hypothecæ, priuſquàm nuptiarum Solennia celebrarentur. Ponamus enim, tali in *Dotalitio* tempus ſpectari publicæ ſacræ coniugum luſtrationis, §. 248. Legis Pariſiorum. Hoc benignè interpretandum de Legitimo ſolo, nec ſcriptis Pactionibus ſuffulto *Doario*. Aſt cõſignatione literarũ cõtractis Nuptiis, iam tùm hypothecæ vinculo vxoria iura conſtabiliuntur in poſteriores omnes viri creditores. Quanquam enim dotalis conuentio Iuris conditione ſuſpenditur futurarum nuptiarum, leg. Tali facta ſtipulatione. ff. De iur. dot. Ac Iuſtinianea Conſtitut. Sancimus Cod. De nupt. Publica certè cõiugij ſolẽnitas ſequẽs rétroducitur ad diem conſcripti Pacti de dote & donatione propter nuptias. Vulgato axiomate Leg. 1. D. Qui potior. in pign. l. plerunque §. ſi ante. ff. De iur. dot. l. vlt. ff. De ſtipul. ſeru. Alioquin variæ fraudes intermedio tempore ſtrui poſſent in diſpendiũ ſponſæ liberorúmque, contra Ius Gentium, cóque ſanctas Pactiones: quibus imprimis ſynceram fidem decet affulgere. De his tamen, diſcuſſa lis foreſibus Curiæ Actionibus, reiecta eſt in maturius deliberãdi conſilium. Senatorio decreto. 14. Kal. Apriles, An. 1602. ex appellatione à Prætura Vrbis almæ, quàm interpoſuerat Nauarroti patroni clientulus: Paruo, aduerſæ partis cauſam orante. Liberi autem indiſtinctè, alienata reuocant paterna latifundia, materno obnoxia *Dotalitio*, quod ipſis proprietate delatum ſit quarumdam Lege regionum Francicarum §. 249. &. 250. Pariſ. Mor. Demuntur hinc tantùm neceſſariæ rationes paternorum alimentorum, ex quibus res vænierint, iubente Prætore: qui de eo, cognitione ſuſcepta, religionẽ ſuam inſtruxerit. Sicuti Lib. 2. priſcarum Franciæ Conſuetudinũ diſtrictè annotatur. Ibidem cautum, viduam, Reditus annui fructuariam, rectè vtiliterque de ipſo paciſci: & quem, ex temporario libellarum æris vicenarum, perennem ſtipulata ſit, denis libellis conſtantem, auctore ſecundo coniuge, huic communicari, ceu nouum perpetui Reditus quæſtum cõiugalem, Alioqui enim, ſecundus vir vxorium percepiſſet nummariæ pẽſionis vſumfructum ampliorem multò, & vberiorem. Quemadmodùm vetuſto illo Francicorum Mo-

l. ſi fundũ, In gloz. Ad verb. reſtitui debere.

Conſuet. Artic. 248. Verſ. moitie des heritages, que le mary tient & poſſede au iour des Eſpouſailles, & benediction nuptiale.

In pignore, conditio neceſſaria ſeu caſualis retrotrahitur: voluntaria ſeu poteſtatiua, ſecus. l. potior l qui balneũ. D. Qui potior.

Appointé au Conſeil en la Court, die. 19. Mart. An. 1602. ſuper appellatione à Præpoſito Pariſien.

Grand Couſtumier de France, & Inſtructiõ de Practique.

Dix liures de Rẽte perpetuelle, au lieu de 20. liures de doüaire viager, eſt acqueſt cõmun a la vefue, & ſon ſecond mary auctorizant l'accord.

Digitized by Google

rum Codice perhibetur.

Droict d'habitatiõ accordé à la doüairiere, ne l'exclud de pouuoir loüer la maiſon à autruy.

Domvs habitatio illuſtribus viduis tribui ſolet, muliebris Dotalitij portio, Lege prouinciæ, aut Pacti connubialis. Cedò, locarène alteri ædes, ius erit viduæ, quas ex compacto illo incolere poterit? Locationi vtique refragatur, habitationis vſuſque ratio ac cõditio, perſonam, cui is datus ſit, non egredientis. §. 1. Inſtit. De vſu & habit. l. ſi quis vnas ædes. ϖ. De vſufr. l. cæterùm. ϖ. De vſu & habit. Attamen reor, habitationis vocabulo, ædium locationem fructuariæ mulieri minimè interdictam. l. cùm antiquitas In fi. Cod. De vſufr. Alia enim eſt nudi vſus conceſſio, qui merè perſonalis dicitur, alia, habitationis, qua, locatio ædium non prohibetur. Cit. l. ſi quis vnas, Et §. ſed ſi cui habitatio legata ſit Inſtit. De vſu & habit. Idem planè, Neapolitani Conſilij Patres iudicio cenſuerunt, ſecundùm eum, qui ſibi ædium, quas donarat, habitationem recepiſſet. Matthæi Deciſ. 401. Cùm igitur *Doariæ*, vſusfructus competat ædificij, nedùm vſus, exploratum eſt, fructuariam domum locare ei licere. Vt, Pragmaticãn quorumdam opinione reuulſa, aſſeruit Molineus. In §. 86. Victriacæ, & 35. Burgundiæ Conſuet. Cap. 4. Talis porrò *Doariæ* muneri incumbit, ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtare, curaréque tutelam ædificiorum. Cæſarea Gordiani leg. eum, ad quem Cod. de vſufr. l. hactenus D. eod. Cum Artic. 262. 267. & 287. Pariſien. Morum. Queîs, ſuperſtes etiam coniugum donatarius, cuſtóſque impuberum, fructuarij comprehenduntur. Triplex enim impendiorum genus in refectionem ædium, diſtingui ſolet à noſtratibus Architectis, vt media nempe illorum ſpecie fructuaria teneantur eiuſmodi poſſeſſores fructuarij. Vt apertè edocet Veromanduus Mos, Artic. 37. (ibíque Molineus nuncupatim) ac Pariſienſis, Art. 262. & 287. Vetuſtate autem corruentia tecta inſtaurare, non cogitur fructuaria mulier: ſed hæres, ſi refecerit ea, vti illam patietur. cit. l. hactenus. Collapſarum tamen ædium reſtitutioni integræ obnoxius non ſit hæres, inſtante Fructuario: modò eum ſeruet indemnem, æquè commoda habitatione, vel ipſius æſtimatione, arbitrio boni viri. Argum. leg. ſi quis domum, In prin. D. Loc. & Cap. 1. De inueſt. de re ali. fac. In Feud. Huc vergunt quodammodò M. Tullij, ad Trebatium, iſthæc. Si ædes exæsæ corrvervnt, vitivmve fecerint, qvarvm vsvsfrvctvs legatvs est, hæres restitvere non debet, nec reficere, non magis qvàm servvm restitvere, si cvivs vsvsfrvctvs legatvs est, deperisset. Cautio eſt interea fructuariæ mulieri, vel eius fideiuſſori, ſecundò nuptæ, formam ſtatúmque ædificiorum circunſpicere, peritis rerum æſtimatoribus adhibitis. Imò &, totius adeò vſusfructus æſtimationem in teſtatum redigi oportet: inita eius ratione temporis, quo mulier vtifrui cœperit. Accur. in l. ſi inter Cod. de iur. dot. In Ver. teſtatum. Cum l. ſi tibi In fi. ϖ. De vſufr. car.

Marginal notes (left margin, in order):

13

Burgund. Ducatus Conſuet.

L. hoc ampliùs §. vlt. l. inter fructuarium ϖ. De damn. infec.

Pariſien. Art. 261. 287. Verſ. *Eſt tenuë entretenir les heritages de reparations viageres &c. hors les 4. gros murs, &c.*

In Topic.

Lucratiuus hic vſusfructus, oneroſo minùs fauorabilis.

tar. rer. quæ vſ. conſum. Verſ. aut in æſtimandis rebus. Quam idcirco Legem expendit Durandus Speculat. in Tit. De pignor. §. 2. Verſ. porrò. Nûm autem fructuaria illa viduæ coniugis habitatio, cui Pactis dotalibus certa domus adſignata ſit, aliud in Ædificium traduci poſſet à viro conſtantibus nuptiis, diſceptatum fuit propalam in Senatorio Foro Pariſiorum. Diſſerebant enim mariti creditores, nihilò liberius ipſi fuiſſe, conuentum ſemel *Doarium*, nouare poſtea mutaréque in rem vxoris, quàm huic fortunas ſuas largiri ſtante matrimonio, vetante Lege Pariſienſi, §. 282. At mulier, contrà, defendit, prohibita viro in coniugem largitate bonorum, minimè interdictam res ſuas inuicem accommodandi facultatem meram abſque fraude & captione. Priùs deſignatas habitationi Ædes permanſiſſe videri, æqua aliarum ſubrogatione neutiquam diſparium: Vtì commutata viciſſim latifundia, parem in ſortem conditionémque redigi exiſtimantur. Papiniani leg. 70. §. vlt. leg. ſeq. π. De legat. 2. Et Paulina leg. 36. §. ſponſus π. de donat. int. vir. Hanc denique forenſem Theſin PATRES. C. conſilio ampliori commiſêre. Quarto Kalend. Martias An. 1602. Doleo, creditorum Marſilij cauſam agente prouocatoriam à Præfecto Vrbi regiæ: Et Talæo, aduerſariæ mulieris propugnatore.

Appoinctlé au Conſeil en plaidant die. 26. Februar. 1601. inter creditores & cõiugem *du ſieur de Marcilly.*

14 IMPENSÆ in res, cum partis earum Fructuaria, diuidundas, communes ei ſunto, ac hæredibus viri, dominis proprietatis. Glo. in l. ſi irruptione. §. ad officium D. fin. regund. l. generali §. Lucius. π. De vſufr. leg. In communi enim diuidundo iudicio, fungitur vtérque actoris partibus, conſortémque, videtur ad diuiſionem prouocare. l. in tribus. π. De Iudic. Sed ne priuatim quiſque de ſuo nummos in id conferat, propius eſt, nummarias fundorum communium penſiones ideo repræſentari à colonis, & in commune negotium impendi. Aſt ſi Fructuaria ſola, cui indiuiſim frui per hæredem licuerit, diuiſionem vrgeat, veriùs dicitur, peculiari eiuſdem ſumptu partitionem bonorum ineundam. Quippe quæ, vnius gratia Fructuariæ, partitio fiat temporaria, ac eius morte inanis euadat. Vt Atrebatico More ſtatutum fuit, §. 124. & à Molineo inibi obſeruatum. Ecquid verò, ſi bona *Doario* obligata maritus diſtraxerit? In emptorem certè Sententia, quæ de *Doario* lata eſt fiduciaria, partam habet executionem: quando ſummatim Fructuariæ penſitandum ſit, quod *Doarij* nomine, ceu alimenti legitimi, debeatur. Id quod Senatui probatum, orante ſe, Molineus atteſtatur. in §. 313. Andeg. Conſuet. Aliàs, dicta in auctorem Sententia, non eſt protinus exequenda in ſucceſſorem ipſius particularem: cuius conuentio iudicium præceſſerit. Papiniani leg. iudicatæ. §. vlt. π. De except. rei iudic.

Partage de doüaire à frays communs, ſinon que la doüairiere, laquelle en jouffroit ioye par indiuis, demande ſeule le partage.

Sentence prouiſionale de Douaire, executoire contre vn tiers acquereur. Iugé par la Court, Praſident Bertrandi.

15 DOTALITIA, iura prædiorum ſunt, quæ prædiarijs ab ſuis inuicem Legibus, variè diſcernuntur. Exempli cauſa, Claudius Apollinaris, qui patrui hæreditate ſplendidas ædes habebat Lutetiæ, duxit

vxorem Liciniam, apud Meldos, communem amborum Patriam: Vbi conuenta * ἀντιφέρνα certo Reditu annuo, vel iuſta fundorum poſſeſſione, ſeu ciuicis Moribus præfinita. Fuit quæſtionis, an coniugum liberi rectè vindicarent Pariſienſes ædes, dimidias ſaltem, iure proprietatis. Dubitationem ciebat compactum Meldis *dotalitium*, viduæ fructuarium vni, nec liberis patrimoniale, ab indigena Lege Municipij: in quo ſimul contractæ fuiſſent nuptiæ, & coniuges ſedem fortunarum conſtituiſſent. Hic quippe domicilij Mos, coniuges tenere credebatur, patrius, & originarius: non autem externus, aut illis certè incognitus. Iuxta Vlpiani leg. exigere dotem. ff. De Iudic. Et Tribulienſi ex Concilio, Cap. 1. de Sponſal. Iudicum tamen calculis obtinuit diuerſa opinio, decretúmque, prædiaria *Dotalitia*, lege ſoli, in quo ſita prædia ſint, non domicilij coniugum, regi, diſpenſari. Argum. l. ſi fundus. ff. De euict. Et leg. 1. Cod. de ſum. trinit. Proin Lutetianæ domus, partíſve dominium filiis adiudicatum eſt DOARII nomine, ab ciuilibus Pariſiorum Inſtitutis. Placito Curiæ Nonis Martiis, An. 1567. ſecundùm eũ, qui victor iam, Creciaci Briæ Iuridici ſententia, euaſerat.

* dotalitium.

Art. 10. Melden. Conſuetud.

Pariſien. Areſtum, die. 7. Matt 1567. *ſur l'appel du Lieutenant de Crecy en Brie, au proſſit, de N. Sauary.*

PECVNIARIÆ item ſummæ Dotalitium, habeatúrne ſoboli proprium Lutetiæ, tractatum fuit anxia diſputatione Fori. 16
Nonnullis opinantibus, filios, diem functa matre, dotalitiam æris ſummam petentes, minimè audiendos. Quaſi mobile hoc debitum, materno obitu confuſum, extinctúmque ſit, nec in eius prole reuireſcat vnquam dominico iure. Argum. §. 259. Pariſ. Cóſuet. Mihi autem, contrà, videntur filij, pecuniæ debitæ ergô, paterna bona rectè perſequi, aut publicæ eorum pignerationi intercedere. Art. 263. præd. Conſuet. Demortuis tamen iis, Dotalitium iſtud, ceu mobile, proximis obuenit agnatis, hæreditario Mouẽtium iure: non verò paterni generis conſanguineis, quaſi paternum hæredium, & in patrimonia ſucceſſoribus legitimis. Liberi porrò, queîs iuſtum *Doarium* competat, non eunt in creditum, & creditorum in ſeriem redigi fruſtrà poſtulant ipſi auctionalibus paternorum fundorum præconiis. Nec enim iis hypothecaria ſuppetit formula, hypothecáve cuiquam alij: niſi aut expreſſa Pacto, aut tacita, Lege præſcribente. l. 1. ff. De pignerat. act. l. reſcriptum ff. De pact. Quòd ſi patris hæredia publicè poſſideantur, & væneant, liberis tùm ipſis tempeſtiuũ erit, Dotalitiæ proprietatis rei titulo oppoſito, Regiam manum omnino prædiis auocandam curare. Haud idem vtique, in Dotalitia æris penſione fœneratitia: cuius proprietariis expedit filiis, creditorum inſtar, ſua interceſſione forenſem anteuertere paternorum bonorum licitationem, & addictionem: Vt redactos inde nummos ſuo hypothecarum ordine recipiant. Tale enim, *Doarij* nomine, conuentum vectigal annuum luere pecunia licet, poſtulatu creditorum paternorum, in filios eo

Douaire d'vne ſomme de deniers, s'il eſt propre à l'enfant, oppoſant pour iceluy aux criées des biens du pere, duquel il n'eſt heritier.

Verſ. *le douaire ſoit en eſpece, rente, ou deniers, n'eſt que à la vie de la femme: s'il n'y a enfans nez, & procréez du mariage.*

Douaire Couſtumier, pour lequel on ſe peut oppoſer à fin de diſtraire, & non à fin de conſeruer, pour hypotheque.

Douaire prefix d'vne ſomme de deniers, & intereſtz d'icelle. Ita de dotalitio Reditu conuento, vide. i. Lib 3. Tit. vlt. Art. 4.

iure ſubnixos. Decreto in Tribunalitia Senatus decuria, ſexto
Kalend. Maias An. 1597. de quo, Nos plura, in calce huius O-
peris. Meritò ſanè, quùm paterna bona grauiori premantur o-
nere pactitij & hypothecarij, quàm legitimi *Dotalitij*, quo patri-
moniales res ſolæ tenentur. Ingens rurſus creditorum certamen
occurrit, cum liberis, Dotalitio paternos occupantibus fundos.
Vtputà apud Itium, Geſſoriaci littoris, portum Gallicum, initæ
ſunt nuptiæ Legibus patriis, ibidemque coniuges larem matri-
monio collocarunt. An. 1575. Deinceps grandi ab ijs ære alie-
no conflato, ſcriptis mandantur ciuiles Caletenſis Municipij Ri-
tus ac Mores, Aprili Menſ. An. 1583. Quibus Moribus, Pari-
ſienſium inſtar, *ἀντίφερνα liberis propria ac perpetua ſtatuitur.
Exin illud dubitationis fuit, an conſtantibus nuptijs ſancito
eo Iure prouinciali, aut recognito, anteriores creditores à
debitoris filio Formula excluderentur hypothecaria in pater-
nam FontisMartelli ditionem: quaſi retroducta ad diem cele-
brati coniugij ciuica illa Conſtitutione, iam tùm Liberi man-
cipio nexúque paternum latifundium tenuiſſent. Sed etſi nouæ
Legis ſuperuentu regantur pendentes prætetitivè actus, qui non-
dùm purè abſolutéque ad exitum perducti ſint,(vt ſ. edocuimus,)
Placuit Senatui, Pragmaticõn municipum teſtimonio ſibi fidem
fieri Caletenſis Vſus Dotalitij, qui die ipſo contracti matrimonij
inualuiſſet. Areſto. 5. Iduum Decemb. An. 1599. quùm Buyſſo-
nius, appellantis: & Gallandius, aduerſarij, cauſam peroraſſent.

Placitum Curiæ à la grand Chambre, au rapport de M. Fleury, du. 26. d'Auril. 1597. ſur vng Appoincté au Conſeil de Plaidoyerie. De quo inferiùs Lib. 3. Tit. vlt. Art. 5.

Calais.

Conſuetud. de la ville de Calais., Art. 50.

* doarium.

Tit. ſuperiore, Art. 13.

Placitum Curiæ interlocutorium d'informer par turbes de Vſu patrio, die. 9. Decemb. 1599.

17 Materna Dotalitij conuenti optio, natis obſit necne, ar-
dua quæſtio. Suggerent quidam, muliebre ius ſeligendi Doarii
vtriúſvis, quod vxori dotalibus tabulis concedatur, in filios latè
protendi. Innuente id Pariſiorum More, §. 261. Quibus enim
Pacto illo coniugibus licuerit plus, iiſdem ſanè & quod minus.
Authent. Multò magis Cod. De ſacroſ. Eccleſ. Atquin, conuen-
to purè inter eos nummario Dotalitio, excludi potuerunt filij
Statutario prorſus. Vtì ſuprascripto oſtenditur Articulo. 261. Qui-
nimò libera fit donatori, in diſpendium Templi, reuocatio do-
natorum Plautio hac lege, vt ſacram in Eccleſiam tranſeant poſt
aliquod temporis interuallum. Bartol. ad l. qui Romæ §. Flauius
Hermes ϖ. De verb. obligat. & Baldus in Reſpon. 402. Lib. 4.
ex l. 3. ϖ. De ſeru. export. Econtrariò autem defendetur, Fru-
ctuarij pactione, optionéve, nihilo firmiùs interuerti ius proprie-
tarij, quàm huius facto, fructuarium minui. l. is qui fundum ϖ.
de vſufr. leg. l. cùm non ſolùm Cod. de bon. quæ lib. Et §. 2. Pa-
riſ. Conſuet. Ac ne diutius ſuſpenſos nos teneat problema iſtud,
Puto, liberis minimè nocere leuiuſculam, & incommodam matris
optionem, quæ in paterni obitus diem collata exerceatur. Qua
nimirum die, pactitius *Doarij* delectus, iis, quorum interſit diſtin-

Le choix du doüaire Couſtumier, ou Prefix.

Verſ. *S'il ne luy eſt permis par ſon Traicté de mariage.*

Verſ. *Et ne peut le proprietaire bailler maiſon desolée, ſinon en payant les droictz aud. vſufructier.*

ctè, viciſſim tribuitur fructuariis, dominíſque proprietatis. Alias quippe, muliebris facultas neceſſariæ electionis, non eſt propriæ liberalitatis beneficium. Quidnam eſt enim, quod de ſuo videatur reliquiſſe, qui quod relinquit, omnino reddere debuerit? Vt loquitur Papinianus, in l. vnum ex familia §. 1. ꝟ. De Legat. 2. Proinde ſi Fructuaria electrix, ſuo de iure * ὑποκοριστικῶς decidat, haud eò minùs proprietarij liberi condicent ex lege *Doarij* paternos fundos patrimoniales: modò maternæ hæreditati renuncient. Alioquin periculum foret, ne mulier, ſecundi inſtigatione viri, prçoptaret affectatè Vectigal annuum, DOARII vice, mobili ac lubrica luendũ pecunia, quam ſubinde maritus abſumeret. De hac maternæ optionis quæſtione *Doarij*, liberis nécne officiat, *Curia* cenſuit ampliùs deliberandum. Poſtridie Kalend. Majas An. 1583., Paſquero, & Dangchino cauſam agentibus. Ecquid verò, ſi nulla electione ſtatuta, alterutrum nudè promiſſum ſit, Legitimum, aut compactum annua penſione Dotalitium? Vtrius erit optio, viduæne mulieris, an hæredum viri? Regulariter certè, duobus alternatione deductis in obligationem, promiſſoris arbitrio committitur, vtrum ab ſe præſtitum malit. l. plerunque §. vlt. ꝟ. De iur. dot. l. Iuſiurandum §. ait Prætor. ꝟ. De iureiur. l. ſi in emptione § penul. ꝟ. De contrah. empt. At quoties Lege ab ipſa exoritur Obligatio, quæ alternatim concepta ſit, de *Doario* putà Moribus comparato, eiuſuè ſuccedaneo Conuentionali, tunc in arbitrio creditricis eſt coniugis, vtrum ſibi tributum velit. Sicuti innuunt patrij Syluanectenſium Ritus, Art. 183. (ibique Molineus) ac Pariſienſiũ, §. 261. Quibus vtiq; patet, viduæ mulieri debitum Lege *Doarium* prędiarij vſusfructus, Pactitio ſimpliciter alio excludi. Quippe quùm exprompta ſponſorum inuicem ſuis de rebus conuentio tollat publicam de ijs Conſtitutionem. Iuſtin. leg. vlt. Cod. De pact. conuent. Verùm vtroque dotalibus Pactis condicto, nec minùs Legitimo, quàm conuento Dotalitio ſub alternatione verborum, rectius eſt, viduam, cui illud Iure ipſo competit, vtriuſuis optione defungi: quando iſtud Legitimo ſubrogatum, pari cum eodem conditione regi oporteat. Item alternatione legatis duobus, arbitrium eligendi pertinet ad legatarium, non ad hæredem teſtatoris. l. Lucio. ꝟ. De legat. 2. l. ſi Titio fundus. ꝟ. De vſufr. leg. l. planè §. ſi ita D. de legat. 1. l. 2. ꝟ. De opt. leg. Atquin *Statutaria Doarij* diſpoſitio, quæ in tẽpus mortis confertur, ſupremæ voluntati mortalium adæquatur. Opinione Bartoli, cum Gloz. ad leg. 1. Cod. De his quæ vt indign. aufer. Talem denique optionis controuerſiam *Doarij*, miſere in conſilium PATRES Pariſienſes. XI. Cal. Ianuar. An. 1580. Ameloto, & Buiſſone cauſidicis. Viduis tamen coniugibus aliquando deſit vtrumlibet Dotalitium: concubinis nempe, quas viri triduo ante obitum, vxores duxerint. Concedamus quippe, hos in extremis cõſtitutos, licitè matrimonio iungi cõcubinis, natóſq; antea liberos, Nuptialibus ſacris adſciſci in ordinem legitimorum. Bald. ad §. naturales

> * diminutiuè.

> *Appointlé au Conſeil, en plaidant du Roolle de Paris.* Die. 2. Maij. 158ȝ.

> Conſuet. *de Senlis.*

> *Appointlé au Conſeil en Parlement* die 22. Decemb. 1580. inter debitoris liberos, qui ratiõe Doarij conſuetudinarij appellarant à publica paternorum fundorum venditione, pro quibus, Amelotus: & paternos creditores, pro quibus, *du Buiſſon*, egêre. Qui creditores Doarium hoc oppugnabant iure optionis debitori marito in alternatiuis competente, vxoris aſſenſu, quæ venditionem illam probaſſet.

> Doarium incipit deberi à die tantùm mortis mariti. Art. 257. Pariſien. &. 179. Senliteñ. Conſuet.

Digitized by Google

rales Si de feud. fuer. controuer. In Feud. Et in cap. Innotuit De electi. Panorm. in cap. Commiſſum De ſponſal. Pertinet hoc vtique ad honorem rati inter eos connubij, quod maculam priſtini concubinatus deterſerit: Pertinet etiam ad confirmandum liberorum ſtatum, qui ab iis procreati ſint: Non autem ad profana bonorum iura, quæ, ab intempeſtiuo ſeróque coniugio, ſibi arroget triduana moribundi coniunx. Sicuti enim, pari in quæſtione bonorum, Paulus I. C. irriſit dotales morientium pactiones, ſeu quæ in diem mortis reiicerentur: Ita concubinæ, in coniugem ſeriùs verſæ, Curia ſumma abdixit coniugale bonorum ſimul, & Conſortium, & Dotalitium. Inſigni decreto Pariſien., quod Briſſonius Præſes ſolenni purpura recitauit pridie Kal. Iunias, ſeu peruigiliis ſanctæ Pentecoſtes. An. 1591. Cæteroquin mulieri quæſita dicitur * Ἀντίφερνα obitu mariti, nec naturali modò, ſed ciuili peræquè. Bartol. in l. ſi cùm dotem. In fi. D. ſolut. matrim. Cuius enim vniuerſa ſint Iudicio publicata bona, is pro mortuo habetur. Iul. Pauli l. Actione. §. publicatione D. pro ſoc. Huc reuoluitur Iuſtinianea Nouella De æqualitate dotis & donat. ante nupt. Cap. 6. Cum leg. Vbi adhuc l. In rebus Cod. De iur. dot. Proinde Anna Spifama à Senatu iuſſa eſt in poſſeſſionem ire bonorum coniugis exilio damnati Ioh. Muſnieri: vt conuento annui vectigalis *Doario* viua frueretur. Lutetiano Decreto poſtridie Idus Sextiles An. 1567. Conſimili Curiæ Sententia, addicuntur donatæ res propter nuptias Agneti Boucheriæ, cuius, cum fortunis, habitatio diſparata fuerat à marito Ioh. Richeo, per Magiſtratum. Sexto Idus Quintiles An. 1574. His quoque anteriori PATRVM C. Iudicato, abſtulit Dionyſia Fraudæa Dotalitium in bona viui coniugis Dionyſ. Megiſſeri: perperam obnitente Michaële Porcheronio. Nono Calend. Mart. An. 1561.

Benedictus idem ſēſit, in Cap Raynutius, in ver. in extremis poſitus. Num. 13. De teſtam.

L. Iulianus. ꝑ De iur. dot.

Areſtum die vlt. Maij. An. 1591. *pour les heritiers collateraux, contre la concubine du deffunct, eſpouſée trois iours deuant la mort*: quæ modico defuncti legato cõtenta eſſe iubetur.

* Donatio propter nuptias, ſeu Doariū.

Areſtum die. 14. Auguſt. 1567. *du Doüaire des biens du Lieutenant ciuil Muſnier.*

Die. 10. Iul. 1574.

Die. 21. Febr. 1561.

18 CRIMINE quidem mariti deuolutis ad Fiſcum bonis, Dotalitium adimebatur vxori priſco illo Maiorum noſtrorum More duriuſculo. Nam in ſuprema Normanorum Seſſione iuridica, pronuntiatum fuit Cadomi, An. 1237. QVÒD RELICTA THOMÆ DE GORGES NON HABEBIT DOTEM DE TERRA DICTI THOMÆ, CVM IPSE THOM., QVI ERAT HOMO LIGIVS DOMINI REGIS, ET IN GARNISIONE, TRADIDIT CASTRVM DOMINI REGIS IN MANV INIMICORVM SVORVM, ET ABIIT IN ANGLIA, CONTRA DOMINVM REGEM. ET HOC FVIT FACTVM AD CONSILIVM. Item forenſis ille Conuentus ibidem ſeueriſſimè iudicauit, An. 1244. QVÒD VXOR ROBERTI DE MONASTERIIS NON HABEBIT DOTEM DE TERRA DICTI R., QVIA IPSE FVIT PRODITOR, ET FOREFECIT TERRAM Aſt paulatim exinde, leniùs agi cœptum cum inſontibus mulierculis, ſaluúmque iis Dotalitium, & incolume relictum eſt: communibus duntaxat cum viro fortunis, huius ſcelere in

Scacarium, in feſto B. Luciæ. An. 1244. *tenu à Caën.*

Fiſcum redactis. De quo, Pariſienſe decretum cietur, Iunij Luce. 8. An. 1546. à Molineo, Trecenſis Conſuet. ſcholiaſte, in §. 134. Vetuſtius ſubnecto, latum Idibus Iuniis An. 1360. ſecundùm Petronillam, Martini Pizdoi perduellis viduam, aduerſus procuratorem Fiſci: ſalua duntaxat pactitij ad Legitimum modum reuocatione *Doarij*. Nec ita dudum ſuperatus eſt donatarius Fiſci, quùm, publicatis perduellione I. Carpentarij bonis, eorum ſemiſſem liberi ipſi Iudicio abſtulerunt, velut ſibi proprium Dotalitio Iure Pariſiorum. Extemporaneo Curiæ Areſto poſtridie Nonas Apriles An. 1598. Poſt forenſem Lamethj Orationem pro beneficiarijs Fiſci ſucceſſoribus, qui à Præfecto Vrbi regiæ Senatum appellarant: Nauarroti, contrà, pro liberis damnati perduellis: & Marij, Fiſcalis aduocati. Quo autem in Municipio, Legitimum *Doarium* redigitur ad fructuariam modò viduæ coniugis poſſeſſionem prædiariam, vtpote Belgica in Campania, tunc Fiſco addictæ mariti fortunæ omnes auctione væneunt, ſalua duntaxat muliebris vſusfructus cauſa temporarij. S. Conſulto palam edito, pridianis diebus Natalis Dominici, ſeu XI. Calend. Ianuar. An. 1601. Ex ratione Leg. vn. De vendit. ref. Fiſcal. cum priu. commun. Lib. 10. Cod. Atque adeo ciuilibus Pannoniæ Inſtitutis, DOTALITIVM VXORIS, MALEFICIO MARITI NON AMITTITVR. Partis. I. Art. 104. Æquiſſima demùm præualuit Gallici Fori regula, vxoriam bonorum communium partem innoxiam, nihilomagis quàm dotem, aut donationem propter nuptias, amitti delicto mariti. Id quod in vſum ſeſe primùm inuexiſſe gloriatur Molineus, & S. Conſulto decidendum curaſſe, An. 1532. In Notis ad §. 10. Conſuetud. Burgundi Ducatus. Et ad. §. 30. Legis municipalis Antiſſiodorenſium. Idem planè Scholiographus refert, poſteriùs iudicatum contra ſociam bonorum coniugem, ſexto Idus Iunias An. 1546. Franciſco Sant. Andræa Præſide, iuxta Trecenſem Campanorum Morem, d. Art. 134. in quem ille declamitat ibidem. Aſt nouiſſimis annis, Trecenſi iſto Ritu abrogato, Iacobi Garnerii vidua iudicio obtinuit communi diuidundo, aduerſus Fiſcum ſucceſſorem in bona mariti, priuatúmque huius accuſatorem. Illuſtri PATRVM C. Sententia, An. 1598. octauo Iduum Iuniar. Dn. Iabino litis inſpectore. Cæterùm Dotalitio continetur pigneratitia fundi emptio, à cœlibe adhuc viro pacta, Reditúſque annuus ipſi nummis conſtitutus ante nuptias. Nam hoc contractuum genere, Senatus, rem ſoli partam, nec mobilem, ſignificauit. Recenti etiamnùm memoria, ex Andegauorum lite Municipum, Annæ Blancæ, quæ Renati Laurentis vidua erat, & priuignorum ſuorum, terminata Areſto Pariſienſi. 7. Kalend. Septem. An. 1595. Quod nos pariter fuſiùs alibi diſcuſſimus.

Antiquum Parlam. Areſtum, die 13. Iunij, 1360 *Du Liure blanc petit du Chaſtelet de Paris.*

Placitum Curiæ, *à l'audience du Roolle de Paris*, die. 6. April. 1598. in duos Regis donatarios Ioh. Iãberuillæum, & Nicol. Boulengerum.

Solenne decretum Curiæ à primo præſide Harleyo recitatũ die. 22. Decẽb. 1601. *que nonobſtant la diſtraction par la veufue obtenuë de la moitie des propres du mary par ſentence pour ſon douaire viagier en Champagne, le tout ſeroit vendu par decret à la charge dud. viage.*

Hungariæ Regni Ius Conſuetudinarium vetus, quod poſtea Latinè verterunt ac euulgarũt Steph. Vverbevvezius, Iudicis Curiæ regiæ prothonotarius, & Hieronym. Balbus Præpoſitus, iuſſu Vladiſlai Pannonum regis, An. 1490.

Die. 8. Iun. 1546.

Decretum Curiæ, die. 6. Iun. 1598.

Contracts d'Engagemens, & Rentes conſtituees, ſont partie du doüaire Couſtumier.

Senatus decretum, die. 26. Auguſti. An. 1595. relatore Fayeto, in. 3. Camera Inqueſtarum.

FAVORABILIS

19 FAVORABILIS certè eſt conſolidatio Dotalitij vſusfructus, cum proprietate fundorum maritalium: quæ, muliebri illius ceſſione *Doarij*, inducatur. Qualem Philippus. 5. Rex ceſſionem probauit, contractam à Iana Caſtillionea, Athenarum Duce, & Valtero filio, poſtmodùm aſſumpto in Magiſterium Franciciæ equeſtris Militiæ. Authenticis Literis Ianuar. Menſ. An. 1320. quæ in penitioribus Regni Scriniis euoluuntur. Extraneo autem cedi vetitum eſt ius vtendi fruendi. §. finitur Inſtit. De vſufr. Fructuum tametſi emolumentum perceptióque tranſcribi poſſit eidem. l. arboribus §. vſufructuarius. ff. De vſufr. l. ſi vſusfructus. ff. de iur. dot. l. neceſſariò. §. vlt. D. de peric. & comm. rei vend. l. vſufructu D. ſolut. matrim. Sed vrbana, Valentianis Hannonum, Lege ſinitur dominus proprietatis, venditum alteri vſumfructum, æquo pretio redimere, intra annuum ſpatium celebratæ venditionis à fructuario ipſo. §. 76.

Phil. Longus, Rex.

La Ducheſſe d'Athenes quitte à Gaultier Duc ſon fils, (depuis Cõneſtable de France) ſon doüarre, & don de nopces, qu'elle auoit en la terre de Pratelle, &c.

Couſtumes particulieres de Valenciennes, en Haynaut, omologatæ à Karolo 5. Cæſ. die. 23. Mart. An. 1540.

20 QVANDIV præterea fruitur mulier defuncti viri prædiolis, iure *Doarij* legitimi, non habet ea regreſſum ad hæredes, ſub obtentu biennis forſan ſterilitatis aruorum; quæ vi calamitoſæ tempeſtatis contigerit. l. 1. Cod. De iur. emphyt. & ibi Baldus cumulatè. Vſusfructus enim, plurifariàm dominij pars habetur: ac Fructuarius præſertim quotæ bonorum, oneribus pro ſuo modulo illigatur temporariis iiſdem, queîs, dominus proprietatis. l. quæro l. multùm intereſt. ff. De vſufr. leg. Sed hoc, de legitimo prædiorum Dotalitio: quid de conuento, ſeu nummaria ipſi condicta penſione? cuius gratia, prædium vxori fruendum detur eodem dotali Inſtrumento. A parte quidem viduæ, allegabitur, pecuniarium Reditum in ſtipulationem ab ſe deductum: qui ſolidus, integérque ex annuo fundi prouentu appendi ſibi debuerit, aut aliunde ſuppleri. l. ex eo vino. ff. De vin. trit. & ol. leg. Secus in fructuaria quantitate ſemel præſtanda, legato, vel pacto. l. cùm certus numerus Eod. Tit. Hæres verò, iſthæc diluit, obiecta rerum nouatione quadam, & muliebri acceptione vſusfructus prædiarij, loco annuæ penſitationis. Quaſi initio vſumfructum fundi legitimum ſtipulata eſſet mulier, certo reditu annuo taxatum, ac temperatum. Vnde ſi contracti pariter, ac diſtracti matrimonij die, prouentus fundi æquipolleret nummariæ penſioni, Dotalitij ergò, conuentæ, ſatis inuerecundè iam deſideret vidua, quod ex aruorum fructibus bienni fortè ſpatio ſibi defuerit, eius ſupplementum ab hæredibus adiici. Quorum enim commodo, non cedit vbertas, eorum nec incommodo, ſterilitas fortuita, temporariáque prædiorum. Exin quoque cernimus, complures mortalium pactiones, ab dubia, & incerta fructuum perceptione, ſuſtineri. l. oleo. l. ſi ea lege Cod. de vſur. Interim autem, dum fruitur *Doaria* mulier inſigni Ditione mariti, Iuridico prædita imperio, ius eſt ipſi, ſelectis Magiſtratibus, eorúmque Officialibus Iuriſdictionem mandare excolendam. Ioh. Andrææ Notis ad Speculat. in Tit. De locato. §. Nunc aliqua Verſ. 93. Magi-

Diminution de fruicts du doüaire Couſtumier.

Doüaire prefix, & terre pour iceluy, baillée à ioyr.

Doaria domina cõfert Officia Iuriſdictionis, cum interuentu & aſſenſu proprietarij.

Digitized by Google

ſtratuum enim, qui iuridica munia obeant, nominatio cenſetur in fructu nobilis latifundij: & fructuario poſſeſſori competit. Bartol. ad leg. vlt. D. ſolut. matrim. Panor. ad Cap. cùm Bertholdus De re iudic. In Cap. cùm olim De maiorit. & obed. Atque vt veteres prædiorum conductores repellere licet vſufructuario, ita nouos inſtituere colonos Iuriſdictionis prædiariæ, ſeu prædijs adſcriptæ. Pauli leg. Arbores §. vlt. D. de vſufr. l. Nihil proponi §. vlt. ꝟ. De legat. 1. Sed dominus quoque proprietatis, cuius potiſſimùm intereſt, cum fructuario, ſuas adhibet partes Iuridicorum inſtitutioni Officiorum: vt communibus lecti ſuffragiis Magiſtratus, Officialéſque ipſorum, forenſia Acta Regeſtáque perpetuò ſalua procurent, ſuáque proprietarii ſarta tectáque iura tueãtur. Id quod, Benedictus in Repetit. Cap. Raynutius, iudicatũ ait à Tholoſano Senatu An. 1479. & Boerius excutit obiter, Burdigalen. Deciſ. 5. Nam alioqui, viuis ſublato Fructuario, dominus proprietatis nihilò arctiùs colonis illius Iuridicis ſtare compellitur, quàm fundorum conductoribus aliis, à fructuario locatorum. l. ſi quis domum §. 2. D. locati. Secus vtique de communium ſoli Quæſtuum donatario coniuge, ſuperſtite; Cuius etſi poſſeſſio, cum vita, finiatur apud Pariſios, temporariæ locationes aruorum ideo ſeruandæ ſunt, quòd eorum proprietas ex ſemiſſe ad locatorem ſpectarit. Bonorum enim cõſors, tacito abſentis mandato ea tractat, colit, exercet, commune gerens negotium. Vt Nos exactius. J. Lib. 3. Queîs ritè quadrat Iulij Pauli reſponſum, l. Si filiofamil. §. ſi vir in quinquennium D. ſolut. matrim. His ſubiunge, patris donatarium filium, paterna fundi locatione poſteriore teneri, quamque donator parens, recepto ſibi vſufructu, poſthæc inijſſet. Quùm enim paterna in filium donatio, Legitimæ vicem ſubeat, in partémque ſit obuenturæ illi hæreditatis prærogata, inhumanè iam occlamitet filius reapſe hæres, paternæ locationi, quaſi à Fructuario mero contractæ, poſt donationem proprietatis in ſe collatam. Argum. l. ſed addes §. ex conducto l. cùm in plures §. hæredem D. locat. l. viam veritatis Cod. eod. Quapropter Lutetiana Curia paternis fundorum colonis frui licere, etſi mortuo locatore, decreuit. S. Conſulto facto, 3. Kalend. Decemb. An. 1596. ſecundùm conductores Ditionum Cenomanarum *de Boiſtibault & Lapalu.*, ac Renatum Bellayum litis conſortem: aduerſus Vidam Orengiam liberorum tutricem Euſtachij Bellaij, qui, paterno Iac. Bellaij munere, dominium nactus fuerat inſignis vtriuſque latifundij.

Bened. ad Cap. Raynutius In ver. Cætera bona Num. 33. De teſtam.

Operis huius Lib. 3. Tit. 1. Art. 3.

Curiæ decretum in magna Camera die. 29. Nouemb. 1596.

CONFVSIONE porrò extenuatur muliebre *Doarium*, ſi quidem 21
præmortui filij hæredem ſe mater profeſſa ſit. Ponamus enim, filium patri in hæredia, & acquiſita ſucceſſiſſe: tùm illius hæreditate, bona partim ad matrem, partim ad agnatos paternos deuoluta, pro More Melodunen. Confunditur vtique pacta matri penſitatio annua, *Doarij* titulo: pro qua parte, filij hæredem geſſerit. l. ſi ei D. Commun. præd. l. pro hæreditariis Cod. de hæred. act. Ac legitimi itidem

Digitized by Google

itidem *Doarij* vſusfructus muliebris, pro rata extinguitur proprietatis, matri delata, hæreditario filij iure. Sed in reliquis patrimoniis, quæ ad paternos defuncti conſanguineos lege redierint, vſumfructum ex ſemiſſe retinebit illa, ſuo Dotalitij nomine. Verſa tamen vice, non augetur ſecundæ vxoris *Doarium* aditione paternæ hæreditatis à priuigno facta. Nam huius gratia, ac contemplatione, qui ex anteriori patris connubio editus ſit, quadrans duntaxat bonorum nouæ tribuitur coniugi, *Statuto* Municipali Carnutum: Quod ita explicandum ſuadet vicinus Pariſiorum Mos, Art.253. & 254. Etſi igitur filius, titulo pro hærede, legitimum abnuat Dotalitium: Agnoſcit quidem hoc ipſo nomina, debitorúmque onera hæreditaria, quæ aliàs Dotalitij optione intercidiſſent. Aſt non ideo auctius Nouercæ fructuarium ius agnoſcit, vel ampliat. Tempus enim intuemur connubialis Pacti, Conſuetudine patria informati: Quo videlicet tempore, liberis mariti ſemiſſe bonorum addicto, ſuperfuerit tantùm quadrans, Dotalitio adſignandus coniugis poſterioris. Argum. l. Rutilia Polla. ꝟ. de contrah. empt. l. ſi filiusfamil. ꝟ. De verb. obligat. Item ſupradictum eſt, ex liberis vnum, paternæ hæreditatis cretione, neutiquam excidere ſua Dotalitij, bonorum ſaltem, portione legitima: nec, quod liberorum fauore inſtitutum ſit, eorum in odium, nouercæ præſertim lucro, deriuari. Atque ita à Nobis Carnutenſi conſultori reſponſum.

Conſuet. de Melun, *la mere peut ſucceder aux propres de l'enfãt, au preiudice des oncles paternels, non deſcenduz de l'acquereur deſd. biens. §. 264. & 269.*

In hunc ſenſum vide ſuprà notata, Artic. 8. & 10.

22 Svmma cæteroquin ratio eſt, quæ pro muliebri Dotalitio facit. Verbi cauſa, Armoricus quidam paterfamil., filiorum trium maximo natu auctor fuit, vt ſponſæ legitimum ex paternis opibus Doarivm ſtatueret. Id natalitio ſcilicet primatui tributum fuit Armorica Lege veteri: & primigenio, nuptias ineunti paternis auſpiciis, adſcriptus triens bonorum paternorum. Art. 407. Britonicæ Conſuet. Extincto dehinc ſine liberis grandiore filio, pater vxorem adiungit alteri, tanquam primario, ac præcipuo bonorum & ſacrorum hæredi. Quo rurſùm fatis functo, amborum viduæ congrediuntur in ius, Doarii ſui ergô, aduerſus marem tertium, patris, fratrúmque in bona ſucceſſorem. Hic viduis patrios Ritus opponit, hærediorum Familiæ moderatores cuiuſque, ac familiaris velut fideicommiſſi cuſtodes. Intendit enim, antiqua gentis patrimonia exhauriri donationibus nequiiſſe: Dempto triente, in maximum ſtirpis filium, ſponſum conferendo. Præd. Art. 407. Atquin ciuicus Mos, qui de primigenio loquitur, ad eum vnum refertur, ante quem nemo natus ſit, & quem nemo antecedat, etſi illum nemo ſequeretur. D. Hieronymo, in Matthæum ſcriptore: ex quo traductum Cap. Ioſeph De verb. ſignif. Ac Tryphonini Leg. qui duos ꝟ. De rebus dub. Item quod ait Lex, primogenito, qui coniugem, patre auctore, ſortitus ſit, trientem deberi paternarum fortunarum, Intelligitur de primo ſolùm, vnicíque adeò natu maioris connubio. Vt vult Papinianus, l. dotis promiſſio

Tertiæ partis bonorum patrimonialiũ Vſusfructus, pro Doario Conſuetudinario, in Britãnia.

Digitized by Google

ϖ. De iur. dot. Et Pomponius, l. boues §. hoc ſermone De verb. ſignific. Qualiter etiam teſtator, qui de filiæ nuptiis ſupremo elogio cauerit, videtur de primo nuptiali iugo ſenſiſſe. Inquit Vlpianus, l. hæc conditio. ϖ. De condit. & demonſtr. TALIA autem compendio refutant viduæ fratrum coniuges, ſpectâdúmque obiiciunt tempus ſui cuiúſque celebrati coniugij: quo, ſingulæ protogenijs ſingulis viciſſim nupſerint. Ominoſam porrò faticogitationem, mortíſque tot primigeniorum, minimè attendendam: eo fini, vt viduarum Dotalitium iam tandem minuatur. Itaque paternam, primogeniti ſponſi gratia, Obligationem Legitimam, repeti toties potuiſſe, quot ſeriatim primigenios habuerit parens, vxoribus ſociandos. Nam quod de primis nuptijs ſuprà allatum eſt, procedit tantùm in diſpoſitione hominis, non Legis, quæ ad geminatos quoque Actus porrigitur. Alex. in l. ſi cùm dotem §. 1. D. ſolut. matrim. Alciat. in cit. §. hoc ſermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ ſignificâtur. In re præterea fauorabili, quam interpretatione adiuuamus, ſequentes continentur Actus, primoque vlteriores. Vnde, ſi vir alimenta vxori legaſſit, ea ſecundæ pariter cenſetur reliquiſſe. Alexandri Imolenſ. Reſponſo. 171. Lib. 2. Subdunt inſuper petitrices viduæ, fidem ſe patris ſecutas maritorum: cuius facta patris, hæres reus præſtare omnimodò teneatur. Perpenſo demùm vtrinque negotio, Armorica Rhedonum Curia aduerſus hæredem pronuntiauit. Octauo Kalend. Maias, An. 1573. Iana Bouteuilla, & Franciſca Carnea, hinc: Iohanne *Perceuaux*, inde, litigatoribus. Quoties tamen peculiare Municipij Ius vetat expreſſim, Andium putà, triente amplius bonorum mariti, viduæ adſignari ἐκ τῶ ὑποβόλυ, ſeu donatione propter nuptias, iſthæc tùm Iudicijs reuocatur ad ſtatutum Legibus modum. Ex Cæſareo Iuſtiniani Reſcripto, Lege Leonis Cod. De pact. conuent. Ac Terentij Clementis leg. Siue generalis ϖ. De iur. dot. Nec abſimiliter prorſus, regio Luſitanorum Edicto, irrita fit quæuis, *Arrarum* nomine, ĩ. Dotalitij, pollicitatio, quæ tertiam vxoriæ dotis partem tranſgrediatur. Vtcunque enim patriæ Conſtitutioni derogetur nominatim dotalibus Pactis: Nemini licet, priuata cautione refragari publicæ Legi negatiuæ ac prohibitoriæ. l. vlt. Cod. Ne fideiuſſ. vel mandat. dot. dent. De controuerſa certè illa *Doarij*, in Andibus, theſi certatum eſt palàm in Tribunalitio Curiæ theatro, xj. Kalend. Ianuar. An. 1597. inter Philippam *de Ludre*, viduam mulierem, quæ ab Andenſi Proprætore Senatum appellarat, & Philippum *le poulcre*, mariti, fratrem hæredem. Res tandem pleniori deliberationi commiſſa: Arnaldo, appellantis: & Bignone, aduerſarij, patronis. Oratore hoc quoque eodem, biennio pòſt, ex Andium More ipſo, abſoluerunt PATRES, C. Franciſcam Dogeriam ſocrum petito à nuru *Doarij* ſemiſſe ex obitu mariti: cuius mater illa nuptialibus tabulis non ſubſcripſiſſet, nec filij

Britonicæ Curiæ decretum, die. 24. April. An. 1573. quod Natalis *du Faulx* exſcripſit in ſuis Areſtorum Regeſtis.

Andeg. Conſuet. Art. 300. & 302 inter Nobiles, *touchant les Doüaires.*

Luſitan. Lege. 4. Tit 9. §. vlt. Libri Legũ. Qua de Lege, Aluarus Valaſcus, in Luſitan. Conſultat. 2. Tomo. 1.

Appoincté au Conſeil, en Parlement. die. 22. Decemb. 1597.

Digitized by Google

filij matrimonio, conceptis ſolennibus verbis, aſſenſum præbuiſſet. Iudicato pridie Nonas Quintiles An. 1599. contra Annam *le Maire*, uiduam Iac. Maſlei coniugem: pro qua egit Ayraldus. Cui ædepol conſentaneum Decretum citauimus alibi, quùm negotio aptum Legis Andegauæ caput. 303. explanaremus, Normanici, 354., aliarúmque Conſuetud. capita ſimilia, de dimidio *Doario* in bona parentum, qui diſertè connubialibus natorum Pactis interceſſiſſent, præſentéſque conſenſũ adhibuiſſent. A c Svprascripta quidem, Gallicis in Municipiis valeant, quæ ciuili ſuo More adminiſtrantur. Planè in Patria Iuris, haud certus vſquequaque præfinitur donationi propter nuptias modus. De ea quippe Conuentis ſtandum eſt ibidem, aut, deficientibus his, Prouinciæ Vſui populari. Tholoſates, verbi gratia, nullis extantibus rei vxoriæ tabulis, ſolent dotis ſemiſſe donationem propter nuptias emetiri, dimidiæque Doti adæquare, ex Ritu vulgari ſeu * νόμοις ἀγράφοις. Alibi verò regionatim, talis donatio ſeu Dotalitium, trientem Dotis non excedit. Sicuti Iohannes de Caſaueteri refert, in Annotat. ad Tholoſanas Conſuet. ſcriptas, Tit. De neceſſarijs vxorum & viduarum. Vnde liquet, Iuſtinianeam exæquationem dotis & propter nuptias Donationis (Nouella. 97.) minùs diſtrictè ſeruari in Francicis quibúſque Romanar. Legum Territorijs.

Decretum Curiæ, die. 6. Iul 1599 touchant le Mydouarre. (en plaidãt du Roolle de Poictou) idque nonobſtante tacito conſenſu vel ratihabitione materna nuptiarum filij.

Dotis augmentum.

*Ex Lege ſeu Obſeruatione non ſcripta.

Tholoſæ Conſuetudines, collectæ ac deſcriptæ, biennio poſt regium Philippi. 3. Mandatum de eo emiſſum Octobri Menſ. An 1283.

De mvliebri dotalitio plura ſciſcitantem, ad noſtros alios Commentarios relegamus.

Lib. 3. in Andeg. Conſuet. Tit. De muliebri dotalitio, Art. 5. & 6.

Titul. III.

DE DONATIONIBVS PVRIS, AC MVTVIS.

1. *Paternarum in liberos donationum vſus, modúsque priſcus, apud Francos.*

2. *Maior. 20. annis, coniugatus, ſua de re mobili diſponere poteſt.*
   Vti is pariter, qui veniam ætatis à Principe impetrarit.
   Statuto habilitati, *Minores, ad contrahendum, an læſi, in integrum reſtituantur.*
   Contractuum minoris ratifficatio *à maiore eo facta, non retrotrahitur in præiudicium tertij: ſecus, in damnum* ratifficantis.
   Conſuetudo ſcripta habilitat *quandoque maiorem. 20. annis mulierem, ad Mobilia & Acquiſita immobilia alienanda, vel obliganda, ſine ſpe reſtitutionis.*

3. *Donata inter viuos ab infirmo, qui ex ea infirmitate decedat, pro donatis cauſa mortis habentur.*
   Quadraginta tamen dierum interuallum, aut triginta, inter donationem infirmi, & mortem, ſpectatur in quibuſdam Prouinciolis.

Nulla eſt donatio inter virum & vxorem hydropicam, quaſi inter viuos: licet hæc, vti ſana, peregrè dehinc cum marito profecta ſit, diùque pòſt obierit.

4. *Si ægri donatio oneroſa ſit acceptanti, & ante ægritudinem à donatore præparata, manet tanquam donatio inter viuos.*

Idem, ſi leuiter infirmus donarit: etſi, alio emergente caſu, repente deceſſerit.

Moribundi donatio, Conſuetudine, vetita, non porrigitur ad mortem ciuilem ex Monaſtica profeſſione.

5. *Donationum inter viuos, & mortis cauſa, differentia multiplex.*

Penes donatorem retentio ſchedæ originalis Donationis ſcriptæ, hanc vitiat omnino: Vt dando cum retentione, nil agitur.

Hæredia patrui, quæ per mutuam bonorum omnium aſſociationé *eius cum nepote, huic, tanquam ſuperſtiti, obuenerint, inter* acqueſtus *computantur.*

6. *Libera, Romæ, coniugum inuicem, hæredum inſtitutio, vel legatum inter eos.*

Id quod Francici Mores, bonorum in familiis cuſtodes, haud vſquequaque admittunt.

Vſusfructus caducus accreſcit proprietario, fundi donatario, non donatoris hæredibus.

7. *Poſt contractum matrimonij, & ſponſalia per verba de præſenti, nouæ coniugum pactiones lucratiuæ, ſunt irritæ.*

Donationem ante nuptias factam inſinuare quandocunque licet conſtante matrimonio.

Vxoria pars conqueſtuum *primi matrimonij, ſecundo marito donari nequit.*

Ea tamen liberis primi coniugij non eſt reſeruanda; ſed quibuſcunque ex ea muliere natis communicatur.

8. *Secundæ vxori pactum* Doarium, *quod excedit* Conſuetudinarium, *eatenus donatio eſt, reductioni ad legitimum modum obnoxia.*

Senatorium Decretum, donationis in ſecundam vxorem, reductiuum *ad minimam bonorum portionem, vnius ex liberis primi thori.*

Numerus liberorum cuiuſuis matrimonij, propter quem reſtringitur ſecundo coniugi facta donatio, computandus eſt, inſpecto mortis donatoris tempore, non donationis anterioris.

Secundo coniugi donatario ſubſtitui poſſunt ipſius liberi in id quod capere ille non poſſet.

Filiis ſecundi matrimonij à matre donata, patris fauore & contemplatione, reſcinduntur: inſtantibus natis ex priori eiuſdem matris connubio.

9. *Hæredis conſenſus, donationi ſimplici coniugum interueniens, eam facilè non confirmat: ſecus, de reciproca donatione.*

Mutua in ſuperſtitem donatio, dicitur inter viuos facta, non cauſa mortis, licet poſt mortem exequenda.

Coniugalis

Digitized by Google

Coniugalis donatio, quæ, extantibus liberis, non valet, collata in caſum deficientium ipſorum, valet.

Mutua ſponſorum donatio nuptialis cum onere implendi teſtamenti à ſuperſtite, temperatur funeris impenſa, & modico legato pios in vſus.

Exequendi teſtamenti onus adiectum reciprocæ coniugum donationi fructuariæ, vitiatur, & non vitiat donationem.

Nuptialis reſeruatio liberæ donationis inter coniuges, non extenditur ad Teſtamentariam, neque ad legata, donataue cauſa mortis.

10. *Omnium bonorum, præſentium, & futurorum donatio, cum reſeruatione certarum rerum, admittitur.*

Nudi tamen vſusfructus retentio, hoc caſu, non ſufficit.

Donatio facta alicui, & ſuis, non inducit ſubſtitutionem in perſona ſuorum.

Pacto duorum ius quæſitum tertio, huic auferri poteſt conuentione illorum poſteriore.

11. *Legitima* Conſuetudinaria, *à* collateralibus, *perinde vt à liberis, detrahitur ex bonis donatoris, patrimonialibus maximè.*

Acquiſita, multis in Regiunculis, ſubrogantur vice patrimonij deficientis, aut perquàm exigui: ne de illis largiùs, quàm de patrimoniis, diſponi municè poßit.

Donatio ob bene merita, excedens meritorum quantitatem, dicitur ſimplex, & Inſinuatione eget.

12. *Detrahitur Legitima ex omnibus à parente donatis, peræquè ac ex hæreditate relicta: inſpecto bonorum valore, & numero liberorum.*

Filia dotata, parentum hæreditati renuntians, facit partem in Legitima, licet non admittatur ad partem.

In Patria Conſuetudinaria, *Legitimæ mentio intelligitur non ſolùm de Legitima Iuris, ſed etiam de prærogatiua* Conſuetudinis.

Statuto, *Legitima poteſt augeri, vel minui.*

Dotatæ filiæ renuntiatio, qua in Patria Conſuetudinaria, *non impediat ſupplementum Legitimæ.*

13. *Officia venalia, in collationem veniunt, & imputantur in Legitimam.*

Dominis Iuſtitiarijs *Iudicem, &* Officiarios *deſtituere non licet ex cauſa infamante, niſi ea priùs cognita, & probata.*

Præſentatus *à maiori parte* Dominorum, *vel à domino, pro maiori parte, Iuriſdictionis, alteri præfertur.*

14. Magni Dies *Iuridici, à Rege multoties per Prouincias indicti.*

Aſſiſiæ *annuæ, & ordinariæ* Bailliuiarum, *&* Seneſchaliarum.

De Pulice Pictauenſi, *Latina Poëſis Auctoris, & aliorum.*

15. *Donationem inſinuari ab alterutro ſufficit, donatore, aut donatario.*

Poſt dotalem fundi donationem, & ante eius inſinuationem, conſtituta à donatore creditoribus hypotheca generalis, ad rem donatam extenditur.

Donatio facta pro Legitima, valet ſine inſinuatione vſque ad quantita-

tem Legitimæ.

Dotis cauſa eſt onéroſa, reſpectu patris, & generi: lucratiua, filiæ intuitu.

Parentum in liberos donatio quævis, cenſetur futuræ ſucceſſionis anticipatio.

Tempus inſinuandæ donationis facta in contractu matrimonij, currit à die contractus, non autem conſummati matrimonij.

16. *In teſtamento fieri poteſt donatio inter viuos, & irreuocabilis.*

Legatum à teſtatore ipſo, manu traditum, reuocari nequit ſecundo teſtamento, in poſſeſſoris præiudicium legatarij.

Inſinuatio donationis, in Præſidiali *ſede Municipij facta, non valet: niſi in particulari Foro Regio, vbi ſita res eſt, donatio inſinuetur.*

An minor annis, donatarius reſtituatur aduerſus defectum inſinuationis.

Donatio mutua inter coniuges Pictauenſes, non eget inſinuatione.

17. *Regia confiſcatorum donatio in liberos condemnati, non indiget inſinuatione.*

Reddita, vel data à Principe, filiis capite damnati, cenſentur patrimonialia, non acquiſita.

Nuptialis conuentio nummaria, pro muliebri bonorum Communionis iure, diſtat plurimùm à regulis Donationum.

18. *Hæredi futuro quatenus dare prohibeamur, ex* localium *Conſuetudinum verbis determinandum.*

Britonicæ, & Pictauenſis, circa id, Conſuetudinum diſcrimen.

Notarius, extra territorij fines, in quo exercendum Officium ſumpſerit, Inſtrumenta conſcribens, nil agit.

19. *Nepos auo ſuccedens, tenetur conferre, patri ab iſto donata: paternæ tametſi renunciarit ſucceſſioni.*

Fructus donatorum fundorum, viuo donatore percepti, non veniunt in collationem.

Paterni ſumptus in filium pro Apoſtolica prouiſione Abbatiæ, *non conferuntur in diuiſione paternæ hæreditatis.*

Fiſcus, vel creditor, in cohæredis locum ſuccedens, an habeat ius petendæ bonorum collationis, aut Statutariæ *datorum reductionis ad licitum modum.*

Rei donatæ collatio in ſpecie, neceſſaria non eſt, ſed iuſtæ æſtimationis.

Priſcus Mos Pariſiorum, ab hæreditate excluſorius donatarij filij, filiæve ex cauſa matrimonij.

20. *Noua Lex, donationum moderatrix, non trahitur ad Actus iam perfectos, & conſummatos.*

Sed de pendentibus adhuc, & ſuſpenſiuis, *ſecus.*

Omnium bonorum Societas à muliere contracta cum ſecundo coniuge, non nocet illius liberis primi matrimonij.

21. *Si donans habet bona alibi, vbi poteſt ampliùs donare, reſiduum quod dederit,*

Digitized by Google

dederit, capietur in bonis immobilibus alibi ſitis.

Tutoris liberis, nihilò magis quàm patri, donare licet, ante reddita Tutelæ ratiocinia.

22. *Pædagogi, & Præceptores, ab alumnis & diſcipulis ſuis donatorum incapaces.*

In Magiſtros inopes, diſcipulorum beneficentia.

23. *Rei donatæ partem acceptare, partem renuere, vetitum: niſi donator ipſe, donatario optionem reliquerit, vtramvis partem, ac ſpeciem donatorum captandi.*

Coniunx Mobilia capiens nuptiali Pacto, non ſoluit debita: niſi &, patrio de More, illa capturus fuiſſet.

Vidua, bonorum cum marito communium donataria, tenetur ſolùm, pro modo donatarum facultatum, debita ſoluere.

Doarium *vnius ſummæ ſemel exoluendæ, non confunditur in perſona viduæ, tanquam donatariæ vſusfructus Mobilium & Conqueſtuum.*

24. *Reuocationi donatorum ex capite Leg. Si vnquam, non præſcribitur à donatario, ante. 30. annos.*

Sed donatarij ſucceſſor particularis decennio inter maiores præſcribit.

Beneficio Leg. Si vnquam, renuntiare donator poteſt in præiudicium naſcituræ prolis: Inofficioſæ autem donationis reducendæ remedio, minimè.

Per ſuperuenientiam *liberorum non reuocatur donatio rei particularis exiguæ, ſed maioris partis bonorum; arbitrio Iudicantis.*

DES DONATIONS, ET DON MVTVEL.

1 DONATIONEM PROPTER Nuptias, excipiunt reliqua Donationum genera, tùm ſimplicium, tùm mutuarum. Vt autem à paterna in liberos, exteróſve auſpicemur, de ea, priſcæ ætatis ſuæ Morem deſcripſit Petr. Fonteneus, qui libellos agebat in Prætorio Diui Regis Ludouici. *Par notre Vſage, le pere ne peut doner à vn etrange, & fuſt ce por ſeruice, plus que li polroit ſucceder vn de ſes enfans, ſelon le nombre qu'il en a. Et ce entens ie, quant li peres n'a riens, fors conqués. Ce meiſmes entens ie, s'il n'auoit fors que muebles. Mes ſe li peres a heritages, ou conquez, & li heritages ſouſit à la ſoutenance aus enfans: de ſes conqués, & de ſes muebles peut fere pleinement ſe volentez, ou quel qu'il voura de ſes enfans, ou à etranges.* Sicuti calamo exaratus Liber addocet, hac epigraphe. *Li Liures la reigne, & enſeignédroit, à fere, & Iuſtice à tenir treseſpeciaument.*

2 VICENNIO certè maior coniunx, cœlebsve ætatis veniæ exorator, donat licitè Mouentia ſua, liberéque ea moderatur, ac diſponit.

In teſtamento, legare poteſt quiſq; Mobilia vniuerſa, poſt viceſimum annum ætatis: &, deficientibus Mobilibus, patrimonij quintam partē Art. 293. 294. Pariſ. Conſuet.

Digitized by Google

In Neuſtria, maior. 20. annis licitè donat trientem patrimoniorū, & acquiſitionū §. 417. Norman Leg. Tit De donation.

§. 272. Pariſ. Conſuet. At de rebus ſoli, non item: quas adminiſtrare quidem poteſt ille, non autem alienare primæ lanuginis adoleſcens. §. 239. Ambarris vtique, in Præfectura B. Michaelis, eadem adhibetur diſtinctio, patriæ Legis §. 18. De ſtatu hominum. Huc recidit vetus, apud Caſſiodorum, Formula Veniæ ætatis, hoc circumſcripta modo. SI ID TEMPVS CONSTAT ELAPSVM, QVO, AD HANC VENIAM ACCEDI IVRA VOLVERVNT, NOS QVOQVE PROBABILIBVS DESIDERIIS LICENTIAM NON NEGAMVS: VT IN FORO COMPETENTI, EA, QVÆ IN HIS CAVSIS REVERENDA LEGVM DICTAT ANTIQVITAS, SOLENNITER ACTITENTVR. ITA, VT IN ALIENANDIS RVSTICIS, VEL VRBANIS PRÆDIIS, CONSTITVTIONVM SERVETVR AVCTORITAS. NE, CÙM OPINIONI PRÆSTARE VOLVMVS, VTILITATEM PVBLICAM LÆDERE VIDEAMVR. Eòdem alludit Diui Seueri Reſcriptum in ambitioſa Conſulum huiuſmodi vel Præſidum Decreta, qui minoribus extra ordinem rerum ſuarum adminiſtrationem indulgerent. L. 3. ff. De minor. 25. ann. Quinetiam, Municipali Lege, major factus infra quintum ac vicenum ætatis annum, reſtituitur in integrum aduerſus patrimonij alienationem, hypthecámve: qua grauiuſculè circumuētus ſit. Quippe quùm patrius iſte Mos, qui pugnat cum Iure cōmuni, haud multò firmiùs diſtringat paciſcentes, ac efficaciùs, quàm veniale ætatis Diploma, prohibitorium vēditionis, aut donationis prædiorum. Molinei ſententia, ad §. 37. Inſulanæ Belgarum, 167. Drocenſis Carnutum, &. 173. Borboniæ, Conſuetud. Vnà cum Lud. Romani Reſponſo. 58. Hinc à minore annis geſtorum ratihabitio ſequens, non retroflectitur ad diem ipſorum: ſed quaſi præſenti die acta contractáque, nunc corroborat. Vt Mantuani Senatus calculis definitum, tradit I. Petr. Surdus, inibi Senator. Mantuana Deciſ. 245. ex Bartoli theoremate, ad leg. Obſeruare. ff. De offic. Proconſ. Et Alexandrino Conſil. 78. Volum. 5. In Sicilia verò, aliud Ius obtinuit: vbi, duodeviceſimo ætatis anno, liberum cuiuis permittitur ſuis de rebus arbitrium, ſeu mouentibus, ſeu prædiariis: omni præciſa ſpe reſcindendi contractus ex Prætorio edicto De Minorib. 25. an. Neapolitana Conſtitut. De reſtitutione minorum. Cui nec diſſentanea extat Longobardiæ Lex, à Liutprando rege condita: quæ decimo octauo anno iuſtam exactámque ætatem præfiniuit. Lib. 2. Tit. 29. De prohib. alienat. minor. Vnde quiſquis prouinciali Lege in ſuam tutelam peruenerit, ante ſtatutam Iure Quiritum ætatem, ei reſciſſoria negatur diſtracti fundi condictio. Ab Italis Legum Interpretibus, Bart. in Conſil. 1. Baldo, in l. 1, Cod. ſi de moment. poſſeſſ. Et aliis, quos recenſuimus, in Libris, De Iure Fiſci Gallici, & Andegauorum. Ne iſthìc ſilentio prætereuhar Hiſpanorum Legē regiā, de vicennio ætatis, Regibus idoneo ad Principatus ſui habenas tùm primùm

Conſuet. du Bailliage de S. Mihiel, en Barrois, omologata à Karolo Lotharingiæ & Barri Duce, Nouemb. Mēſ. An. 1598. In Tit. De l'eſtat & condition des perſonnes.

Variar. Lib. 7.

Conſtantini Leg. 2. & Iuſtin. 3. De his qui ven. ætat.

In Gallia, nunquam tollitur contractus reſciſſoria actio, en la capacité d'aliener à vn mineur de. 25. ans, ſi grauiter læſus ſit in hæredijs ſuis.

Quando agitur de præiudicio tertij, Ratificatio non retrotrahitur: ſecus, ſi de ſolo ratifficantis damno. Ioh. Andr. in Cap. ratihabitionem De reg. Iur. in 6. Bart. Alberic. & Bald. in l. aliena rēs ff. De pignerat. act.

L'Iſle, en Flandres.

Dreux.

An minor per Statutum habilitatus, poſſit petere reſtitutionem in integrum ex notabili læſione. De quo, vide infrà, Tit. 7. huius Lib. Art. vlt.

Digitized by Google

primùm moderandas. Cuius Iberic꞉ Cōſtitutionis meminit Caldas, in l. Si curatoré habens Cod. De in integ. reſtitut. min. At Septemuiralis, Germanici Imperij, dignitas primigenijs, à decimo octauo ætatis anno, defertur Germanica Lege aurea Karoli. 4. Imp., edita An. 1356. In Belgica necnon Gallia noſtra, minor. 25. annis, qui vicennium expleuerit, licitè Mouentia ſe bona, & prædiaria ære parta diſtrahit, creditoriuè oppignerat: ſaluis modò ipſi, integríſque Patrimonijs. Sicuti ex nouo Ambianorum More ciuico. 135., pronuntiauit Curia Ornatiſſ. in reſciſſorium contractus Diploma adoleſcentulæ mulieris: quæ ideo quidem poſt viri obitum communibus fortunis ceſſerat, ſed alias facilè poterat comparare, creditoribus ſuis obnoxias. Areſto ex tempore prolato, in Ambianis litibus Catalogo ſuo euoluendis, 18. Kalend. Februar. An. 1602. quùm Seruinus, viduæ iuuenculæ, quæ à Suppræfecto Ambianorum prouocarat: & Doleus, contrà, creditori, forenſe patrocinium accommodaſſent. Cui ſimile prorſus à Senatu decretum in publica diſceptatione forenſi, poſtridie Idus Ianuar. hoc An. 1603.

Hiſpan. Regum ætas, gerendo Regio imperio ſufficiens.

Bulla aurea Alemanorum, de Electoria ſacri Imperij dignitate, & iuſta Principum Electorum ætate.

Ambiana Conſuet. noua, An. 1567., Art. 135.

Curiæ placita, *en plaidant du Roolle d'Amiens.* die 15 Iānuar 1602., & 24. Ianuar. 1603. iſtîc agēte *Lequien* pro appellante muliere, quæ cauſa cecidit. Et Vilerio, pro intimato.

3 Ab viuo donatum ſic expreſſim; vt ad ipſum reuocetur nunquam, interpretamur aliquando datum mortis cauſa: vtì iuſtum ad modum redigatur, qui morientium liberalitati, Moribus præſcriptus ſit. Putà, quùm is bona propinquis dilargietur æger, qui ex hoc morbo vita decedat. Talis enim cenſetur donatio cauſa mortis, quacunque viuorum formula conceptíſque verbis inumbretur. Vt argutè ſenſit Anton. Butrius, in cap. 2. De conſuet. Huic conſequens voluitur Pariſienſ. Conſuet. Articulus. 277. deſumptus ex re iudicata à Senatu, 7. Idus Septembr. An. 1571. de Euſtachij Chamboni donatione, Lutetiani Senatoris. Quæ enim, infirma valetudine, gerat aliquis, ea condendæ animo ſupremæ teſtationis gerere creditur, ſeu cauſa mortis. Cap. I. Cap. de his De ſepult. Iuxta Sceuolæ reſponſum in l. Alumnæ §. vlt. π. De adim. legat. Inde Labeoni placuit, ſi quis, æger cùm eſſet, centum aureos vxoris ſuæ conſobrino ſpopondiſſet, volens ſcilicet eos nummos ad mulierem peruenire, dein conualuerit, eum iudicio conuentum, doli exceptione vti poſſe. l. apud Celſum. §. Iulianus. π. De doli mali except. Sed quia, Papiniani dicto, ægri nonnunquam, & fatali morbo correpti, donant purè abſolutéque, temperamentum his adhibent Leges quædam Municipales. Senonibus enim, viuorum largitas ab ægroto collata ſcriptis, qui intra quadragenum diem moriatur, deſinit in donationem cauſa mortis. Art. 109. Senonenſ. Conſuet. Idem Neuſtrijs Mos proditus, patet Art. 433. & Ambarris, 169. Quinimò, apud Biturigas, irrita fit prorſus eo caſu donatio. §. 3. Tit. De matrimon. Bleſis peræquè, Art. 171. Et Pictonibus, §. 211. patriarum Legum. Alibi initur computatio menſtrui ſpatij, ab eo die, quo donatio contracta ſit: vt intra dies. 30, obeunte donatore, mortis cauſa datum iudicetur.

De Doman. Franc. Lib. 3. Tit. 19. Art. 12. Et De legib. Andeg. Lib. 1. Cap. 40. Art. 6

Decretum Curiæ, die. 7 Septemb. An. 1571.

L. antepenult. §. cùm pater. π. De donat. cauſ. mort.

Couſtume de Sens.

Bar le Duc.

De Berry., Blois. Ve Andibus, Art. 331. & Cenomanis, 343.

d'Orleans. Montargis.

Sunt etiam critici dies quadrageni, poſt regiorum Munerum publicorum reſignationes, præfiniti,in Diplomatica Principis Officina,antequàm reſignatario collationis Literæ expediantur.

Regula Cãcellariæ Rom.

Conſt. de Niuernois.

Saxoniæ Lex.

Aureliæ videlicet.§.233.& Montiſargi,Art.8.De donat. teſtam. Burgundio autem Iure,non ſubſiſtit paterna ſupremi iudicij diuiſio inter liberos,niſi ante vicenũ paterni interitus diem perſcripta ſit. Art. 5.nouæ Leg.Burg. Tit.De hæredit. Nec abſona his ratione,Innocentius. 8. Pont.Max.dies.20. præſtituit Beneficiariis ægrorum ſacerdotum ceſſionibus gratioſis: vt, eorum nè deceſſu, an ceſſione vacent Sacerdotia, intelligatur. Diplomatica Regula Apoſtolicæ ſedis, DE INFIRMIS RESIGNANTIBVS. Vniuerſim autem donatio cauſa mortis exiſtimatur,Nouioduni ad Ligerim,ea, quam æger cunque, periclitans de ſalute,dictarit. Art.5.De donat. Eôdem ſpectat notum Vlpiani argumentum,in l.filiæ meæ emancipatæ D. ſolut. matrim. Durius planè Saxonum Ius,apud quos, vel corporea hominis imbecillitas ſenio confecti vitiat donationem. *Vueichbild.* Art.65.ac Lib.2. Different.Iur.ciuil.& Saxon.Cap.2. Contra Romanas Leges, Senectus. De donat. Et, Senium, Qui teſt. fac. Cod. Noſtrates certè ſupremi Magiſtratus aſſolent,prudenti morborũ delectu habito,queîs diſtricti,ſua munificè dederint viui,donationem vel improbare, lethali vrgente ægritudine,expreſſam, vel comprobare, à valetudinario collatam, extra præſens vitæ diſcrimen conſtituto. Prioris exemplum hypotheſis promitur Areſto Pariſienſi,quarto Idus Quintiles An. 1597. ad prouocationem ex Turonia,ſecundùm Ianam Baſtardam,Annæ Macariæ tutricem filiæ ſuæ,quæ legitima hæres Ianæ Macariæ, ſororis,extiterat. Victo Ianæ marito ſuperſtite, Renato Chriſtophoro, cui mobiles ſuas res omnes largita fuerat coniux. Hæc enim,lethifera tùm aqua intercute laborabat,tametſi,peracta etiam donatione, longinquum in Municipium,cum viro, quaſi ſana incolumiſque,commeaſſet. Econtrariò autem,rata grataque Senatui fuit viuorum donatio in fratris filium,ab eo profecta,qui calculi carnificinam pertæſus, eiuſdem ſectoribus chirurgis corpus ſuum, dubia vitæ ſpe,permiſerat. Decreto Lutetianæ Curiæ.6. Kalend. Iunias eod. An.1597.pro Simone *Legras*,Nicolai patrui donatario: aduerſus donatoris hæredes, qui * Lithiaſi illa ſolutus, ilico donationem vniuerſorum ad ſe reuocarat,pluſculis mutatæ voluntatis indicibus Scriptis.

Decretum Curiæ, 12.die Iulij 1597 cõfirmans Sententiam Baillivi Turonen. dictam die 9. Febr. 1596.de cõmunibus bonis diuidendis inter donatricis vxoris hæredes, & maritum donatarium, nonobſtante d. donatione.

Areſtum *ſur Appointé au Conſeil de plaidoyrie*, die.27 Maij. 1597. Dn.Courtino, in magna Camera relatore.

* Calculi dolore.

INTERDVM dehinc vir bonus arbitratur ex variis circunſtantibus cauſis,viuorum donationem ſolidam ſtare debere,qua valetudi- 4
narius quiſpiam vſus ſit,nec diu pòſt humanis exemptus. Vtputà ſi, ante donationem interuallo aliquo,donator apud multos profeſſus ſit,bona ſua ſororis filio largiri ſe velle: ſi cum ſuperioribus fundorum Dominis idcirco egerit,vt ratam haberent,quam deſtinarat animo,liberalitatem: Si huic eidem onus adiecerit ferendi nominis, gentilitiorúmque Inſignium. Tali quippe ex hypotheſi,ac ſimilibus cauſæ figuris,Senatus cenſuit,ipſum nec alieno ſuggeſtu,nec mortis cogitatione perturbatum,ſed maturo conſilio viuum donaſſe videri.

Celeberrimo

Celeberrimo decreto, quod Præuoſtus præſes conſpicua purpura recitauit, pridie Nonas Iunias An. 1579. de Bouchauanij dynaſtæ bonis: quæ is Ioſiæ Lametho ſororis filio, viuorum donatione, tranſcripſerat. His ſubtexere eſt, quod nonnunquam obtingit humanitùs, febricula, aut leui vulnere ictum, qui purè ſua donet omnia, neutiquam ex ea febri, aut vulnuſculo, ſed lapſu inopinato, decedere intra tricenum à donatione diem. Nam, hac quidem in ſpecie, benignius eſt, tanquam viuorum donationem penitus ſuſtineri. Reſponſo. 62. Bartholom. Veronenſis, & Socyni Conſil. 168. Cui non malè adplicatur ciuica Lex Pariſ. in cita. §. 277. Qualia ferè Legis verba expendit Ludouic. Gomeſius, in Regula Pontificia, DE INFIRMIS RESIGNANT. Ad verb. *de ipſa infirmitate*. Verùm iſthæc procedunt demum, ſi indubia teſtium fide, adhibitíſque in conſilium Medicis, apertè liqueat, defunctũ, nullatenus ex priori morbo, quo, donationis tempore conflictaretur, ſed noui caſus ſuperuentu, morti occubuiſſe. Vt ibidem Gomeſius ſcribit, poſt Bartolum ad l. ſi in rixa. D. Ad l. Cornel. de ſicar. & Barth. Veronenſem, in Conſil. 41. Denique ſupraſcripta intelliguntur, de fatali corporũ è viuis, non de ſpontanea animorum, ciuilíque, ex ſeculo, migratione, Monaſticen profitentium. Effuſa quippe bonorum largitas, Iuris vinculum obtinet, quæ vel triduo ante editam Religioſi voti profeſſionem à donatore celebrata ſit: quando humani fati caſus naturalis, ad ciuilem effictúmque Lege obitum non pertineat. Æmylij Papiniani leg. Ex ea parte §. in Inſulam ꝟ. De verb. oblig. l. cùm pater §. hæreditatem. ꝟ. De legat. 2. l. Intercidit §. 1. D. de condit. & demonſtr. Atque ita Lutetiani PATRES iudicio decreuêre An. 1602. Septimo Kalend. Februar.: quùm Senatoriam illorum ſententiam probarent, qui libellos ſupplices in forenſi Baſilica dijudicant, latam. 7. Iduum Sextilium An. 1601. Dn. Picardo, in. 2. Claſſe Curiæ Inquiſitoria, litis expoſitore.

Curiæ Placitum, die. 4 Iunij, 1579. vulgò, *l'Arreſt de Bouchauanes*.

Verſ. *par perſonnes giſans au lict malades, de la maladie, dont ilz decedent*.

Gomeſ. in Quæſt. xi. ad Regul. Cancellariæ.

De morte naturali, dicta, ad ciuilem necne trahantur.

Decretum Curiæ die. 26. Januar. 1602. pro N. *Debery* Hoſtiario in Requeſtis Palatij, & Maria *Debere* vxore, & pro Magdalena *Debere*, donatarijs Margaretæ ſororis, Religioſæ in Conuentu *de l'Aue Maria*: Cõtra Claudiam Gotofredam Natalis *de H re* viduam tutricem liberorum ſuorum, à Sententia requeſtarum Palatij appellantem.

5 PERMAGNI intereſt, ex valetudine donatoris dignouiſſe iſtîc viuorum donationem, & ab ea, quæ mortis cauſa appellatur, diſcreuiſſe. Nam ex illa, transfertur poſſeſſio confeſtim, ac donator, rem ſe precariò tenere, vſufructúve, profiteatur. l. quiſquis. l. ſi. quis argentum. §. ſed ſiquidem. Cod. de donat. Et §. 274. 275. Pariſ. Mor. Secus in donatione cauſa mortis: cui adiecta precariæ, fructuaríæve poſſeſſionis retentio, nihilò ocyùs poſſeſſorem efficit donatarium. Francico ritu, quem Faber commemorat, in §. alteri Inſtit. De inutil. ſtipulat. Et Molineus ad §. 6. Niuernenſ., 14. Aruernæ Conſuetud. Tit. De donation. Item viuorum coniugum mutua valet donatio: ſed cauſa mortis, nec reciproca quidem, valet. Dictante eodem Molineo, in Aurelian. Leg. §. 220. Antiquitùs tamen Lutetianum vxori dare, legare teſtatorem potuiſſe, ferũt Itali Legum anteceſſores, Oldradus Laudenſis, qui floruit An. 1320., Reſponſo, 248. & Ancharanus Bononienſis, 163. Viuis rurſùs, hæredia licet do-

Don d'entre vifs auec clauſe de conſtitut & precaire, ſaiſiſt. Fallit *au don mutuel d'entre mariez, ſubiect à deliurance, & caution*. Art. 284 Item fallit, reſpectu tertij, & in eius præiudicium. Art. 115. Pariſ. Conſ.

Donationis cauſa mortis quia effectus confertur poſt mortem, ita debet conferri effectus clauſularum conſtituti, & precarij, tanquã acceſſoriarum. Bertrand. in Conſil. 213. Lib. 2. Per ea, quæ Bald. in l. ex teſtamento Cod. De fideicõm. Et in Cap. 1. De Feud. dat. in vic. leg. commiſſ.

Digitized by Google

nare vniuerſa: morientibus, præter quincuncé eorũ, non licet. §. 272. &. 292. Pariſ. Morum. Bonorum, ad hæc, receptitia penes donatorem viuum, liberalitas purè deducitur in irritum: (§. 273. eiuſdem Conſuet.) Donatio cauſa mortis, haud ita. Vlpiani leg. Non omnis ϖ. De reb. cred. Dicitur autem res ſibi donator viuus reſeruare, quarum cautiones tabuláſque donatarum penes ſe retineat, ceu fundorum auctoritates. Molinei Conſil. vlt. Iuxta Cæſaream leg. 1. Cod. De donat. Queîs planè congruit eximia PATRVM. C. Sententia inter Aruernos municipes, Amabilem Soubranyum patrui ſui donatarium: & Ianum *de Terailles*, cum Maria Soubrania coniuge, viciſſim contendentes. Dn. Igneo litem Senatui exponente in Tribunalitia eius Decuria, 13. Kalend. Februar. An. 1597. Rectiſſimè ædepol, quùm data non videantur, quæ eo tempore, quo dantur, minimè accipientis fiant, nullo in hunc tranſlato rerum dominio. Leg. Non videntur ϖ. De regul. Iur. l. vlt. D. de condict. cauſ. dat. l. vbi autem non apparet §. vlt. ϖ. De verb. oblig. Quinimò Lotharingia Conſuet., infirmatur munifica viuorum de patrimonijs diſpoſitio, cum exceptione fructuariæ poſſeſſionis: Niſi talis fortè donatio connubialibus Pactis interſeratur. §. 2. Rubr. De donation. int. viuos. Obiter ſciſcitandum hîc, patrimoniíne, an quæſtuum nomine veniant, quæ, inito bonorum omnium conſortio, inter patruum ac fratris filium, ita vt ad ſuperſtitem cuncta redirent, huic acceſſerint obitu patrui. Initio forſan patrimoniis adnumeres, quæ talis Societatis pacto, nepoti ex fratre parta ſint, ceu legitimo alioqui in bona ſucceſſori. Vnde & ſimiliter donationis cauſa contractas ſocietates notat Domitius Vlpianus. leg. 5. §. vlt. D. pro ſoc. l. cùm hic ſtatus. §. ſi inter virum. ϖ. De donat. int. vir. Leg. Senatus §. ſi quis ſocietatem ϖ. De mortis cauſ. donat. Verùm, ab dubio & ancipiti fatorum euentu, Senatus iudicauit, patrui hæredia, quæ, cum fratris filio ſocietate coïta, ſuperſtiti huic aduoluantur, in quæſtibus deputari. Præclaro Decreto. xi. Kalend. Maias An. 1577. ſecundùm Iacobi Vigneroni ſucceſſorem in mobiles & ſoli res quæſitas: aduerſus hæredem patrimoniorum. Claudio Berruerio ſuperſtitis auunculo litigante, cum paternis agnatis inferiore gradu, Iano & Margareta Burellis. Cuius exprompta Decreti ratio ſumitur ex conſentaneo herclè Oldradi Reſponſo. 139. & Ioannis Andrææ ſententia, ad §. porrò. De inſtrum. edit. Apud Speculat. Vbi multa ſeriatim ambo, de fraternorum bonorum communicatione reciproca, cum iure ſuperſtitis in res alterius ſucceſſorio. Quod ius quidem viciſſitudinarium, oneroſo in quæſtu potius, quàm donationis lucro habendum, illi exiſtimarunt. Eidem opinioni adhærent Alberic. & Salycetus, in l. vlt. Cod. De pactis. Ludouicus Roman. in l. Aquilius Regulus. ϖ. De donat. Alexander in l. licet inter priuatos. Cod. De pact. Neque ab iis longè diſſidet, quod Diuus Hadrianus conſtituit, ſi vir & vxor quina inuicem ſibi donauerint, & maritus ſeruarit,

Donner, & retenir ne vault.

Areſtum Curiæ in magna Camera die. 20. Ianuar. 1597. de retenta à donatore ſcheda originali contractus. Quo etiam Areſto, hydropici donatio, binò pòſt menſe mortui, ſic nulla iudicata eſt, vt nec obliquè trahi poſſet ad donationem cauſa mortis.

Es Baillages de Nãcy, Voſges, & Allemagne, nulla eſt hærediorũ donatio, cum retentione vſusfructus.

Areſtũ Curiæ Pariſ. die. 21. April. 1577.

Mutua quoque fratrum in ſuperſtitem donatio cum exceptione legitimæ prolis alterutri obuenturæ, nõ cenſetur purè ſimpliciterque reuocata ſuperuentu liberorũ, niſi hi paternæ mortis die adhuc extent. Nã in dono facto ſuperſtiti, inſpicitur tempus ſuperuitæ alterius, ſi filij tum fuerint necne, non verò tẽpus intermedium. l. poſthumus præteritus. D. de iniuſto rup. In ver ſi bonorũ poſſeſſió. Quia qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundùm tempus verbi. l. quod pupillæ D. quan. dies leg. l. Titius. ϖ. De milit. teſtam.

Mutua donatio & compenſatoria, *n'eſt ſepait don & aduantage à l'un ou à l'autre.*

Digitized by Google

ſeruarit, vxor conſumpſerit, donationũ compenſationem fieri. Teſte Vlpiano, in l. 7. §. ſi vir & vxor. ff. De donat. int. vir. Hanc quoque in partem vrget Cæſarea lex, Si pater puellæ. Cod. De inoffic. teſtam.

6 QVIRITVM Ius fuit liberum, coniuges inuicem ſupremis ſuis hæredes ſcribere, vel legatarios: etſi, viuorum formula donatarios, minimè. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrim. l. vxori. ff. De vſufr. leg. l. vxorem. l. vxori. §. 1. D. de legat. 3. l. vlt. Cod. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. 2. Cod. de infirm. pœn. cœlib. Quinetiam Curiata lege Romuli, vxor marito extitit hæres, nullis vtrinque liberis, ex aſſe: relictis autem iis, in æqualem cum liberis portionem. Auctore Halycarnaſſeo, Rom. Antiq. lib. 2. Qua Lege, in. 12. Tabul. regeſta vſi ſunt perdiu Romani, & matribusfam. delatæ maritorum hæreditates. Vt Gellianis Noctibus perhibetur. Aſt Francica Pariſiorum lege, interdictum eſt meritò coniugibus, profuſa inter ipſos, hærediorum imprimis, largitione: Quæ gentis familiæque velut fideicommiſſa, temerè crederentur vagis & volucribus fœminis, nouo ſaltuatim ab iis connubio in exteras traducenda Familias. §. 280. & 282. Id quod Lutetianam Curiam quùm minimè lateret, exercuit certè eam coniugalis donationis appendicula, vſusfructus reſeruatrix, ſpecie tali. Ianum Mingotum parentes ambo ædibus donarunt communibus, Lutetiæ ſitis: recepto iis, ac eorum ſingulis integro ſolidóque domus vſufructu. Moritur pater, incolumi donatario, & liberis alijs hæredibus. Diſſerunt iſti, lege irritam vſusfructus receptitij cautionem gratia coniugis ſuperſtitis: cui donare alter obliquè, vt directò, prohibeatur. Domo itaque vtifrui ſe debere, quandudum ſpirarit mater, intendunt: quaſi huic relicta, pro non ſcriptis habeantur. l. vxori vſumfructum. ff. De vſufr. leg. l. Iulianus ait, ſiquis hominem. §. ſi tibi. D. Ad exhib. Quamuis enim vſusfructus cum proprietate rei conſolidetur, Id, moriente quidem fructuario, intelligitur, non autem numeris poſſeſſorum expuncto, ciuili ſola ratione. l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. De legat. 2. leg. 121. §. penul. D. de verbor. obligat. Ambigua potiſſimùm, interpretari expedit ſecundùm hæredes. l. tale. l. qui pecuniam. ff. De ſtatulib. A parte verò donatarij, in hos decertatum eſt ita, nuſquam lege deferri aliis vſumfructum, qui conditione ſuſpenſus illicitéve datus ſit, quàm dominis proprietatis. Vt apertè Saluius Iulianus docet. l. fundus, detracto uſufructu. D. ſi vſusfr. petat. Nec ad donatoris hæredem, vſusfructus redit, niſi tum pariter fundi proprietarium. l. Si Lucio. ff. De vſufr. l. 35. ff. De vſufr. leg. Vnde & à Viris prudentibus tractatum fuit, quùm vir vxori æs legaſſet, ſubiecta vidui thori conditione perpetua, & morienti Gaium ſubſtituiſſet, an repetitis ab ea nuptiis, deberetur ſubſtituto legatum, an penes hæredem, viua illa, remaneret. Tandem reſponſum, hæredibus ſubſtitutum anteferri, quem ampliori defunctus honore affeciſſet. Bartol. in Authent. Hoc locum. Cod. Si ſec. nupſ. mul. Caſtrenſ. ad l. Si mater. Cod. de inſtit.

A. Gellij. Lib. 18. Cap. 6.

Hodie verò, talis vſusfructus exceptio in gratiam ſuperſtitis coniugis, valeret, quoad mobilia & acquiſita. §. 281. Pariſ. Conſuet.

Diſpoſita in caſum mortis, de naturali, non de ciuili, accipienda ſunt.

Digitized by Google

& ſubſtit. Alexand. in Conſ. 30. Volum. 2. Ad hæc, ſi legarim ſeruum, quem manumittere nequiuerim, manumitti autem voluerim à legatario, qui nec contra leges eum potuerit manu emittere: conſequetur tamen hic legatum ſeruum, potiùs quàm hæres. Propenſior enim fuiſſe teſtator in legatarium videtur, vtì commodum ex ſeruo perciperet, quàm in hæredem. Sicuti Neratium ſcripſiſſe refert Iulius Paulus, l. Siquis eum. π. De condit. & demonſtrat. Quare Senatus, filio, proprietatis ædium donatario caducum vſumfructum adiudicauit: hæredibus, eiuſdem petitione ſummotis. Areſto Menſ. Februar. An. 1540. ex forenſi controuerſia Vilhelmi Sellieri, qui vxorio iure hæres expertus fuerat, & Iani Mingoti, qui parentum donatione nitebatur.

Curiæ Placitum, *au rapport de M. de Longueru.*

In Ver. *conioints par mariage.*

PROHIBITA inter virum & vxorem donatio, non pertinet ad nuptialia Inſtrumenta: quibus, futuri coniuges honeſta ſe rerum largitate demereantur. cita. §. 280. & 282. Pariſ. Morum. Ex Diocletiani & Maximiani ſententia, in l. 6. Cod. De contrah. empt. l. ſi ſponſus. In princ. Leg. Inter eos. l. ſi extraneus. π. D. de donat. int. vir. At poſt celebrata ſponſalia, quæ ſolennibus præſentium verbis concepta ſint, neuter alteri licitè donat: etſi nondùm mariti in domum vxor deducta ſit. Vt ſenſit expreſſim Ioh. Imolenſis, ad l. Meuia D. ſolut. matrim. Poſt Bartol. in l. Alia. §. eleganter. Tit. eod. Quò non incongruè vergit Mos Pariſiorum, Artic. 258. Donatorum tamen ante nuptias, rata eſt, conſtantibus hiſce, profeſſio in publicis Fori monumentis. Iuſtinianea leg. vlt. §. ſimilíque modo Cod. De donat. ante nupt. Prætereà viduæ matri nefas eſt, in futurum coniugem aliquid donatione conferre bonorum, in commune partorum manente priori connubio. §. 279. eiuſce Conſuet. Aliàs, communes hi quæſtus longè abſunt à lucris nuptialibus puris; quæ, anteriori thalamo ſatæ proli reſeruantur, Principali Francorum Edicto, An. 1560. Imperatoriis Legibus conſentaneo. Tametſi enim Moribus delata coniugi alterutri lucra connubialia, ſeruari huic oporteat ſoboli, perinde ac hominum ſtipulatione quæſita. Faber. ad Authent. In donatione. Cod. de ſecund. nupt. Hoc tamen, noſtrate Vſu, ciuiliter interpretamur de mero compendio, quod ſuperſtiti coniugum legibus obueniat: non de quæſtu oneroſo, ac communibus loculis parto, ex Ritu prouinciæ. Exin mulieri in hoc genus bonorum peræquè ſuccedunt, poſterioribus orti, ac prioribus nuptiis. cita. §. 279. Cui planè conſona, Aduaticis Belgis prodita Lex eſt, de vxoria cōmunium quæſtuum parte, quam ſecundò nupta liberè diſponit. Multò aliter, ac Louanienſi in vrbe, & Bruxellenſi: in quibus, talium proprietas, ſpirante etiamnùm viduo, deuoluitur ad natos ex coniugio antecedenti. Quemadmodùm Nic. Euerardus perhibet, in Belgico Senatu apud Mechliniam Præſes. Reſpon. 236. Regulariter item vtriuſque progenies matrimonij viritim ſuccedit in dotem maternam: quæ ſecundo viro 7

Tous dons matrimoniaux debent fieri in ipſo contractu matrimonij, vt ſint pars pactorum dotalium: non autem poſt matrimonium, in eius fauorem. Molin. in Annotat. Conſilij 162 Alexādri, Lib. 2. & in §. 26. De donat. Aruernæ Conſuet. Cum leg. quoties. π. ſolut. matrim.

Verſ. licebit etiam, conſtante matrimonio, eam inſinuare donationem. nullo penitus obſtaculo, ex interuentu nuptiarum faciēdo, &c. Qua de re Nos lib. 3. Legum Andeg. Tit. De donat. int. coniug. Art. 15.

L'Edict des ſecondes nopces.

In lucris quidem nuptialibus, ſuperſtiti coniugi licuit primitùs, gratificari vni liberorum prioris matrimonij, eúmque, cui illa reſeruaret, eligere. l. generaliter. Verſ. diuidendi C. de ſec. nupt. At Iuſtin. Nouella, tale lucrum omnibus ęquale ſit, ſublata electione. Authen. lucrum hoc, Eod.

Brabantina Antuerpiæ Conſuetudo.

Anuers, Louuain, Bruxelles.

Digitized by Google

viro dos conſtituta fuiſſet purè, nec vllo huic pacto ex ea lucro. Vt ait Ludou. Romanus, in Conſil. 447. argumento Authent. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit. Cui ſubdo Leg. quoniam Cod. De ſec. nupt. Ac leg. Inteſtata Cod. De donat. cauſ. mort. Secus de lucris coniugalibus ex dote, ab altero viro conuentis in fraudem anteriorum liberorum: Quæ, Iuſtinianea nimirum Lege, reſcinduntur. §. nec illud ibi relinquendum eſt. Authent. de Nupt. Et leg. hac edictali. Cod. De ſecund. nupt.

Pœna mulieri impoſita (quoad lucra nuptialia) ſecundò nubenti, habet locũ in viro. Glo. in l. fœminæ. §. illud. C. de ſec. nupt. Oldrad. in Conſil. 33. ex §. generaliter. Authent. De nupt.

8 Ex aduerſo quoque, vir vxori ſuperſtes, extante prole, ſinitur, legitimum DOTALITIVM nouæ coniugi adſignare: Lege verò amplius largiúſque, donationis inſtar, reuocatur ad ſtatum iuſtúmque modum, fauore natorum ex prioribus nuptiis. Iudice, Senatorio Ordine, ſecundùm Antonium Melodunenſem, liberorum tutorem Michaëlis Poyſij, qui à Præfecto Vrbi Senatum appellarat: aduerſus Catharinam *Do*, illorum nouercam. Quorum cauſa litigatorum propalàm acta fuerat, & in conſilium miſſa, vndecimo Kal. Febr. An. 1579. Langleſio, appellantis: & Mario, aduerſariæ, Oratoribus. Nec mirum herclè, quùm nudus quidem feratur *doariæ* mulieris vſusfructus, ſed in plenum proprietatis dominiũ transeat pro liberis ſecundi matrimonij, de More Pariſiorum. Quali in negotio, Langobarda lex maturè proſpexit anteriorum nuptiarum partui, hoc temperamento ſubiecto: SI QVIS LONGOBARDVS VXOREM HABEAT, ET EX ALIA LIBEROS RELINQVAT, VNVM AVT DVOS, POTEST VXORI SVÆ TERTIAM PARTEM AD VSVMFRVCTVM RELINQVERE: ET SI FVERINT TRES, QVARTAM PORTIONEM. SI FVERINT PLVRES, PER HVNC NVMERVM COMPVTENTVR MORGINCAP: ET METAM, QVÆ EI DATA EST LEGIBVS, HABEAT IN ANTEA.

Appoincté au Conſeil en plaidoyrie le. 22. Ianu. 1579. depuis iugé, entre Ant. de Meiun tuteur des enfans de Mich. de Poyſieux, dict Capdouit, ſieur de Pamau, appellant du Preuoſt de Paris: Et Dame Catherine Do, ſa veufue du. 2. lict intimée.

Art. 255.

Lãgobar. Leg. Lib. 2. Tit. 4. De his, quæ à viro mulieri dantur. Ex rege Aſtulpho.

Scio ædepol, vtriuſuis ſexus viduis nõ interdici nouo Connubio, nec Pactis conuentis de dote ac donatione propter nuptias. Verùm munificæ pactiones hæ ad modulum rediguntur, qui minimæ ſolùm vnius ex liberis portioni legitimæ poſſit æquari. Areſto Curiæ. 13. Kal. Septemb. An. 1583. ex forenſi diſſidio viduæ Iani Durandi, quæ ab Aruerno Iuridico Auriliacenſi prouocarat: & Ianæ Durandæ, priuignæ. Hennequino, huius expoſitore litis, in tertia Claſſe Inquiſitionum Curiæ. Illorum autem numerus liberorum, ex quo, donatarij ius coniugis ſecundi coarctatur, metiundus eſt, inſpecto obitus tempore donatoris, non, contractæ donationis. Sicuti, in explananda Leonis & Anthemij Cæss. Lege præd., cenſuit Lutetianus Senatus: Præſide Briſſonio, recitante in profeſtis ſacræ Pentecoſtes An. 1586. Nil tamen vetat, nuptialis donationis lege, futuram prolem in ea parenti donatario ſubſtitui, quæ capere ipſe nequiret ſupra modum Legibus præſtitutum. Baldi Reſponſo. 336. Volum. 3. Conſtat inſuper, mulieri donata, ab alio etiam, quàm à priore viro, ſed viri contemplatione, ſecundo tranſcribi inutiliter ab ea:

Placitum Curię, die. 10. Auguſti. 1583. *ſur vn appel des Preſidiaux d'Aurillac*. In 3. Camera Inqueſtarum.

Solenne Areſtum Curiæ, quo pariter deciſum fuit, donationem mutuam in contractu ſecundi matrimonij factam, perinde ac ſimplicẽ aliã, reduci debere ad modum minimę portionis legitimæ vnius ex liberis: Iuxta leg. Hac edictali. C. de ſec. nupt.

Digitized by Google

quippe quæ illius liberis proprietariis reſtitui demùm expediat. Authent. in donatione. Cod. De ſecund. nupt. Id quod fusè Baldus comprobat, in l. generaliter. Verſ. ſed neque. Eod. Tit., & Ludouic. Romanus, in Conſil. 405. Idémque Gratianopolitano Delphinatium in Foro receptum, teſtatur Franciſc. Marcus, Senator, Deciſ. 76. Tomo. 2. Æquiſſimè, quùm mariti intuitu fauoréque, erogata vxori liberaliter, coniiciantur ex illius ſubſtantia proficiſci. l. ſed ſi plures. §. in adrogato. ꝟ. De vulg. & pupill. Aſt hoc, de donatione propter nuptias, ciuiliter acceptum volumus, non de ſimplici alia, puráque extranei in coniugem donatione: Qualis, arctioribus illis Legum frænis neutiquàm coercetur. Argum. §. ſi verò expectet. Authent. De nupt. Reciproca pariter coniugum donatio, cui bona fides interceſſerit, non retractatur ſecundo ſuperſtitis coniugio, nec communibus ipſorum liberis, quaſi lucrum coniugale, reſeruatur. Accurſij iudicio, in l. licet inter priuatos. Cod. de pact. Vereor tamen, ne id Gallicis explodatur tribunalibus, Regióque Edicto in repetentem nuptiás contineatur. Vt indicat Pictonum Mos ſcriptus, §. 209. & ibi Molineus nuncupatim. Quod Pariſienſis itidem Curia ſumma definijt, aduerſus mutuam opum largitatem, ſecundis tabulis nuptialibus initam. Decreto, Maij Luce. 23. An. 1586. Saxonico autem Iure, penitus abrogantur Cæſareæ in ſecundas nuptias Conſtitutiones, FOEMINÆ, HAC EDICTALI, & conſimiles. *Landtrecht* Lib. 3. Art. 76. Luſitanico necnon Vſu obſoleuit Romana Lex illa connubialium lucrorum reſeruatrix in gratiam liberorum primi matrimonij. Aluaro Valaſco teſte, in Luſitan. Conſultat. 16. Lib. 4.

Vidua pariter renubens, amittit legata ſibi à marito, quandiu in hoſpitio ſuo vixerit in & ſuper bonis ſuis, ſi ibi velit cohabitare marito ſuo ſecundo. Oldrad. in Conſil. 213. per l. qui côcubinâ. §. vxori. ꝟ. De leg. 3. Si autem legatum ſit purè à marito, mulier renubens priuetur nécne legato, Iaſ. in l. ambiguitates Cod de indic. viduit. toll.

Et Lib. 2 Different. Iur. ciuil & Saxon. Art. 39.

In Portugallia, non ſeruatur Lex, fœminæ C. De ſec. nupt.

QVOTIES porrò, alicuius fauore priuati, Lex occurrit dona- 9
tioni, rata nécne ea ſit, illo conſentiente, hæſitatur. Sano enim ſaluóque donatore, qui interponitur hæredis conſenſus, cenſetur metu extortus, aut meticuloſa nimiùm parentis reuerentia. Vti Senatum iudicaſſe tradit Molineus, (in §. 53. Aruernæ Conſuet. De Hæredit.) & N. Valla, Senator, litem enarrante ſe, pronuntiatum à Lizeto, Præſide ſummo. An. 1545. Sed in mutua coniugum donatione regulam ceſſare arbitror, propter ancipitem dubiæ conditionis exitum. Iuxta l. 1. l. 16. Cod. de pactis. Si enim fatorum conuerſione ſuperſtes coniunx priùs obiiſſet, alter iam, eiúſque liberi donationem in ſemetipſos, non improbarent. Proin volubili in hac rerum vice ac ſerie, ad Legum auxilium decurrere nequeunt. Argum. l. penult. Cod. de ſolut. Iuxta quæ, Lutetiani PATRES tricenum abhinc annum decreuerunt, Perroto litis inſpectore. Vti à Iac. Canayo, noſtri Ordinis coryphæo, accepimus: quo patrono, ſuperſtes coniunx, cauſa ſuperior euaſerir. Atque his mirè congruit Molinei ſententia, ad Art. 46. De donat. Aruernæ Conſuet. Porrò etſi coniugalis in ſuperſtitem liberalitas mutua conferatur poſt obitum, euentu ipſo rerumque

De reb. dub. Tract. 2.

Decretum Curiæ, *pour le fermier de Monſ. Bezanſon Conſeiller de la Cour.*

Verſ. niſi donatio eſſet mutua & oneroſa.

Digitized by Google

que poſſeſſione : viuorum certè donatio eſt , non cauſa mortis. Annotante eodem Molineo , ad §. 291. Borboniæ Leg. Poſt Angelum Peruſinum , quem minimè ciet ille , conſimili Iuris reſponſo. 254. Quòd ſi interim vir & vxor ſibi inuicem donent ſub conditione deficientium liberorum die ſoluti matrimonij, tenet donatio, quaſi relata in tempus permiſſum : alioquin, ſtantibus liberis, irrita. l. in tempus. ff. De hæred. inſtit. l. mea res. ff. de condit. & demonſtr. l. exiſtimo. D. De verbor. obligat. Quò alludit municipalis Pariſiorum Conſtitutio, §. 280. Nec diuerſum Molineo placuit, ex ſpecie de coniugibus propoſita, qui moribundi filij mœrore, fortunas ſuas, præmoriente eo, ſibi viciſſim dilargirentur. In §. 221. Aurelianæ, &. 2. Stampenſis Conſuet.

Angel., de donatione omnium bonorũ facta à matre filio, vt poſt mortem vires accipiat, & cum pacto, de non reuocando, an ſit inter viuos.

Verſ. *pourueu qu'il n'y ayt enfans lors du decez du premier mourant.*

Quia hîc concurrit Ius commune, & mẽs Conſuetudinis.

Fateamur inſuper, mutuam coniugum largitatem nec reuocari poſſe, nec ſupremis alterius mandatis, legatíſque onerari. §. 284. &. 286. Pariſ. Leg. Modica vtique piam in cauſam relicta præſtare debet donatarius, qui alteri ſuperuixerit, coniunx. Baldi opinione, in Authent. ſed cùm teſtator. Verſ. ſed nunquid. Cod. ad leg. Falcid. Corneus in Reſpon. 252. Volum. 3. Sic Curiæ Max. Conſcripti decreuerunt, nuptiale reciprocum Munus rerum ſoli comparandarum , Mouentiúmque , in ſuperſtitem , hoc onere, vt præmorientis teſtamentum coniugis exequeretur, produci tantùm ad funeris ſumptus , piéque legata exigua , non ad æris penſitationem annuam vltima teſtatione impoſitam , relictamque legatario cuiuis. Areſto ex tempore lato, in publica Fori diſceptatione, 10. Kalend. Maias An. 1597. quùm Nauarrotus, & Delyus hincinde litigatorum cauſam peroraſſent . Rurſus etſi mutua coniugum donatio , ſtante connubio inita , nulli ſit obnoxia alterius Teſtamentario oneri, vel legato, Moribus Pariſiorum : Huiuſmodi tamen donationi quæ attexitur forſan clauſula implendæ poſtremæ voluntatis eius, qui fato præreptus ſit, vitiatur, nec vitiat coniugalem bonorum communium diſpoſitionem . Iudicante Ampliſſ. Ordine , poſt forenſem noſtram , & Steph. Paſquerij actionem, Tertio Iduum Martiar. An. 1582. ex appellatione à Præfecto vrbi Pariſien., quam N. *le Preux* , & I. Aubryus clientuli noſtri interpoſuerant.

Curiæ decretũ die. 22. April. 1597.

Placitum Curię die. 13. Mart. 1582. cõfirmans Sententiam Præpoſiti Pariſien: ſecundùm viduam N. *Coulebault*.

Qualiter etiam Ælius Martianus cenſuit, ſtipulationi adiectam illicitè clauſulam , pro non adiecta haberi , & quod licitum eſt, peti poſſe. l. placuit l. pecuniæ ff. De vſur. l. Cùm allegas Cod. eod. Quùm autem ciuilia Burgundionum Inſtituta occurrant coniugali cuique donationi , propinquorum fauore , qui ei non ſubſcripſerint , præcaueri ſolet in contrahendis nuptiis , ſubſidióque adhiberi receptitium ius ac poteſtas libera donationis rerum ſuarum coniuges inter ipſos. Iuxta Artic. 26. Conſuet. Burgundi Ducatus. Aſt tali futuræ donationis reſeruatione ſuſtinetur quidem viuorum liberalitas viciſſim, non verò morientium extremis

Tit. de Iuribus ad coniuges pertinentibus.

Digitized by Google

iudiciis edita, erogata. Si Ludou. Romano credimus, in Reſpon. 476. Et Chaſſeneo, Burgundo Heduenſi, patriíque adeo Moris callentiſſimo, in Conſil.2.

Don de tous biens preſens & aduenir.

Vſufructuarius, vſũfructum legare non poteſt.

ALIENI iam beneficij purè capacibus donare cuncta licet præſentia: imò & futura, nonnullis rebus donatori receptis. Bart. in l. ſtipulatio hoc modo. Ver. idem puto. ff. De ver.oblig. Romanus, in Conſil. 26. Quid ſi is vſumfructum ſibi reſeruarit? Eum Alexander ſufficere exiſtimat donatori, ne ſuapte liberalitas corruat, talíque ex vſu ac fructu bona parare hunc poſſe, de quibus cumulatè teſtetur. In cita. l. ſtipulatio hoc modo. Cuius ille auctoribus ſententiæ nititur Cyno, & Baldo. ad l.vlt.Cod. De pact. Sed probabiliorem duco Bartoli & Caſtrenſis opinionem, in præd.Leg. ſtipulatio, cum Decij Reſponſo. 30., temporarium nempè, & alimentarium donatoris vſumfructum, qui, vitali cum ſpiritu ipſius, extinguatur, in bonis minimè deputandum: quæ poſtremo elogio liberè diſponantur. l. vxor patrui. Cod. De legat. l. Quod in rerum §. 1. ff. De legat. 1. At ſi frater fratri, priore Inſtrumento, ſemiſſem bonorũ dederit, reliquum poſteriore, valet ſaltem anterior donatio. Si Decio fidem habemus, vbi. ſ. Cæterùm vt donatoris, ſic donatarij libertatem conuelli, haud temerè patitur religio prudentiáque iudicantium. Vtcunque enim auunculus, ſororis filiæ, & *ſuis* amplas erogarit facultates: haud ideo donatariæ liberi, ea mortua, euertent, quaſi ſubſtituti, donatorum alienationes & hypothecas à matre contractas, cuius illi hæreditate abſtineant. Nam ſuorum quidem appellatio, liberos, qui in poteſtate ſunt, complectitur ſolos, Iure Quiritum. §. ſui Inſtit. De hęred. qualit. l. in ſuis. ff. De liber. & poſthum. l. vn. §. extraneum. Cod. De rei vxor. act. Ex quo, res à conſanguineis donatæ, videntur, donatariæ ſoboli gradibus ſubſtitutionum deſtinatæ. Aſt Gallico idiotiſmo, *ſui*, pro hæredibus quibuſuis vſurpantur, & quouis ex ſtemmate propagatis: ſiue hi recto, ſeu tranſuerſo limite, defunctum contingant. Quod in Prouincia Iuris itidem vſitatum, aſſerit Vidus Papa, in Delphin. Deciſ. 230. & 306. Quùm igitur *ſuos* iſthic nominans donator, intellexerit hæredes donatariæ, qui communi lege fatorum in bona matri ſuccederent: Decreuit Senatus, quæ ille dederit, reſtitutioni ſubiecta non eſſe, nec donatariæ filios, tanquam matri ſubſtitutos, alienata ad ſeſe efficaciter reuocare. Pariſienſi Areſto pridie Kalend. Sextil. An. 1594. in prima claſſe Inquiſitionum Curiæ. Menardo litis expoſitore, inter Vidonem Mureum, qui à Lugdunenſi Præfecto appellans, obtinuit tádem, & N. Cordelatum. ex aduerſo, litigatorem. Cui Decreto ſubſimile recenſet N. Valla, de fundo ita filiæ dato, vt ei liberíſq; ſuis proprius foret. Nec enim liberi gradatim cēſentur inuitati, nec perſonã aliqua in ſubſtitutione aut fideicommiſſo ſubauditur. l. qui habebat. ff. De vulgar. l. cùm ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff. De legat. 2.

Donation à la niepce, & aux ſiens, ſ'elle porte ſubſtitution aux enfans.

Curiæ Placitũ die vlt. Iulij. 1594. *au proffit de Guy de la Mure, Eſleu de Foreſts, appellant du Seneſchal de Lyon.*

Vall. De reb. dub. Tract. 1. an ſub modo vel conditione poſiti liberi, ſint in diſpoſitione vocati.

Quinimo

Quinimò Iudiciis definitum eſt, nuptialibus filij tabulis à patre donata eidem, liberíſque ex tali connubio orituris, mutari nouaríque potuiſſe mutuo filij cum patre tractatu poſteriore, liberorum illorum detrimento. Quorum haud præcipuo nempè, ſed filij fauore, concepta fuiſſet paterna donatio. Præclara Ordinis Ampliſſ. Sententia dicta An. 1572. ex lite enarrata à Dn. *Deſlandes* in prima Curiæ claſſe Inquiſitoria. Secundùm Iulij Pauli leg. 3. ff. De ſeru. export. Ac notata à Bartolo in l. qui Romæ §. Flauius Hermes ff. De verb. oblig. Et in l. illud Cod. De ſacroſ. Eccleſ. Tum Baldi Reſponſum. 502. Lib. 4. Et Chaſſenei Conſil. 43. Vnde multos admiratio ſubiit poſtpoſitæ nudiuſtertiùs à Senatu filiæ, propter nuptias donatariæ, priuigno donatoris: Cui abſenti vitricus antea res eaſdem profusè erogarat deficiente virili ex coniugio ſtirpe, quod cum ipſius matre priuigni tùm contrahebat. Decreto Pariſienſi, ex Tholoſatibus, quod Præſes Max. ritu ſolenni recitauit, profeſto Natalis Chriſtiani An. 1602.

Areſtum Curiæ *touchāt le quint de la terre de Vaulx, en Picardie, & de la terre de Dauffron donnez au pere & aux enfans qui naiſtroiēt du mariage.* Tertio nempe ius quæſitum ex pacto inter duos, tolli poſſe eorumdem conuentione ſequenti.

Placitùm Curiæ, *en robe rouge, ſur proces parti en la grād Chābre iugeant par euocatiō du Parlement de Tholoſe,* pronuntiatum Die 23. Decemb. An. 1602. pro vnius cōiugū priuigno, contra filiam communem De quo, vide l. Cū acutiſſimi, C. De fideicom. In ver. Nè videatur teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponere.

11 Extraneo donatis ſubducitur debita portio, non liberorum modò gratia, vtpote in Patria Iuris, ſed agnatorum etiam, in Municipijs quæ ciuili More ac Inſtitutis reguntur. Celticæ enim, & Aquitanicæ Galliæ Municipes pluſculi, viui nihilò donant ampliùs cuiquam patrimoniorum, quàm mortis cauſa, vel teſtamento. Andegaui nempè, Cenomani, Turones, Pictones, Engoliſmi, Santones, Rupellani: Quorum Leges ſingulorum, de patrimonijs ſtatuere quidpiam vetant, vltra trientem. Quibus autem nullum ſuppetat, aut pertenue hærediolum, Acquiſita, eius vicem ſubeunt, nec vlli tranſcribi donatione poſſunt, niſi intra modum patrimonijs More condictum. Haud vili enim ceſpite agri, æſtimatur patrimoniorum poſſeſſio donatoris: vnde liberius fiat ipſi, de quæſtuum ſuorum vniuerſitate, arbitrium. Iudicio Bartoli, in l. ſciendum. D. qui ſatiſd. cog. & Molinei, in §. 49. Engoliſmenſ. Conſuet. Cum exprompta in id Veromanduorum lege, 59. Pictonum, 208. Turonum. 238. ac celebri Patrum Conſulto, 4. Kal. Quintiles An. 1585. Siquidem patriæ Legis verba ſunt cum effectu accipienda. Verùm anguſtis hiſce donationū finibus & cancellis minimè includitur iuſta meritorum penſatio ac remuneratio. Quæ nihilò tum ſeciùs pura ſimpléxque donatio habetur, quùm promeritorum quantitatem exuperat. Bald. & Salycet. in l. illud. Cod. De ſacroſ. eccleſ. Nec minùs eget publica in Actis profeſſione, quàm mera liberalitas, Iure Romano. Vt diſtrictè cēſuit Bart. in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. Bertrandus, in Reſpōſo. 206. Lib. 1. Cæteroquin extra Gallias, ἀντίδωρα, ſeu remunerationes iuſtas teſtari nil neceſſum eſt Forenſibus in Tabularijs. Luſitanica Lege regia, quam, (ex Edictorū Lib. 4. Tit. 54.) promit Antonius Gāma, ſenator, in Luſitan. Deciſ. 302. Ac Tarraconenſis Regni vſu receptiſſimo, quē Martin. Mōterus à Cueua cōmemorat, regius ſacræ Aragonū Audientiæ Cōſiliarius. In Aragonia Deciſ. 10. Rurſus etſi mater

Legitime Couſtumiere, ſed quæ Pariſiis nō minuit viuorū donationem, niſi fauore deſcendentiū. §. 17 272. 307. 298. Secus in teſtamēto, quoad hæredia, quæ nec piis legatis vltra quincūcem grauantur, in præiudicium agnatorum. §. 291.

Les acqueſts tiennent lieu de patrimoine defaillant, ou fort petit.

Areſtum Curiæ, 28. Iunij, An. 1585. *entre M. Pierre du Bois appellant d'une ſenten. du Seneſchal d'Angoumois du 19. Decemb. 1584. Et François & Simon Auraint intimez. Par lequel confirmant lad ſentence a eſté iugée la reſtrictiō d'un don de meubles & acqueſts qui excedoient de beaucoup le patrimoine.*

Portugalliæ Ordinationes regiæ.

In Aragonia, non requiritur inſinuatio Donationis remuneratoriæ, vel Pactis dotalibus factæ.

Donatio ob benemerita, quantitatẽ meritorum excedẽs, dicitur ſimplex: & inſinuatione opus habet.

ex ſecundo connubio genitis haud iniquè largiatur fortunas ſuas
omnes, ſalua prioribus Legitima: reſcinduntur certè, vitrici intuitu
& contemplatione, donata. Caſtrenſis Reſponſo. 174. Et Franciſ.
Marci Deciſ. Gratianopolitana, 27., Volum. 2. Ex quo, dilucidè Pa-
riſiorum Mos explanatur, Art. 279.

La Legitime de Droict.

Placitũ Curiæ, die. 27. Maij, An. 1558. *pour les trirmons.*

Aluar. Valaſcus, ſupremæ Curię Luſitaniæ ſenator regius.

Duabus filiabus in tertia parte hæreditatis paternæ, Statuto fundatis, vna renuntiante, cum dote, altera habebit ſolùm tertiæ dimidium, quoad hoc, ne imminuantur legata: cùm renuncians faciat partem in Legitima, licet non admittatur ad partem.

En pays Couſtumier, la Legitime ſ'entend. non tantùm de Legitima Iuris, ſed etiam de prerogatiua Conſuetudinis.

Legitimæ ſupplementum non tollitur repudiatione futuræ parentum hæreditatis, Niuernẽ. Conſuet. (Art. 24. De Iurib. coniugũ) Senonen. Art. 267. Lorricen. (Art. 1. De donat. matrimonial.) Aurelianẽ. Art. & Tit. ſimili (Sed poſtrema hæc emendata eſt. An. 1583.) Item Cõſuet. Caſſetenſi Flandriæ (de Caſſel) Art. 226. quæ Conſuet. confirmata fuit à Carolo. 5. Imp. die. 26. Maij An. 1534.

§. 8. Pariſ. Conſuet. Glo. 3. Num. 16.

Decis. Capellæ Tholoſanæ. Archiepiſcopalis.

Conſuet. de *Lodunois*, de primogenito. à parentibus hærede deſignato in contractu matrimonij. Idem Normanis Mos, Art. 244. Andegauis. 215. Turonibus. 252. Cenomanis. 262.

DEBITA ſanè liberis portio, delibatur non ex eo ſolùm cumulo 12
bonorum, quem moriens reliquerit, ſed à viuo quoque ipſo præro-
gatis alicui illorum, in ſpem futuræ hæreditatis: perpenſo liberorum
numero, rerúmque omnium æſtimatione inita. Art. 307. Pariſ. Cõ-
ſuet. Idémque, ex Legum præſcripto, Senatui viſum, decreto. 6.
Kalend. Iunias, An. 1558. Indiſtinctè etiam, apud Luſitanos, quanta-
uis opum largitas triente conſtringitur Aſſis hæreditarij: Cuius reli-
quæ Aſſis vnciæ legitimo hæredi ſolidæ integræque debentur. Lu-
ſitan. Conſultat. 24. Aluari Valaſci, Tomo. 1. Quòd ſi duarum nata-
rum, queîs lege adſcriptus ſit triens hæreditatis, huic altera renuncia-
rit dote contenta, alteri nihil aduoluitur priuatim ex hæreditaria ſo-
roris parte repudiata. Hæc namque, dotali ſuſcepto repudiationis
præmio, fecit partem hæredi, licet non admittatur ad partem, ineũ-
da ſcilicet Legitimæ computatione. Vt Gratianopolitano Delphi-
natium Senatui placuit, & Mantuano Tranſalpinæ Galliæ. Delphin.
Deciſ. 295. 599. apud Vidum Papam, Et Mantuana Deciſ. 252. I.
Petri Surdi, ſenatoris. Ex opinione Dyni, ad leg. Planè §. ſi duo-
bus. ff. De legat. 1. Romanis porrò Legibus derogat quota noſtratis
Legitimæ: quam Pariſiorum nempè Conſtitutio præfinijt vſque-
quaque totius ſemiſſe hæreditatis. Art. 298. Contra Iuſtinianeam
Nouellam, De triente & ſemiſſe. Franci, ad hæc, qui patriis cun-
que Inſtitutis tenentur, Legitimam metiuntur hæreditariis portio-
nibus, quæ Conſuetudine primigeniis, non quæ liberis ex æquo
deferuntur Iure Quiritum. Vtputà, ſi mater, in ſecundonatos do-
natione collata, futuram ſuam exinanierit hæreditatem. Hoc ca-
ſu, protogonus nobilis, Legitimæ nomine, deducet dimidiam
Natalitiæ ſuæ præceptionis, ſeu iuris Primigeniorum, quod ſibi
Moribus competat: non autem Vnciæ hæreditariæ cum aliis æqua-
lis. Quemadmodùm ſenſit Ancharanus, Reſpon. 421. ac Molineus
nominatim, ad §. 216. Aurelianæ, & 8. vetuſtæ Pariſiorum Con-
ſuet. Eò conſpirat Burgundij Ducatus Lex ciuica, §. 3. Tit. de Hæ-
redit. Longè ergo infirmiùs, vteruis parens, qui connubialibus
maioris natu filij Pactis, ſuum hæredem, ipſum nuncupaſſit, bo-
na dein largiatur aliis profuſiùs, aut venditorum pretio nobilium
ignobilia prædia callidè emercetur, perſpicua fraude iuſtæ portio-
nis, quæ grádiori maſculo Moribus præſtituta ſit. Molin. ad §. 4. Cap.
26. Iuliodunenſ. Legũ. Vniuerſim certè Prouinciali *Statuto* augeri po-
teſt Legitima, vel minui. Inquit Aufrerius, Tholoſanæ Cõſcriptus Cu-
riæ, Deciſ. 457. Tholoſatibus etiam confines Nitiobriges, peculiari
Conſtitutioni alligãtur, debitam Naturæ portionem ſic moderanti.

OMNE

Digitized by Google

OMNE TESTAMENTVM PER TRES TESTES FACTVM, SINE HÆREDIS INSTITVTIONE VALET: ET PATER QVICQVID VOLVERIT, POTEST RELINQVERE LIBERIS SVIS: ET SI MODICVM SIT RELICTVM, NON POSSVNT LIBERI CONQVERI, SED IN OMNIBVS, ET PER OMNIA, SINE QVÆSTIONE DEBITI BONORVM SVBSIDII, VEL EIVS SVPPLEMENTI, LIBERI DEBENT PARERE VOLVNTATI PARENTVM, ET SVIS LEGATIS ESSE CONTENTI. Quãtò igitur fortiùs, parentes, *Statutis* excludantur Legitima portione? quæ ciuili potiùs, quàm naturali Iure prodita exiſtimatur. Alexander, in Reſpon. 68. Lib.4. cum Ludouici Romani Conſil. 32. Talem refert MontisBarutij Conſtitutionem Franciſcus Ripenſis, parẽtum excluſoriam. Lib.1. Reſpon. 7.

Montiſpeſſuli, in Occitanis, Statutã vetera, de Legitima deſcendentium.

Statutũm Mõtis Barutij, aſcendentes priuans Legitima.

13 VENALE item Munus publicum, cuius adipiſcendi gratia, pater filio ingens auri pondus ſuggeſſerit, venit in computationem paternarum fortunarum: ex quibus, Naturæ Lege ſancita portio ſubduci debet, aut ſuppleri. Vt à Nobis alibi expoſitum eſt. At ſacri etiã Magiſtratus Forenſes, nullo licet æris pretio æſtimentur, haud abruptè leuitérque abrogantur precario etiam poſſeſſori, ac beneficiario Iuridici dynaſtæ. Ex facto enim ferebatur, Nicol. Theuenellum, qui in ſuas Pictonum Leges Commentaria edidit, Magiſtratu donatum fuiſſe, ac Dominicæ iuriſdictionis præfectura, in territorio Monſtrolibonini, apud Pictonas. Eo deinde iſthinc ſecedente ob patrios Belli tumultus, irrepſit clanculùm forenſem in Præfecturã Theuenelli Vicarius iuridicus, quaſi aliò profugi, & deſertoris Patriæ. Reddita ſenſim ciuibus feſta Pace, repetit ille magiſtratum, perfidiæque reum hunc agit: qui fideicommiſſum Munus, aut vicarium, ſibi priuatim arrogarit, nouo Baronis fœminæ adſcito ſuffragio ac beneficio. Protelante igitur Officij reſtitutionem, Pictonum Prætore; Nos pro Theuenello appellante diximus palàm in auditorio Senatoriæ Decuriæ, quæ poſtremis Pictonum Conuentibus præerat. Dominicos quidem magiſtratus, precarij inſtar, reuocabiles eſſe nutu arbitrióq; Domini iuridici: Sed excepto, ſi eius, qui abdicatur magiſtratu, exiſtimatio perſtringatur, vellicetur. Graue eſt ſiquidem, cum re, nominis iacturam facere, ni cognita priùs iudicio cauſa. Vt Ruſcinonenſi Edicto ſubmonemur, §. 27. & à Molineo obſeruatum fuit, in §. 83. Borboniæ Conſuet. Nec enim per offenſam remoueri debet quiſquam ab honore adminiſtrandi, vel adminiſtrãdæ rei negotio: priuſquàm offenſæ fides accuratè fiat, tanquam conditionis adſcriptæ. Sentẽtia Papiniani, in l. Teſtamento centurio. ff. De manumiſſ. teſtam. Subnectebam his, Monſtroliæ Ditionis maiori ex parte dominum, nuſquam mutaſſe calculos, nec, quem ſuæ Iuriſdictioni præfeciſſet, Theuenellum gradu deieciſſe. Hunc proinde competitori præferendum, auctorem laudanti, minoris partis Dominam coniugem, quæ & aucto-

Lib. 3. Leg. Andeg. Tit. de collat. bono.

Sed an paterni ſumptus in filium, vt doctoretur, imputandi ſint in Legitimam, Alexand. in Conſil. 50. Volum. 6. Idem in Conſil. 179. Lib. 5. de patre, qui Militiam filio non emit quidem, ſed precibus acquiſiit, huicnè computetur in Legitimam.

Seneſchal de Mõſtreulbonnin, en Poictou, duquel le Lieutenant la voulu ſupplanter.

Grands Iours de Poictiers.

Edict faict à Roſſillon. 9. Aouſt, 1564 declaratif de celuy de Ianuier, 1563 ſur le reglement de la Iuſtice.

Appoinʃté au conʃeil. Die.13. Octob. 1579. deciſũ die.16. eiuld. Menſ.

re marito ipſamet indigeret. Quò valdè confert Edictum ſupracitatum, Artic. 25. 26. Cum iis, quæ notantur in Clem. plures De iur. patron. Denique clientem noſtrum, poſt nauatam patriæ Reipub. operam, in hoc Iuridicæ functionis ceu Prytaneo alendum iam ſenem, potiùs quàm ea, depontanum, Sede exturbandum. Diſceptata cauſa, Lutetiani PATRES, qui Auguſtoriti Pictonum, ius reddebant, cenſuêre pleniùs deliberandum, tertio Idus Octobres, ac triduo pòſt, Theuenellum in antiquas ſedes æquiſſimè reſtituerunt. An. 1579.

Poictiers.

Papinij Lib. 4. Syluarum, in Carmine ad Marcellum.

ISTHÆC vtique in Pictauenſi Senatorum Pariſien. Seſſione forenſi, illìc tùm ius dicentium, quùm aliàs, ſtatiuis Anni feriis, 14

--Latiæ non miſcent iurgia lites:
Et pacem piger Annus habet, meſſéſque reuerſæ
Dimisêre Forum: nec iam tibi turba reorum
Veſtibulo, querulique rogant exire clientes.
Ceßit centeni moderatrix Iudicis haſta.

Curia Magnorum Dierum.

Vindemialibus enim Feriis mittuntur in Prouincias Senatores aliquot à Principe deſignati, medio ex cœtu vniuerſæ Curiæ: vt Prouincialium lites expeditiùs dirimant, ac pœnæ ſeueritate exemplóque in flagitioſos, tutas præſtent liberáſque potentiorũ vi aut metu Municipales Regiones ſuæ curæ commiſſas. In omnibus quidẽ Gallicorum Municipiorum Præfecturis, Iuridicus ſuperior conſueuit, ſtatis Anni Menſibus poſtulanti cuique ius adminiſtrare in Foro minoris Iuridici. Cuiuſmodi forenſes illius Seſſiones haberi iuſſit Philippus. 4., Edicto Mart. Menſ. An. 1302. Art. 16. Et Franciſcus. 1. Cremolienſi ſanctione, An. 1536. Aſt longè maiori ampliorique poteſtate iuridica, Senatorij Conuentus prouinciatim peraguntur Regiis auſpiciis. Vt Ludouici. 12. Lege continetur, promulgata An. 1498. §. 72. tum Franciſci. 1. Iulio Menſe, An. 1519. §. 7. Huc tendunt pariter Regum poſterorum Edicta, Karoli. 9. Februar. Menſ. An. 1566. §. 8., & Henrici. III. Maio. 1579. §. 206. Sic Beticæ quondam Hiſpaniæ Iuridici conuentus fuêre quatuor, teſte Plinio, Cordubenſis, Gaditanus, Aſtygitanus, Hiſpalenſis. Lib. 3. Hiſt. Scriptor idem, Lib. 5. refert, Mygdones, Moſinos, aliáſque Ciuitates, ad Pergameum Iuriſdictionis tractum vulgò conueniſſe. Qualium conuentuum veſtigia expreſſa putat Budæus Senatoriis Francorum Seſſionibus, in Prouincias indictis: quos DIES MAGNOS vocant. In l. nuptæ. ff. De Senator. Per hunc modum, Franciſcus 1. nominatim præcepit, forenſes Conuentus, ex Curiæ Conſcriptis nõnullis cogi, qui per Municipia Gallica Iuriſdictionẽ ſũmatim obirẽt. Pictonicos nẽpè, An 1531. Turonicos, An. 1533. Molinẽſes, An. 1534. Trecenſes, 1535. Andegauos, 1539. Rurſus Molinẽſes, An. 1540. Pictauẽſes, 1541. Aruernos, Ricomagi, 1546. Inde Erricus. II. Turonenſes indixit Seſſiones huiuſmodi, An. 1547. ac Molinenſes, 1550. Excitarunt denuò Karolus. IX. ac Henricus. III. feriatim Iuridicos Senatorum

Aßiſes des Baillages, & Seneſchauſſées.

Edict de Cremieu.

Maioribus etiam Proceribus Paribúſque Franciæ ſui cõſtiterũt Magni Dies, ad decidendas minorum Iudicũ ſuorum appellationes.

Les Grands iours des Parlemens, par les Prouinces.

Riom, en Auuergne.

Digitized by Google

Senatorum Conuentus in Pictonica ciuitate, An. 1567. & 1579. Quo in bino Pictonum Conuentu, Aduocationis munere perfunctus ſum. His ſucceſſit Claromontanus PATRVM Conſeſſus, in Aruernis, An. 1582. & Trecenſis, in Campania Belgica, An. 1583., regio iuſſu Henrici. III. De priſcis autem hoc genus Conuentibus indictiuis, verba fecimus Lib. 2. Fiſcalis Patrimonij Gallici: Quemadmodum & de Forenſibus ordinatiis Præfectorum prouinciæ Seſſionibus, noſtro Volum. 1. patrij Iuris Andegauorum. Ne ludicra obiter Latinorum poëmatum ſubticeam, quæ Pariſien. Curiæ cauſidici quidam in vltimo, apud Pictonas, Senatorum Congreſſu edidêre ſiue iocos ſeriis intermiſcentes, grata ſtudiorum viciſſitudine, animos relaxarent. Quantulum enim iis à forenſi tetricæ Aſtrææ cultu ſupererat otij, id Pieridum ſacris amœniorum, pangendíſque certatim Carminibus dicabatur. Ex eo literario agone, æmuliſq́, forenſiũ Vatum lucubratiunculis, prodiit in lucem iuſtum Volumen metricum, faceto hoc lepidóque titulo, PVLEX PICTAVENSIS: cui noſtra quoque Epigrammata ſparſim intexuntur. Ita Patronorum Chorum non tam diuinus ex Helicone furor corripuit, quàm Pulicis morſus & aculeus, ad profundendos Apollinea ex arte Verſus innumeros, & Pictonicæ inſignis poëtriæ Muſam extimulandam. Similis herclè fuit in tenui labor, at tenuis non gloria Homeri * βατραχομυομαχίαν deſcribentis: Maronis, Culicem, & Moretum: Nucem, Ouidij. Nec Poëtico tantùm œſtro perciti, ſed Philoſophi etiam luſêre, Seneca, Claudij * ἀποθέωσιν, Plutarchus, Grylli cum Vlyſſe dialogum, Lucianus & Apuleius, aſinum. Quin & Buſiridem Polycrates laudibus vexit, huiúſque caſtigator Iſocrates: Iniuſtitiam, Glauco: Therſiten, & Quartanam febrim Phauorinus: Caluitium Syneſius: Muſcam, & Paraſiticam Lucianus. Iam verò è Muſarum ſeceſſu, ad occupationes Fori redeundum.

De Domanio Franciæ. Lib. 2. Tit. vlt. Art. 8.

Lib. 1. Cap. 45. Art. 7. *des Aſſiſes des Iuges ſuzerains.*

La Puce de Poictiers, Liber formis impreſſus, ex vario Pariſiẽ. Aduocatorum poëmate, qui in Magnis diebus Pictauorum gnauiter elaborabant.

La Dame des Roches, Pictonum vates.

* ranarum & muriũ pugnam.

* relationem inter Deos.

15 PERFECTA viuorum donatio non cenſetur Principalibus Edictis, donec forenſes in Commentarios regeſta ſit: Sed quam, alterutro curante, ſufficit Actis inſcribi, ſeu donatario, ſeu donatore. Alexandri Reſponſo. 157. Volum. 2. Quæro, de ceſſione paterna annuorum Redituum in dotem filiæ, quam coniuges poſt biennium teſtati ſint in publicis Tribunalium regiorum Tabulariis. An intermedij creditores paterni, ritè perſequentur tales Reditus Hypothecaria formula? Obſtat quidem his, prima fronte, ratio conditióque dotalis ſponſionis: Quæ non tam gratuita ac ſpontanea donatio eſt, profeſſioni monumentorum obnoxia, quàm neceſſaria functio, ac perſolutio naturalis debiti, in elocandis dote filiabus. l. obligamur. §. lege Vbi Accurſ. D. de obligat. & action. Vnde Franciſ. Aretino I.C. viſum, paternã liberalitatem titulo Legitimæ, neceſſariò nõ eſſe in publica Fori Commentaria referendã. Conſil. 17. Maritus, ad hæc, cauſabitur, ſibi dotem cautam oneroſo matrimonij nomine, non lucratiuo. l. 1. & vlt. Cod. De iur. dot. l. ex promiſſione dotis. ff. de obligat. &

Auparauant l'inſinuation d'vn don dotal d'immeubles, les creanciers, medio tẽpore, du donateur, acquerẽt droict d'hypotheque ſur leſd. choſes données.

Donatio facta pro Legitima, valet ſine inſinuatione, ſaltẽ vſque ad quantitatẽ Legitimæ.

action. Econtrariò autem, à creditoribus diſſeretur, apud filiam, eiúſque intuitu, lucratiuam dici profectitiæ dotis ſponſionem. Vt Venuleio Saturnino placuit, in l. vlt. D. quæ in fraud. credit. Et Saluio Iuliano, in citat. l. ex promiſſione. Quicquid enim liberis à parente erogatur, prærogari creditur in ſpem obuenturæ hæreditatis. Iudicio Vlpij Marcelli in l. cum quo §. ſæpius. D. ad l. Falcid. l. 1. §. ſi parens. D. ſi quis à parent. Et Art. 278. Pariſ. Conſuet. Inde dotis collatio inſtituta, vti reliquorum à patre datorum. Quoniam igitur donatio rerum ſoli, habetur pro non ſcripta, donec publicis Regeſtis inſinuetur, purè interim pacta creditoribus hypotheca bonorum, porrigitur ad res imperfectè donatas alteri : nec poſterius donationis complementum retroflectitur incommodo tertij, cui hypothecarium ius inter moras partum ſit. Admonente Iulio Paulo, ex non diſſimili ſpecie, in l. Titius. D. quæ res pign. Et Caio. I. C. in l. potior. D. Qui potior. in pign. Æquiùs ergo pro creditoribus reſpondebitur, aduerſus coniuges, Vectigalis annui donatarios. Quibus haud inconcinnè ſubtexitur rerum iudicatarum auctoritas, ex pari litigatorum controuerſia. Nam Petr. Barbotus gener, qui ſoceri donatione fretus, Prætoriæ miſſioni in poſſeſſionem bonorum interceſſerat, Senatorio iudicio, ſuccubuit, inſtanti Ren. Tulleo creditori : Cui, poſt donationem quidem, ſed ante ſolennem ipſius inſinuationem, oppignerata fuerant à ſocero debitore prædia, de quibus contendebatur. Decreto Pariſienſi, in ſanctiore Auditorio Curiæ, 10. Kal. Februar. An. 1598. quùm Cupiuus, Barboti prouocatis à Suppræfecto Cenomaniæ cauſam egiſſet, ac Gallandius, creditoris, aduerſarij. Quin preſſiùs etiam Curia ipſa, quadrimeſtre præſcriptum Forenſi donationum profeſſioni, emenſa eſt à die tabularum nuptialis donationis, nedum à die publicæ nuptiarum celebritatis Chriſtianæ. Præſentaneo Areſto in cauſis orandis. 8. Kalend. Mart. An. 1601. Poſt facundam Chauueti diſſertationem, pro vitrico, Toparcha *Deſpau*: & Eutilerij, pro huius priuignis, liberis Ianæ *de Piſſeleu*, quæ ipſum ſecundo coniugio ſibi ſociarat. Nam etſi Actus conditione ſuſpenſi, (qualis contractus futuri matrimonij) vim omnem roburque ſumant à die tantùm conditionis expletæ, non quo geri Actus occœperit. l. 1. §. annus D. Quan. act. de pecul. l. bouem §. ſi ſub conditione. ꝟ. De ædil. edic. Nuptialis tamen donationis Foro inſinuandæ tempus videtur Edicto perpetuo noſtrorum Principum circumſcriptum, à die conſignationis literarum primariæ, non conditionis ſubſecutæ Matrimonij conſummati. Artic. 58. Molinenſis regiæ Conſtitutionis An. 1566.

Don & aduantage, preſume faict en aduancement d'hoirie.

Placitũ Curiæ die. 23 Ianuar. 1598. confirmans Sententiam Seneſchali Cenomaniæ *ayant debouté le gendre de ſon oppoſition à fin de distraire des ſaiſie & criées ce qui luy auoit eſté donné par ſon beau pere.*

Senatus Areſtum, die 22. Febr. 1601. annullans donationem immobiliũ ſecundo coniugi factam, ex defectu inſinuationis intra 4. menſes à die cõtractus : ſed approbans mobilium lucrum ibidẽ ſuperſtiti pactum, tanquam ſocietati legem dictã, veriùs quam donationem inſinuationi obnoxiam : iuxta Maſuer. in Tit. De ſociet.

TESTAMENTO inſuper adſcripta viuorum donatio, referatur in 16
Acta, neceſſe eſt : vt alia quæuis. Decernente Pariſiorũ Senatu, poſt forenſem Seguerij, pro appellantibus, & Thuani, pro aduerſario, dicentium concertationem. Cuius teſtem Iudicati cieo Rebuffum, tomo. 2. Regiarum Conſtitutionum. Nil enim prohibet, viuorum donationem

Curiæ Placitum, *touchant la mere, par ſon teſtament donatrice à ſon fils abſent par don irreuocable, de tous ſes acqueſts, auec clauſe de conſtitut.*

Digitized by Google

donationem ſupremis tabulis interſeri, quam ſanus incolumiſque teſtator irreuocabilem ſtatuerit obnixè, cum ciuili poſſeſſione in donatarium tranſlata. Ex l. hæredes palàm. §. vlt. ꝟ. De teſtament. l. 1. §. aſſignare. ꝟ. de aſſign. libert. l. vbi ita donatur. l. ſi alienam §. Marcellus. ꝟ. De donat. cau. mort. Hanc quoque opinionem mordicùs tuetur Oldradus, Reſpon. 114. Bald. in addit. Speculat. in Tit. De inſtrum. edit. Alexand. in l. quæ dotis. D. ſolut. matrim. Quinimò Neapolitani PATRES, in cognitionibus lata Sententia, pronũtiarunt, legatum à teſtatore relictum, ac ita traditum, vt viuo eo legatarius poſſeſſioni incubuerit, auelli ab iſto nequiiſſe, noua legantis voluntate contraria. Matthæi Deciſ. 275. Vbînam verò publicanda ſit donatio, animaduerte. Nec enim ſufficit, eam Præſidalis fori Prouinciæ tabulario inſcribi, ni, proximo ſaltem, inferioris gradus, in Tribunali eo promulgetur, quo, res ſoli contineantur. Argumento Priſci Iaboleni, §. cùm ita in teſtamento ſcriptum erat, VT ALIQVID IN FORO FIAT, Leg. 39. ꝟ. De condit. & demonſtr. Neque id obſcurè indicat Gallica Errici. 2. Conſtitutio, de *inſinuandis* Contractibus, edita Maio Menſe An. 1553. (§. 1. & 8.) quam etſi Legem refixerit deinde Princeps, ſaluam certè, ac integram manere iuſſit donationum teſtationem publicam in Actis ordinariæ cuiuſq; Iuriſdictionis Regiæ. Artic. 85. Aurelianen. Edicti An. 1560. Exin Curia Pariſienſis donationẽ infirmauit, Regeſtis mandatam Ambianæ maioris Sedis Iuridicæ, non verò minoris Præturæ Granuillaris, intra quam ſita prædia ferebantur. Circiter Annum. 1580. quo, Ruelleus Senator litem collegis ſuis denarrabat, in tertia Inquiſitionum Curiæ claſſe. Idem deinceps Senatoria Interlocutione præiudicatum poſtridie Kalend. Iunias An. 1588. in eadem PATRVM Inquiſitoria Decuria. At ſi Ditionis cuiuſdam Prætoriũ, cum ſuis latifundiis, eodem includatur Territorio, demptis pauculis, quæ in aliud protendantur: ſatis eſt donatario, liberale munus ea in Iuriſdictione profiteri, cuius intra fines amplior inſigniórque pars Dynaſtiæ nobilis conſtituatur. Sicuti Areſto Pariſienſi deciſum fuit, vndecimo Kalendas Iunias, An. 1552. Ob minimã quippe rem, ſi maiori præiudicetur, audiendus non eſt, qui geſta contractáque reſcindi poſtulet. Caliſtrato auctore, Lib. 1. Edicti monitorij. Idque varia fulcitur Legum panoplia, quas confertim protuli, in Andegauæ Conſuet. explicatione. Cæteroquin omnibus in Tribunalibus regiis, vbi prædiariæ res iaceant, teſtari liberalitatem oportet. Quæ tamen diuiſim inibi ſuſtinebitur, vbi publicata reperietur. Ex Senatuſconſulto Kal. April. An. 1586. ad prouocationẽ à minore Clarimontis Bellouacorum Iuridico, quam interpoſuerat Karolus Chapuzatus, contra Petrum Drouartum, litiſque cõſortes. Meritò quidem, ne ritè confecta, aliorum obtentu, quæ inuicem diſparata ſint, promiſcuè labefactentur. Lege Leonis penult. Cod. De pact. conuent. l. ſi ſponſus. §. generaliter ꝟ. De donat. int. vir. l.

Neapolitanum Areſtum.

Nos Lib. 1. Legum Andegauẽ. Cap. 41. Art. 9. In Marg., multa citauimus, de Donationum Inſinuatione neceſſaria in proximo foro regio, nedùm in Præſidiali ſuperiore.

Inſinuation d'vn don doit eſtre faicte, nõ au greffe du ſiege Preſidial, ains du ſiege Royal particulier de la Prouince, où les choſes données ſont aſſiſes, cõme en la Preuoſté de Grandvilier, Bailliage d'Amiens.

Interlocutoriũ Curiæ Areſtum, die. 2. Iun. An. 1588. inter Claudiam *le Liniere*, & Gabrielidem *de Ionas*, *de Chaſteaubodeau*. Ad probandũ teſtibus, prędià necne donata, ſita eſſent intra fines regij Fori particularis *de Bellegarde en Cõbrailles*, an verò in ſuperioris Sedis Riomẽſis Aruerniæ finibus: qua in Sede ſuperiori ac Præſidiali tantùm inſinuata fuerat donatio.

Decretum Curiæ die. 22. Maij 1552.

L. ſcio. ꝟ De in integr. reſtit.

Lib. 2. Legum Andeg. Tit de reb. in cenſ. dat. Art. vlt.

Areſtũ, die. 1. April. 1586. *ſur l'appel du Preuoſt de Clermõt en Beauuoiſis.*

ſiue generalis. ff. de iur. dot. Eodem certè illo Curiæ Placito definitum, minores annis neutiquàm reſtitui in integrum ob prætermiſſa Solennia inſinuandæ Actis donationis, ceu lucri captandi. A quibus nempè Solennibus, nulla præſtatur ætati excuſatio, niſi parentibus orbæ puellæ, propter nuptias donatariæ. Theodoſiana & Valentin. lege Minoribus. C. De donat. ante nupt. leg. ſancimus. §. alias verò Cod. De donat. l. quamuis De ſponſal. In Cod. Theod.

Decretum Curiæ, die. 9. Ianuar. 1576 *au Roolle d'Amiens*, de donatione in cōtractu matrimonij facta naſcituræ ex eo proli.

Nondùm etiam natis liberis donata, ſuſtinentur Principali reſtitutionis auxilio aduerſus omiſſam Fori inſinuationē: Vt Senatui placuit, ex Catalogo Ambianatum litium, ius dicenti, Quinto Idus Ianuar. An. 1576. Chauuelino, liberorum: & Mario, aduerſarij patronis.

Don mutuel d'entre mariez en Poictou, nō ſubiect à inſinuation; comme eſtant reuocable. Factum tamen in contractu matrimonij inter futuros cōiuges, eſt irreuocabile, eóque inſinuandum.

Quamuis autem donatio cauſa mortis, lege ſoluatur oneréque profeſſionis in forenſibus Monumentis. l. vlt. C. De donat. cauſ. mort. Mutua tamen coniugum donatio, à qua Pictones liberè diſcedunt, improfeſſa Actis videtur probabiliter oppugnari poſſe. Nam ita demum licet ab ea donatoribus abire, Pictonico Iure, ſi mutata alterius voluntas, alteri ſignificetur, teſtatóque patefiat. Art. 213. Cuiuſmodi denunciationis formula haudquaquàm exigitur in reuocanda donatione mortis cauſa facta, l. 16. 32. & 37. ff. De donat. cauſ. mort. Quippe quùm nuda voluntate adimatur legatū, donatumvè cauſa mortis. l. 3. §. vlt. & l. ſeq. ff. De adim. legat.

Senatus Areſtum, die. 21 Iulij. 1584. *ſur l'appel du Seneſchal de Poictou, entre M. Mathurin Aubineau, Damoiſelle Barbe de Rechenoiſin, Franç. de S. Vertunien, & Dam. Charlotte d'Auſſeurre.*

Exin Lutetiana Curia fertur, viciſſitudinariam hanc viri & vxoris largitatem improbaſſe, quam Actis conſignandam illi non curaſſent. Areſto lato, ex Pictonum prouincia, 12. Kal. Sextiles, An. 1584. Thurino litem collegis ſenatoribus enucleante, in quinta Senatus Decuria Inquiſitoria. Verùm penitiùs introſpecta re, valet bonorum largitas reciproca inter virum & vxorem Pictauenſes, tametſi minimè deſcripta in publicis regiorum Tribunalium Regeſtis. Iſthæc enim, morte ſolùm confirmatur, cita. Art. 213. Quales donationes non indigent ſolenni relatione in Commentaria Fori. Leg. Donationes quas parentes Cod. De donat. int. vir.

Areſtum *en plaidoyrie*, confirmans Sententiam Seneſchali Pictauen., inter Iacobum *Du bois*, ac cohæredes appellātes, & viduam Iacobi *Moriſſon*, procuratoris in vrbe Pictauen., intimatā.

Proinde CONSCRIPTI PATRES talem coniugum donationem inter Pictonas comprobarunt. S. Conſulto facto, Aprilis Luce. 27. An. 1600. ex Pictauenſi Municipio, quùm Mauguinus, appellantis: & Conſtantius, aduerſarij partes egregiè tutati eſſent. Poſteriore item decreto Ordinis Ampliſſ., ex tempore prolato, in Volumine cauſarum Pictauenſium, 4. Nonas Quintiles An. 1602. poſt celebrem Dolei, & Mercatoris, Forenſium patronorum concertationem.

Placitum Curiæ, *en plaidant du Roolle de Poictou*, die. 4 Iul. 1602. *Suyuant l'Arreſt des Grands iours de Poictiers de l'an. 1579.*

Iuxta primum de eo Iudicatum Senatoriæ decuriæ, quæ Iuridicos Pictonum Conuentus agebat, Nouemb. Menſ. An. 1579.

FORO autem inſinuare nil expedit regiam commiſſorum Fiſco 17
bonorum donationem in liberos damnati rei capitalis. Hæc enim, reſtitutio veriùs cenſetur antiqui & originarij ipſorum patrimonij, quàm noui, & adſcititij conceſſio quædam. Vt à nobis tractatum eſt, Lib. 1. DOMINICÆ REI FRANCICÆ. Vnde nec redemptio-

Tit. 8. Artic. 2.

nalia

Digitized by Google

nalia feudi debentur, laudimiáve, à filio, Regis beneficiario prædiorum eiuſmodi, quæ paterno ſcelere in Fiſcum redacta eſſent. Phil. Probi ſententia, in addit. Ioh. Monachi, ad cap. 1. De reſtit. in integr. Lib. 6., & Boërij Deciſ. Burdigalenſ. 279. Pari ratione, Otdo Clariſſ. filij in patrimonia ſucceſſori addixit hoc genus donatorum à Principe, victo acquiſitorum hærede. Decreto. 7. Kalend. Febr. An. 1556. inter Ianam Parentem, & Ianum Spifameum, inuicem altercantes. Similiter publica in Acta regeri diſtrictè non oportet nuptialem donationem quatuor millium aureorum in futuram coniugem pro ſuo iure vniuerſo connubialis opum Societatis. Nam legitimæ iſtud debitæque Communionis pretium interpretamur potiùs, quàm vltroneum gratuitumque Munus ſponſalitium. Faber nuncupatim, ad l. de fideicommiſſo Cod. De tranſact. Et in Authen. In donatione Cod. de ſecund. Nupt. Verſ. *Si vir in contractu matrimonij promiſerit vxori pecuniam pro portione, quam habitura erat in conqueſtis de Conſuetudine.* Qualiter fermè, Germanico More veteri, ratum fuit Pactum, quo, ſecunda vxor, ſtante anteriori ſobole, de futuro ſuo in viri bona iure decideret certo ære, tabulis cauto ſponſalitiis. Cap. vn. De fil. nat. ex matrim. ad morgan. In Feud. Langobardi enim, Germanorum colonia, in Inſubriam Conſuetudines illas inuexerunt. Sicuti P. Diaconus ex fide aſſerit, ipſe Longobardus. Hinc quoque, Franci noſtri Langobardia reduces, in Galliam intulêre ſimiles Ritus pluſculos, qui etiamdùm cuſtodiuntur. In Gallicis pariter finibus, qui priuata vtuntur municipatim Conſuetudine, nil vetat, futuros coniuges legitimum moderari bonorum Conſortium, pro arbitratu: mobiles vtpote res, quæ alterutri ſuppeterent, præcipuas ipſi reſeruare, ne communibus amborum fortunis miſceantur. Romæ itidem vulgò fieri vidit Domitius Vlpianus, vt dotis conſtitutione mulier res exciperet, quas in vſu haberet in domo mariti. Eas quippe res vxor in libellum ſolebat conferre, & hunc offerre marito, vt is ſubſcriberet, quaſi illas accepiſſet: & velut chirographum ipſius vxor retinebat, res, quæ libello continerentur, in domum eius ſeſe induxiſſe. l. ſi ego. §. planè. ππ. de iur. dot.

Nullum ius Releuij feudalis, ex regia confiſcatorum Donatione filiis facta condemnati.

Pariſien. Areſtum, die. 26. Ianuar. An. 1556.

Germanorum Conſuetudo priſca.

Franci Orientales.

In princ. De Geſt. Longobard.

Franci Occidentales.

Romanus Mos nubentium, mobilia quædam ſibi priuatim in vſum domeſticum reſeruandi.

18 DONATIO in hæredem ſpe præſumptum, Moribus irrita eſt Municipiorum complurium. Cedò, quid ſi Gaius paterna ſua, materni ſtemmatis cognato largitus ſit, qualia nunquam titulo pro hærede ſperaſſet? Rhedonenſis certè Britonum Senatus tali donationi calculos ideò adiecit, quòd Armoricus Mos ea diſtrictè modò dari vetuerit, quæ proximo gradu ſucceſſuris alioquin inteſtatò, cũ aliis, eſſent obuentura. Quaſi materna maternis, paterna paternis hæredibus donari prohibeantur, in fraudem cohæredum. Britonico Senatuſconſ. 3. Idus Septemb. An. 1568. ad prouocationem à Sententia Leonenſis proprætoris: inter Annam *de Bilhan*, Annæ *de Kerquenec* donatariam: & Adrianum *de la Borgne*, donatricis in ma-

Niſi donatarius filius, aut nepos hæreditati renunciet § 307. Pariſ. Conſuet.

Britonicum Areſtũ, die. XI. Septemb. An. 1568.

Hæredis in odium, vt in fraudem, donata Britones reuocant. Quod de odio iniuſto intelligitur: aliàs ſemper diceretur eſſe conſilium & euentus fraudis. Molineus in §. 210. Briton. Conſuet.

Digitized by Google

terna hæredia ſucceſſorem. Id quod fuſiùs proſequitur Natalis Failhius, Armoricæ Conſcriptus Curiæ, in ſuis Areſtorum Collectaneis. Vbi de Senatorio quoque altero Decreto Idib. Octobr. An. 1577. Neque his diſſentaneum, apud Turonas, S. C. factum fuit inter Cenomanos municipes, pridie Nonas Septéb. An. 1593., æſtuante adhuc tumultibus Gallia. Nam Paul. Pômierus vterino fratri Roberto Cornuto, grandem æris ſummam legarat, ex Mouentibus ſe bonis eliciendam: Paternorum item hærediorum trientem dederat teſtator liberis Cornuti fratris. Qualia in bona, legatarij neutiquàm inteſtato agnato lege ſucceſſiſſent Cenomana: at ſuperſtes ei mater, in res mobiles: & paterni conſanguinei, in patrimonia illa, paternæ ſtirpis. Quamobré LVTETIANI SENATORES legatariis relicta adiudicarunt: Vido Roſtio, teſtatoris hærede paterno, fruſtra obluctante. Pictonum verò Lege interdictum eſt, quouis ex ſtipite bonorũ hæredi futuro patrimonia dare, legare. §. 215. Inibi etiã, donationum Inſtrumenta prorſus corruunt, quæ publicus Pactorũ Scriptor, extra ſuum limitatúmque Territorium, Officij nomine, exararit. Art. 378. Iuxta quem, Senatus ex Pictonum Prætura aditus mutuam coniugum donationem exploſit: cui nimirum adhibitus fuiſſet auctor Notarius alieni Territorij, Iuríſque dictionis. Pariſienſi Areſto. XI. Kal. Apriles, An. 1583.

Die. 15. Octob. 1577.

Areſtum Curiæ die. 4. Septemb. An. 1593 ad relationem Do. *Ribier* ſenatoris, *ſur l'appel de la Senten. prouiſionale des Requeſtes du Palau à Tours du 19, May. 1591.*

Placitum Curiæ Pariſ. die. 22. Mart. An. 1583.

FVTVRO inſuper hæredi donãdi prohibitoria Lex, trahitur ad ſucceſſorem hæredis. Subnotante Tryphonino, l. nihil intereſt. ff. de bon. libert. Et Molineo, noſtrate I. Conſulto, ad §. 168. Bleſenſ. Cõſuet. Qui idcirco donatarij filium cogendum putat, donata patri, auitam in hæreditatem conferre, paternam etſi repudiet. Idémque ab eo traditum eſt, in Notis ad Alexandrum, Conſil. 24. Lib. I. Nec refragatur ſententiæ iſti Municipalis Pariſiorum Conſtitutio, Art. 308. Sepoſita hinc duntaxat fructuum cauſa rei donatæ, qui viuo donatore percepti, non veniunt in computationem donationis. Pomponiana leg. In ædibus §. ex rebus l. Cũ de modo. ff. De donat. Nec collationi pariter eſt obnoxium, Annuum æs filio erogatum à patre, quaſi alimentaria penſio, vt ille matrimonij onera leuiùs commodiúſque perferret. Leg. Ex annuo. ff. De donat. int. vir. Sicuti nec filius tenetur, parente mortuo, in commune redigere annuos prouetus aduentitiorũ bonorum, quos viuus pater illi benignè dediſſet. l. cùm oportet §. ſinautem Cod. De bon. quæ liber. Bartol. ad. l. penul. §. ſeruus D. ſolut. matrim. Iaſ. in Authen. ex teſtamẽto Cod. De collat. Proin ſuprema Luſitaniæ Curia, filij cohæredes ſummouit petita redituum huiuſmodi collatione. Vt Antonius Gamma, tali adſcriptus Curiæ memorat, in Luſitan. Deciſ. 164. At ſi liberaliter filio condonarit mater fundi communis reditus ab eo ſolo perceptos aliquot annis, ille tùm fratribus referre eos in medium compellitur. d. Gammæ Deciſ. Luſitan. 118. ex ſententia Leg. 3. §. vlt. Et l. ſeq. ff. De donat. int. vir. l. Magis puto. §. fũdũ. ff. De reb. eor. Rogites 19

In directa etiã, hoc ſeruatur Pariſiis, §. 306.

Donati prędij fructus non veniunt in collationem.

Portugalliæ Areſtũ.

Remiſſio iuris ad rẽ perendam, verè donatio eſt.

Digitized by Google

Rogites hîc forſan de patre, qui opimum ſacerdotium ex Aula Romana filio impetrarit grauibus rei ſuæ nummariæ impendiis: Iſthæcne, beneficiarij filij Legitimæ imputentur. Minimè equidem, Iuris rationibus collectis à Baldo, Salyc. & Caſtren. ad leg. Omnimodò §. imputari C. de inoff. teſt., ac Chaſſenei Reſponſo. 43. Nam Eccleſiaſticum iſtud, peculium quaſi caſtrenſe, nec confertur, nec familiæ herciſcundæ iudicio diuiditur inter patris hæredes. l. ſacroſanctæ, Cum lege Leonina Cod. De epiſc. & cler. §. presbyteros Authent. De ſanctiſſ. Epiſc. Imo &, ſi aliquos ſacri Beneficij reditus carpſerit parens ipſe, eorum reſtitutioni ſubijcitur. Neapolitana Matth. Afflicti Deciſione, 241., iuxta Hoſtienſis Summam De pecul. cleric. Vix eſt porrò, vt Fiſcus, qui priuati in ius ſufficitur cohæredis, ab altero ritè depoſcat collationem ei datorum, bonorúmque peræquationē. Vt Chaſſeneus ille ſcripſit, ad §. 2. De hæreditat. In Burgūd. Conſuet. Quod Neuſtriæ Inſtituta priſca nominatim ſanxêre, nec aduerſus Fiſcum modò, ſed hypothecarium etiam cohæredis creditorem. Art. 329. Rurſus hæredes inter ipſos, non rei quidem donatæ, ſed pretij eſt neceſſaria collatio: Sicuti protrito Francicorum tribunalium Vſu ſatis liquet, traductumque id in Legem Pariſiorum. §. 305. Quinimò, poſt acceptum familiæ partiundæ iudicium alienante cohærede, cenſuit Senatus, rem idoneè relatam in medium videri, cuius ille æſtimationem obtuliſſet. Decreto in publicis patronorum Actionibus, ex Cenomana Prouincia; quod recenſuimus Lib. ſuperiore. Aliud tamen reſponderetur de ficta ſimulatáque fundi venditione donationis cauſa, in fraudem alterius hæredis. Tunc enim in commune redigi oportet hæreditarium corpus ipſum, nedum æſtimationem, à fictitio & imaginario prædij comparatore. Vt ſubindicat Cenomanas in Leges annotator Molin. §. 278. Nam, poëtæ verſu, *quod tegitur, maius creditur eſſe malum:* Et ſeueriùs lege vindicantur, quæ actis cuniculis, quàm quæ aperto Marte contra illius interdicta, tententur l. vlt. ff. De rit. nupt. l. in tacitis. ff. De legat. 1. Imò nec, verſa pagina, intelligitur fraudem legi feciſſe, qui rogatus eſt palàm reſtituere. Caliſtrati leg. 3. §. 1. D. de Iur. Fiſc. Propone verò, neptem ab auia ſumpſiſſe legatum, dotemuè ſplendidam: cuius intuitu, auita hæreditate abſtineat. Neptiſnè fratres, qui materni gradus repræſentatione concurrunt, vnà cum auunculi filiis, ad eam hæreditatem, referent his dotales nummos, ſorori ab auia prærogatos? Ita exiſtimes forſan ſpecie ipſa prima, quùm binæ nepotum ſtirpi, ceu duobus viritim hæredibus, delata auita ſucceſſione bonorū, altera ſtirps alteri communicare teneatur, quod à defuncta præceperit. Argum. §. cùm igitur Inſtit. De hæredit. quæ ab inteſt. Iudicatum eſt tamen, repudiantis neptis portionem deficientem toti accreſcere hæreditati, ex Iure Quiritum, ideóque nepotes omnes auita bona in ſtirpes ex æquis, nullo collato vel ſubducto auiæ in in neptem munere, diuiſuros.

An paternæ etiā expenſæ in filiam pro eius veſtibus & apparatu, quādo nubit, debeāt, ei imputari in Legitimam, Alexand. in Conſil. 154. Volum. 7.

Fiſcus non eſt propriè hæres, nec ei *baſtardus* tenetur relinquere *les deux tiers de la ſucceſſion francs,* quaſi hæredi sāguinis *ſelon les Couſtumes.*

§. 2. in Ver. *ſucceder.*

Fiſc, ou autre Creācier ſubrogé au droict de l'aiſné, auant partage faict, n'aura le priuilege de prēdre le droict appartenant à l'aiſné.

Curiæ Areſtum, 15. Kal. Iulias. An. 1560 cuius auditorem teſtémque citaui Molineum, ſuprà Lib. 1. Tit. De Feudis. Art. 31.

Maternum fundum filiæ à parētibus datum in dotē, ea confert totū in maternam hæreditatem, hac lege, vt cohæres ſibi tradat legitimam in paternis bonis, quæ dimidiæ fundi æquipolleat. Potuit enim pater eam dotare de alieno, & filius patris hæres tenetur de euictione. Molineus ad §. 10. Niuern. Conſuet. De donat. Arg. l. vlt. Cod. De dot. promiſſ.

Etſi auita ſucceſſio diuidatur in ſtirpes, non in capita, Legatum alterius ſtirpis vni, repudianti hæreditatem, eſt vice' portionis ſuæ hæreditariæ, quæ portio deficiens accreſcit hæreditati. l. ſi totam ff. De acquir. hæred. Et partis hæreditariæ repudiatio, eſt collationis vice legati dotiſuè acceptæ à nepte repudiante. Ex quo auctior ampliórque redit ad alios hæreditas.

Digitized by Google

Placitum Curiæ, *En plaidant du Roolle de Paris*, die. 21. Mart. 1588.

Senatorio decreto, 12. Kal. Apriles An. 1588. in Volumine cauſarũ Præfecturæ Pariſien. Litigatoribus N. Charleto filiæ tutore, pro quo, Ioh. Beſnardus, gener meus orauit: Et N. Alemantio, cui Chezelleus forenſe patrocinium adhibuit. Aſt Pariſiis quondam, grauius collatione onus ſubibat profectitia dos, donatióve propter nuptias: Quippe quę filiam, filiúmve ſolida parentum hæreditate excluderet, niſi iis nominatim hæreditarium ius reſeruatum eſſet à patre. Quemadmodùm de ciuico Ritu iſto tractatum fuit in conuentu Populi, An. 1290. ex facti ſpecie infranarrata. *Contens eſtoit entre Michel & Pierre Belouce freres de deux peres d'vne part, & Iehan le Champenois & Beatrix ſa femme, & ſeur des deuanditz freres de par mere, d'autre part. Sur ce que les deuanditz freres diſoient & propoſoient, que ices freres apres le deceus de leur peres eſtoient demeuré en la ſele de Marie leur mere, & que lad. Marie ſ'eſtoit marié apres le deceus de leur peres à Robert Belouce, ſanz fere & ſans doner partie de pere aux deuanditz freres. Item il diſoient, que icez freres ſ'eſtoient maries viuant lad. mere, ſanz ce que ele leur feiſt ne donaſt partie de pere, & que lad. Beatrix auoit eſte marié des deuanditz Robert & Marie pere & mere d'icelle Beatrix. Et come lad. Marie fuſt morte, & la Coſtume de Paris fuſt telle, que cil ou celle, que pere & mere marient, apres le deceus de leur pere & de leur mere, ou de l'vn d'eus, il ne puent reuenir en partie o les autres enfans, qui eſtoient demourés en la ſele du pere & de la mere, ou de l'vn deus, ſe il ne fuſt mis en conuenant ou traitié du mariage, les deuanditz freres requeroient auoir la ſucceſſion es biens de feu Marie leur mere par les reſons deſuſdites. Nous Iehan Arrode preuoſt de la marcheandiſe de l'eaue, eu conſeil de bones gens, & trouué que les deuantdiz freres ſ'eſtoient mariez, ſans auoir eu partie de pere, & ſanz ce que Marie leur mere leur euſt riens doné, Regardames & deimes par droit, que les deuantdiz freres deuoient auoir toute la ſucceſſion de leur mere, ſanz ce que lad. Beatrix leur ſeur i point riens reclamer par la deuantdite Coſtume, qui eſt tele, ſi come il eſt deſſus dit. Et à ce dit dire furent preſens les deuanditz Bertault Heſcelin, &c. Raoul de Paci clercs au bouriois. Ce fu fet ou Palouër aus bouriois, l'an* MCCXC. *le Mecredi apres la feſte S. Martin d'eſté ou mois de Iugniet.*

D'vn ancien manuſcrips Cayer des Ordonances de la ville de Paris, & de la Preuoſté de l'eauë

CÆTERVM ſi, veteri Prouinciæ More, donata, collatio- 20
nis munere eximantur, ſubrepit dubium, an, quod olim datum ſit, emendata paulò pòſt Municipij Conſuetudine, in medium iam referri expediat. Puto herclè, ſuis numeris abſolutæ donationi nihilo ampliùs modum aut conditionem imponi noua Lege poſſe, quàm vnius diſpoſitione paciſcentium complurium. l. perfecta. Cod. De donat. quæ ſub mod. l. poſſeſſionem. l. ſi donationē. Cod. de reuoc. donat. Neque id obſcurè ſignificant Pictonici Moris Scholia, ex Molineo, ad §. 216. Quod, ſimili pariter ex ſpecie, decretũ fuit à Curia Pariſienſi, Pridie Kalendas Apriles An. 1560. Iſthîc enim,

Senatus Decretum, die. vlt. Mart. An. 1560. *confirmatif d'vne Sentence des Requeſtes du Palais, au profit du mary Sebaſtien Lalemant.*

Veromandui

Veromandui coniuges ſibi inuicem dederant Mouentia, Latifundiáque ſimul parta, ſuffragante priſca Municipij Lege. Aliquantò pòſt, innouatur patria Conſuetudo, nouíſque Præſcriptis, coguntur in arctum coniugales donationes, & merum ad vſumfructum rediguntur. Sed hac viciſſim Lege, donatarij ſubinde fiunt poſſeſſores: qui in poſſeſſionem mitti ſe, anteà prolixè poſtulabant. Mortua igitur vxore, vir experitur donatorum nomine, poſſeſſoria Formula, in illius hæredes. Actori obiiciunt iſti, recentem Morem ciuicum, donationis eiuſmodi, vſufructu tenus, vindicem & aſſertorem. Quo maritus etiam Iure teneri donationem ſuam faſſus videtur, moto Interdicto vtì poſſidetis, quod noua duntaxat Lege inſtitutum ſit. Replicat donatarius, ſemel contractam viuorum donationem, diuerſæ Legis ſuperuentu minimè coarctari, temperari. l. leges & conſtitutiones, Vbi Baldus ad amuſſim, Cod. De legib. l. penult. De decur. Lib. 10. Cod. Authent. Vt cùm de appell. cognoſc. In princ. Nil prætereà mirum, in reos ſe, pro More nouo, Conqueſtionem intendiſſe retinendæ poſſeſſionis cauſa comparatam: quia talis priùs datorum executio poſſeſſióque, in tempus incideret nouæ Conſtitutionis: quæ tamen, peractæ anteà Donationis ius perimere nequiuerit. Eapropter, diſceptato vtrinque negotio, PATRES Pariſienſes actori litem adiudicarunt. Pactam verò fortunarum omnium ſocietatem cum futuro coniuge ſecundo, improbarunt SENATORES ijdem, ac reſciſſa ea, tanquam vniuerſorum donatione ſubdola, filiæ prioris thori addixêre ſemiſſem maternorum bonorum, cum vterinæ ſororis dimidio tanto partiundum. Areſto. 10. Cal. Iunias An. 1587.

Conuenit Legi, futuris formam imponere, non præteritis calumniam excitare.

Curiæ Decretũ die. 23 Maij. 1587. inter I. Potellum maritum Mariæ *Berault* filiæ ex ſecundo thoro Barbaræ *de la Tour*, & Ianam *Greaudon* viduã *de N. Coignet*, filiam d. *de la Tour*, ex priori matrimonio.

Primi quidem coniugij lege coitur identidem vniuerſorum communio ſub conditione exiſtentium liberorũ. Sed hoc, pro liberis eiuſdem matrimonij, non vt ſecũdus vir ſimili Pacto anterioribus liberis præripiat ſpẽ maternæ hæreditatis.

21 VARIIS porro in Municipiis ſitæ res donatoris, ſua loci lege cuiuſque diſponuntur. Hinc fit, vt ſi donatori bona alibi ſuppetant, vbi largiùs dari, legari valeat, reſiduum quod dederit, ſuppleatur ex iis, quæ alterius ſolo Regiunculæ cõtinentur. Sicuti oſtendimus, Lib. 3. Andenſium. Leg., & Molineo probatum eſt in §. 41. Aruernæ Conſuet. Tit. De hæredit. Tutorem quoq; hæredem ſcribere licuit ſuprema adoleſcentuli teſtatione: Quiritum legibus, apud Serbidium Scæuolam l. Aurelius §. eum qui tutorem. ff. De liberat. leg. Vbicunque tamen locorum Galliæ noſtræ, vetita eſt in tutorem donatio, ante diſpunctas tutelæ rationes. Edictis perpetuis An. 1539. & 1549. quorum veſtigiis inſtitit noua Lex Pariſiorum, Art. 276. Iiſdem adſtipulatur Iuſtinianea ſanctio, Vt hi qui oblig. hab. ſe perhib. res min. Sed tutorúmne liberi, ſententia comprehendantur Legis prohibitoriæ, dubitatur, ex adumbrata præſertim accepti beneficij penſatione. Comprehendi eos cenſuit Diuionenſis, Burgundiæ, Senatus, & in tutoris filium collatam liberalitatẽ infirmauit. Poſtridie Idus Sextiles, An. 1555. Diuerſum vtique Pariſiis iudicatum refert, vtriuſque Decreti obſeruator Rebuffus, Tomo. 2. regiar. Conſtitut. Aſt non ita pridem, Lutetiana hæc Curia parem quæſtionem reuocauit ad plenius deliberãdi

Iuſtiniani Nouella. 155. matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ manent, nõ obſtãte rationũ, & reliquorum acceptilatione.

Areſtum Parlam. *de Digeon, pour Eſtiene Couſin fils de M. Pierre Couſin Conſeiller de lad. Cour.* Die. 14. Aug. 1555.

Appoincté au Conſeil du. 26. Nouemb. 1587. entre Franc. Fleſchy & ſa femme appellans du

Preuoſt de Paris, & Gilles Paiot intimé, pour lequel, M. Mornac. Iuge au rapport de M. Larcher le. 24. Septemb. 1588.

In Alumnos donationes, & legata.

conſilium. Sexto Kalend. Decemb. An. 1587. Mornaco, & Choarto dicentibus, ex Præfectura Regiæ vrbis. In ea hypotheſi, tutoris filio datum ferebatur, ſed collactaneo donatoris, ideóq; capaci iuſtorum in hunc officiorum; quæ remuneratione digna putarentur. Argum. Vlpiani, in l. ſi collactaneus. l. Alumnos. ff. De manumiſſ. vindic. l. alumnos. Cod. quæ res pign. l. alumnæ. ff. De adim. leg. l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. De legat. 2. l. 3. §. proinde. ff. De lib. hom. exhib. l. denique. ff. De pign. l. In teſtamento. ff. De fideicom. libert. Nihilo ſeciùs præualuit demùm publica diſciplina: ne filio, qui ſacris paternis regatur, firmiùs quàm patri, tutori data, Iure conſiſtant, quantalibet ſpecie promeritorum. Vltimo Curiæ iudicio, ex diſceptatione illa forenſi, Octauo Kalend. Octobr. An. 1588. In procinctu ratio eſt, quòd Francico præcipuè Edicto An. 1549. Princeps donatione in tutores interdixerit, ſeu directò, ſeu obliquè contracta, alteriúſve nomine interpoſito. Quo in genere, prohibiti etiam tutorum liberi intelliguntur. Oratione Antonini Imp. l. 3. §. ſecundùm hæc. ff. De donat. int. vir. l. 2. Cod. eod. l. qui in ſeruitutem. l. quæritur. ff. De bon. libert. l. pupillus §. vlt. ff. De auctor. tut. Nec ambiguum eſt hac in parte Ius nouum Pariſiorum, d. Art. 276. vt Normanicum, §. 425. Atque adeo Karoli. 5. Cæſ. Conſtitutione ſanctum legimus, ne minori annis liceat, in curatores, ſeu adminiſtratores, eorúmve liberos, quicquam legati titulo conferre, ſeu donationis causâ mortis. Quarto Nonas Octobr. An. 1540. Vt Pet. Peckius atteſtatur, Lib. 3. De teſtam. coniug. Cap. 9. Et Iac. Cuiacius, in Conſultat. 41. Cui tamen viſum eſt, Imperatorias haſce, ac Regias Sanctiones, in emancipatos tutorum filios minimè porrigendas, ſed in filiosfamil. duntaxat, ex quibus, patri vſusfructus compendium rei donatæ quæratur. Aſt promiſcuè, Lutetiani Iudices ſummi, qui in Senatorijs Lugduni Conuentibus nuper ius populo reddebant, irritum pronuntiarunt Valerij Monbaſij legatum, Steph. Pagano relictum filio tutoris ſui. Decreto ſecundùm cœnobiarcham D. Leonardi, ſucceſſorem in bona vacantia teſtatoris illegitimè nati: pro quo, Peleus egit: aduerſus Paulum Perreum, curatorem præd. Pagani, pro quo, Fouleus. Decimo ſexto Kalend. Octobr. An. 1596.

Verſ. *ou aux enfans deſd. Adminiſtrateurs.*

Imperialis Ordinatio Karoli 5. die. 4. Octob. 1540. *entre ſes ſubiects des Pays bas.*

Areſtum Curiæ *des Grands iours de Lyon,* die. 16 Septẽb. 1596. *au proffit de Meſſ. Charles de Sennecterre, Abbé de S. Leonard lez Corbigny, en Niuern. ſucceſſeur comme haut Iuſticier ès biens du baſtard, appellant d'vne Sentence du Bailly dud. S. Leonard du. 10. May preced.*

In Tomo. 2. Ordinat. Regiar.

De Pædagogis, magiſtríſque adoleſcentium, prolixior diſ- 22
putatio. Rebuffus arbitratur, eos Principalis Edicti mente, vt verbis, non contineri. Rem ita diſtingue. Quantiſper magiſtri cenſura ac ferula tenetur adoleſcens, ab illo corrogatum munus, non caret mala fide. §. 276. Legum Pariſien. ex ratione Pauli I.C. l. quibus. ff. De verbor. ſignific. Præceptoris autem poteſtate imperióque ſolutus iuuenis, ſi donet illi, cum Papiniano defenditur, haud meram donationem eſſe, verùm doctoris officium mercede quadam remuneratum: Quippe quùm Lex donationum, minimè pertineat ad remunerationes. Eo pacto, Aquilius Regulus Nicoſtratum,

Digitized by Google

coſtratum , Rhetorem , magiſtrum ſuum ſplendida cœnaculi habitatione vſúque cohoneſtauit. l. 27. ff. De donat. Sabinum itidem produnt, Romanum I. Conſultum, cui amplæ facultates deforent, plurimùm à ſuis auditoribus ſuſtentatum. Pomponij relatu, in l. 2. De orig. iur. A pleriſque autem reprehenſus fuit Ambroſius primùm Marcionites, dein ab Origene correctus edoctúſque, quòd vir locuples egeni huius ſenis moriens non recordatus ſit. Vt eſt apud B. Hieronymum, in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt.

Hiſpanico autem Edicto Alphonſi. xi. lato An. 1348. Abſenti promiſſio facta valet ſine ſtipulatione vel acceptatione. Quod in donatione etiã procedere, ait Couarruuias, In Tract. De cõdit. donationi adiectis. Sic in Aragonia, ſine acceptatione in contractibus ius quæritur. Deciſ. 41. regiæ Aragonũ Audientiæ cauſar. ciuil., ſcripta à Mart. Montero à Cueua. Tum Anton. Theſauri Deciſ. 124. Senatus Subalpini, iudicatum eſt An. 1570. Nouẽb. Mẽſ., Donationem fundorum abſenti ſorori factam, ratam haberi potuiſſe ab ea in odium ac præiudicium fiſci, cui ob crimen à donatore poſt donationẽ commiſſum bona omnia confiſcata erant.

23 MOVENTIVM donatorum acceptio onerat donatarium ære alieno donatoris, multiplici regionum Ritu ac inſtituto. Cenomanus vir vxorem donat Mouentibus, & Acquiſitis, eo modo, vt alterutrum, ſi malit, cooptet ac ſeligat: ne æris alieni metu deterreatur ab munere eo capeſſendo. Ratáne, quæſo, erit ſoli quæſtuum acceptio, cum repudiatione mouentium? quæ nempe Mouentia, ſolutioni debitorum Moribus adſtricta ſint? Hæſitandi argumentũ ciet Iuris Regula, neminem, eiuſdem rei legatæ ſibi partem velle, partem nolle, admittendum. l. grege De legat. 2. Aſt hæc demùm procedunt, ſi donator purè abſolutéque plura dederit. Secus, ſi alterutrum à donatario optari cauerit liberè poſſe. Tunc enim, quaſi duobus legatis relictis, vnum repudiare, alterum verò amplecti fas eſſe, reſpondetur. l. ſed duobus. D. eod. Ceſſante tamen eius optionis arbitrio, non licet, è duobus vnà legatis, illud reſpuere, cui onus adiectum ſit. cita. l. ſed duobus. Vbiuis rurſus, mobiles res alieno æri luendo minùs obnoxiæ fiunt lege Municipij, coniugale earum lucrum, quod ſuperſtiti conuentum ſit, non ſubiicitur huiuſce penſitationi æris alieni. Quemadmodùm, auditis turmatim Pragmaticis, Senatus, iudicio decreuit ſecundùm Yſabellam Chabotiam, viduam: De quo, Nos antea, Lib. 1. Inſuper donataria coniux tenetur duntaxat, pro viribus facultatum donatarum, nomina, debitáque à marito diſſoluere: alio præſertim defuncti hærede ſe prodente. Vt Iuris ſcripti rationibus pluſculis diſſeruimus Lib. 3. Andegauen. Legum: Et decreto Ordinis Ampliſſ. definitum eſt in Tribunalitia Curiæ claſſe, ſexto Kalend. Maias An. 1597. ſecundùm Ianam Dauidem Franciſci Chalopini viduam mulierem, aduerſus Renatum Chalopinum, litiſque conſortes, qui ab Andium proprætore Curiam appellarant. Nec temerè iſtuc confertur ſimile vetus S. Conſultum, quod ex domeſticis Barmæ Præſidis Collectaneis & monumentis excerpſi, in hanc formulam. *Die S. Catharinæ An. 1385. fuit latum Areſtum contra vxorem defuncti Guillermi Syon pro hæredibus eius. Dictus enim Guillermus & vxor ſibi inuicem fecerant donationem mutuam, vigore cuius, poſt obitum Guillermi vxor habuit Mobilia & Conqueſtus. Et ideo dicebant hæredes, quòd ipſa debebat ſoluere omnia debita. Ipſa, contrà, dicente, hæredes teneri. Dictum fuit per Areſtum, poſtquàm fuit conſultum plenè & in Conſilio diu ventilatum, & fuit latum per Dn. Stephanum de Grangia, quòd vxor ſolueret omnia debita, inquantùm tamẽ Mobilia & Conqueſtus, quæ ipſa*

Tit. 1. Art. 9.

Tit 3. De collat. bonor. Art. 4.

Curiæ Placitum in magna Camera die. 26. April. 1597. de vniuerſitate mobiliũ vxori legata abſque onere debitorum. Quale legatum ſecuta Andegaui fori ſentẽtia infirmatur à Senatu, damnatúrque donataria æs alienum ſoluere pro modo & proportione valoris d d. Mobilium. Sed inter hæredes recta linea, iunior Mobiliũ legatarius tenetur præciſè, aut perſonalia debita ſoluere, exploſo beneficio Inuentarij, aut hæreditariam portionem, dimiſſo legato, capere. De quo, Nos. i. Tit. ſeq. Art. 18.

Rogerij Barmæ, regij Aduocati, dein Præſidis in Senatu, Collectiones.

Huius Præſidis Steph. de Grangia, celebris extat commemoratio, apud Ioh. Gallum, æquæuum, in Quæſt. 46.

habuerat virtute donationis,ſe extendere poterant. Quòd ſi non ſufficerent,de reſiduo haberetur recurſus contra hæredes. Pariſijs verò,donataria coniugũ ſuperſtes,quæ ab fructuaria coniugalium opum communium poſſeſſione,tenetur æs alienum ſocietatis exoluere,haud ideo, quaſi debitrix,confuſione amittit cõdictæ ſibi pecuniæ *Dotalitium*,ſemel numerandæ,citra regreſſum. Nec enim reciprocæ donationis occurſu, confunditur,minuiturvè *Doarium*.Art.257.Pariſien.Conſuet. Ac licet *Dotalitij* genus iſtud,in creditum eat,vice vnica luendum,contra vulgarem *Doarij* morem:idcirco certè conſtitutum fuit eiuſmodi,Legitimo ſubrogatum Dotalitio,quòd eidem adiectum ſuperius Pactum fecerit partem *Doarij* Moribus indicti,Legitimumq; hoc multò grauius ac oneroſius,æquatis conditionibus,ſuppleuerit. Præterea coniugum donatio mutua eximebatur tum onere ſatiſdationis, antiqua Pariſiorum Iuriſprudentia,quùm præmoriens alter iuberet, alterius poſt obitum,donata reddi pauperum Collegio. Quaſi verò hæredis non interſit,à defuncto piè legatum egenis,integra fide præſtari : eóque propterea ſtipulante,vſusfructus donatarium cauere,omnia proprietariis Inopibus reſtituiri.Nam alioquin hæres de ſuo piis legatis defungi cogeretur. Meritò igitur priſcus ille Fori vſus obſoleuit.

Doliaire d'vne ſomme de deniers à vne fois, ſans retour.

Lib.2. *du grand Couſtumier de France.*

Cod. de reuoc. donat.

REVOCATVR viuorum donatio condictione ex leg. Si vnquam. 24
Donatori,poſteà coniugi,filius enaſcitur. Cuius exortu,videbatur in irritum redacta mero iure liberalitas anterior.Donatarius tamẽ iuſto inde vicennio poſſedit, nulla contrariæ voluntatis à donatore edita teſtatione. Mox,ſublato è viuis donatore,filius hæres cõdicit à patre donata.Reus ſe præſcriptione tuetur diutinæ poſſeſſionis. Hinc poſitum eſt in percontando, vtrius cauſa legibus potior,ac probabilior foret.Diſſerit ille,donatarium,amiſſo fundi dominio,ex ſuperuentu liberorũ donatoris, vſu ipſum capere nequiiſſe,breuiori ſaltẽ,quàm tricenni,ſpatio.Vt Baldus ſubnotat,Salycet. Angelus,P. Caſtrenſis,& & Iaſ.ad l.ſi quis filium.C.de inoffic. teſtam.Quam Tiraquellus opinionẽ multis adſtruit,in Repet.l.ſi vnquã:Nec tẽporis præſcriptioni locũ ſubeſſe putat,tricenni arctioris. Alter,contrà,donatoris ſilentiũ diuturnum,poſt ſubortam ei prolem, donationi robur adiunxiſſe, poſſeſſioníque cauſam,ceu adminiculum,vt decẽnio tutus in omnes, poſſeſſor euaderet.l.clauibus.ff.De contrah.empt.Verùm, vt rem in pauca deducam,cum Actore,ſentio,condictionem ex Lege illa, reliquarum in perſonam actionum inſtar,ſolo extingui. 30. annorum curriculo.Donatarius enim,Legum ignarus eſſe non debuit,quæ,recèns nati filij fauore,nedum donatoris,anteacta corrumpant geſtáq; cum donatario ipſo. Vlpiani leg. 9. D.locat.Cum cita. L. Si vnquam In ver. ſuſceperit liberos, Vbi Tiraquellus, Num. 167. ac ſeqq. Vtut ſit, prodeunte ſemel in lucem donantis progenie, donatarius ideo excidit habili idoneóq; ad transferendam vſucapiendi conditionem titulo, quòd de ſtatu rei ſuæ exhinc dubitarit, mutatæque donatoris ſententiæ elogium præſtolari indies debuerit. l. De ſtatu

In Ver. reuertatur. Num.396.

Sola filij natiuitas, etiam morte ſecuta paulò pòſt, reuocat ipſo iure, & annullat donationem.

ſtatu ſuo. ff. De teſta. Et cit. lege. 9. Loc. Nec inſyncera quidem fide vacat, quod dubites, æquum ſit, an iniquum. Æquitas enim lucet ipſa per ſe: Dubitatio autem cogitationem ſignificat iniuriæ. Sicuti, in Officiis M. Tullius dixit. Ac veluti non præſcribitur donatorum reuocationi ex nota ingratæ memoriæ, præterquàm triceno ſiletio: Ita neque eorum condictioni ex parta donatori ſobole. Franciſc. Ripenſis ad l. vlt. Cod. de reuoc. donat. Ac Tiraquellus, vbi. ſ. Idem vtique, de fideicommiſſis prædiis ac reſtitutioni ſubiectis, Bartolus & Iaſ. in l. filiusfamil. §. Diui. ff. De legat. 1. Alio tamen loco habetur is, qui à donatario fundum mercatus, decennio quietè pacatéque poſſederit. Nulla enim hic laborat malæ fidei ſuſpicione, quæ donatarium onerare potuiſſet. Authent. malæ fidei. Cod. De præſcr. longi temp. Bart. ad l. cùm nemo. Cod. De acquiren. poſſeſſ. Præter hanc autem longiſſimæ poſſeſſionis præſcriptionem, tollitur Conſtantinianũ remedium Leg. ſi vnquam, aperta renunciatione donatoris. Si enim hic ſuarum rerum donatione profiteatur, ſe non vſurum illius Leg. beneficio ex ſuperuentu liberorum, valet renunciatio. Durandi Speculat. opinione, in §. porrò De Inſtrum. edit. Bartoli item dictatis ad l. Titia Seio §. Imperator. ff. De legat. 2. Nam vt mero donatoris fauore inſtitutum eſt hoc Legis præſidium: ita liberum illi, de ſuo iure eo decedere. Præd. l. ſi vnquam Verſ. in eiuſdem donatoris arbitrio ac ditione manſurum. Secus de Legum ſubſidio aduerſus inofficioſam donationem: quod remitti ideo à donatore nequit, quia haud ſua ipſius, ſed iuſtæ prolis gratia comparatum ſit. Bart. ad cita. §. Imperator. In forenſi tamen Actione donationis reuocatoria Ditionum *de Valery, Laz, Courcy, & Crenes*, quas munificè largita fuerat Margareta Luſtraca Condeo Heroi Ludouico Borbonio, Iunij Luce. XI. An. 1564. Contendit nouiſſimè donatricis filia Anna Caumontia, matri non licuiſſe, donationis Inſtrumento repudiare beneficium d. l. ſi vnquã: Quò minùs Actrix ipſa poſtmodùm à donatrice progenita, maternos fundos ritè ſibi vindicaret. Aſt donatarij hæres, non vni huic maternæ repudiationis exceptioni innititur, ſed donatæ rei modulo ac tenuitati: Quæ res nimirum, donatricis bonorum dodrantem æquare vix poſſet. Atquin Conſtantiniana Lege Si vnquam, haud omnes reuocantur, ſed vniuerſarum duntaxat, maioriſuè partis fortunarum donationes. In verb. bona omnia, vel partem aliquam: quùm partis appellatio, de dimidia rei intelligatur. l. Nomen filiarum §. portionis l. rectè §. vlt. ff. De verb. ſignif. l. etiã partis. ff. De vſufr. l. ſi non fuerint D. pro ſoc. Quam in ſententiam procliuior eſt Baldus, ad d. leg. Si vnquam. Verùm, vt aliquando receptui canam, PATRES CONSC. de problemate hoc Iuris ancipitis, pleniùs deliberandum cenſuère Nonis Aprilib. An. 1601. Buiſſonio, Annæ Caumontiæ: Doleo, contrà, Principis Condei, patronis.

SED iam, de viuorum Donatione, plus ſatis: Ad morientium Voluntates pias, Teſtamentáque tranſiliamus.

[Margin notes:]

.1. Offic.

Tit. De inſtrum. edit. Verſ. donatio autem firma.

Tit. De inoffic. donat. Cod.

Appoincté au Conſeil, die 5. April. An. 1601. inter Annam *de Caumont* vxorem Comitis S. Pauli, petitricem reuocationis maternæ donationis in Principem *de Condé*, factæ antequam donatrix nupſiſſet Domino *de Caumont*, ex quibus Anna ipſa orta eſt: Et nepotem donatarij modernum Principẽ *de Condé*, reum.

De Donation. ſi quis plura volet, legat à Nobis ſcripta, Lib. 3. Leg. Andeg. Tit. eod.

Titul. IIII.

DE TESTAMENTIS.

1. *Teſtamentum Pariſiis factum, forma iſthic præſcripta, non debet alio in Municipio, vbi ſita bona ſint, Municipalis ſua forma prætextu, impugnari.*

Priſca auctoritas Francicæ Pariſiorum diſpoſitionis Teſtamentariæ, in Occitanis prouinciis.

2. *Contractus, vel Teſtamenti ſolennitas petitur à Lege loci; vbi Actus conditur.*

Bonorum verò in iis Actibus diſpoſitio, Lege regitur ſitus bonorum ipſorum.

Gratianopolitanum, de eo, Areſtum, & Lutetianum.

Peſtis tempore factum teſtamentum ſine ſolennitatibus Conſuetudine requiſitis, non valet.

3. *Scribendi Teſtamenti auctoritas, à* Curato, *eiuſve Vicario committenda non eſt priuato ſacerdoti.*

Notariis præcipitur, Minutas *Teſtamentorum ab aliis confectas penes ſe retinere, nec eas ante obitum teſtatoris, cuiquam oſtendere.*

Teſtamenti ſolennitas Conſuetudinaria, *vt à Notario in præſentia duorum teſtium fiat, impleta non dicitur, auctoritate & præſentia duorum Notariorum ſine teſtibus.*

An Parochiæ, & domicilij particularis omiſſio teſtatoris, totum vitiet Teſtamentum.

Holographo teſtamento non ſunt neceſſarij teſtes, niſi teſtator certorum teſtium præſentiam elegerit.

4. Nuncupatiui *teſtamenti, per teſtes, probatio non admittitur.*

Tabelliones, aut Curati *ſeu Vicarij, nil ſibi in Teſtamentis priuatim adſcribant.*

Variis, ſed imperfectis Solennibus conflatum teſtamentum, Iure necne ſubſiſtat.

5. *Confecta à Notariis Teſtamenta,* prouiſoriè *exequenda ſunt, pendente ſuggeſtionis ipſorum, vel falſi quæſtione.*

Decennij tranſcurſus ſolus, poſt conditum teſtamentum, eius vim auctoritatémque non minuit.

Iuridiciale Sigilli *priuilegium* Caſtelli *Pariſienſ., in Teſtamentis, aut in Contractibus.*

6. *Ætas teſtandi, Conſuetudine locorum determinatur.*

Quo autem More patrio, hæc ætas præfinita non ſit, ad Ius commune recurrendum.

Ætate capacis in ſuo Municipio teſtamentum, ratum necne ſit in alio, grandiorem ætatem ſuis Moribus exigente.

Qua

Qua ætate Monachiſmum profeſſuri, poßint teſtari ante.25. annos.

7. *Filia nupta, cenſetur à patre emancipata, vt teſtetur hodie, in Patria Iuris.*

Monaſticam religionem profeſſuri, licitè teſtantur, patrij Moris forma ſeruata.

Iudæis, eorúmque bonis gratioſum Regis Franci *Reſcriptum.*

8. Rappel aux ſucceſſions, *iure legati ſuſtinetur, ſi directò valere nequeat.*

Infrequens hæredis inſtitutio Teſtamentaria, in Partibus Franciæ Conſuetudinariis.

Remotioris gradu, hæredis vnius agnitio à teſtatore facta, prodeſt aliis æquè remotis.

Paterna filij exhæredatio ob clandeſtinum ipſius matrimonium, remiſſa non cenſetur affabili ſequente nurus filijque cum patre conuerſatione.

9. *Ad fideicommiſſum veniunt tantùm nominatæ perſonæ, nec filius intrat locum patris, nec ius repræſentationis obtinet.*

Secus, ſi teſtator plures expreßè vocarit eo modo, quo venturi eßent ab inteſtato.

10. *Reuocabilène ſit, mutuum viri & vxoris teſtamentum, variæ* I. Coſſ. *ſententiæ.*

Altero tamen alteri conſentiente, de amborum bonis teſtanti in rem liberorum communium, irreuocabilis fit ea diſpoſitio.

Quoties item reuocabile declaratur eodem Inſtrumento teſtamentum, intelligitur de aperta vnius, & notificata *alteri reuocatione, non de tacita & occulta.*

Poſt paternam bonorum diuiſionem inter liberos, vnius præmorientis caduca pars remanet in hæreditate ſuperſtitis patris, ſine onere hypothecarum filij.

Bonorum diuiſio inter liberos, ab vtroque coniuge facta, altero mortuo, infringi poteſt ad aliquid, quoad bona ſuperſtitis, in neceſſariam eius redemptionem captiui, ſimilemuè in vſum neceſſarium conuertenda.

11. *Relicta à teſtatore in vnum vſum, non debent in alium conuerti: niſi Reipublicæ ergò, & Principis auctoritate.*

Fundatio & reformatio Mignoniæ Scholæ, in Academia Pariſien.

Eius ſecularis Scholaſticorum Collegij, in regulare monaſticúmque conuerſio.

12. *Piam fundationem non infringit, qui eam in melius commutat.*

Monaſtica Gymnaſia Lutetianæ Academiæ: Cuius & Magiſter primus, regularis Abbas extiterit.

Religionis fauore, Princeps nonnunquam de ſuo iure decedit.

13. *Legari tutori poteſt, aliàs Lege ſucceſſuro in totidem bona legata.*

Priuignis olim data, legatáve, reſcindebantur Pariſiis.

Nunc talia valent, ex parte coniugis liberis orbi.

14. *Interdicta donatione, eximiorum remuneratio meritorum non interdicitur.*

Teſtamentaria donatio non continetur legali *prohibitione donationis inter viuos.*

15\. *Irrita, Lege donatio, valet de expreſſo eius conſenſu, cuius fauore irritaretur.*

Statutaria *prohibitio donandi inter coniuges, extra Statuti ipſius Territorium non extenditur.*

Separata bonis & thoro coniunx, nihilò efficaciùs coniugi donat.

Prius teſtamentum, poſterioris cuiuſuis derogatorium, qua verborum formula per ſecundum reuocari poßit, ſiue inter liberos, ſeu inter alios minùs priuilegiarios.

16\. *Cui interdictum eſt, plus quinta patrimonij parte legare, is eiuſdem vſumfructum vniuerſi legans, nihil agit.*

Iudiciaria prouiſio *non datur pro legato* Statutarium *modum excedente, vel incapacibus relicto.*

Legatarius non habet ius apprehendendæ ſua auctoritate poſſeßionis rei legatæ.

17\. *Hæres ſimul, & legatarius nemo recipitur, in* Conſuetudinaria *Galliæ regione.*

Donatarius verò, & hæres in laterali linea eſſe poteſt, citra collationem donatorum.

Subſtitutionum gradus an computentur per generationes, an numero perſonarum.

Vidua dotem & donationem propter nuptias ſubſidiò repetit ex fideicommißis, quæ tempore contracti matrimonij talia eſſe ſciuiſſet.

18\. *Liberorum ſubſtitutione, veniunt naturales, per ſequens matrimonium* legitimati.

Trebellianica non perditur vulgò à liberis primi gradus ob defectum Inuentarij: ſed in eoſdem, Trebellianicæ prohibitioni Teſtamentariæ locus eſt.

Areſto tamen iudicatum, eos ipſos, poſt confectum modò Inuentarium, in ſubſtitutos quartam detrahere Trebellianicam.

Ius accreſcendi inſtituto competens in portionem incapacis cohæredis, remitti ab illo nequit in præiudicium ſibi ſubſtituti.

Statuto *excluſa filia, non ideo maſculi cenſentur inuicem ſubſtituti, & reciproca reſtitutione grauati.*

Donatarius Mobilium, Acquiſitorum, & quotæ Patrimoniorum tenetur, hæredem debitis hæreditariis ſparſim liberare, ac Teſtamentariis oneribus: Alibi verò, debita ſaltem exoluere, pro rata bonorum.

Hæreditarij creditores habent hypothecam in omnia defuncti bona etiam patrimonialia: ſaluo hæredi regreſſu in donatarium vniuerſalem *mobilium, conqueſtuum, & partis hærediorum, vt eum hæreditariis debitis, legatiſque exoneret.*

19\. *Falcidia non detrahitur ex piis legatis, ſed Legitima naturæ.*

Annuum pium ſuper fundi certi reditu, deficiente, vel non ſufficiente eo, ſupplendum eſt ab hærede.

Secretò

Digitized by Google

Secretò commiſſa à teſtatore ſacerdoti, vxori, executorive Teſtamenti, vt pro anima illius diſtribuantur, Iudex reuelari non coget.

In annuis legatis pijs, Hypothecaria aduerſus quemcunque hæredum indiuidua eſt.

20. *Teſtamenti Executoribus ſolis licet,* ſaiſire *legatarios, quos teſtator* ſaiſitos eſſe *voluerit.*

Exequi teſtamentum præpedito ab hærede, tempus executionis prorogandum, vnà cum Mobilium in eam cauſam traditione.

Conqueſtuum *legato, an veniant quæſita à teſtatore, ante contractum vel poſt ſolutum matrimonium.*

21. *Nuptis Franciæ mulieribus ius eſt teſtamenti faciendi, ſine auctoritate mariti, vel patris.*

In Sicilia, non item: quoad eos, qui Iure Longobardorum vtuntur.

Paralytici teſtamentum, qui loqui non poßit, an valeat.

22. *Muti, aut Surdi olim, teſtamenti faciendi incapaces, niſi Principali auctoritate.*

Nutu relinquitur fideicommiſſum.

Ciuilibus Actibus idonei habileſque, Muti.

Nullum ac irritum paralytici teſtamentum, iudicatum.

Nauarræ inferioris, quæ Gallico Regis dominatu tenetur, originarij ciues, cenſentur etiam Francigenæ, nec egent Literis Naturalitatis *tanquam* albani *& extranei.*

Secus de natis in ſuperiore Nauarra.

23. *Quotæ bonorum legatarius, tenetur contribuere æri alieno, cum hærede, ſoluendo.*

Eo tamen nomine regulariter non ſatiſdat hæredi, niſi vel ſuſpectus ſit, vel interueniant creditores id poſtulantes.

24. *Præſcribitur legato etiam illicite facto.*

Iudicium defuncti impugnare nequit is, qui ſemel adprobauit.

Incapaci relictum, quæritur capaci, non Fiſco.

Aliter, de relictis indigno.

DES TESTAMENS, ET EXECVTIONS D'ICEVX.

1 TESTAMENTI VIS LVTETIANI bifariam ſe exerit, antiquis literarum Monumentis. Aut enim de Solennibus eiuſdem quæritur: & hæc quidem Pariſienſi adhibita teſtamento, obtinent, vbiuis terrarum illud adimplere expediat. Si Ægidio Bellameræ credimus, Hiſpalenſi Epiſcopo: qui Pontificia in Aula claruit, An. 1374. Iuris Reſponſo. 42. Aut verò de Rerum ſubſtantia agitur, quæ à teſtatore diſponantur: eo caſu, priſcos Lutetiæ Ritus amplexi ſunt, vltimi adeò Pyrenæorum ſaltuum Galli coloni. Nam Albiorum libri Annales edocent, panegyrico Ordinum concilio Narbonenſis Galliæ conueniſſe, An.

Bellamera, Cardinalis Sabinenſis, Apoſtolici palatij Auditor.

Hiſtoire des Albigeois. Itē ſera permis à chaſcun, ſoit cheualier, ou roturier, donner de ſon propre heritage en aumoſne, iuſques au quint, ſelon la Couſtume de France, & l'Vſage près Paris: Excepté toutesfois les Baronnies, & Fortereſſes, & droicts d'autruy, &c.

Digitized by Google

1212. ne ſua quiſquam de re patrimoniali legaret, ſupra quincuncem, pro ciuili Pariſiorum More, ac Inſtituto.

Imprimis igitvr, Teſtamentariæ formulæ traduntur Pa- 2
riſienſi Iure Municipali, Art. 289. Ex iis vnam, ſacra iſta Diœceſi frequentem olim, celebrémq; fuiſſe perhibet Bellamera, Hiſpalen. Præſul, Conſil. 3. dicto. Nempe vt Pariſiorum ciuis, aut incola, ſcriptore Parocho, de ſuis fortunis teſtaretur, bino rei teſte ſpectatoréque interpoſito. Cuiuſmodi poſtremæ voluntatis formam, quæ Pariſiis increbuiſſet, ualituram quoque, exiſtimat ille, in patria teſtatoris Diœceſi, Hugonis Cabilonenſis, Sequanos inter Proceres: qui Regio, Ducíſque Burgundiæ iuſſu quùm veniſſet Lutetiam, inibi fato interceptus eſſet. Contrarium tamen Oldrado placuit, de Lutetiano aduenæ cuiuſdam Teſtamento, qui, ſecundùm regulas Iuris ciuilis Pariſiorum, ſuprema ſua ordinarat. Reſpon. 248. Nec enim Francicæ Metropolis hoſpitem, aut incolam putat, quaſi ciuem Romanum, habere Teſtamenti factionem, niſi accepto vſu togæ Romanæ, ī. Lutetianæ. Qua miſſa vetuſtiorum Legum ratione ab inſtituto aliena, ſtandum Cæſareo Valeriani, & Galieni Reſcripto, ſicubi ſolenniter peractum ſit Teſtamentum, aut Pactum, id oppugnare non licere alterius Formulariis Municipij, in quo exequi ipſum oporteat. Eandem in ſententiam pedibus iit Bartolus, Interpretum Iuris antiſtes, in l. 1. Cod. de ſumm. trinit. Poſt Cynum, qui de Procuratoriis literis, Lutetiæ exaratis agit nominatim, in l. cùm per liberum Cod. per quas perſon. Itaque Allobrogis Teſtamentum in Gallia conditum, & Gallico ritu ſolenni, recipiendum in Allobrogica regione, confirmat Vidus Papa, in Delphin. Deciſ. 262. Vbi & Inſtrumenta Delphinatibus ſcripta, ſuam vbique vim obtinere, dicit, haud ſemel Gratianopolitano à Senatu decretum. Nuper etiam Lutetiana Curia ſecundùm Teſtamenti tabulas pronuntiauit, quas viator, ac præteriens aliquis, pro More hoſpitalis Pagi, in quo decubuerat æger, confeciſſet: Tametſi longè alia Teſtamenti ſolennia poſtularet Lex domicilij, ſitúſque bonorum teſtatoris. S. Conſulto pridianis diebus Pentecoſtes recitato, An. 1566. Quòd ſi variæ occurrant ſupremi iudicij tabulæ, quæritur, nûm priores, minùs Solennibus aliis infirmentur, confectis tunc, quùm peſtilens morbus eo loci maximè deſæuiret. Verius eſt certè, æris intemperiem, huiuſmodi Teſtamenta legibus non ſoluere numeri teſtium, Formularúmque Iure præſcriptarum. l. caſus Cod. De teſtam. Quam in partem flectuntur propenſius Alexander, & Caſtrenſis, in l. vlt. Eod. Tit. Ludou. Romanus in Authen. ſimiliter Cod. Ad Leg. Falcid. Angelus in l. conficiuntur §. 1. ff. De iur. Codicil. Diuerſæ autem opinioni adhærere videtur, hæſitabundus tamen, Franciſc. Ripenſis, in Tract. de Peſte, poſt Baldum, Salycetum, Iaſonem in cit. l. vlt. De Teſtam. & Barbatiam, in Cap. cùm eſſes Tit. eod. In Antiq. Ac Subalpinus quidem Senatus, Taurinenſis

Hugues de Chaalon, Sire d'Arlay, en la Franche Conté: dont les Princes d'Orenge ſont yſſux.

L. 1. Cod. Quemad. teſtam. aper.

Areſtum Curiæ Pariſ. die vlt. Maij An. 1566.

Digitized by Google

rinenſis prouinciæ, ratum eſſe iuſſit teſtamentum, quod peſtis tempore conditum, quino duntaxat teſtium numero conſtaret. Anton. Theſauri Deciſione Pedemont. 180. Luſitanica necnon Curia Max., probauit piè relicta minùs ſolenni morientis iudicio, in contagione peſtilenti, literis conſignato. Gammæ ſenatoris Deciſ. Luſitanica. 81. Geneuenſi pariter Conſtitutione edita. 4. Kalend. Februar. An. 1568., viribus ſubſiſtit vltima eius teſtatio, qui peſte laborans, publicum Scribam, duoſque priuatos voluntatis ſuæ ſpectatores ac indices ipſi adhibuiſſet. Nec multò aliter, Lotharingius Mos extremas peſtiferi hominis tabulas ſanxit, parochi ſui, cum vno teſte, aut duorum interuentu teſtium ſuffultas. Artic. 8. De teſtam. Enimverò Gallicus Pariſiorum Senatus religioſè decreuit, anterius teſtantis elogium ſolenne, poſteriori imperfecto, non conuelli, quamuis tùm ſcripto, cùm peſtilens lues eam regiunculam popularetur. Areſto luculento pridie Nonas Iunias, ſeu profeſto Pentecoſtes, An. 1593. ad prouocationem ex Municipio Lugdunenſi. Rurſus dehinc conſpicua in purpura recitatum eſt à Potiero præſide S. Conſultum Lutetianum poſtridie Nonas Maias An. 1598. aduerſus mulierculæ teſtamentum, morbo huiuſmodi periclitantis: Cui teſtamento priuatus modò ſacerdos, fœmina teſte, cum duobus maribus, auctoritatem interpoſuiſſet: Refragante nimirum ciuili Iure Pariſienſis territorij (§. 289.) quod poſtremo cuique mortalium elogio auctorem præſcripſit Curionem parœciacum, aut Procurionem, cum trino mare teſte, non alium quemuis gregarium ſacerdotem.

Pedemontani Senatus decretum.

Portugalliæ Curiæ Senatoria.

Ordinatio facta Geneuæ in Conſilio generali, Die. 29. Iãuar. An. 1568.

Placitũ Curiæ, die. 4. Iunij. An. 1593.

Celebre Areſtum, Pentecoſtes, ſeu die. 8. Maij. 1598.

Mulier teſtamento teſtis adhiberi vetatur. l. qui teſtamẽto §. mulier. ff. De teſtam. Et §. 6. Inſtitut. Eodem.

3 Parœciaci enim Templi ſacerdos, ſeu qui eius vices gerit, obuium quemuis Clericum ſufficere prohibetur in publicum ſuum munus alieni Teſtamenti ſcribendi. De quo, S. Conſultum Lutetiæ factum poſtridie Idus Sextiles, An. 1559., & in auditorio Præturæ Vrbanæ legi, promulgariſque iuſſum: Vtì officioſè ſanctèque in poſterum cuſtodiretur. Petro Seua, cum Vilhelmo Pouleto, hinc: & Ioſepho Marcello, cum Iana Baratta coniuge, Petri Cuuilleri priùs vidua, inde, litigatoribus. His adplicatur recens Pariſiorum Conſtitutio, in §. 289. &. 290. Omnibus itidem huius Prouinciæ Notariis præceptum eſt ab Ornatiſſ. Curia, ſedulò adſeruare Teſtamentarias ſchedas, quæ aliena auctoritate exaratæ, iis, Officij ſui ergô, adferrentur: vetitúmque ſimul, eas, ſano ſaluóque dùm teſtatore, cuiquam patefacere, exhibere. Ne hic ſupremis alterius tabulis ſibi quidpiam adſcriberet, ſaltémve vtì ſcribentis manus, calamúſque dignoſceretur. Pariſienſi Decreto. 13. Kalend. Septembres An. 1547. quod in foro Lutetiani Caſtelli prolatum fuit, ſeptimo Idus Septembres ſeq. Accommodatur huic ratio Vlpiani, inſpectionem tabularum teſtamenti, materiem falſo fabricando inſtruere poſſe. l. 2. D. quemadm. teſtam. aper. Porrò ſi, Moribus condicta Teſtamentorum formula, Regius exigatur Scriptor, bino cum teſte, defectus teſtium ſuppleri nequit acceſſione Notarij alterius Scri-

Venetorum Conſuetudine, Teſtamẽtum factum coram presbytero Parochiali tantùm, valet. Bald. in l. ſi non ſpeciali Cod. De teſtam.

Areſtum Curiæ, die. 14. Auguſti, 1559.

Curiæ Placitum, die. 10. Auguſti. 1547. *entre M. Claude des Aſſes, Conſeiller en la Court, tuteur de ſon fils, heritier de ſon ayeulle, appellant des Requeſtes du Palais: Et Claude le Mazurier, & Germain le Picart intimez. Plaidans de Thou, pour les appellantz, Robert pour les intimez, Marlac, pour M. le Procureur general du Roy.*

bæq; publici: Qui tamen duobus alioquin teſtibus æquipollere creditur Pontificia lege, Quoniam contra falſam De probat. Municipales enim Conſtitutiones fictionem non admittunt, qua, vnus idémque duorum vicem ſuſtineat: quando & veteri Roman. Iure, tabellio vni ſolùm teſti adæquaretur. l. Domitius Labeo. ff. De teſtam. l. Hac conſultiſſima Cod. Qui teſtam. fac. poſſ. Ad hæc, patrio Ritu ſtatuta Actus ſolennitas, ex præſcriptis eius verbis, nedum ſententia, impleri debet. Iaſ. in l. 2. ff. De liber. ac poſthum. Fateor vtique, probatum Baldo teſtamentum, quod auctore Sacerdote faciundum, gemino cum teſte, ex ciuicis Legibus, factum fuiſſet nullo quidem ſacerdote, ſed præſente ſepteno teſte, pro More Romano: Siue quod Tabellioni dictandum, quaterno cum teſte, ſcriptum fuiſſet coram loci Magiſtratu, teſtibus adhibitis. Iuris Reſponſo. 355. Volum. 5. Nec inficior, æquiparatum à Pontificijs ſcholiaſtis teſtamentum, quatuor hominum teſtimonio fultum, ſolenni alteri, cui presbyter publicam Operam ſuam, bino teſte, interpoſuiſſet. Panorm. ad Cap. cùm eſſes De teſtam. Et Benedict. ad cap. Raynutius In ver. teſtamentum Eod. Tit. Verùm eo Iure non vtimur, ſed Diuionenſis primùm Senatus reſcidit Burgundi teſtatoris tabulas, quæ à bino Scriba regio, nullis teſtibus, obſignatæ fuerant. Indéque tranſlata cauſæ cognitione in ſummam Pariſiorum Curiam ab ſupplicatione Principi porrecta aduerſus Iudicatum, iſtud comprobarunt PATRES Lutetiani in Tribunalitia Curiæ claſſe. Decreto. 17. Kalend. Quintiles An. 1602. poſt Interlocutionem horum Iudicum. 12. Calend. Septemb. 1599. de patrio Burgundicæ nouæ Conſuetud. Vſu turmatim à Pragmaticis referendo & explanando, in Cap. paternæ diuiſionis Teſtamentariæ futurarum hæreditatum inter liberos, coram Notario, ac gemino teſte. Rubr. De Hæreditat. Cæterùm Bleſenſi Edicto, iubentur publici contractuum Scribæ, & teſtamentorum, ſuis Chartulis deſignare parœciacum cuiúſque domicilium, propriámque adeò paciſcentis domum, ſiue teſtantis. Art. 167. Si tamen Vicus, Oppidúmve, in quo negotium geritur, Inſtrumento comprehendatur, non exiſtimo, priuati eorum domicilij, quorum res agitur, omiſſione, Actum labefactari. Nec enim pœnæ ſanctio adiecta eſt Edicto Principali, nec irritum omnino, quod ſecus fieret, vindice contemptus Lege declaratur. Atqui pœnam, quæ ſtatuta Iure non ſit, improbè exigi, conſtat. l. At ſi quis §. Diuus ff. De relig. & ſumpt. fun. Ex quo Baldus ait, pœnam haud alio caſu deberi, quàm Legibus ſpeciatim indicto. in l. 3. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Dominicus ad Cap. quanquam De elect. In. 6. Decius ad l. factum §. in pœnalibus. ff. De regul. iur. Demus enim, locum, vbi perſcribantur actorum geſtorúmque codices, his intexendum. Accur. in l. vlt. De tabular. Lib. 10. Cod. Speculat. in Tit. de inſtrum. edit. §. breuiter. Et §. inſtrumentum.

Statuta non finguntur, nec ciuiliter, ſed naturaliter propriéq;, citra extenſionem, intelliguntur. Ex Not. in l. ſi verò §. de viro. ff. ſolut. matrim., In Clem. Statutum De elect. Bart. in l. quicquid adſtringendæ. ff. De verb. oblig.

Areſtum Parlamẽti Burgundiæ, confirmatum Pariſienſi, die. 15. Iun. 1602. *ſur Requeſte ciuile contre led. premier Arreſt euoquee.* Dn. Gilloto litis relatore pendentis inter Antoniam *de Remurey* viduam Dn. *de Rully*, teſtatoris, & Gaſparem *de Tintry*, eiúſque vxorem, defuncti hæredes. Poſt interlocutorium Areſtum die. 21. Auguſti 1599. informãdi per turbas de modo vtẽdi Burgun. noua Conſuet., quoad ſolennitatem Teſtamentorum ibi deſcriptam.

Edict de Blois, de mettre en tous Actes la paroiſſe de la demeure des parties, & l'heure du paſſement deſd. Actes, deuant Midy, ou apres,

inſtrumentum. Communi equidem Iure, nil neceſſum fuit, publicis Chartis minutula loca, domiciliáque eorum peculiaria attexere, qui negotia inuicem contraherent. Bart. in l. de pupillo §. qui nunciat. ff. De nou. oper. nunciat. Alberic. Roſates in l. lecta D. ſi cert. pet. Et in l. libellorum. ff. De accuſ. Quæ ſententia, Burdigalenſi Deciſ. 33. Boërij Præſidis, adiuuatur, & Tholoſani Archiepiſcopalis fori Deciſ. 491. Similiter olim, quùm teſtamento Dies & Conſules adiecti non eſſent, nil nocebat, quò minùs illud valeret. Vt Herennius Modeſtinus Lib. 3. Regularum notaſſe reperitur, in calce Cod. Theodoſ. HOLOGRAPHVM præſertim patris teſtamentum, æquè ratum erat ſine Die ac COS., ac quoduis aliud viui hominis Chirographum: de quo, Scæuola, in l. penul. §. idem quæſiit De pignor. Verùm id Iuſtinianea ſuſtulit Conſtitutio noua, quaſque parens inter liberos ſua manu ſcripſerit, ſubſcripſeritque, tabulis fidem abrogauit, niſi iis tempus ſimul inſeratur. Nouellæ verba ſunt hæc. * Βουλόμεθα, εἴ τις γράμματα ἐπιστάμενος, μεταξὺ τῶν αὐτοῦ παίδων βούλοιτο ποιήσασθαι διατύπωσιν, πρῶτον μὲν αὐτοῖς προγράφειν τὸν χρόνον. &c. Vnde claſſici Legum profeſſores irritam putant, luſoriámque patris inter ſuos teſtationem vltimam, cui Dies & Princeps additi non ſint, tametſi illius manu exaratam prorſus, ac ſubſignatam. Bald. in Authent. Quod ſine Cod. De teſtam. Et Alexand. in Reſpon. 123. Volum. 1. Quinetiam primitùs teſtamentis inſcribi ſolitum Diem & COS., docet Tranquillus in Octauio, Cap. 101. Ac Vlpianus, l. 2. §. diem autem D. quemadm. teſt. aper. Cum l. 3. Cod. Eod. Pari tamen de quæſtione Teſtamentaria, Lutetianus Senatus decreuit, plenius conſilium ineundum: Quindecimo Kalend. Apriles, An. 1596. Holographo pariter, de quo ſ., teſtamento neceſſarij teſtes non fuêre, Nouella Valentiniani leg. 2. De teſtam. Sed hoc ita cautum, niſi teſtator teſtium præſentiam elegiſſet: quam planè cum delegiſſe hinc apparet, quòd ſigna teſtium, quos poſtea nominaret, adhibiturum ſe ſcripſerit. Vti rectè interpretatur Iac. Cuiacius, Conſultat. 55.

Locus loci neceſſariò non eſt apponédus Inſtrumento.

Deciſio Capellæ Tholoſanæ.

Regul. Lib. 3. ſub Tit. De bon. libert & De Teſtam.

In Authent. De Teſtam. imperf. Cap. 1.

* Volumus, ſi quis literas ſciens, inter ſuos filios voluerit facere diſpoſitioné, primùm quidem eius ſubſcriptione tẽpus declaret, &c.

Appoincté au Cõſeil en la grand Chambre le 18. Mars. 96., sur le teſtament ſcript & ſigné par Iacqueline de Rohan, Marquiſe de Rotelin, entre ſes enfans, le Duc de Longueuille, & la Princeſſe de Condé.

Valentiniani Nouella, de Holographo teſtamento.

4 LINGVA nuncupato hærede, Teſtamentum non ſcriptum ferebat vetuſtas: ab Cæſarea Theod. & Valentin. leg. Hac conſultiſſima §. per nuncupationem De Teſtam. & Pariſiorum Conſtitutione priſca, Art. 96. Sed veluti Sicilia tota, in literas redigitur à Notariis NVNCVPATIVVM, quod vocant, Teſtamentum, ſepteno etiam teſte vulgò ſubſignante: Sic Gallia noſtra explodit vltimas morientium teſtationes, nuncupationis formula editas abſq; conſignatione literarum. Vt Molineus ſubnotauit, in Niuernenſem Conſuet. Cap. 33. Art. 13. Idq; Pariſienſis Curia iudicio decidit in mediis forenſium cauſarum Actionibus, poſtridie Nonas Iunias, An. 1594. Victore, Geraldo Brueilhio, tutore minorum annis, qui ab Orilliacenſi Aruerniæ Supp̃ræfecto Curiam appellarat: contra Ianum Salletzium, ex aduerſo, litigatorem. Imò nec teſtium fide ſuppletur, omiſſa ſcri-

Nuncupatiua teſtamenta.

Matthæi Neapolitana Deciſ. 166.

Areſtũ die 6. Iunij. 1594. Amaritone, prouocantis, *Du Lieuten. d'Orillac, en Auuergne*, & Brouquino, prouocati, cauſidicis.

Digitized by Google

pto Teſtamento ſolennitas patria hæc, teſtatori perlectum ipſum fuiſſe. Quod Molineus vtique à Senatu definitum perhibet, in §. 68. Senonen. Conſuet. Nequicquàm obſtāte Vlpiani ratione, in l. fideicōmiſſa. ff. De legat. 3. Diuerſa cauſa eſt internecini militum, caſtrēſiſq; Teſtamenti, quod * ἄγραφον, militaria priuilegia ſuſtentarūt. Cōſtantiniana leg. milites Cod. De teſtam. milit. Cui mirè conſonum Galliæ vſum notat *Conſuetudinarius* Francorum Liber antiquus, & refricat Molineus ille, ad cit. Artic. 13. Vtcunque rurſus Itali presbyteros auerſentur, alieni ſcriptores Teſtamenti, quàmlibet pij. Bald. ad l. in fraudem §. ſi quis. ff. De teſtam. milit. Decius, in Reſpon. 120. Galli certè ſua Teſtamenta ſanxerunt, Sacerdotis auſpiciis condita, quaſi Tabellionis. Nam & veteri Tholoſatium More, qui Romano alioquin Iure vtuntur, VLTIMVM TESTAMENTVM VALET, ADHIBITIS DVOBVS, TRIBVSVE TESTIBVS, PRÆSENTE CAPELLANO, VEL SVBCAPELLANO, ETC. TANQVAM SI IN NVMERO TESTIVM ESSET IVRIS SOLENNITAS OBSERVATA. Qualem Pontificiæ Legis ritum, Gallis familiarem teſtatoribus, indicat Oldradus: qui Auenione, ſanctiori in Aula, Iuriſperitus emicuit, ſub Annum. 1325. In Reſpon. 248. Nec ita pridem, Lutetianæ Curiæ probata eſt, Auenionenſis ciuis vltima teſtatio, minùs ſolennis, Iure Quiritum: ſed cui, Pontificia in Ditione, ac Imperio ſcriptæ, ſufficeret Canonica formula, ſacriſque Pontificum regulis præfinita. Areſto propalàm recitato, 7. Idus Septembres, An. 1592. Vtriſque verò pariter inhibetur, curionibus Templi, ac Notariis Principum: ne ſibi priuatim legatum Teſtamento adſcribant, cui ſuam interponant auctoritatem. Bituricæ Conſuet. Tit. De teſtam. §. 17. Nouiodunenſis ad Ligerim §. 12. Rubr. ead., Ac Regiis Edictis, Aureliæ, §. 27. Bleſorúmque, Art. 63. Quibus affines Eburonum Conſtitutiones ſubnecto, in Cap. 7. De approbation. teſtam. Art. 1. Iniquum eſt enim, quempiam rei ſuæ auctorem fieri, & ſuam in rem negotiis auctoritatem accommodare. Vt Ciuili Iure proditum comperimus. Vix eſt autem, vt eius auctor ſcriptorque teſtamenti habeatur Tabellio, quod huic teſtator, calamo exaratum domeſtici Amanuenſis, à ſeque ſubſignatum oſtenderit, perlectúmque ſibi denuò à Tabellione, recognorit. Tùm enim recognitionis modò Teſtamentariæ fidem facit ſubſcriptio Notarij, non teſtamenti quidem, abſente eo priùs conſcripti: quod planè imperfectū erat, nec purè * ὁλόγραφον Moribus noſtræ huius Ciuitatis. Vnico namque Actui duplex adhibita permixtim Solennium formula, ſed imperfecta vtraque, non conſtituit Actum perfectum. L. vn. Cod. Qui num. tutel. l. ſpadonem §. qui iura. ff. De excuſ. tut. l. 1. §. vlt. ff. De vacat. muner. Nihilò tamen ſeciùs, eiuſmodi teſtamentum valere, poſt multas varietates obtinuit: Iudicio PATRVM CONSCR., Kalend. Februar. An. 1597. quùm teſtatoris voluntas, maturè perpenſis eius tabellis, indéque multiplici circunſtantiarum

* non ſcriptum.

Lib. 2. *du Grand Couſtumier de France, en pays Couſtumier, deux, ou trois teſmoins ſuffiſent en vn teſtament, lequel ſans teſmoings ne vaut, ne mie teſtament eſcript de la propre main du teſtateur, s'il n'eſt Cheualier, & qu'il ſoit en cas perilleux, comme au conflict de la guerre.*

Tholoſæ Conſuetudo ſcriptis redacta An. 1285. Mandato Philippi. 3. Regis, An. 1283.

Boërius in §. 1. De teſtam. Bituricę Cōſuet. ait, Francico More ſeruari in teſtamentis Canonici Iuris ſolennitatem, & duos teſtes ſufficere.

Decretum Curiæ, *en robe rouge*, die. 7. Septemb. 1592. *touchant vn Teſtament faict en terre Papale*, ex Cap. relatum, & Cap. cùm eſſes De teſtam.

Ordonnan. du Liege.

* Scriptum ſubſcriptúmque manu teſtatoris.

Duæ ſolennitates Actus, imperfectæ, licet permixtæ, non faciunt actum perfectum.

Placitum Curię die. 1. Feb. 1597. *sur procez party en la grand Chābre, & departy en la. 2. Chamb. des Enqueſtes.*

Digitized by Google

ſtantiarum ſerie, Iudicibus liquidò patuiſſet. Senatus enim, liberis Iacobi Thuaudi, legatarij, Annuum æs addixit, teſtamento relictum Matthæi Machecoi, ſacri Sodalis in Lutetiano phano maiore: deuictis huiuſce hæredibus Iacobo ac Petro Renaldis. Dn. *Dufour*, litis in Curia expoſitore.

5 PARTAM vtique executionem habet ſcriptus à Regiis Notariis Teſtamenti codex: ſed à Parochis exaratus, non habet. Quemadmodùm hæc bellè diſtinxit olim Meſnilius aduocatus Fiſci, in publica, apud PATRES Pariſienſes, Teſtamenti diſceptatione, quod Regius Tabellio conſcripſerat. Vſqueadeò, vt Senatus, pendente falſi quæſtione, & aliorum, de quibus teſtamento huic oppoſitis non liquebat, ſuas cuique res legatario adiudicarit. Vindiciario decreto. 4. Kalend. Nouembr. An. 1556. Cui haud inconcinnè reſpondet Romana Lex, Si in fraudem Cod. De legat. l. vlt. Cod. De petit. hæredit. l. ſi teſtamentum D. eod. l. 2. Cod. Ad Leg. Cornel. de falſ. Eadem obtinent in ſupremis tabulis, decennio ante obitum conditis: Quas haud ideo infirmari voluit Iuſtinianea Lex, Theodoſianæ abrogatrix. Exin Senatoria etiam decuria, quæ Lugdunenſibus iuridicis Conuentibus præſedit An. 1596. ſecundùm tabulas pronūtiauit Teſtamentarias, quę, vicennio integro, cum biennio, conditæ fuerant ante interitum teſtatoris. Decreto pridie Idus Octobr. d. An. 1596. inter Hugonis Valentini hæredes legitimos, pro quibus à publicatione teſtamenti prouocantibus dixit Garnerius: & Annam Buzilletam Valentini viduam mulierem, ac Franciſ. Valentinum fratrem, hæredes ſcriptos, quorum Robertus patrocinium obijt. Subiunge his, Principalem anulum Caſtelli Pariſiorum, quo obſignantur Teſtamentaria Notariorum inſtrumenta, priuilegio Fori ſubnixum eſſe peræquè, ac ſi viuorum Pactitiæ chartulæ eo Principis ſigno comprobarentur. Quo de negotio, in Senatu à claris Oratoribus certatum fuit, tertio Kalend. Maias, An. 1557. quùm Vergneus pro hærede contenderet, aliam Teſtamenti, aliam Pacti in hoc genere rationem conſtituendam. Illud quippe, vnius: iſtud, duorum voluntate compactum teneri. Conditorem teſtamenti nullatenùs obligari eo, quod, ad extremum vitæ ſpiritum vſque, delere poſſit. Ei inſuper hæredes, ceu inteſtato, ſuccedere, omiſſa teſtamenti cauſa. Geleus, contrà, pro legatariis, Forenſe ius Præfecti Vrbi, Recuperatorium, ex Regio ſigno Pariſienſi, rebus tributum eſſe, non perſonis. Inde poſtremis quibuſque morientium Mandatis, quæ Anulo iſto conſignantur, reſeruari ſolitam diſertè Pariſienſi Iuridico ratiociniorum cognitionem Teſtamentariæ curationis, & executionis. Æquam enim delegatæ Iuriſdictionis vim ineſſe Teſtamentis, ac Contractibus, ab Anulo Principali, quo vtrumuis obſignetur. Argum. l. ſeruum filij §. cum qui chirographum. ff. De legat. 1. l. qui chirographum. ff. De legat. 3. Quin & hæres videtur contrahere, ac paciſci, cùm adit hæreditatem, Le-

Areſtum prouiſionale, die. 29. Octob. An. 1556 Roberto, legatarij vniuerſalis defuncti Archiepiſ. Viennen. Et Boucherato, hæredis, cauſidicis.

L. Sancimus De teſtam. In Cod Iuſtin. , derogans Legi. Ne quis Eod. Tit. in Cod. Theodoſ.

Prouiſionale Areſtū in Magnis diebus Lugdunenſ. die. 14. Octob. 1596. *portant Appoinctemēt à informer du faict des Appellans touchant l'empeſchement donné au deffunct par les inthimez de teſter de nouueau. Et que cependant ſon teſtament faict. 22. ans deuant ſa mort ſortiroit effect.*

Die. 29. April. 1557. *Plaidoyé, & Appoincté au Conſeil, touchāt le priuilege du Seel du Chaſtelet de Paris, tāt pour les teſtamens, que pour les cōtracts.* Quo de priuilegio, Nos ſuprà, in Præfat. Oper.

A Contractibus, ad Teſtamēta, ducitur argumentum.

gibus nimiùm tritis. Peroratam cauſam, cui Burdinus, Fiſcalis patrohus, acceſſerat forenſis Priuilegij ſuffragator, Curia Maxima reuocauit ad deliberationem pleniorem.

Huic etiam, in defectum mobilium, & acquiſitionum, licet teſtaméto diſponere de quinta hærediorum parte. Cóſuet. hoc Textu relatis.

Qva ætate ſupremam voluntatem teſtari poſſint mares, vel fœ- 6
minæ, videamus. Major. 20. annis, vtì ſua de re mobili, ſolivè quæſi- 7
ta, legaſſit, ita ius eſt: De hæreditariis autem fundis, teſtari infra viceſimum quintum annum, licet nemini. Art. 293. Pariſien. Conſuetud. Cui Turonum Mos conſonat, §. 324. ac Meloduni Senonum, 247. Haud minorem ætatem Veromandua Lex teſtatoribus adſignat. §. 59. & Stampenſis, Belciæ, 103. Aurelianenſis, 293. 294. Peronenſis, 164. Belgarum item Samarobrina, quæ literis prodita fuit Quarto Kalend. Majas, An. 1574. Pictonibus verò, & Vnellis Perticenſib. teſtamenti factio eſt de latifundiis, maribus viceno, fœminis duodeuiceno ætatis anno. Pictauenſ. Conſuet. Art. 276., ac Perticenſis §. 131. Itaque Teſtamentaria de lite, ex Pictonum Municipio, interfatus fertur Ampliſſ. Ordo, teſtatoris ætatem ſibi adprobari à litigatoribus oportere. Areſto Kalend. Decemb. An. 1559. in pomeridiana cauſarum diſſertatione forenſi; quùm pro appellante, Canayus, & pro aduerſa parte, Vilcotius, vtrinque dixiſſent. Porrò Mechlinienſes Brabantiæ, mares poſt decimum octauum, mulieres poſt. 16. annum, liberè decernunt Teſtamento de Mouentibus ſuis, ac rebus Prædiariis, nullo auſpice Tutore, vel Curatore. Vt Mechlinienſi Conſuetudine paret, è Theutonico in Latinum ſermonem traducta à Petro Nannio Alcmariano. Sed qua in Prouincia nullum tempus ætatis præſtituitur ſpeciatim teſtamento condendo, in Meldenſi putà, locus relinquitur legi Romanæ: & peculiari, omiſſa, communi Iure ſupplentur. Sicuti de teſtamento Meldis facto, Cvriæ Conscripti iudicarunt. Iordano, Principis in Senatu Conſiliario litèm exponente, 7. Idus Ianuarias. An. 1581. In. 1. Claſſe Inquiſitionum Curiæ, cæteris conſultis Claſſibus, & ſentétiam rogatis. Demus inſuper, Biturigem quendam, duodeuiceſimo Anno, teſtatum, pro More ſuo Municipali: Vltima nè voluntas iſthæc trahetur ad res Pariſienſes, quarum Lege prædiaria, minor. 25. annis ſtatuere de fundis ſuis prohibeatur teſtamento? Ambigendi cauſam adfert prouincialium Conſtitutionum diſcrimen varium ac multiplex. Quæ enim in perſonam conceptæ ſunt, vtpotè de perſonarú ætate & capacitate, ad omnia porriguntur Territoria. In rem verò ſcriptæ, Municipij ſui, cuius ſolo res inhæret, finibus concluduntur, nec in externum aliud vim ſuam proferunt. Notò Bartoli axiomate, in leg. 1. Cod. De ſum. Trinit. Contrà autem, diſſeretur, Municipij cuiuſque Leges, Agrarias indiſcriminatim cenſeri, appellari: nec vnius fundos Prouinciæ, alieno Prouinciali iure tractari, adminiſtrari. Ciuilibus præſertim Inſtitutis Pariſiorum, minori. 25. annis interdici teſtatione vltima de patrimonijs ſuis: ac de comparatis itidem; certo caſu ac peculiari. In hanc demùm poſteriorem

Conſuet. *de Peronne, Mondidier, & Roye.*

Cameracenſium Mos ſcriptus, aut reformatus, die. 28. April. An. 1574. Art. 5. De Teſtam.

Interlocutorium Placitú Curię, die. 1. Decemb. 1559.

* *Malines.*

Meaux.

Caſus Statuto omiſſus remanet in diſpoſitione Iuris communis. Leg. vlt. Cod. De teſtam.

Curiæ Placitú, die. 7. Ianuar. 1581 *entre Iehan & Iehdue Deſchamldez.*

Bituricæ Conſuet. Art. 1. De teſtam, Maior. 18. annis liberè teſtatur de omnibus bonis.

De Statutis in perſonam ſcriptis, vel in rem conceptis, Vide ſup. Tit. 1. huius Lib. 2. Art. 3. & 4. Tum noſtro Lib. 2. De Priuileg. Ruſtic. Tit De ſociet. pecor. paſcen. Art. 4.

Nempe ſi Acqueſtus ex Hæredijs facti ſint, & Hærediorum vicem ſubeant.

Digitized by Google

poſteriorem ſententiam Lutetianos PATRES coiïſſe memini identidem compluſculis Præiudicijs. Quinimo in popularibus Pariſiorum Comitijs ciuicos Mores reſtituentibus An. 1580., exploſa fuit Cleri poſtulatio, de libera teſtamenti factione puberum Monachorum: Qui ſexto decimo ætatis anno, idonei Monaſticis votis habiti Tridentina Synodo, Edictóque Bleſenſi, viderentur ſimul ad poſtrema ſua ordinanda habiles deſignati, ceu maiores annis ſeculo Mundoque emigrantes. Argum. l. Quod pupillæ D. quan. di. leg. ced. l. Hæc conditio, ſi nupſerit ꝟ. De condit. & demonſtr. Quod ſubindicat etiam Bleſen. Conſtitutionis Artic. 28. Verùm etſi Lege Conſtantini Cæſ., apud Sozomenum, teſtari licuerit impuberibus adeo Religioſis, Leo Philoſophus eam Legem abrogauit, Nouella. 6. Tribunis quoque militum pupillis adempta eſt teſtandi poteſtas Iuſtinianeo Reſcripto vlt. Cod. De milit. teſtam. Sic Lutetiæ pariter, ſupplicem illum libellum ſacrati Ordinis oppugnante Nobilitate, cum Plebe prouinciali, inconcuſſa manſit Annaria Lex Teſtamentaria Pariſiorum, nullo quàmlibet eximiæ perſonæ delectu atque diſcrimine. Vti expreſſum eſt actorum Renunciatione in emendanda Conſuetud. Pariſienſi.

Tridentini Concilij Seſſione. 25. Decreto De Regularib. Cap. 15.

Sozom. lib. 1. Cap. 9.

Proceſſus verbalis nouæ Conſuet. Pariſien.

7 DE ſtatu teſtatorum, & queîs teſtamenti factio non ſit, diſpiciamus. Qui in poteſtate parentis eſt, teſtamenti faciundi ius non habet in Prouinciis Gallicis, quæ vulgò vtuntur Lege Quiritum. Ita, vt quamuis pater ei permittat, nihilo magis tamen iure teſtari poſſit. Gaij l. 6. ꝟ. De Teſtam. Vnde nec ratum eſt filiæ viro elocatæ, viduæuè ſupremum elogium, patre viuo. Bald. Salycet. & Angel. ad leg. Senium Cod. Qui teſtam. fac. poſſ. Iuxta Bartoli Reſponſum. 130. Queîs conſentaneum Subalpini Senatus decretum ciet Antonin. Theſaurus, prolatum Nouemb. Menſ. An. 1576, In Taurinēſi Deciſ. 150. Hodie verò Gallica filia, contractis nuptiis, emancipata cenſetur, ſolutáq; patris poteſtate, iiſdem in Municipiis, quæ parent Iuri Romano. Nam, etſi nupta puella, minimè eximeretur olim patrio imperio, ac poteſtate, l. 2. §. 1. l. quoties D. ſolut. matrim. l. ſi vxorem Cod. De condit. inſert. l. 1. ꝟ. De liber. agnoſc. l. filiæ, licet maneat in ſacris Cod. De collat. Lugdunenſis certè Proprætor nuper vxoriam viro addixit hæreditatem, vtpotè hæredi à coniuge inſtituto, quæ ſoſpitem patrem habebat. Sententia. 6. Idus Quintiles, An. 1591. lata ſecundùm Ioh. Baptiſtam Buiſſonium, maritum: aduerſus Meraldum Carletum teſtatricis genitorem. Quo inde Senatum prouocante, audio, hunc Senatorio rurſus Præiudicio ſuperatum. Tantumdem, Curiæ decreto vltimo, deciſum eſt poſtridie Nonas Apriles, An. 1594. pro Antonio Fabro, qui à Matiſconenſi Suppræfecto eandem appellarat, contra Andræam Gratierum, vxorem, & liberos, è diuerſò, contendentes. Hiſpanica itidem Lege Regia, ſoluitur patria in liberos poteſtas, ex die initi ab his matrimonij. Couarruuia teſte, in Tract. De coniugalis

Pedemontani Senatus Deciſio.

Nupta dicitur eſſe in poteſtate mariti, quòad debitū carnis, & operas. l. ſicut. ꝟ De oper. libert. Vel quòad decētiā, potiùs quàm Iuris rigorem. Can. mulierem, 33. quæſt. 5. Faber in leg. 5. Cod. de condit. inſert.

Lugduuenſis Sententia, die. 10. Iulij. 1591. *Sur l'ppel de laquelle, il y a vn Arreſt interlocutoire d'informer des faicts de ſuggeſtion du teſtamēt ſeulement.*

Areſtum Curię, Die. 6. April. An. 1594.

Leg. 47. Tauri,

Digitized by Google

Tholoſæ Conſuetudines redactæ ſcriptæque An 1285 Februar. Menſ. Cum Iohannis De Caſaveteri, in eas Commentarijs.

contractus effectu. Ne ſimilia Tholoſatium Inſtituta nos remorétur. Tit. De emancipation. Inſuper Cœnobium ingreſſuri, fortunas ſuas licitè diſponunt Teſtamento. §. illud Authen. De monach. Sed hoc, patrij Iuris Solennibus obſeruatis. Vt vult Salycet. in Authen. ſi qua mulier De Sacroſ. Eccleſ. Quam autem Romanæ ſanctiones Teſtamentis præſcribunt, ſolennitate non tenétur profeſſuri Monaſticam religioné. Bartol. in l. 1. eod. Tit. & cit. Authent. ſi qua mulier. Panor. ad Cap. in pręſentia De probat. Cum Decij Reſponſo. 31. Pręterea nothi liberi habent Teſtamenti factionem Francico More, & Mechlinienſi Belgico. Vnde Municipalis hæc Mechliniæ Lex ſpurios duntaxat, & adulterinos dempſit. Cap. de liberis illegitimis. Reliqua verò in Brabantia, naturales liberi teſtari vetantur, niſi exorato priùs idcirco Duce Brabãtino, & Principali venia gratiáque à Ratiociniorum Præfectis excuſſa. Vti Nicol. Euerardus memorat, in Belgico Senatu apud Mechliniam Præſes. Iuris Reſponſo. 220. Peregrini ſimiliter, Neapolitano in Regno, niſi annuente Principe, non teſtantur: quibus alioquin Fiſcus in bona ſuccederet. Conſtitut. Neapolit. *De Officio ſecreti*, & Yſernias nuncupatim, in Ærario Neapolit. Conſtitut. Quamuis autem pari iure vtantur Galli Reges: Hebræis certè, Galliarum incolis piè indulsêre, vt qui Chriſtiano baptiſmate loti, omnibus antea exuebantur opibus ac copiis, eas non modò retinerent in poſterum, ſed vltimis quoque tabulis pro arbitratu diſponerét. Francici de eo Diplomatis verba ſic referuntur. KAROLVS *Dei gratia Francorum Rex, Notum facimus &c. Quòd quadam Conſuetudine, vel vſu, qui in Regno noſtro, & pleriſque Mundi climatibus diutius inoleuit, dum aliqui ſectam tenentes* IVDAICAM, *ab inde curant ſecedere, Spiritu illuminati diuino, & Fidei orthodoxæ, ſacrique Baptiſmatis recipiunt ſacramentum, bonis, quæ prahabebant, nudantur omnino, & ſic ſuis viduati rebus, efficiuntur & remanent pauperes, & inopes: Vnde interdum accidit, quòd tales, qui antea locupletes erant, ſe cernunt egenos, & quoſdã ex eis vitã quaſi quærere mendicatim: ex quo, in priſtina deuia relabuntur, ad vomitum damnabiliter remeando, in ſuarum, proh dolor, animarum perniciem. &c.* NOS *edicimus, ordinamus, & conſtituimus, irrefragabiliterque ſancimus, quòd deinceps, cùm aliquos vtriuſque ſexus* IVDÆOS, *Regnũ noſtrum tam in Gallica, quàm in Occitana linguis pro nunc, vel in poſterum incolentes, continget ſancti Spiritus infuſione, & gratia illuſtrari, ac ſacri Fontis unda renatos apertis luminibus cordium eorumdem ſuum verum agnoſcere creatorem, per huiuſmodi operationem tam ſalubrem, & meritoriam, quæque ſic agentibus debet fore vtilis, non nociua, nullis ſuis mundanis rebus, aut bonis debeant aliqualiter ſpoliari, etiam nec quouiſmodò priuentur, quantorumcunque exiſtant pretij, & valoris: quin potiùs eaſdem res, & bona habere, tenere, & explectare, de ipſiſque liberè ad ſuum diſponere libitum valeant, ſibique ſit licitum, & permiſſum, perinde ac ſi poſt præmiſſum actum bona, & res acquiſiuiſſent prædictas, aut ad eos iuſtis ex titulis perueniſſent: prætacta Conſuetudine, ſiue vſu, aliiſve Conſtitutionibus, Ordinationibus, & Statutis generalibus, aut localibus Regni noſtri, & mandatis contrariis nullo*

In Brabãtia, baſtardi ius teſtandi non habẽt, niſi Ducalem teſtandi licentiam, in Camera computorum mediante compoſitione interinatam, impetrarint.

Eſtrangers, non naturaliſez.

Charta Regia, pro Iudæis in Francia degentibus.

Nonnulla in hunc ſenſum de Iudæis ſcripſimus Lib. 3. ſacræ Polit. foren. Tit. 1. Art. vlt.

Digitized by Google

nullo modo obſtantibus in hac parte. &c. Die Veneris ſancta. 4. April. An. 1392.

8 COMMENDATVR legibus, teſtatoris iudicium ſuos vocantis, aut reuocantis in iura legitimarum hæreditatum. l. hac conſultiſſima §. vlt. Cod. De teſtam. l. vel ſingulis. ff. De vulg. & pupill. l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus hæres vindicare nolit hæreditatem meam. ff. De hæred. inſtit. Filias putà, quæ, dotæ contentæ, paternam hæreditatem repudiarint, licet patri, abſolutè hæredes agnoſcere. Sinautem patriis Cõſtitutionibus excludantur ipſæ, aut vlterioris gradus agnati, hæreditate legitima: Tunc teſtatori fas eſt, ſucceſſoriũ in ius reuocationis titulo, illis tantũ dare, legare, quantũ plurimum Lege capere exter quiuis Teſtamento poſſet. Vti à Baldo & Iaſ. animaduerſũ fuit, in l. vlt. Cod. De Pact. Et à Molineo, ad §. 258. Cenom. Conſuet. Quod procedit etiam, ſi Lex Municipij vetet, eos cum aliis hæredes ſcribi, qui propinquitatis gradu iis poſtponantur. Auctore eod. Molineo, ad §. 6. De Hæredit. Leporeſiæ Bleſorum Conſuetud. peculiaris. In Gallia potiſſimùm, quæ Moribus regitur, Teſtamenta pro Codicillis habentur, hæredíſque inſtitutio aut perrara eſt, aut obliquè in legatũ deriuatur, ac fideicommiſſum. Petri Perticẽſis teſtimonio, in l. 1. Cod. De ſacroſanct. Eccleſ. Cum Art. 299. Pariſien. Morum. Quò non inſulſè refertur Sceuolæ reſponſum, in l. 76. D. Ad S. C. Trebell. & Ælij Martiani, in l. filiusfamil. §. vt quis hæredem. ff. De legat. 1. Quibus confine Senatuſconſultum eſt, factum quarto Idus Apriles, An. 1559. ex Syluanectenſi Prætura. Huic itidem conſequens alterum, ſolenni ritu Præſes recitauit Preuoſtus, Nono Kalend. Apriles, An. 1567. Expromptáque in id voluitur Antiſſiodori Conſuetudo, Art. 227. Quoties tamen prouincialis Mos occurrit Actui, irritúmque eum ſancit omnimodò, is nihilum tunc operatur. Hæredis putà inſtitutio; quæ Victriaca Lege Campaniæ inhibetur, nec vim obtinet legati, aut fideicommiſſi. Molineus, in §. 101. Victriacæ Conſuetud. Porrò ius repræſentandorum patrum, quod teſtator, inferioris gradus cognato, indulſerit, mutabile fit eiuſdem nutu, & arbitrio: Interuenientium autem huic Actui conſenſus reuocari nequit pœnitentia mutationéque voluntatis. Molineo ſcriptore, ad §. 249. Aurelianen. Legum. Ac ſemel certè vni conceſſum vlteriori propinquo, omnibus prodeſt paterni gradus exprimendi beneficium: niſi aliter Municipij lege cautum ſit. Molin. in §. 139. Bleſen. Morum. & 75. Antiſſiodorenſium. Haud ſecus ac, qui vxoris vterum vir nuncuparit hæredem, vocaſſe creditur non vnum modò, ſeu * κυοφορούμενον, ſed plures, ſi ex illa naſcantur. Vlpiani Leg. 4. & 5. D. de liber. ac poſthum. Vnius enim inſtitutio poſthumi, plures Iuris interpretatione complectitur. l. cùm inter veteres Cod. De fideicommiſſar. libert. His commodè attexuntur Prudentũ reſponſa, in l. Clemens patronus. ff. De hæredib. inſtit. l. qui filiabus §. 1. ff. De legat. 1. l. ſi quis ita dederit §. 1. ff. De teſtam. tut. Vice verſa, prælegatum, quod vni ex hæredibus certa de cauſa adimi-

Rappel aux ſucceſſiõs, aliquãdo valet iure directo, alias obliquè trahitur ad legatum.

Couſtume locale de la Chaſtellenie de Leproux, & Bouge, au Bailliage de Blois.

Areſtum Curiæ, *prononcé en robbe rouge,* Die. 10. April. An. 1559. *ſur l'appel du Lieutenant du Bailly de Sẽlis à Põtoiſe, touchãt le rappel faict par l'oncle de ſes Nepueux en telle part, que leur pere euſt peu ſucceder.*

Alterum Curiæ placitum, die. 24. Mart. 1567.

Le Rappel eſt reuocable, & accordé à l'vn, eſt commun à tous, s'il n'y a Couſtume au cõtraire. At ſemel conſentientes *à vne repreſẽtation, ou rappel,* non poſſunt pœnitere: dempto eo, de cuius ſucceſſione agitur.

* qui in vtero geſtatur, poſthumum.

Digitized by Google

tur, reliquis eandem ob cauſam ademptum exiſtimatur. Bart. in l. alteri. ℼ. De adim. legat., Haud, deſultoria verò leuitate, reuocata præſumitur paterna filij exhæredatio ob patriam poteſtatem in contrahendis nuptijs ab iſto neglectam atque proſtratam. Vtut enim, exhærede iam ſcripto filio, pater nurum beneuolè ac comiter exceperit domo, & cum ea gnatum lautè ſplendidéque epulari apud ſe paſſus ſit, non tamen idcirco prioris eum voluntatis pœnituiſſe videtur, noxiæque pœnalem exhæredationem, placatis animis, filio condonaſſe: Cuius ſcripturam cenſorij Iudicij ille non interleuerit. Papiniani ratione à contrario ſenſu deſumpta, in l. Ex parte. ℼ. De adim. legat. Atque vt admittamus, diſſimulatione aboleri iniuriam, remiſſámque ex pœnitentia recoli non poſſe. l. non ſolùm. ℼ. De iniur. Hoc de ſæuo quidem capitalis vltionis ſtudio, velut hoſtili, accipiendum eſt; quod mutuo familiari colloquio, conſuetudine, menſáque communi depoſitum planè exiſtimatur. At quanti pecuniariè interſit, offenſum grauiuſculè, ac ſuos indemnes præſtari, id remiſſum Lege non conijcitur. Cap. in noſtra De iniur. Sepoſito eo, quòd mediocris offenſæ nomine legatum ademptum, conciliatis poſtea animis, redeúntéq; in gratiá legatario, redintegratur. Vlpiani leg. 4. ℼ. De adim. legat. Quarè Senatorij patrũ PATRES ac vindices, qui domeſtica parentum in filios Diſciplina publicam contineri, ſtatumque Reipub., cenſuerunt, abdicatum à patre filium, vt. ʒ., petitione hæreditatis paternæ ſummouêre. Decreto. 3. Nonas Quintiles An. 1597. Dn. Aleaumo litem recenſente in. 2. Claſſe Curiæ Inquiſitoria, poſt exploratam ſigillatim Claſſium aliarum ea de re controuerſa ſententiam.

Diſſimulatione tollitur contumelia, quoad rancorem animi, non quoad effectum ciuilem de l'intereſt de l'offence & iniurie.

Areſtum Curiæ, die. 5. Iul. 1597. in. 2. Camera Inqueſtarum, au proffit de Marc de Maurel & Damoyſ. Marguerite de la Riuiere ſa femme intimez, Contre Pierre de la Chauſſee & ſa femme, parauant veufue de Charles de la Riuiere tuteurs des enfans mineurs dud. deffunct & d'elle appellans d'vne Sentence du Bailly de Beaumont ſur Oyſe du. 17. Octob. 1595.

PVRA vtique fideicommiſſa nominatis ſolis obueniunt, nec patris ſuccedaneũ in ea gradum locúmue retinẽt filij: quo, nepos ex fratre, ad paria, cum patruo, redigatur. Herennij Modeſtini leg. cùm ita legatur §. in fideicommiſſo. ℼ. De legat. 2. l. vlt. Cod. De verb. ſignif. Bartol. ad l. ſi cognatis. ℼ. De reb. dub. Tametſi illa majorum repræſentatio aliàs vulgò vſurpetur in hæreditatibus, & iis quæ hæreditario iure deferuntur. §. cùm filius Inſtitut. De hæredit. quæ ab inteſt. Et Authent. Poſt fratres De legit. hæred. Enimverò ceſſat fideicommiſſorum regulà tùm iſthæc, quùm teſtator plures gradatim ad fideicommiſſum ſic inuitarit: vt quo, inteſtati, eo modo fideicommittentis in bona ſuccederent. Tunc namque, poſteriùs nominati, in ſubſtitutionem concurrent vnà cum filiis beneficio patrum repræſentandorum. Quippe qui legitima agnationis coniunctione ſimul nexi, faciant ſibi partes concurſu ipſo, cum filiis teſtatoris. l. re coniuncti. l. coniunctim. ℼ. De legat. 3. Id quod pluſculis argumentis Decius adſtruit, in Reſpon. 79. Quòd ſi nepotes, ſecundùm filios, vocentur à teſtatore, propriis priuatíſque ſingulorum nominibus, nedùm generali vocabulo: iſti, eo caſu, ad fideicommiſſum adſciſcũtur viritim in capita, non in ſtirpes. Vt Neapolitanus Senatus cognoſcens definiuit. Afflicto ſcriptore, in Deciſ. 309. ex l. quoties §. heredes l. interdum l. liber 9

Fideicommiſſum, vltra perſonas nominatas non extenditur, in eóq; filius non intrat locum patris, nec repræſentatio ſeruatur, tã directa in linea, quàm collaterali.

Sic fauorabilis eſt eorum inſtitutio hæredum, qui aliàs vẽturi eſſent ab inteſtato. l. 21. §. ſi quis autem Cod. De Teſtam.

Coniuncti coniunctione legali, faciũt ſibi partes per concurſum.

Digitized by Google

liber homo §. Titius hæres. ff. De hæredib. inſtituend. Iuxta quam diſtinctionem, haud improbabiliter reſponderint nonnulli de ſubſtitutione, cuius nudam hîc ſpeciem expromere, eſt operæpretium. Franciſci. 1. Regis mater Ludouica Allobrox, Semblanceo Baronatu donauit, Præpoſitura Neuuiaca, Pontium procomitatu in ſuburbiis Turonum, & in Vrbe, Dunenſi domo Iacobum Belneum, Ianam Ruzeam cõiugem, mares eorum liberos, nepotes, ac, virili deleta ſtirpe, illorum filiam, natóſque ei iamdùm liberos: Qui donationum Tabulis omnes ſpeciatim deſignati leguntur. Septimo Idus Decemb. An. 1515. & Februarijs Idib. An. 1517.

Legata à teſtatore adimi transferríque poſſe, diximus obiter antea: Rogo, mutuúmne viri, & vxoris Teſtamentum mutare, alteri fas erit? Oſtendimus alibi, id, defuncto coniugum altero, immutabile fieri, nec vnius diſſenſu reuocabile, Gallica praxi. Abs qua nihilum diſcrepat Namurcenſis Belgarum Conſuetudo, publicitùs perſcripta Quinto Kal. Octobres, An. 1564. §. 68. De teſtam. Diuerſam verò in ſententiam iit Peckius Ziriceus, vir Senatorij ordinis Brabantiæ, poſt Rodericum Zuareſum, in l. quoniam in prioribus Cod. De inoffic. teſtam. Nec leuia rationum momenta fulciunt horum opinionem, quòd, præmoriente coniugum altero, ipſius tantùm in rebus, opibúſque firmetur teſtamentum. l. falſa. §. vlt. ff. De condit. & demonſtrat. l. vlt. §. filium. ff. De legat. 2. Cum Seruidij Scæuolæ argumento, in l. Lucius §. Gaio Seio D. Ad S.C. Trebel. Quorum iudicio affinis voluitur Luſitanica Deciſio. 245. Antonij Gammæ, Senatoris Luſitani. Agnoſcit tamen illîc candidè Peckius, ſuperſtitem virum aut vxorem, ab reciproca teſtatione ſuprema, qua liberis communibus proſpexerint, minùs fauorabiliter diſcedere: ſuadétque, bonorum partem, natis vtrinque legari, tunc præſtandam, cùm ſuperſtes, nouis fortè initis nuptiis, poſtrema iudicia retractaret. Nec abſonum iis rurſus conſilium eſt, qui deſultoriam Teſtamenti reuocationem metuant, vt coniugum alter, altero conſentiente, de bonis vtriuſque ſtatuat in rem communis prolis. Nam qui actui cõſenſum accommodarit, eius intuitu, bonorum diſpoſitio, alioquin mutabilis, tranſit in contractũ immutabilem, nec poſtmodùm reuocabilem. Bartol. ad l. cùm quis decedens. ff. De legat. 3. Bald. in l. ſenium Cod. qui teſtam. fac. Andr. Sicul. in Reſpon. 126. Vtcunque ſit, generoſiùs decreuère Franci Iuriſperiti, teſtantium etiam amborum ſuis de rebus coniugum, in gratiam communis ſobolis, ſuperſtiti pœnitere non licere, ac Teſtamento derogare. Senatuſconſultis Pariſien., quæ alio loco percenſuimus. Neque his abſimilia duo recentiora perlegi, alterũ factum. 12. Kal. April. An. 1595. ad prouocationem ex Auarico Biturigum. Alterum poſtridie Calend. Sextiles An. 1597. ex Yſſoduno, Bituricenſi oppido. Litis inſpectore Dn. Aleaumo in ſecunda Inquiſitionum Decuria Senatoria. Quinimò, etſi Teſtamentaria lege ipſa, vel Municipali cautũ

Dons de Dame Loyſe de Sauoye à Iacques Fourneer, dict de Beaune, ſa femme, &c. de la Barõnie de Semblãçay, la Preuoſté de Neufuoy, Viſcõté des Pontz de Tours, de l'Hoſtel de Dunois ſis à Tours, par elle acquis de la Ducheſſe d'Alẽçon ſa fille, fors led. Hoſtel acquis moictié de M. Iehan d'Orleans Archeueſque de Tholoſe, moictié, de la veufue du Duc de Longueuille. Die 7. Dec. 1515. & 13. Febr. 1517.

Lib. 3. Leg. Andeg. Tit. De parent. in liber. donat.

Conſuet. *de Namur.*, omologata ab Hiſpano Rege, Comite Namurcẽſi Die. 27. Septemb. 1564. *Que Teſtament mutuel des mariez diſpoſans de leurs conqueſts auec reſerue de le pouuoir reuocquer, eſt irreuocable apres la mort de l'vn d'iceux.*

Petr. Peckius, Lib. 1. De teſtam. coniugũ, Cap. 43. Secundùm Euerardum in Belgico Senatu Præſidem, qui aſſerit, cõiugũ ſuperſtitẽ poſſe mutuũ teſtamẽtũ reuocare. Cõſil. 78. Tamen coniuges, *en Rauestiſſemẽt*, Belgio perfrequẽti, ſeu mutua in ſuperſtitem donatione bonorũ omniũ plebeiorũ, nil poſſunt reuocare poſtmodùm, ſine amborum cõſenſu. Art. 10. 11. 12. Tit. *Des auflorterz & droictz des gens mariez.* In Tornacen. Conſuet. approbata ab Imperat. Karolo. 5., Die. 2. Auguſti. An. 1552.

And. Leg. Lib. 3. Tit. quo ſuprà. Art. 13. Et Lib. 1., Cap. 40. Art. 8.

Curiæ Areſtum, *aux Enqueſtes* die 21. Mart. 1595. cõfirmãs Sententiam Baillini Bituricen. *à Bourges* latam die vlt. Mart. 1594. *entre Anthoine Seruant & Magdel. Millet ſa femme complaignans, & Magdel. Iardray veufue Claude Millet & conſors oppoſans, touchant le teſtament mutuel de Iacques Millet & Iacquette Belin leur pere & Mere, change par le partage inegal Codicillaire de la mere ſuruinãt entre les enfans.* Placitum Senatus die. 2. Auguſti, 1597. in. 2. Camera Inqueſtarũ, confirmans ſententiam *du Lieuten. d'Yſſouldun, en Berry*. Conforméque huic latum Ianuar. Menſ. An. 1596. Dn. Gilloto relatore in. 3. Camera Inqueſtarum, *entre Loyſe Iacob femme de Iehan Barbier,*

Digitized by Google

perauant veufue de Iehan Pieras, Pierre Chaüuelin & Catherine Iacob ſa femme inthimez, & Georges & Hugues Iacob appellãs d'vne Sentence du Bailly de S. Pierre le monſtier du. 9. Ianuier. 1590.

ſit,vltimas duorum tabulas,variatis ſententiis à viuo vtrolibet,interlini poſſe,aut circunduci. Clancularia certè,& occulta ſupremæ volũtatis retractatio, nil officit ipſius implemento,ciuilíque executioni. Vnde ſuperſtes viro mulier,cui ille varium,mobiléque animi ſui decretum haudquaquàm nunciaſſet,iudicio conſecuta eſt quicquid ſibi viciſſitudinario Teſtamento relinqueretur. Areſto. 17. Kalend, Quintiles, An.1591.ex iuridica Ambianorum Præfectura, ſecundùm Ioannem Burgeſium,&Mariam Franqueuillam vxorem, quæ priùs Ludouico Paruo nupſerat: aduerſus Petrum Ricardum huius hæredem. Boucherio litem ſigillatim enucleante, in 2. Claſſe Senatus, Inquiſitoria. Idem noſtri Iuris axioma producitur ad quæſita poſt alterius obitum coniugis: Quæ,mutuo ſemel teſtamento ſcriptis ex aſſe hæredibus auocari nequeunt,aliíſque dari,legari. Quippe quùm hæredis inſtitutio ad omnia referatur,quæ habeat teſtator, habiturúſve ſit tempore mortis.l.hæreditas,ff.De regul.iur.Diſſimiliter vtique, ſi, reciproco illo iudicio,bona diuidantur purè inter cõmunes natos particulatim. Tunc enim teſtantium ſuperſtes parens de iis liberè decernit,quæ,vita functo altero, ſibi compararit. Argum. l. ſi quis ita legauerit. ff. De aur. & arg.leg.l.ſtipulatio hoc modo. ff. De verb.oblig.Bartolus accuratè,in l. vlt. Cod. De pact. Rurſus fato rapti filij ante parentẽ alterutrũ hæreditaria portio ſ.diuiſa,liberè redit ad eum qui nato ſuperuixerit, arbitrum partiundæ futuræ hæreditatis ſuæ,omni ſublato hypothecarum filij onere,ſeu nouationis cuiuſuis. Quando quidem præpropera illa ſupremi iudicij diuiſione, ceu ambulatoria ad extremum vſque parentum vitæ exitum, minimè tranſmiſſum fuit in liberos conſtans perpetuúmque rerum,viuis illis, dominium: vnde caduca præmorientis gnati portio confunditur cũ Aſſe toto hæreditario ſuperſtitis genitoris.l.ſi cogitatione, Verſ.inter eos,qui ei ſucceſſerunt Cod.famil.herciſc.l.ſi filia nupta §.ſi pater D. eod.l. Conſtitutionis nouæ capitulum Cod. De bon. quæ liber. In ver.his ad parentes reuerſis Leg.vn.§.in primo Cod.De caduc.tollen. Quod ſummatim etiam delibauimus, Andegauen. Legum Lib. 3. Mutua,ad hæc,coniugum ſuis de rebus diſpoſitio inter liberos,quam amborum ſuperſtes mouere denuò aut euertere prohibetur, neceſſariæ ſit alienationi obnoxia:in captiui putà redemptionem ipſius,aut mulctatitij æris ſolutionem,parenti irrogati criminum reo. Authen. ſi captiui Cod.De epiſc.& cler. Authen. res quæ ſubiacent Cod.commun.de legat.Nam cum pietatis cauſa, quæ debiti æris luitioni vel ſola promouendæ ſufficeret, concurrit donatoris Ius ſingulare, ne, niſi deducto ære alieno,condemnetur.Iuliani leg. 32. §. penul. ff. De condict.indeb. Ac Iulij Pauli leg.Inter eos §.is quoque ff.De re iudic. Dempto autem huiuſmodi neceſſariæ bonorum alienationis titulo, non licet ſuperſtiti parenti, in nouam coniugem fortunas ſuas donatione conferre ſupra condictum Lege Dotalitium:ſalua pariter ſecundi coniugij proſapiæ rata portione in res eiuſdem, anteriori proli

diuiſione

Altero coniugum reuocante inſtitutionem,altera non videtur reuocata. Alciat. in l. licet. Cod.de pact.Alexãder,cõtrà,in l.cùm donationis Cod.de tranſactionib.

Curiç Placitum die. 15 Iunij,An.1591. *ſur l'appel du Bailly d'Amiens: Comme en Poictou,le dõ mutuel n'eſt reuocable, ſans ſignification de la reuocation.* Art. 213. Picton. Conſuet.

Bonorũ diſpoſitio pura & ſimplex, de præſentibus tãtùm intelligitur, non de futuris.

Paterna inter liberos bonorũ diuiſio, cenſetur Teſtamẽtaria, ſeu mortis cauſa diſpoſitio, reuocabilis liberè,ad obitum vſque diſponentis.

Tit.4.De parentum in liberos donatione,Art.11.

Digitized by Google

diuiſione attributas. Ex leg. Antiqui §. vlt. D. Si pars hæred. pet. l. ſi pater §. vlt. ff. De ſolut. l. ſed & ſi reſtituatur. §. vlt. ff. De iudic. Poſtremò ad cōiugalem hanc bonorum diſpoſitionem reciprocam, quæ, Valentiniani Nouella Teſtamentaria ſuſtinetur, proximè accedit priſca illa Græcorū * Αλληλοκληρονομία, de qua ſpecialem Titulū edidit Harmenopulus, (Lib. 1. Epitom.) refricans Cæſaream leg. Licet inter priuatos Cod. De pact. Et leg. 4. Cod. De inutil. ſtipul. Quæ, tales Pactiones improbabant, præterquàm inter commilitones in ipſo procinctu. De ijs Nos aptiùs., Rubr. ſeq. De hæreditat. Art. 26.

Imperatoria Lex, de mutuis coniugū teſtamentis.

* Mutuæ ſucceſſionis Conuentio: Cuius etiam meminit Iac. Cuiacius, Obſeruat. lib. 16. Cap. 39.

11 Vnivs porrò voluntas teſtatióque vltima, abſumpto morte eo, implenda eſt examuſſim: nec ab opere quidem, cui legata res deſtinetur, ritè conuertitur in aliud, citra Principis auctoritatem. Valentis leg. 4. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. Aſt ſi, publico ex vſu, ad aliquid infringatur teſtatoris voluntas, & fundatoris, auctore Principe: cenſeo, Reipubl. cauſam potiorem. Regio putà muneri incumbit optimarum vt Artium tutela, ſic Legum Scholæ fundationi dictarum. Nec enim iis temerè obrogandum eſt, quæ Gymnaſij conditor præſcripſerit. Edicto Bleſenſi, & ſacrorum iudicio Canonum, Decernimus, Piæ mentis, Filiis vel nepotibus Cauſ. 16. Quæſt. 7. Hæc tamen, in propoſito, à Nobis diſputata eſt pridem Fori quæſtio ambigua, nûm ludus literarius, qui fundatoris Teſtamento Scholaſticis dicatus fuerit profani ordinis, ad Monaſticos rectè transferretur Regio nutu, Pontificiiſque auſpicijs. Facti ſpecies erat iſtiuſmodi. Robertus Mignonus Sacellum extruxit intra ſepta Lutetianæ Academiæ, An. 1342. Eius liberi Ianus, & Michaël, paterno Operi pio Gymnaſium adiunxêre ſupremo elogio, cum ſplendida fundorum dote, ac prouentuum annuorum, queîs duodeni Mineruæ tyrones Franci alerentur. Noui quoque tùm Muſæi lege, mandata fuit regio Franciæ Eléemoni cenſura Scholaſtici cœtus, inſtitutio, abdicatióque Ludimagiſtri, Procuratoris, atque eorum, qui à ſportulis, quas Hebdomade qualibet ſuſcipiunt, *Burſarij* vocantur. Exin Mignoniam ſcholam pro cenſoria poteſtate reformauit Romanus Purpuratus, cognomine Venator, Lexouiorum Epiſcopus, qui Regiis Eléemoſynis præerat. Authenticis literis pridie Nonas Sextiles, An. 1539. Verùm anno. 1584. Regium animum inceſſit religio quædam, ac ſtudium Cellæ precatoriæ in Vicenarum ſeceſſu Virgini matri ſacrandæ. Cui vſui Princeps deſignauit cœnobiticum Grandimontanæ ſectæ Fanum, quod Vicenarum conſeptis tenetur, eiúſque nouos Fani adminiſtros, Cœnobitas ex ordine B. Franciſci de Pavla. His proinde attributum Grandimontani eius Templi Primatum Rex péſauit Mignonij gymnaſij tranſlatitia in Grandimontanum Primatem ceſſione: Cuius ille Muſæi patronatum obtinebat, dominatúmque ſuperiorem. Inſtrumēto permutationis pridie Idus Majas, An. 1584. quod Gregorius. 13. Pontifex ratum, gratúmque habuit Nonis Octobr. ſequen. At ſexto pòſt

Statutz de la fundation d'vn College, de quibus ſeruādis, Areſta Curiæ duo prouiſionalia *du reglement & reformation de l'Vniuerſité de Paris*, die. 13. Auguſti. 1575. &. 20. Sept. 1577.

Edicti Bleſen. Art. 75. 78. 82.

Collegiū *de Mignō*, in Vniuerſitate Pariſienſi.

Regis Eleemoſynarius magnus.

Tabulæ reformationis Collegij *de Mignon* factæ, die. 4. Auguſti, An 1539. à Cardinali *le Veneur*, magno Regis Eléemoſynario.

L'Ordre des Minimes.

L'Abbé, & chef de l'ordre de Grammont.

Concordatum permutationis inter Regem, & Abbatem Grandimontis. die. 14. Maij. 1584. Omologatū à Sede Romana, die. 7. Octob. eod. An.

Digitized by Google

anno, Vincentius Mercator adrepſit ad eius Scholæ Præfecturam, quaſi ſecularis, vt olim, ac profanæ: quam Regiis codicillis impetrauit. Mox Principis munere iſto fretus, ijt in poſſeſſionem, ac ne Grandimontis Abba ſibi faceſſeret negotium, ſuffragatorem aduocat Lutetianæ Academiæ Antiſtitem: qui à Pontificia illius permutationis comprobatione ad Senatum, ceu ex abuſu, prouocauit. Itaque diſceptata res eſt propalàm in celeberrimo PATRVM Pariſienſium Auditorio longa oratione, Pridie Nonas Sextiles, An. 1592.

Cauſæ Actio in Curia Pariſien. Die. 4. Auguſti, An. 1592.

Quùm donatarius Principis, & ſuccenturiatus Academiæ Rector mordicùs inſtarent, fundationis Legem Mignoniæ diatribæ, perperam interuerti, nec ritè, profanam Scholam, Monaſticum in Conuentum, tanto pòſt interuallo, traduci. Quam in partem, Senatum illi ciebant auctorem, qui ſanciendæ Gymnaſij inſtitutioni decretum ſuum accommodarit. Eximiis quatuor Senatuſconſultis, Iulio Menſe An. 1353. Quindecimo Kalendas Iunias, An. 1359. Tertio Kalend. Februarias. 1360. & Quarto Idus Majas. 1375.

Parlamenti Areſta, die 18. Maij, An. 1359. Die. 30. Ianuarij. 1360 Et. 12. Maij. 1375.

Auctoris Diſceptatio Oratoria in Senatu Pariſienſi.

ADVERSA autem ex parte, Nos pro fr. Franciſco Neuvillæo, 12
Grandimontis cœnobiarcha, ſic egimus apud Conſcriptos Patres, nihilò quidem probabiliùs Regi, quàm priuato, fas eſſe, Opus publicum ab honeſto licitóque vſu, cui addictum ſit, ad illicitum auertere: ſed conſimilem in cauſam piam conferre illud, Principem non prohiberi. Nam Syluestri. P. ſententia, NEMINI REGVM, AVT CVIQVAM HOMINVM, IN PROPRIVM IVS LICET MONASTERIVM TRADERE, VEL CONVERTERE, NISI AD ALIVD MONASTERIVM: VEL COMMVTARE, NISI CVM ALIO MONASTERIO, ETC. Can. antepenul. Cauſ. 16. Quæſt. 7. Ita nec voti damnatur, quiſquis votiuum temporale obſequium *Hierodulia mutarit, Monaſticæque religionis amplexu. Vt Alexandro. 3. placuit, Cap. 1. Cap. ſcripturæ De voto. Sacramentum rurſus violaſſe non creditur, qui illud meliori opere, ac vtiliori cumularit. Gregoriano Reſcripto, peruenit. De iureiur. Can. ſi quis vult, In verſ. *ad meliorandum, in alium locum ponere*, Cauſ. 16. Quæſt. vlt. Atquin pactitia illa Cœnobitarum in Mignoniam ſcholam tranſlatio, inita eſt nuncupatis conditionibus, vt pro vetere Gymnaſij inſtituto, eius incolæ vacarent literarum ſtudiis, continua ingenij exercitatione: nec quotidianum interea Diuini cultus in Sacello miniſterium intermitterent. Quam ad rem, Grandimontanus Abba, tenetur Pacto conuento, tenuioris Scholæ prouentus variis Monaſticorum ſacerdotiorum opibus ſupplere non modò, ſed etiam ampliare. Quin & hoc teſtantium legatis tacitè ineſt Iure Romano, vt ſub conditione, data, cùm transferuntur, eo ipſo transferri ſub eadem conditione videantur. Papiniani leg. legatum ſub conditione. ff. De adimend. legat. Quocirca diſſerebam obnixè, permutationem, qua de contenditur, nihilum refragari Mignoniæ diatribæ Inſtitutioni primævæ: quando & Monaſtici conuentus, priſco æuo, literaria forent

*Sacra ſeruitute.

Fundatio, & dotatio Domus Bonorũ hominum, Ordinis Grandimontenſis, in nemore Vincenarum, facta à Lucouico. 7 Rege. An. 1164. Cum Regia Ampliatione, die. 12. Octob. An. 1359. cõfirmata à Karolo. 6. Die. 21 April. 1391. & verificata, in Camera Computorũ. Die. 29. Decembr. An. 1396.

Digitized by Google

forent animorum exercitia, religioſæque voluendorum Librorũ occupationes. Nec Laterana tantùm Synodo, Cœnobiorum Præfectis iniungitur Monaſticæ pubis curatio formandæ, edocendæque: Sed & ſingulis quondam Cœnobitarum Sectis adſignata ſunt particulatim doctrinæ Seminaria in ampliſſimis Lutetianæ Academiæ ſpatiis, quæ cucullatos Muſarum alumnos fouerent, erudirent. Hinc Ciſtercienſe D. Bernardi, Cluniacenſe, Benedictinum Majoriſmonaſterij, aliáque ſcholaſtica Cœnobitarum collegia, apud Lutetiam. Quos etiam ad Cœnobitas redacta eſt, velut ad Triarios, [illegible]ba pridem Academia, & ſubſidiariam ab iis petiit veterum prælectionem Scriptorum, publicámque literarum profeſſionem. Sic viſum Superis, vt quæ primitùs religioſè fundata eſſet Pariſiorum Schola, magiſtro doctoréque, Abba Martiniani cœnobij Alcuino, ea ciuilibus procellis nutans, à Religioſis præceptoribus, ceu Atlanteis humeris, ſuſtineretur. Ex quibus colligebam, ſecularis in monaſticũ Gymnaſij conuerſionem laudibus efferendam potiùs, quàm vituperandam. Qua itidem ratione, Pontificum Leges ſinunt, Regium ius nominandi ſacerdotis, Religioſo cœtui à Principe transſcribi, Eccleſiaſtica modò auctoritate ſubiuncta. Cap. illud. Cap. nullus De Iur. patron. Huc vergunt, quæ de Principali Regaliorum remiſſione libera, mandauit memoriæ Arnulphus Ruzeus, Priuileg. xi. Regal. Tandem perorata lite, Senatus edixit deliberandum maturiùs: decreuitque interea, Scholaſticas ædes Mignonias à delectis Senatoribus adiri, & inſpici vſquequaque, Cœlitibus item adſcriptum à fundatore Sacrificium, exactè, vt priùs, adimpleri.

Lateranenſe Conciliũ generale, ſub Innocentio 3. An. 1215.

Alcuinus, Abbas Eccleſiæ Monaſticæ S. Martini Turonenſis, nunc Collegiatę ſecularis.

Areſtum *d'appoinĉté au Conſeil*, Die, & Anno ſupradictis.

13 Sicuti non omnes teſtari, legaréque aliis permittuntur: ita nec alieno ex teſtamento capere. Tutoribus enim legatum, nullius eſſe momenti, præmonuimus. Dempto eo, quod relinquitur ſucceſſuris alioquin inteſtato adoleſcenti. Minimè enim dat, qui lege datum ſignificat. l. hæredes palàm. §. 1. ϖ. De teſtamen. Et quæ neceſſariò inſunt Actui, eorum declaratio admonitionẽ ſonat veriùs, quàm eiúſce nouam Actus conſtitutionẽ. Vlpiani. l. 6. ϖ. De Tutel. l. 3. ϖ. De legat. 1. Proin auunculo tutori legatũ, Senatus Pariſien. cõprobauit, tanquã futuro legantis hæredi. Decretũ purpurea in Toga recitante. I. Magiſtro, Præſide. 7. Idus Septembr. An. 1592. Præterea vt coniuges ſibi inuicem legare vetantur: ſic alterius liberis alter bona largiri quondam prohibebatur. Quaſi in fraudem Legis interpoſita perſona liberorum fuiſſet, indirectóque donatum, quod directò non concederetur. l. Seius & Agerius D. Ad Leg. Falcid. l. ſi is qui ϖ. De acquiren. hæredit. l. 3. §. ſed & iis, qui ſunt in eorum poteſtate. ϖ. De donat. int. vir. Ita pronuntiatum fuit ritu ſolenni pridianis diebus Natalis Dominici, An. 1562. Imò &, quùm legatarii parens apud Iudicem profeſſus eſſet, ſe in legatum, re vel ſpe ius omne abnuere, illud nihilo ſeciùs improbauit Curia ſumma. Inſigni iudicato, 6. Kalend. Maias, An. 1578. in tertia Senatus Decuria

Item Edicta Regia, tutoribus, & Adminiſtratoribus dandi prohibitoria ceſsãt in momentaneo, & neceſſario regimine, *comme d'vn frere penſant ſon frere malade de peſte*, ne morientes auxilio deſtituantur. Hæc tamen cauſa à Senatu in conſilium miſſa eſt, die. 17 Maij. An. 1565. Vt ait Molin. in §. 13 De Teſtam. Niuern. Conſuet.

Die. 7. Septemb. An. 1592 *aux Arreſts generaux*.

Aux Arreſts de Noel 1562. prononcez par M. de Thou, 1. Preſident.

Placitũ Curiæ. die. 26. April. 1578. cõfirmãs Sententiam

Digitized by Google

Inquiſitoria, ex prouocatione à Sentẽtia Prætoris Auguſtæ Vrbis. Sin autẽ donationis lege ipſa cõprehẽſum fuiſſet, ne donatarij genitor, genitrìxve compendium inde aliquod ferret, ea tunc olim donatio, legatúmve ſuſtinebatur. Maximè ſi legatario ſubſtituti eſſent alij, qui eius parenti ſpem omnem Teſtamentarij cõmodi præciderent. Iuxta leg. quoties Cod. De donat. quæ ſub mod. l. vlt. Cod. Commun. de legat. l. Imperator D. Ad S. C. Trebel. De quibus, accuratè Bohicus, ad Cap. requiſiſti De Teſtam. Nuper verò indiſcriminatim, ciuica Pariſiorum Conſtitutio ſanxit donationes in priuignos, aut priuignas: modò nulla donatori iuſta proles adfuerit. §. 283. Secundùm quam, Ornatiſſ. Curia pronuntiauit. 4. Nonas Iulias, An. 1587. Dehero litis expoſitore, in ſecunda Inquiſitionum Claſſe: inter Iulianum Segotum, cum vxore, hinc: & Burones, Iaquelinos, alióſque, inde, litigatores.

Præpoſiti Pariſ. Entre le pere de Banoiſe Orfeure, decedé, & les enfans de ſa femme, ſes legataires.

Decretum Curiæ, die. 4. Iulij. 1587. (apres auoir enuoyé quelques Conſeillers de la Court en Chaſtelet, pour en prẽdre aduis de l'vſance de la Couſtume.) Ordonné eſtre leu, & publie au Chaſtelet de Paris.

VIR porrò vxori dans, legans teſtamento, nihil agit. §. 282. eiuſd. 14
Conſuetud. Cui ſubſimilis traditur Antuerpiæ Lex Municipalis, ne coniuges ſibi inuicem poſtrema voluntate quicquam largiantur. Quod tamen remuneranti eximiè promerita, non negandum opinatur Caſtrenſis, Reſpon. 172. Lib. 2. ac Euerardus, Mechlinienſi in Senatu Præſes, Conſil. 192. Vtputà, ait iſte, ſi comitiali morbo affectæ mulieri adſtiterit officiosè maritus noctu diúque. Tantum enim laboris, aſſiduíque miniſterij, quod ille ſtupendam in Epilepſiam conferat extra ordinem, penſare dicitur vxor veriùs, quàm munificè aliquid erogare. Huc pertinent quæ Cynus & Caſtrenſis, ad l. ſi pater puellæ Cod. de inoffic. teſtam. Rurſus vetita ſimpliciter coniugali viuorum donatione, ſupereſt Teſtamentariæ locus. Pacto enim alienare prohibitis libera eſt teſtatio vltima, ſuorúmque morientibus bonorum diſpoſitio. Scæuolæ iudicio, in l. pater filium §. fundum Titianum ϖ. De legat. 3. l. 9. §. milites. ϖ. De re milit. l. decuriones. ϖ. De decurion. l. 1. In fi. Cod. non lic. habitator. metrocom. Lib. XI. Ioh. Imolenſis ad l. ſi ita quis §. ea lege. ϖ. De verb. obligat. Ac propoſita quidem ex ſpecie vxorij in virum legati, Senatus rem conſilij eſſe decreuit: ſed legatario interim addixit vindicias. Quinto Kalend. Iunias, An. 1585. in pomeridiana Fori concertatione: quùm Leueſtus, apellantis: & Gillotus, aduerſarij cauſam egiſſent.

In ver. Par teſtamẽt, ou ordonnance de derniere volonté.

Couſtume d'Anuers.

Middelburgẽſi Zelandiæ Statuto, maritis fas eſt, non tãtùm bona legare vxoribus, ſed eas etiã, ſalua liberorum legitima, hæredes facere. Ex l. Lucius, §. quæ marito, l. teſtator, ϖ. De legat. 2. Id Statutum refert Peckius, Lib. 4. De teſtam. cõiug. Cap. 37.

Areſtum prouiſionale, *en plaidãt*, Die. 28. Maij, An. 1585. in explicanda Conſuet. *de Mõtfort l'Amaury*, quæ coniugi ab altero legata nõ expreſsè ita prohibet, ac donata inter viuos, niſi mutuò.

RATA eſt inſuper coniugalis donatio, cui eius conſenſus acceſſe- 15
rit, cuius potiſſimùm interſit, hæredis. Aſt ſpontaneum certè huius aſſenſum exigimus, nec moribundo iam coniugũ alterutro, ſubdolè exquiſitum. Id quod Pariſienſes PATRES iudicio decidiſſe, affirmat Molineus, in §. 99. Victriacæ. Conſuet. Sub de his, patrium Morem, ne coniunx coniugi leget, prohibitorium, extra ſui Territorij fines non produci: quamuis in perſonam magis, quàm in rem conceptus ille Mos videatur. Baldus in Reſpon. 137. Lib. 1. Reſpon. 131. Lib. 2. & in l. 2. Cod. Quæ ſit. long. conſ. Eámque ſententiam

Idẽ, in Anuer. Cõſ. Tit. De Hæreditat. Art. 53.

Digitized by Google

ſententiã in litibus dirimendis cõplexus fertur Mechliniæ Senatus Belgicus, à Peckio ipſius Conſiliario, De Teſtam. coniug. Lib. 4. Cap. 28. Ecquid verò de muliere à viro diſparata cenſu, genialíque toro, præ illius ſæuitia? Alternè alteri legare poterit? Minimè, quùm talis coniugum ſeparatio neutiquam matrimonium ſoluat. l. vxoris. ff. De diuort. Maritus quoque tunc retinet beneficium Iuris, vt conueniatur tantùm, deducto ne egeat. l. Nec maritus Cod. ſolut. matrim. Præterea licet, diſtracto ita connubio, dos redeat ad mulierem. Cap. 1. Cap. vlt. De donat. int. vir. & vxor. Suas tamen res abalienandi ius poteſtáſque deſit mulieri ipſi. Iuſtinianea leg. Vbi adhuc De iur. dot. Quod Lutetianæ quidem Curiæ præiudiciis, & exemplis alibi illuſtrauimus Contrà autem, Mechlinienſi ab Senatu decretum memorat Peckius, Lib. 4. De teſtam. coniug. Planè maritus, qui communium cum vxore opum liber eſt arbiter, teſtamento de iis ſtatuere nequit, vxoriæ partis detrimento. §. 296. Pariſien. Conſuet. Quinimò vidua coniunx rectè vtitur Interdicto aduerſus defuncti hæredes, quàmlibet poſſeſſores rerum Moribus deſignatos. Quùm enim ſocij indiuiſim poſſederint coniuges, (l. 1. 2. D. pro ſoc.) ad alterius modò hæredem transfertur ſuæ partis poſſeſſio. Baldi opinione, in Reſpon. 436. Lib. 3. ex argumento. l. vlt. Cod. De edic. Diu. Adr. toll. In Verſ. EARVM RERVM, QVÆ TESTATORIS, TEMPORE MORTIS, FVERVNT. Vbi Bartol. & Salycet. Hoc ampliùs, variis Municipiis Vſus inualuit, vt coniugum ſuperſtes, nullis liberis, cuncta ſibi Mouentia lucrifaciat. In Belgicis putà vrbibus Galli, Hiſpanique Regum. Auctore Peckio, Mechlinienſi in Curia Senatore. Cuiuſmodi Morem, vel extantibus liberis, valere, confirmat Rota ſacri Palatij Apoſtolici, Deciſ. 476. In antiq. Ne iſtuc obſoletam Karoli Mag. Legem adducamus, quæ virum, demortuæ vxoris bonorum ex aſſe hæredem ſcripſerit, nulla ex coniugio relicta ſobole. Francicæ Leg. Lib. 4. Cap. 99. Extante verò coniugum progenie, in arctum cogitur liber alioquin ipſorum tractatus, vltimaq; teſtatio de ſumma fortunarum. Verbi gratia, Brageraco in oppido Petragoriorũ, iampridẽ ſtatutũ eſt, (Art. 127. 129.) ne mulier ſuis de rebus ſoli teſtetur natorum detrimento, niſi piam delictorũ in expiationẽ ſalutémque animæ, pro viribus facultatum. Iſtud dehinc iuſtæ prolis fauore ſancitum Iure ciuili, vt ſolẽne inter liberos teſtamentum ſecũdum tollat antecedens quoduis, nulla derogatoriæ periodi, quæ huic adſcripta fuerit, commemoratione. Neapolit. Deciſ. 292. Frãciſci Viuij, Aquilani. Verſa item pagina, teſtamentum inter liberos, ſequente altero, non infirmatur, niſi ipſius mentionem ſpeciatim inferente. Iuſtin. Nouella. 107. De teſtam. imperfect. (Cap. 2.) Ex qua depromitur Authen. Hoc inter liberos Cod. De teſtam. Cæteroquin derogatio poſteriorum tabularum, prioribus Teſtamentariis appoſita, præcidit illatum vim omnem ac efficaciam: Ni ſecundis tabulis intexatur nominatim anteriorum clauſula iſthæc, & in irritum

Lib. 3. Doman. Frãc. Tit. 19. Art. 12.

Cap. 11. de vi donationis inter coniuges bonis ſeparatos.

Cõſortes, pro indiuiſo, & in communi poſſidẽt: etſi traditione non interueniente.

De hoc vide ſupranotata, Tit. 1. huius Lib. Art. 20.

Lib. 2. De teſtam. coniug. Cap. 15.

Antiqua Statuta *de Bragerac, en Perigort*, iam inde à Karolo. 4. & poſteris Galliæ Regibus comprobata.

Franc. Viuius, Aquilanus, Regius Auditor ſacræ Audiẽtiæ in Prouincia Terræ Barri, Neapolitana.

Digitized by Google

deducatur. Ioh. Faber ad §. ſed ſi quis Inſtit. De teſtam. Alexander diſertè, Iuris Reſponſo, 7. Volum. 4. & Reſpon. 163. Lib. 7. Cui Legum regulæ ſumma Iudiciorum Tribunalia ſtare, liquet Gratianopolitana Vidi Papij Deciſione. 127. 128. ac Luſitanica. 209. Anton. Gammæ, Regij apud Luſitanos Conſiliarij. Ne perdiu nos iſtîc torqueat diuerſa quodammodò Baldi & Angeli opinio ad leg. Omnes, Cod. De præſcript. 30. vel. 40. ann., Baldi item, in d. Authent. hoc inter liberos. Quibus ſufficere videtur vltimi teſtamenti periodus generalis, contrariç clauſulæ abrogatrix, priori teſtamento adiectæ, citra peculiarem huiuſce deſcriptionem.

Primum teſtamentum ſecundo non tollitur, quãdo primum clauſulam habet ſpecialiter derogatoriam: Niſi in ſecundo, de ea, expreſſa mentio fiat.

QVI teſtamenti factionem habeant vtrinque, oſtendimus ſeriatim: Nunc quantulum diſponi Teſtamento valeat, excutiamus. 16

Le Quint des propres, ſubiect aux legs teſtamentaires.

Regulariter patrimonia dare, legare fas nemini eſt, vltra quincũcem. (Art. 292. &, 295. Pariſien. Morum) Etſi viuo cuique ius poteſtáſque ſit, vniuerſa amicis dilargiri. Haud aliter propemodùm, ac Lege Fuſia Caninia ſtatutus fuit modus ſeruis teſtamento manumittendis: quùm viuo familiam totam libertate donare liceret. Maioris tamen hærediorum partis vſumfructum à moriento relinqui poſſe, cenſuit Molineus, ad §. 2. De donat. teſtam. In Conſuet. Montiſargi. Cuius opinionem adiuuat quodammodò vulgaris Pictauorum vſus ritúſque, trientem patrimonij legantium, aut totius vſum fructum, hæredis ſui arbitratu. Quod Rupellana etiã Lege ſancitum fuit, §. 43. & SantAngeliana Xantonum, Art. 71. Nec abſimiliter, Caroli. 7. Edicto perpetuo, vſusfructus fundi æſtimatur triente pretij eiuſdem. §. 27. Conſtitutionis editæ Nouemb. Menſ. An. 1441. quam Senatus Pariſiorum in acta ſua regeſſit Pridie Kalend. Februar. ſeq. Luſitanica autem Lex regia, fructuariæ poſſeſſionis æſtimationem metitur dimidia rei proprietate, cui illá exæquat. Lib. 3. Luſitan. Conſtitut. (Tit. 77. §. 10.) quas Aluarus Valaſcus citat, Conſultat. 51. Tomo. 1. Neque ab iis longè diſtat Iuuentij Celſi ſententia, omnium bonorum vſumfructum probè legari: niſi excedat dodrantis æſtimationem l. 29. ff. De vſufr. Molinei tamẽ opinioni ſupradictæ quo minùs aſſentiar hoc loco, obſtat Iuſtinianea ſanctio vlt. De reb. alien. non alienan. Nimirùm alienatione Legibus vetita, vſusfructus pariter conſtitutionem inhiberi. Alia, inſtituto propiùs apta ſubieci, cum celeberrimo S. Conſulto, aduerſus hærediorum Fructuarium, Lib. 3. DE PRIVILEG. RVSTIC. Zéelandiç necnon Inſulæ, & Flandrorum legibus, vetantur teſtatores, vltra præfinitum modũ, hæreditaria bona diſponere: At oneroſa ex cauſa, abalienari eadem teſtamento licitè, putat Peckius: niſi alienantiũ voluntatem, externa fraude dolóque, ſuggeſtam appareat. Siue igitur immoderatè cuiquam, ſiue incapaci legetur: ne fiduciaria quidem legatariis decernetur à Iudice miſſio in poſſeſſionem legatorũ. Sicuti, Me dicente, pronũtiatũ eſt ab Ordine Clariſſ. 14 Kalend. Sextiles, An. 1584. pro hærede ſorore, cõtra legatariũ, pro quo Choartus egit. Nullis porrò

Art. 27. Si vng Proprietaire de maiſons de la ville & faux bourgs de Paris vouloit racheter Rẽtes, dont leſdites maiſons & poſſeſſions ſeroiẽt chargees de Viage, la proprieté ſe pourra racheter pour les 2. partz, & le Viage pour le tiers au prix du denier. 12. Dont le proprietaire aura les. 2. partz, & le Viage, le tiers.

Tit. De Vltim. volunt. Art. 7.

Lib. 4. De teſtam. coniug.

Curiæ Decretum, *en l'audience, ſur l'appel du Preuoſt de Paris.* Die. 19. Iulij, An. 1584. *Pour la veufue Puau, heritiere de M. Iacq. Belleau, Abbé de Chemunon ſon frere, contre le nepueu legataire, M. Michel de Lauzon.*

porrò legatariis competit poſſeſſoria Formula, legatorum nomine, aut priuata poſſeſſionis eorum prehenſio: niſi cuius nanciſcendæ copiam illis viuus teſtator fecerit. l. 1. Cod. commun. de legat. l. Titia cùm teſtamento §. 1. ϖ. De legat. 2. Vido Papius diſertè, in Gratianopolit. Deciſ. 609. Secus iis in Regiunculis, quarum propria Lex iubeat, legatarios mitti in poſſeſſionem: Vtpote Bononienſis, Galliæ Belgicæ, art. 96. Et Delphinatium vſus, in Curia Max., quem forenſem vſum Papius ille memorauit. Delphin. Deciſ. 483. Cæteroquin legati prædioli fructus actori tantùm adiudicantur, ex die conteſtati cum hærede iudicij. l. 1. 2. Cod. de vſur. & fruct. legat.

Couſtume de Boullenois.

Legataire, & heritier ne peut l'on eſtre. Sed hoc, ad hæredum modò peræquationem inductum. Nã ſi extraneus, eſſet legatarius mobiliũ & acqueſtuum, cum onere dandi certam ſummam filię teſtãtis, hæc ſimul hæres erit patrimoniorum, & ſummam ex teſtamento capiet, tãquam legitimam ſuã ab inteſtato ex bonis extraneo legatis: Qui de eo cõqueri nõ poteſt: relatione videlicet proximè facta in teſtamento ad ius legitimarum hæreditatum. Arg. l. ſi quis ita hæres ϖ. De hæred. inſtit. l. vel ſingulis ϖ. De vulgar.

17 Modvm item alium Teſtamentariæ largitioni adhibent Conſtitutiones prouinciales, ne hæredi ipſi prælegetur. Molineus, ad §. 321. Borboniæ Conſuetud. Eòque perſpicua Lex eſt Pariſiorum, Art. 300. Romano quidem Iure, idem admittitur hæres ſimul, & legatarius teſtatoris. l. qui filiabus §. 1. & l. ſeq. ϖ. De legat. 1. Pariſiẽſi etiam More, donatarios ſinimus, tranſuerſo limite propinquis donatoribus in reliqua bona ſuccedere. Art. 301. Neque idcirco, à viuis donata, illi in medium referunt cohæredibus ſuis. l. ſi emancipati Cod. de collat. l. vlt. Cod. commun. vtriuſque iudic. Bartol. in l. pater filium. ϖ. De collat. dot. At longè diuerſa legatorum cauſa eſt, quæ Moribus noſtris ideo non coëunt cum titulo pro hærede, quòd incolumes ſaluíq;, parciùs bona ſua dilargiãtur, donationéque profundant, quàm mortis cauſa, legantes. Iuxta illud Martialis,

Nil mihi das viuus, dicis, poſt fata daturum:
Si non es ſtultus, ſcis, Maro, quid cupiam.

Ac propterea, ne hæredum vnus, expreſſa importuniùs ægri hominis liberalitate, alios fruſtretur: proſpectum fuit cautim, ſancitúmque, illi relicta, non valere. Quin &, Namurcenſi Belgarum *Statuto* vetere, nemini licet, ex ægritudine decumbenti condere teſtamentum, puerpera dempta muliere. Si Peckio credimus, Mechlinienſi Senatori, qui, ſecundùm eam Conſtitutionem, à Belgico eo Senatu pronuntiatum ſcribit. Præterea, apud Gallos, modus condicitur Teſtamentariæ gradibus ſubſtitutionis. §. 58. Aurelianen. & 57. Molinenſis Edictor. Nũm autem graduum computatio ineatur ſecundùm geneſin, ac ſtirpem, an in capita perſonarũ, hæſitatur. Eos vtique gradus numerari cõſtat *κατὰ τὰς γένεας, quando agitur de mera etiam fundorũ alienatione extra familiã, à teſtatore prohibita. Iuſtiniani Nouella, De reſtit. fideicõm. Nec ab eo ſenſu obſeruationeq; recedẽdũ, innuit Decius, Reſpõ. 321. & Paul. Pariſius, Reſpõ. 39. Lib. 3. Verùm in fideicõmiſſo gradatim facto, ſequenda eſt, pro lege, teſtatoris ſani volũtas. Si enim fideicommiſſum, in rem eſſe, paruerit, exeri quoque id poterit in immẽſum. Iac. de Beluiſ. ad cit. Authent. §. nos igitur. Atque ita cõſultum à Bononienſi Italicorum Doctorum Collegio, tradit Andr. Siculus, in l. cùm acutiſſimi Cod. De fideicommiſſ. Iaſ. in l. vlt. Cod. De hæred. inſtit. Similiter, ad hæc, iudicatum

Ex variorum tamen Municipiorum bonis hæreditariis, legatarius quis erit in vno Municipio, vbi hęres eſſe nequeat; & in altero hæres. Areſto *des Barreaux*, Ianuar. Menſ. 1563. (quod citat Molin. ad. § 93. Montfort. Conſuet.) Idem in vnius aliquãdo Municipij bonis, Niuernẽſis putà, ſi filius fratris, qui cũ patruo in res mobiles non ſuccedit, à teſtatore ad ſucceſſoria iura reuocetur, is fit legatarius mobilium, & hæres immobilium cum illo. §. 1. 21. De Teſtam. & §. 13. De ſucceſſiõ. In Niuernen. Conſuet.

Lib. 4. de teſtam. coniug. Cap. 13.

In hoc gradu, non computatur primariò inſtitutus, neque primò grauatus, facit gradũ in ſubſtitutione. Artic. 59. Aurelianen. Edicti. l 1 ϖ. De vulg. Angel. in Authent. De reſtit. fideicom. § nos autem. Alexãd. in Cõſil. 56. Volum. 1.

* Secundùm generationes.

Digitized by Google

perhibet Molineus, pro Vraniæ Regulo, in Gratianopolitana Delphinatium Curia, ac regio Francorum in Prætorio. Reſpon. 1. & 26. Deinceps verò, noſtra in Gallia, ſubſtitutio, quàmlibet latè pateret, quarto concludi gradu cœpit, ſingulorum viciſſim ex ſubſtitutione poſſeſſorum: quùm perſona adiecta perſonæ, gradum cõſtituat. Ideóque Prætoriani Senatores pridem, gradus ſubſtitutionum expenderunt, & diiudicarunt in Peyrea illuſtri Aquitanorum gente, non per ſtirpes cognationúmque ſtemmata, verùm per capita perſonarum ſeriatim poſſidentium bona reſtitutioni ſubiecta. Decreto Nonis Octobr. An. 1578. inter Mariam Cruſſoliam, & Gotofredum Peyreum. Cui ſuccinit Pariſien. Curiæ placitum Idibus Septemb. eod. An. ſecundùm Actorem, Claud. Sanguinum, aduerſus Claudium Benaldum, reum. Ex talibus vtique fideicommiſſis, ſubſidiò repetitur à vidua coniuge dos & donatio propter nuptias, ſi modò, initi connubij tempore, ipſa fideicõmiſſum ignoraſſet. Authen. De reſtitution. & ea quæ parit Leg. vlt. §. vlt. ff. De legat. 2. Quinetiam Taurinenſis prouinciæ Senatus viduæ mulieri purè ſuam adiudicauit dotem ac donationem propter nuptias ex bonis, quæ reſtitutioni obnoxia iam reſciuiſſet die ipſo contracti matrimonij. Ne publicum videlicet hoc Ciuitatis ſeminarium, priuato vnius familiæ iuri poſtponeretur, contra Authent. Res quæ Commun. de legat. Subalpino Areſto, Idibus Quintilib. An. 1579., quod Antonin. Theſaurus commemorat, Pedemont. Deciſ. 151.

Areſta de Grenoble, & du grand Conſeil du Roy, pour le Prince d'Orenge.

Magni Cõſilij Areſtum, die. 7. Octob. 1578. *Entre la vexfue d'Aldebert de Peyre en ſon nom, & comme tutrice de Philippe de Peyre ſa fille, demanderesse, & Geoffroy de Peyre, defendeur.*

Pariſienſis Curiæ Areſtum, die. 13. Septemb. 1578 *pour Damoyſ. Eſtiennette Martines, mere de Claude Sãguin, pour la terre de Radement, en la ſubſtitutiõ des Sanguins, contre Claude Benault.*

Pedemontani Senatus Decretum Die. 15. Iulij. 1579.

Authen. Res quæ Verſ. Ea enim, quę communiter omnibus proſunt, his quę ſpecialiter quibuſdã vtilia ſunt, præponimus.

ANIMADVERTE interim, ſubſtitutis longa ſerie liberis, ac nepotibus, naturales contineri, qui poſterioribus nuptiis adſciti ſint in album legitimorum. Præclaro Decij Reſponſo. 155. Volum. 2. & Pariſien. Senatus Areſto percelebri, de opulenta hæreditate Fuxẽſis nobiliſſimæ familiæ, aduerſus Carmanium, in Aquitania, Comitem. Quod Præſes Areſtum purpuratus recenſuit, profeſto Pentecoſtes, An. 1538. Inter liberos autem, ij, qui primo gradu ſati ac editi, onerantur reſtitutione fideicommiſſæ hæreditatis, pleriſque videntur, detrahere quartam poſſe, ex S. Conſulto Trebelliano: tametſi bonorum Indicem nullum confecerint. De alieno hærede, extraneóque, ſecus. Gloz. in Authent. ſed cùm teſtator Cod. Ad l. Falcid. & in Authent. hoc ampliùs Cod. De fideic. Talem hæredum, in eo, delectum, diſtinctionémque interponunt Delphinates, apud Vidum Papium, Deciſ. 53., & Maſſilienſis Prouinciæ ciues, ab priſca Conſtitutione lata poſtridie Idus Decemb. An. 1456. Aſt eadem hac Conſtitutione, quæ extat, Pegaſiana quarta licitè inhibetur à teſtatore liberis primi gradus. Nec abſimile quicquam Lutetiani Senatores definière Quarto Idus Maias, An. 1581. ex teſtamentaria Vticenſium Procerum controuerſia, cui patronus litigatoris vnius adfueram. Iuxta. §. ſi verò expreſſim Authent. De hęred. & Falc. Quinimò Senatus ipſe nuper iudicio decidit, liberos tum demùm Pegaſianam quartam deducturos è bonis reſtitutioni ſubiectis, 18

Subſtitutione liberorum legitimorũ, veniunt legitimati per ſequens matrimonium.

Statut de Prouence, Die. 14. Decemb. 1456. quòd Trebellianica in liberis primi gradus poteſt prohiberi: ſed non perditur ob defectũ Inuentarij ab hærede conficiendi.

Decretum Curiæ Pariſ. die. 12. Maij, An. 1581. inter Ludouicam *de Clermõt,* Antonij *de Cruſſol* viduam, & Iacobũ *de Cruſſol*, Ducem *d'Vzés*, Antonio fratri ſubſtitutum. Cõſimile Areſtum citaui, in Præfat. Lib. 1. Andenſ. Leg.

Pariſ. Curiæ Placitum die. 5. Septemb. 1597. in. 5. Camera Inqueſtarum, inter

ſubiectis, ſi horum ſolenne Repertorium factum oſtenderent. Decreto Nonis Septemb. An. 1597. in. 5. Claſſe Curiæ Inquiſitoria, cui Dn. Meſmius controuerſi negotij ſeriem explanabat, è Matiſconenſi prouinciola Iuris. Secundùm Iuſtinianeã Nouellam. 1. §. ſi verò expreſſim: quæ fideicommiſſo oneratum hæredem, indiſtinctè iubet, antequàm, ex Trebelliano S.C., quartã ſubducat, rerum hęreditariarũ ſynopſin, Notitiámque curare, publica Tabellionis manu ſingulas deſcribentis. Quo tamen annotationis onere deſcriptioniſque bonorum ſoluti liberi primi gradus, credebantur vulgo Interpretum Leg. Iubemus §. vlt Cod. Ad S.C. Trebel. poſt Bartol. in l. Marcellus D. eod. Deinceps inſtituto hæredi non licet, ſibi coniunctum, ſed incapacem, tranſactionis ſpecie cohæredem agnoſcere, alterius dãno, qui ei diſertè ſubſtitutus eſſet. Nequicquàm enim obſtante Pacto iſtiuſmodi, ſecũdus hæres ab incapaci portionẽ abducet, quæ, prima cera ſcripto hæredi, aduoluta fuerit, legitimo incremento. Minimè enim ferendus eſt hæres, qui tertij incommodo, iure cedat accreſcendi: quod nec competat ipſi, aut perſonis hæredum, ſed portionibus hæreditariis. Bartol. in l. re coniuncti. π. De legat. 3. Bald. ad l. 1. Cod. quan. non peten. part. Porrò ſi marium extantiũ intuitu, filia dotata ſummoueatur hęreditate parentum, teſtamento, vel *Statuto*: haud propterea ſubſtituuntur inuicem mares, ſed liberè ſua extraneis bona erogabunt. Quemadmodùm Petr. Ancharanus ſcitè obſeruauit, Reſpon. 300. *Quia licet*, inſit, *ad excluſionem feminarum hæreditas in agnatione conſeruetur, non tamen agnati inuicem reſeruare ſuas tenentur portiones*. Legitimis demùm hæredibus proſpectum eſt noſtrate Iuriſprudentia, vt ab eo, cui legata ſit Mouentiũ vniuerſitas cum onere æris alieni, repetant quoque illi, priuatim ſibi debita à teſtatore. Sicuti Pariſiorum Curiæ cognoſcenti placuit, quarto Idus Apriles, An. 1559. ex Municipio Andegauenſi. Quod enim vulgò prędicant, æs alienum, hæreditatis aditione tolli, & cõfundi: id benignè interpretandum, niſi hæreditaria bona inuicem diſcreta ſeiunctáque fuerint à teſtatore, patriáve Lege: Vt alia nempe, oneri illi ferundo ſint, immunia alia, ad hæredem redeant. Nam eo caſu, totidem vnius hæreditates, quot bonorum diſtincta genera, exiſtimantur. l. ſi certarum. π. De teſtam. milit. l. ex facto §. rerum autem Italicarum. π. De hæred. inſtit. Verſ. & facit quidẽ totum voluntas defuncti. Exin Lutetiana quoque Curia decreuit, legitimum hæredem, debito ære legatíſque exonerari ab omnium Legatario Mobilium, Rerúmque ſoli partarum, & quincuncis Patrimonialium. Suprema Sententia, Idibus Iuliis, An. 1581. Ex Carnutenſi Municipio, inter Iacobum, & Dionyſ. *de Varannes*, vtrinque foro decertantes. Iuxta vulgatas Legum regulas noſtris inſperſas Cõmentarijs Ciuilium Andegauiæ Morum. Tantũdẽ ex Andibus ipſis pronuntiatum fuit Kalendis Aprilib. An. 1597. poſt patrium ſcriptæ Conſuet. Vſum, Pragmaticis teſtibus, Senatui patefactum: Qui de

Petrum & Yſabellã Hugand appellãtes à Sententia Balliui Matiſconẽ. lata die. 1. Iun. 1596. Et Frãciſcam *Culas* viduã Hectoris *Hugãd* intimatam, *Que nonobſtant la vente faicte des biẽs ſubſtituez par l'intimée, les appellans ſubſtituez y rentrerõt, detraction ſur ce faicte par l'intimée de la Trebellianique appartenãt aud. Hector l'vn des enfans heritiers inſtituez, en faiſant apparoir par elle de l'Inuentaire des biens du teſtateur.*

Placitum Curiæ, die 10. Aprilis, ante Paſcha, An. 1559. recitatum à Thuano Præſide. *ſur vn appel du Seneſchal d'Anjou, touchant le legs d'vn particulier faict à ſa Paroiſſe de tous ſes meubles, à la charge de payer ſes debtes mobilieres.*

Sic ĩ Legitima hęres Pariſien., qui funeris ſumptibus contribuere tenetur cũ legatario mobiliũ, acquiſitorum, & quotæ hærediorũ, (Art. 298 Cõſuet.) non tamen oneratur Annali ſacro, à teſtatore, ordinato pro. 50. aureis ſibi in Eccleſia fieri, in qua funeratus ſit. Quia voluntarium iſtud teſtamẽti onus eſt, & extra neceſſariam funerãdi corporis cauſam & curam.

Senatus Decretum, die. 25. Iulij 1581. inter Iacobum *de Varannes* appellantem à Sententia Balliui Carnutẽſis, dicta die 15. Iun. 1577. Et Dionyſ. *de Varannes* intimatum.

In Conſuet. Andiũ, Art. 4. Rubr. De collat. bonor.

Curię Placitum die. 1. April. 1597. *Entre le Barõ de la Tourlandry, & ſon frere condamné ſur forcluſion de produire:* Poſt Inter-

locutorium de modo vtendi Conſuet. Andegaua, die. 13. Febr. 1588.

Areſtum Curiæ in Camera Edicti, die. 15. Ianuar. An. 1603. *en plaidant, Chauuet, pour N. de Maridort, Comteſſe de Montſoreau, fille aiſnée & principale heritiere de la dame de Vaulx: Et Dau. Arnauld, pour Anne & Philippe puiſnées, legataires des Meubles de leurd. mere.* Aliud tamen, de Vidua, mariti Mobilium donataria, vide. ſuprà. Tit. De donat. Art. 13. Ac Lib. 3. Andeg. Leg. Tit. de donat. int. coniug. Art. 2 & 3.

Hamburgenſe Statutum.

eo propterea interlocutus fuerat Idibus Februar. An. 1588. Litigatoribus Franciſco à Turre Landrica, Raphaëlis fratris hærede: & Renato, communi amborum fratre, qui, Regio licet ſuffultus beneficio Inuentarij, ius ſuum deſeruerit, nullis productis in medium cauſæ ſuæ munimentis. Sed & nuperrimè, ex eadem Prouincia, Diplomatico Repertorij auxilio ſummota eſt, Mouentium ſe bonorum legataria filia nobilis, primigeniámque hæredem ſolido ære alieno hæreditario liberare damnata, aut, repudiato purè legato, iuſtas maternæ vncias hæreditatis optare. Pariſienſi Decreto in publicis cauſarum Actionibus, 18. Kalend. Februar. hoc An. 1603. ob fauorabilem nempè rectarum Hæreditatum inter liberos reuocationem ad legitima Inteſtatorum iura. Neque in Galliis ſolùm obtinent iſthæc, ſed in Germania itidem ſparſim. Hamburgenſis putà Ciuitatis *Statuto*, nulla cuiquam eſt de patrimoniis teſtandi poteſtas, alitérve ipſa, ære mancipandi: niſi ingruentibus domino difficillimis negotiis, quæ Ædilibus, inquiſita re, adprobentur. Acquiſitorum verò libera poſſeſſori diſpoſitio relinquitur, ciuili eo Hamburgenſium Iure, quod à Friderico. 3. Cæſ. ſancitum, prodit Nic. Euerardus, Mechlinienſis Senatus Præſes. In Reſpon. 71. Aſt hoc nomine Germanica foréſis Obſeruatio diſcrepat à noſtrate Gallica, quòd, illa tùm quidẽ hæreditariis creditoribus abneget hypothecarium nexum in hæreditaria bona, hæc autem permittat, ſalua hæredi indemnitate actionéque in legatarium illum ſubſidiaria, vt ab eo, creditorum perſecutione eximatur. Nam alioquin peculiaria etiam hæredum latifundia, quæ generali bonorum demortui oppigneratione non veniunt, (Angeli Reſponſo. 398.) obſtricta manent Prætorio pignore hæreditariis creditoribus ac legatariis, ſi diu moram traxerint illi in diſſoluendis nominibus, legatíſque præſtandis. Leg. 1. In fi. Cod. commun. de legat.. Et l. certa Cod. Vt in poſſeſſ. legat.

1. Cuiacius, in Notis ad Recept. Sentent. Pauli.

Piis ex legatis deducitur perinde Legitima patrimonij, hæredi debita, atque ex aliis. More Pariſienſi, Art. 292. Secus in quadrante, inſtitutis hæredibus adſcripto: quem lex Falcidia decerpi vetuit ex Deorum donis. Auctore Iul. Paulo, Receptar. lib. 4. Tit. de S. Conſulto Pegaſiano. Sic Cuiacius legit. §. ad Municipum quoque legata, non etiam ad ea, quę Deo relinquuntur, Lex falcidia pertinet. Leg. 1. D. Ad Leg. Falcid. Per hunc modum, in oblatis Deo conſecratíſque, non procedit Iuris Ciuilis ſanctio, quæ inter coniuges donationem prohibet. l. ſi ſponſus §. proinde. ϖ. De donat. inter vir. & uxor. Noua item Conſtitutione Iuſtiniani probatur ſingularis hæc, eximiáque piorum legatorum prærogatiua. Authent. ſimiliter Cod. ad l. Falcid. Hinc pariter, ſi teſtator annuam penſionem de fundo certo præſtari voluerit, non liberatur hęres, fundi prouentuum ceſſione, ab leg. cùm certus. ϖ. De vin. trit. & ole. leg. Sed cogitur, ex reliquis defuncti facultatibus, quantæ diſponi ab eo potuerint, 19

Digitized by Google

potuerint, pium vectigal annuum ſupplere. Nam vero ſimilius eſt, Patremfamil. demonſtrare hæredibus voluiſſe, vnde talem reditum minore incommodo rei familiaris contraherent, quàm legato conditionem inieciſſe, quod initio purè datum eſſet. Vt ait Saluius Iulianus I. C., l. quidam teſtamento. ꝟ. De legat. 1. l. Paula Callinico §. vlt. De legat. 3. Ne Chriſtiani ſcilicet, vetuſtam Arnobij cenſuram aduerſus Gentes renouemus, quæ in Sacrificiis etiam vinum taxabant. MACTVS HOC VINO INFERIO ESTO. Rurſus pietatis fauore ſpecialiter receptum eſt, vt, quùm ſecretò mandarit vxori moriens, curatorìve ſupremorum, quibuſdam benignè erogari pecunias in noxarum ſuarum expiationem, Mandatariis credatur prorſus, etſi mandati cauſam, aut perſonas queîs dederint, nolentibus expromere. Ancharan. in Reſpon. 435. Alexand. in Reſpõ. 54. Lib. 2. Iaſon. in Conſil. 110. Lib. 1. Quò ſpectat Bonifacianum reſcriptum, in Cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem De Reſcript. Eandem ſententiam Neoterici Legum profeſſores trahunt ad Templi ſacerdotem probum: qui in iure interpellatus aſſerat, datos ſibi à teſtatore nummulos, remotis arbitris, vt illos, arcani fide ſilentij cuidam reſtitueret, ad ſuam ipſius purgandam conſcientiam rei alienæ. Auguſtin. Beroius Bononienſ. in Quæſt. 12., & Petr. Peckius, Lib. 1. De teſtam. coniug. Ac omnimodò lege tenetur hæres, culpæ alicuius conſciam mentem defuncti exonerare. Alexandrino Iuris reſponſo. 46. Volum. 6. Ad hæc, legatorum vt petitio, ſic hypotheca diuidua eſt: At pia in cauſa, non item. l. legatorum. ꝟ. de legat. 2. l. ſolent. ꝟ. De aliment. & cibar. leg. l. 1. Cod. commun. de legat. & ibi Bald. Quod Senatorio pariter iudicio probatum fuit, ſecundùm Ædituos D. Bartholomei, apud Lutetiam: aduerſus N. Tourneurum, in Curia cauſidicum. Decimo Kalend. Sextiles, An. 1552. Hoc ampliùs, regij Diadematis patrimonia tenentur piis legatis Principum, ſeu pia rerum amotarum reſtitutione Teſtamento decreta. Extat enim Philippi Theodoti ſuprema lex Teſtamentariis ſuis procuratoribus dicta, qua Lege voluit, iuſſit, aureorũ numûm millia quinquagena Prouincialibus iis minutatim diuidi, quibus Regij Magiſtratus, & Officiales extorſiſſe aliquid, corrogaſſéve, ſummatim inquiſita re, arguerentur. Haud minori pietate ductus Valeſius Rex, poſtremis ſuis cauit, horum ab ipſorum Mandatariis ſedulò explorari municipatim, ac ſarciri ſubinde, quicquid Municipes damni, incõmodíque accepiſſent à regiis Oppidorum Iuridicis, & Prætoribus prouinciarum, qui ſordido lucro inhiarent. Teſtamentario elogio, 10. Kalend. Iunias, An. 1348. quod in ſanctiore Cartophylacio Regni conditum, viſitur hodierna etiamdùm luce. Tanta priſci Reges cura ac diligentia vltimas ſuas tabulas cuſtodiri in æuum voluerunt. Quinimò Ptolemæi Ægyptij Regis tabellæ teſtamentariæ vnæ per Legatos eius Romam allatæ ſunt, vt in Ærario ponerentur. Alteræ eodem exemplo relictæ, atque obſigna-

Arnob. Lib. 7. aduerſ. Gentes.

Inferio, inquit Trebatius, verbum ea cauſa eſt additum: ne vinum omne, quod in cellis, atque apothecis eſt cõditum, ex quibus illud, quod effũditur, promptum eſt, eſſe ſacrũ incipiat: quaſi lex Deo imponatur, ne plus quærat quàm datum eſt, & cui modus cõſtituatur inuito.

Sacerdos, In actu cõfeſſionis, veri Dei vicefungitur. Cap. ſi Sacerdos. De offic. ordin. Cap. dilecta De exceſſ. Prælat.

Cap. 21.

Sed ex minùs ſolẽni teſtamento legatum piũ Lutetiæ nõ deberi, iudicatum Areſto die 16 Febr. An 1589 Chauuelino dicente. Curia tamen ex officio decreuit, in Eleemoſynam dari Mendicantium Conuentibus legatariis aureos 25.

Areſtũ Curiæ, *pour les Marguilliers de S. Barthelemy* Die. 23. Iul. 1551. Vnum ex pluribus hæredibus inſolidũ poſſe conueniri hypothecaria, ex pio legato, præſertim annuo.

Phil. Auguſti teſtamentum.

Iſthæc, poſt Rigordum Philippi 2. Hiſtoriographum, refert Ioh. Tilius, Lib 2 Memorabilium Franciæ.

Philipi 6. Valeſij teſtatio vltima, die 23. Maij. An 1348. *Extraict du Threzor des Chartes.*

Belli Ciuil. Lib. 3.

tæ, apud Alexandriam proferebantur. Auctore Iul. Cæſare. Quùm autem M. Antonius teſtamenti ſui codicem fidei cuſtodiæque cõmiſiſſet Veſtalium virginum, inde eum ſuſtuliſſe notatus eſt acerbè Octauius Imperator. Vt in Antonio Plutarchi lectitatur.

Executor teſtamẽti poteſt tradere rem iuſtè legatã, ſi hoc teſtator diſpoſuerit, *qu'il la prinſt par ſes mains.*

Ac religioſè prorſus colenda eſt quam quiſque iudicij ſui teſtationem vltimam reliquerit: Ita, vt ſi legatarium ſuapte manu rem capere iuſſerit, lectus ab eo Teſtamenti ſui procurator rectè eã tradat legatario, abſque Iudice. Si Molineo credimus, in Borboniæ Cõſuet. Caput. 33. Art. 5. Sed hoc, mobili de re accipiendũ, cuius poſſeſſio Teſtamẽtariis curatoribus lege tribuitur: nõ de immobili, quæ ab hæredibus ſolis poſſidetur. §. 297. Pariſ. Morũ. Quòd ſi hi Mouẽtia diſtinuerint vi priuata, ne à teſtatoris Mandatario in vſum muneri ſuo cõmiſſum verterẽtur: Tũc annuũ huic mandati Officij ſpatium prorogatur odio hæredis: qui ob ſpreta defuncti iuſſa, mulctandus quoque fuerit hæreditate. §. ſi quis autem. Nouella Iuſtin. De hæred. & falcid. Cum Mogũtinæ Synodi Cap. ſi hęredes De teſtam. Proin Teſtamẽtarij ſaltẽ negotij geſtori computandũ eſt integrum Annale tempus, ad implendam defuncti voluntatem, eiuſque geſtionis rationes edundas. l. & ideo hæſitatur. π. De verb. obligat. l. ſed etſi per prætorem. §. ſi feriæ D. ex quib. cauſ. maior. Neque hinc abludit Saluij Iuliani ſentẽtia, in l. ex hoc edicto §. 1. π. De eo per quem fact. erit. Hæres porrò, teſtamẽtive procurator, vocato illo, præſtare tenetur Cõquiſitorum legatario, acquiſita etiam à defuncto ante initas nuptias. Dubitationẽ certè mouet notatio verbi, quòd conquiſita legantes, ea complecti ſola videantur, quæ coniuges, non quæ cœlibes ipſi, ſibi compararint. Teſte. I. Fabro, ad l. de fideicommiſſo Ver. *in conqueſtis, de Conſuetudine.* Cod. De Tranſact. Et in §. 1. Inſtit. De acquiſit. per arrogat. Cum Ioh. Gallo, in Quæſt. 87. ac Maſuerio, §. item & dicuntur conquæſtus, Tit. De ſociet. Eodem ſenſu, Conquiſita, interpretatur Rhemorum Lex Municipalis, Art. 32. Tit. De varia ac multiplici bonorum differentia. Nihilo tamen ſeciùs reor, vulgarem & popularem loquendi vſum, potiùs quàm genuinam verborum proprietatem iſtìc conſectandam: Vtì certior inde teſtantis voluntas eruatur. l. librorum §. 3. π. De legat. 3. Optimum enim, Sex. Pedius ait, non propriam vocabuli cuiuſque ſignificationem ſcrutari: ſed imprimis, quid teſtator demonſtratum voluerit: deinde, qua in præſumptione ſint, qui in quaque Regione cõmorantur. l. cùm de lanionis §. aſinam. π. De inſtr. & inſtrumen. leg. Atquin vernaculo ſermone, Conquiſita, cum Acquiſitis, ſumuntur promiſcuè, ac veteri Pariſien. Legum dialecto vſurpata ſunt paſſim CONQVISITA, pro nudè pureque comparatis. Art. 93. 97. antiq. Conſuetud. Eapropter agnato quæ dantur CONQVISITA, protrahi cenſeo ad vniuerſa, quæ Patrimoniis comprehendi nõ poſſint. Argum. l. nec adiecit Cum leg. ſeq. D. pro ſoc. Maximè ſi res tenuis ſit, cõſtante matrimonio parta: ne deriſorium, ac inane legatum maneat. Aliter verò, 20

Don de conqueſts, an comprehendat, *les acqueſts precedentz le mariage, ou ſubſequẽs la diſſolution d'icelu.*

Ioh. Galli. Quæſt. Quando conquæſtus fiant hæreditagia.

Inter coniuges ſanè, verbũ *coqueſtus*, intelligitur tantùm de ſimul acquiſitis. §. 220. nouæ leg. Pariſ. Mobilia autẽ debita, etiam ſeparatim ab alterutro contracta ante matrimonium, ſoluere tenetur vterque. §. ſeq.

in mutua

Digitized by Google

in mutua bonorum diſpoſitione coniuges inter ipſos: vbi Conquiſitorũ tractatus & cõmemoratio, ſimul emptis paratíſque reſtringitur, inſpecta agentium ſociorũ conditione. l. ſed etſi adijciatur Tit. ȝ. dicto. Cæteroquin Maiores noſtri inter virum & vxorem donationes prohibuerunt, aut certè temperarunt: amorem honeſtum ſolis animis æſtimantes, famæ etiam conſulentes ita coniunctorum: Ne concordia pretio conciliari putaretur.

21 VXORIIS vtique contractibus neceſſaria viri auctoritas, non pertinet ad Teſtamenta: quorum liberam mulier factionem habet Moribus noſtræ Ciuitatis. Concedamus enim, paciſci ei non licere, niſi auctore marito. Art. 223. Teſtari etiã hos demùm poſſe, qui ſint ſui, non alieni iuris, Art. 292. Mulieri tamen, vt alij cuipiam ſanæ mentis, Franci homines nuſquam abnuerunt teſtandæ poſtremæ voluntatis facultatem: quæ nimirùm, ab aliena poteſtate arbitrióque non penderet. Vt vult Caſtrenſis, in l. ex facto. π. De vulg. & pupill. ſubſtit. l. 1. Cod. De ſacroſ. eccleſ. l. captatorias l. illa inſtitutio. π. De hęredib. inſtit. Atque huic opinioni ſubſcribit Alexander, Reſpon. 155. Volum. 2. Aſt ſi Romana mulier teſtamentum feciſſet, quæ ſe capite nunquam diminuerat, non videbatur ex edicto Prætoris ſecũdùm eas tabulas poſſeſſio dari. Adiungitur enim, M. Tullij verbis, vt ſecundùm ſeruorum, ſecundùm exulum, ſecundùm puerorũ tabulas poſſeſſio videretur ex edicto dari. In Topic. Etſi verò Langobarda Lex vetet duntaxat, mulieres citra conſenſum MVNDVALDI ſui. ȷ. mariti, contractum inire: eam Legem interpretatione produxit Neapolitanus Senatus ad teſtamenta: Ne Siculæ coniuges, quæ Longobardorum Iure viuerent, teſtarentur, Afflicti Deciſ. Neapolit. 260. Cui dictata cõcinunt Baldi, & Salyceti, ad l. 1. Cod. Vnde vir & vx. Sed quẽadmodùm Belgicæ Galliæ Municipia, quæ Hiſpanico imperio ſubſunt, teſtatrices admittunt Coniuges, ſcriptore Peckio, Mechliniẽſi Conſiliario. Sic noſtræ vſus Galliæ perrarò reiecit vtriuſuis ſexus cõiugum teſtamenta. Vtì Lutetiæ, Tiraquellus: & Burdigalæ, Ferronus Senatores retulère. Cæterùm ex Aquitanico iſto Senatu, tranſlata eſt nuper in Pariſienſem mirabilis cauſæ cognitio, de vltimis Arnoldi Cabatblanci tabellis: cui, linguæ motum ac miniſterium, cũ medij corporis ſenſu, * παράλυσις ademiſſet. Huius nomine, lecto decumbentis, porrectus fuerat libellus ſupplex Burdigalenſi Senatui: vt ex eo Ordine ſelectum quendam adeſſe iuberet, cum Regio Actore, ſcribendis codicibus Teſtamenti ſui. Mox, Ordinis decreto, adeunt ægrotum Amalbyus Senator, & Deſaygueus procurator Fiſci, Tertiò Nonas Februar. An. 1593. Subindéque ex hominis nutu, indiciíſque aliis deprehendunt, teſtari eum percupere, cui nec aures obſurduiſſent. Hinc, adſtantibus iis, ſpectatoréque populo, Notarius elinguem interrogat ſigillatim de iis, quæ teſtamento ſolent adſcribi. Tùm interrogationem in literas redactam profert legendam. Qua teſtator perlecta, digito commun-

In vér. *Et ſi elle faict aucun contract.*

In Verſ. *aagez & vſans de leurs droicts.*

Hic, de fœmina înupta, Cicero: Nupta enim liberè teſtabatur. l. quæ dotis D. ſolut. matrim. l. vlt. D. ſi quis aliq. teſt.

Longobard. Leg. 1. 2. Tit. Qualit. mul. libe. aliena. permiſſ. eſt.

Lib. 3. de Teſtam. coniug. Cap. 1.

Tiraquel. De Legib. connubial. Glo. 5. In ver. *contracter.*

Ferron. in Burdig. Conſuet. Tit. 1. De Statu, & Iur. perſon. Sed Niuernẽſes tamen, & Burgundiæ coniuges teſtari nequeunt abſque maritorum auctoritate. (§. 1. *Des droicts apparten. à gens mar.* In vtraque Conſuet.) Nec Cameracenſes, Art. 3. Eod. Tit. Antiſsiodorẽſes, §. 107. vetuſtæ ſuæ Conſuet. (quæ per nouam abrogata eſt, Art. 238.) Caſletenſes Flandriæ. §. 238. Conſuet. *de la ville & Chaſtellenie de Caſſel.*

* reſolutio neruorum.

Paralytici hominis teſtamentum. Die. 3. Februar. 1593.

Digitized by Google

ſtrabat, quidnam ex pluribus propoſitis cooptaret, teſtamentóque mandari vellet. De legatis item, digito,ſignóque capitis indicauit æris quantitatem legatariis erogandi, poſt ſubiectos eius oculis calculos, quos identidem manu ſumptos numerabat. De hærede poſtmodùm rogatus, chariſſimum, quem media in turba intuebatur, nutu euocat ad ſe propiùs, amplexatúſque, hæredem deſignauit. Reliqua, annuente ipſo, ac ſæpius edente voculam. O. Voluntatis indicem, excepit Scriptor publicus, chartíſque commendauit: iuſto teſtium numero iis ſubſignante. A Senatu pariter delecti, corâm acta illic, geſtáque, Commentariolo ſuo, Curiæ renũciarunt. Nec diu pòſt, obeunte teſtatore, lis ſuboritur Teſtamentaria inter Iacobum, Mariámque Cabatblancios, legitimos defuncti hæredes: & inſtitutum, Odetum Roſtignyum, cum Martino Soſſiundo. Quam, Nos conſulti., * τῶν ἀπορῶν quæſtionem eſſe duximus, ac ſcopuloſis Antinomiæ nodis vtrinque inuolutam.

Par le Procés verbal des Commiſſaires de la Court, Auec le Teſtament paſſé par Notaire.

* de quibus ambigitur.

Mvti enim, aut ſurdi quondam, impetrabant à Principe, vt 22
ſibi liceret condere teſtamentum. Æmilij Macri leg. ſi mutus ϖ. De teſtam. Ac Iulij Pauli leg. ex facto. ϖ. de vulg. & pupill. ſubſtit. Iuſtinianus quidem deinceps, Mutum, teſtamenti capacem compotémque fecit, qui aliorum voces commodè exaudiret: Sed hoc ita, ſi vltimum elogium * αὐτόχειρ ſcriberet, ac ſuopte calamo exararet. l. diſcretis §. ſinverò Cod. qui teſtam. fac. poſſ. Quò probabiliùs, de huius vi teſtamenti dubitabitur, ab elingui non modò, verùm & ſemianimi, ac ſemimortuo facti? Cui * ἡμιπληξία, dimidij corporis ſenſum, vſumque abſtulerit. Sic Alcimus olim, paralyſi de cœlo tactus, amiſit, vnà cum voce, omnem componendæ domus ſuæ facultatem ac copiam, deceſsítque inteſtatus. Vt ſacris Bibliis expreſſim proditum eſt. Pluſculos nihilominùs humaniorem in partem deflexit teſtamenti probandi, quo de agitur, ſanum ægroti iudicium, cum venia teſtandi petita, exoratáque à Senatu, ceu Principis vices gerente: abs quo talia antiquitùs impetrarentur. l. 1. ϖ. De offic. Præf. prætor. Nec ſolennius aliud Honorio, & Theodoſio habitum eſt teſtamentum, quàm QVOD INSERTVM MERA FIDE PRECIBVS, ETIAM CONSCIENTIAM PRINCIPIS TENERET. Subiungitur his nutus, perſpicuáque alia teſtantis indicia, quæ ſuperiùs graphicè depinximus. Atque vt eum, qui moriens roganti alicui de ſupremis ſuis, reſpondiſſet, * μάλιστα, rectè teſtatum putat Serbidius Scæuola, l. Pamphilo §. propoſitum. ϖ. de legat. 3. Haud aliter, defunctus, aperta voculæ pronuntiatione. O. apud Vaſcones, cenſetur animi ſui ſenſa quodammodò exprompſiſſe. Vt Ludouicus Romanus innuit, Reſponſo. 306. Nam & eos, qui nil poſſint effari, conatu ipſo ac ſono quodam, * καὶ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ, dicere exiſtimat Iubentius Celſus, leg. 7. ϖ. De ſupell. leg.. Nutu præterea, ac ſignis fideicommiſſum relinquitur.

*propria manu.

* Paralyſis, vel ſemiapoplexia, quũ in alteram tantùm corporis partẽ malum id incubuit.

Machab. Lib. 1. Cap. 9.

Leg. Omnium Cod. De Teſtam.

* Maximè.

O. Vaſconum lingua, ſignificat, Ouy.

* Et inarticulata voce.

relinquitur. l.nutu.ff.De legat.3.l. Et in Epiſtola Cod. De fideicom. Muto item vtcunque iubente,hæreditatem adire neceſſum eſt ei,qui ipſius poteſtate teneatur.l.ſeruo §.ſi pupillo D.Ad S.C.Trebel.l.pater §.mutus.ff.De acquir.hæredit.Filios necnon adoptare,muto liberum fit.l.ſi pater.ff.De adopt.Vti nouare obligationes,paciſci, & alia quæuis negotia contrahere.l.item quia.ff.De Pact.l.in quibuſcũque. ff.De obligat.& act.l.ſi ſtipuler.§.vlt.ff.De verb.obligat. Quinetiam mutus ſurdúſque natura,legitur apud Rud.Agricolam,probè geſſiſſe res ſuas,commerciíque munia rectè fauſtéque notis ac ſignis obiiſſe. Porrò teſtatoris* idiographum,quod teſtamento deſit, ſuppletur octaui teſtis ſubſcriptione,& aduentitij conditione morbi, nec natiui linguæ defectus.Sicuti Bald.& Caſtrenſis adnotarunt, in præd. l. diſcretis.Ioh.Imolenſis in l.2.Cod.De Teſtam.Et in l. ſi mutus D.eod. Ex quibus,ſoluitur nodus Cæſareæ leg.iubemus,(De teſtam.) iudicio Franc. Aretini,in cita. l.ſi mutus Ac Benedicti,in Repet. Cap. Raynutius. De hac tandem controuerſia, quæ ex paralytici teſtamento manarit, aduerſus iſtud pronuntiauit Curia Pariſienſis. 6. Kalend. Nouembres,An.1595.Briçoneto litis inſpectore,in Tribunalitia claſſe Senatus.Quę mente voluẽti,ſuccurrit obiter Diogenis ad Speuſippum paralyſi reſolutum ſententia, qui vehiculo in Academiam quùm deportaretur Speuſippus,& obuio fortè illi dixiſſet,*χαίρεις? reſpondit Diogenes.At non tu ſanè,qui quùm ad iſtum ſis affectus modum,ſuſtineas viuere. Sentiens,veri eſſe Philoſophi, ſponte mortem adſciſcere,poſteaquàm deſiit eſſe vſui ad vitam humanam. Quod & Speuſippus deinde fecit. Vt ex Stobæi ſermone.116.elicitur,ac Diog. Laërtij ſcriptis. Memorandum eſt iſtic interim, Senatorio illo Decreto, paralytici agnatos,qui,cum eo, Sampaleſium natale ſolum agnoſcerent,Cantabriæ inferioris oppidum,ciues Gallos cenſeri, qui Burdigalæ incolatum contraxiſſent:nec Ciuilis iuris Gallici Reſcripto egere peculiari,ad cernendas Gallicas propinquorũ hæreditates. Idémq; poſteriùs,in auguſtiore Principis auditorio,litigatoribus ijſce,definitũ, tertio Kal. Nouemb. An.1596. Alia Cantabrorum cõditio eſt,ſuperioris Nauarræ indigenarum:quos purè exteros habẽdos, nec Frãcici alicuius Sacerdotij capaces, iudicauit ſuprema Aquitaniæ Curia.Solẽni Areſto Nonis Septẽb.An.ſeſquimilleſ.92.in rẽ Arnoldi *de Maytie*,Præfecti monaſtico Conuẽtui & Hoſpitali B.Michaëlis *de Durdiarp*:aduerſus Primatẽ & Canonicos regulares monaſticį Primatus Rõceæuallis,in ſacra Põpeiopolis Hierarchia,Cãtabrię ſuperioris.

23 Æs alienum hæreditatis,legatarius ex parte ſextante,luit,vnà cum hærede,pro ea rata compendij,ac emolumenti portione.§.295.&.334. Pariſiẽ.Morum.Cùm enim legatarius quotæ bonorũ exæquetur hæredi,æs alienum bonis ſubducetur, & quod in actionibus erit,computabitur.Venuleij dicto Saturnini,in l.vlt.ff. De vſufr. leg. l.quoties Cod.De hæredib.inſtit. Sciſcitemur iam,taliſne legatarius hæredi ſatisdet,certarúmve rerũ legatario,debiti æris nomine creditoribus hę-

Rudol. Agric.Lib.4. De Inuent. Dialect. Cap.vlt.

* propria ſcriptura.

In Ver. in extremis poſitus,Num.56.

Decretum Lutetianæ Curię,in magna Camera. Die. 27. Octob.An.1595.

* vales ?

Lacides Cyrenæus, nouæ Academiæ princeps, Archeſilai auditor deceſſit ex paralyſi, cùm tenuiſſet ludũ Annis.26. Auctore Suida.

Sempalez, en la baſſe Nauarre.

Areſtum intimi arcanique Conſilij regij Die.30.Octob. 1596.

Arreſt Præſidental de Bordeaux die. 5. Septemb.An.1591. de Prioratu & Hoſpitali S.Michaëlis *de Durdiarp*,(Olorenſis diœceſeos) *au pays, & Viſcomté de Sole, en Guyenne*,quod Francigenæ adiudicatũ fuit, victo Nauarro competitore: licet Xyſti.4 P.P. Vnione iunctum fuiſſet illud Monaſterio & Hoſpitali *de Ronceuaulx* ſito in alta Nauarra, diœceſis Pampilonẽſis: Quæ Vnio,abuſiua eodẽ Areſto iudicatur.

Digitized by Google

An legatarius quotæ bonorum ſatiſdet hæredi, de contribuendo æri alieno, pro rata bonorum legatorum.

reditariis. Antiquitùs certè legatarij nõ cauebant hæredi, vno caſu dēpto. Nēpe ſi cui, plus quàm liceret, legaretur, & dubitari iuſtè poſſet, vtrùm Lex falcidia locũ habitura eſſet, nécne, Tunc ſubueniebat Prætor hæredi, vt à legatario ſatis acciperet: Quò, ſi appareret, eũ ampliùs legatorum cauſa cœpiſſe, quàm ex Falcidia capere fas eſſet, quanti ea res foret, tantam pecuniam daret. l. 1. D. ſi cui pluſquàm per leg. Falcid. Sed nec cauere quidē legatari⁹ cogebatur, niſi illata iādùm cõtrouerſia litis: cùm poſſent ei luſoriæ minæ fieri. Ideóq; eam rem Prætor ad ſuā cognitionē reuocabat. Paulina leg. 4. eod. Tit. Econtrà verò, legatariis ab hærede ſatiſdandũ curauit Prætor, vt quibus teſtator dari, fieríve voluiſſet, iis diebus daretur, vel fieret, dolúmq; malũ abfuturũ ſtipularētur. l. 1. D. Vt legat. ſeu fideicom. Sicuti tamē creditores, qui hæredem ſuſpectũ putant, ab eo ſponſorē iuſtè exigunt pro ſuo debito reddendo. l. ſi creditores. ꝟ. De priuileg. credit. Ita minùs iniquũ fuerit aliquando, poſtulãtibus iiſdem, legatarios æquè, ac hæredem, cauere compelli. Ex. §. 27. Meldenſ. Conſuet. Haud ſecus, ac in bonæ fidei iudiciis, cùm dies præſtandæ pecuniæ nondùm venit, interponuntur cautiones. l. in omnibus. ꝟ. De iudiç. l. 3. D. ſi cui pluſq. per l. falcid.

Verſ ou que led. legataire ayt baillé caution de payer & acquitter toutes les debtes &c.

Possessionis vtique legatorum vis non parua eſt, vt ſi, nec iure 24
legatum relinquatur, vel ademptum ſit, pro legato vſucapiatur. l. vlt.
D. pro leg. Apud Eburones, quinquennis poſſeſſio ſufficit huic tēporis
præſcriptioni. Multò adhuc firmiùs repellitur poſt decenniũ pater
filij hæres: cuius tutor ipſe, vindiciaria Sententia, paſſus ſit, legatarios
ire in bonorum poſſeſſionem. Qui enim ſemel agnorit iudicium defuncti, fiduciario etiam nomine, vix, tantum poſt interuallum, illud oppugnans, auditur. l. parentibus l. ſi quando §. vlt. Cod. De inoffic. teſtam. l. nõ dubiũ Cod. de Teſtam. l. cùm donationibus Cod. De inoffic. donat. Ac fundi præſertim Cœlitibus legati æternā auctoritatem decreuit ſuprema Rhedonũ Curia Armorica, vt parœciacus Vicus, penes quē, legato cohærentis Diuini cultus procuratio erat, rectè interceſſiſſe dicatur poſt diutinum tēpus, puræ liberéq; prædij alienationi. S. Conſulto. 4. Kalēd. Mart. An. 1563. inter Michaëlem *Davouſt*, & Mõtreulij Pagi Vicanos, cum eo altercantes. Teſte Natali Failhio, in Miſcellaneis Areſtorum Britanniæ continentis: qui multa de eo Iuris argumenta vtrinque collegit. Denique ſi teſtator contra Legem publicam quid ordinarit, locus ſit cauſæ inteſtati: & proximus lege hæres, nõ Fiſcus, ſibi vindicabit, quæ, propudioſo hæredi nuncupato, aliíve defunctus reliquerit, qui lege accipere prohibeatur. Vt celebri Pariſiorũ Areſto deciſum fuit Kal. Aprilib. An. 1572. Iuxta notā Romani Iuris diſtinctionem inter ea, quæ incapacibus negantur, & quæ indignis auferuntur. l. 2. §. fratris. D. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. Lucius. Et ibi Bartol. ꝟ. De iur. fiſ. Idem in l. vlt. §. præterea. ꝟ. de bon. damnat. Bald. ad l. 1. Cod. Vnde vir, & vx.

Leodienſium Statutorum Cap. 7 De approbat. teſtam. Art. 5.

At ſi tutor impugnet teſtamentum, haud ideo excluditur legato ſibi priuatim relicto. l. aduerſus §. tutoribus. ꝟ. De inoff. teſt. l. tutorem ꝟ. De his quæ vt indign. auſer.

Britonicæ Curiæ Areſtum, die. 26. Febr. An. 1563.

Pariſ. Senatus decretum, die. 1. April. 1572. *prononce en robbe rouge par M. Baillet Preſident.*

Incapaci relicta, accreſcunt capaci: indigno autem, Fiſco. De quibus. Nos, Lib. 3. Doman. Frãc. Tit. penul. Art. 11.

Vltimis demùm extricati mortalium Teſtationibus, Inteſtatorum Hæreditates adeamus.

Titul. V.

Digitized by Google

Titul. V.

DE PARENTVM HAEREDITATE, ET PROPINQVORVM.

1. *Specialia Nobilium Galliæ, de Hæreditatibus, Iura antiqua.*
Secundògeniti Nobiles olim, vſufructuarij ſolùm particulæ ſuæ Hæreditatum directarum, multis in locis.

2. *Res hæreditariæ Pariſiis diuiduntur, ex conditione fundorum, veriùs quàm perſonarum Nobilium.*
Nobilitati à Rege, Præpoſiti Mercatorum, *&* Scabini *Lutetiæ, cum eorum liberis, ac poſteris vbicunque degentibus.*
Repræſentatio in linea directa, *Pariſienſibus olim ignota erat, Belgicæque Galliæ.*

3. *Otthonis.1.Imp.Iudicium, pro nepotibus patres repræſentantibus in auita hæreditate.*
Nepotes ſoli, nullis patrum fratribus, aut ſororibus, auo ſuccedunt in ſtirpes Iure communi.
Reſeruatio iuris ſuccedendi, filio vni pro ſuis pacta, ad cæterorum filiorum prolem extenditur.

4. *In linea* Collaterali *ius repræſentationis, intelligitur propriè inter gradu ſuccedentes inęquali.*
Aliter de cognatis pari gradu coniunctis, qui in capita ſuccedunt, non in ſtirpes.

5. *Primogeniti filia, reprę ſentatione patris, pręfertur eiuſdem fratribus, ac ſororibus.*
Maſculi ex fratre, intra terminos reprę ſentationis excludunt maſculos ex ſorore defuncti.
Pariſiis autem concurrunt fratris liberi cum amita, nec eam à ſucceſſione collaterali *prorſus repellunt.*
Filij fratrum, extante patruo fratris legatario, nec hęrede, partiuntur inter ſe defuncti hęreditatem in ſtirpes, non in capita.

6. *In* Patria Iuris *quando locum habeat regula Hęreditatum,* paterna paternis, *&c.*
Edictum Regium, in matres liberorum hęredes, non aufert iis, quę ſua ex linea ad defunctos venerint, ſed paternas ipſorum res duntaxat.
Maternus auus, in Patria Iuris ſcripti, vterinis fratribus pręfertur in Paternis bonis à defuncto relictis.
Conſuetudinaria *in* Patria, *locus eſt Regulę,* paterna paternis, *reſpectu Hęrediorum defuncti inter* collaterales, *non autem, Mobilium, & Acquiſitionum.*

7. *In* collaterali *ſucceſſione, alibi conſideratur tranſuerſa cognationis linea,*

alibi deſcenſus tantùm à ſtipite communi.

Sed iſtic quoque, deficientibus antiquę ſtirpis hęredibus, proximiores gradu ſuccedunt.

8. *Acquiſita à patre, matréque defuncti, in duas diuiduntur lineas, paternam, & maternam: nulla gradus pręrogatiua.*

Sufficit in Collaterali *hęreditate, defuncto coniunctum eſſe à latere: nec vulgò requiritur deſcenſus à ſtipite.*

Duplici latere coniuncti, alios regulariter excludunt à ſucceſſione Mobilium, & Acqueſtuum.

Proprium naſcens, & proprium antiquum *ſeu auitum, qualiter diſtinguantur Areſtis Curiæ.*

9. *Duę ſunt modò defuncti linęę, quibus cognati, ad illius bona veniant hęredes, nec ex eius patre duplex iterum linea formanda.*

An proximitas gradus, in Normania, remotiores excludat collaterali *ſucceſſione propriorum, eiuſdem linęę hęrediorum.*

Lutetia, Byzantio comparata, & Franciti Regni caput, dicta.

10. *Matris renunciatione, filius non ſuccedit, cum auunculo, alteri matris fratri.*

In directa autem hęreditate, an cum auunculo concurrat nepos ex ſorore renunciante, pendet controuerſa quęſtio.

11. *Duplex fraternę cognationis vinculum non excludit alios æquo gradu propinquos, in* Patria Conſuetudinaria.

Niſi expreſſis Conſuetudinum *verbis, vtrinque coniuncti, pręferantur vno ſolùm latere iunctis.*

In Patria Iuris ſcripti, cognati etiam inuicem, ex fratre vel ſorore germana, nûm præponantur aliis ex fratre ſororeve tantùm conſanguinea vel vterina.

Ius duplicis vinculi non extenditur vltra fratres, fratrúmque filios.

12. *Pactis conſeruantur futurę parentum hęreditates in Francia, ac hęredes inſtituuntur.*

Sola dotis filię promiſſio, ſine numeratione, poſt mortem parentum dilata, illam non ſummouet horum hæreditate.

Filiæ pacto excluſæ, mortuis maſculis, repetunt ab inteſtato hæreditaria iura.

Liberis, quorum fauore lucra nuptialia reſtringuntur, vita functis, ceſſat reſtrictio.

Statutaria *filiarum excluſio fauore maſculorum, his mortuis, ceſſat quoad futuras ſucceſſiones, non quoad præteritas.*

13. *Literæ* legitimationis, *nothæ nepti à paterna auia impetratæ, valent.*

Mater naturalis, filij hæres iuſta non eſt, Moribus Gallicis.

Hęredi ſcripto licitum eſt, hęreditatem ſpurio teſtatoris relinquere, quam hic directò deferre illi nequiiſſet.

Fæminæ nuptæ excluſio Statutaria *à ſucceſſione directa, ſtantibus maſculis, locum habet etiam in filio* legitimato.

Baſtardi

Digitized by Google

Baſtardi *vidua, legitimis vtriuſque liberis ſuccedit in Mobilia, & Acquiſita.*

14. *Præmorientium liberorum Propria ad parentes aſcendunt, quæ ſint de iſtorum linea, tanquam proximiorum.*

Hærediorum filij vſumfructum non habet ſuperſtes parens, quandiu defuncti fratres, ſororésve ſuperſint, vno etiam latere coniuncti.

Eo quoque vſufructu demuntur quæſita ab alterutro coniugum ante matrimonium: in quæ, filius poſtea mortuus, ſucceſſerit.

An Statutum *de patruo, fratre vel ſorore, extendatur ad eum, qui ex latere patris ſolùm, vel matris coniunctus ſit.*

Succeßio bonorum filij, matri delata, neceſſariò aliis non reſeruatur liberis in Patria Conſuetudinaria, *per tranſitum matris ad ſecunda vota.*

Quæſita à filio, & ad nepotem tranſmiſſa, huius mortè ad auum rediêre, vetuſtiori etiam More Pariſiorum.

15. *Patrimoniorum filij vſufructu ſolo potitur mater ſuperſtes, in Patria Iuris.*

Francicum Edictum in matres, de liberorum ſucceßione, hactenus non ſeruatum in Parlamento *Burdigalenſi.*

Teſtante de bonis filio, qualis, & quanta ſit parentum Legitima.

An Legitima, *in corporibus hæreditariis præſtanda ſit, an in pecunia.*

Quid in Ducatu, Marchia, Comitatu, Baronia, *indiuiduis?*

Nouæ Baroniarum, Marchionatuum, *&* Comitatuum *inſtitutiones, Edictis reſtrictæ in Belgio, Sabaudia, Hungaria, &c.*

16. *Petitor Legitimæ debet priùs hæredem diſcutere, quàm donatarios, aut legatarios defuncti.*

Dos ab auo nepti data, imputatur in Legitimam filij.

In ſucceßione collaterali, *alter poteſt eſſe hæres, & alter hæredis filius, legatarius defuncti.*

17. *Tutor inutiliter vni pupillæ gratificatur, ea ſplendidè dotanda, in præiudicium aliarum.*

Poſt bona publicè poſſeſſa, exæquatur creditorum conditio, ſibi vigilantium, cum negligentibus.

18. *Dotalis ſortis vſuræ, cohæredibus conferendæ ad modulum viceſimi nummi, ante diuiſionem hæreditatis: ſed facta diuiſione, ad duodecimi modum.*

Donatarius quotæ bonorum, æquiparatur hæredi.

Qui, poſt repudiationem hæreditatis, vendit hæreditarium aliquid, non videtur gerere pro hærede.

19. *Sacri Equites Melitenſis militiæ, parentibus ſuis, nec vſufructu quidem, ſuccedunt.*

Religioſi, in Francia, per Bullam *non* habilitantur *ad ſuccedendum.*

Immatura ætate Monachiſmum profeſſus, manet legitimus parentum, & propinquorum hæres: dèque ea hæreditate liberè diſponit.

20. *Pueris non licet, inſcio & inconſulto parente, Monaſteriis ſe deuouere.*

Contemplatiuæ vitæ fœlicitas.

21. *Quatenus, & pro qua parte, debita hæreditaria ab hæredibus ſoluantur.*

Hypothecarij Reditus diuiduntur inter creditoris hæredes pro More loci, in quo ſunt hypothecæ ſpeciales, non domicilij creditoris.

Alioqui in ſucceſsione talium Redituum, ſequenda eſt Conſuetudo domicilij creditoris, non ſitus hypothecarum generalium.

Pecuniarius Reditus priuato chirographo contractus, mobile debitum exiſtimatur.

22. *Vſusfructus luitio, tanquam* reale *onus, incumbit hæredi immobilium, potiùs quàm mobilium.*

An hæres cum beneficio Inuentarij, hypothecaria conuentus inſolidùm, teneatur deguerpire *bona, aut proprio nomine ſoluere.*

23. *Publicè intereſt, defunctorum hæredes quoſdam eſſe, ex Inuentario ſaltem.*

Hæres cum Inuentario, pro Curatore bonis dato, habetur.

Ex Inuentario hæres filius, in directa, non excluditur ab alio ſimplici hærede gradu remotiori.

Placitum Curiæ, hæredem cum beneficio Inuentarij, hypothecariè conuentum, hæreditariis cedere bonis non teneri, nec præcisè, debita ſoluere priuato nomine.

Fiſci debitorum liberi maiores annis, non iuuantur beneficio Inuentarij contra Principem concedentem.

24. *Fiſcus, in bona vacantia ſucceſſor, non obligatur creditoribus vltra vires hæreditarias, etiam Inuentario non confecto.*

At Longobarda Lege, & quorumdam Galliæ locorum priſca Conſuetudine, Fiſcus ſucceſſor priuati, debita olim nulla ſoluebat.

Vidua, marito, in defectum hæredum ſanguinis, ſuccedit ante Fiſcum.

Deficientibus ex vna linea hæredibus, propinqui alterius lineæ collateralis: tùm Aſcendentes *demùm, in ſucceſsione, Fiſco præferuntur.*

Peregrini vidua, vt cognati illius, à Fiſco excluditur.

25. *Dudum abſentis à Patria, Mors non præſumitur idcirco, niſi probetur.*

Duorum in longinqua profectorum, ſenis, & iuuenis, vter priùs obiiſſe credatur, ad ſucceſſorium ordinem Hæreditatum, inter propinquos eorum diiudicandum.

26. Confraternitates *Procerum in Germania, Hungaria, Italia, de mutuis bonorum Succeſsionibus, in defectum poſterorum, & propinquorum alterius ipſorum Familiæ.*

Tales Confraternitates, *in plebeijs, priuatiſque adeo Familijs, Galliarum præſertim, irritæ.*

27. *Diſtincta eſt maternorum bonorum à paternis, filij ſucceſsio, inter eius cognatos ex vtrauis linea.*

Nummaria dos, in emptionem prædiorum deſtinata, repetitur à maternis filij hæredibus: non obſtante intermedia dotalis actionis in filio confuſione.

Recèns nobilitati ſucceſsio, etiam prima vice, nobiliter diuiditur.

Maiores,

Digitized by Google

Maiores, & Scabini *vnius Ciuitatis, Nobiles ideo facti, an Nobilium priuilegijs ipſi, eorúmque poſteri vtantur in aliis Vrbibus ac Prouinciis.*

Pictonum; Angoliſmenſium, & Rupellanorum Nobilitas, priuilegiaque hæreditaria.

28. *Inter variorum liberos matrimoniorum, ſucceßio partiunda* par licts, & non par teſtes, *in quibuſdam Municipiis.*

Singulis tamen liberis ſupplenda Legitima eſt viritim in capita, ex omnibus bonis.

Petitio hæreditatis, eiúſve diuidundæ iudicium alibi conteſtatum, deciſúmque, quàm in Francia, de rebus in ea ſitis, nullum eſt, ac denuo iſthîc retractandum.

DE SUCCESSION EN LIGNE DIRECTE, ET COLLATERALE.

1 PROPRIA CIVITATI cuique feruntur Hæreditatum Iura, apud antiquos Romanæ Politiæ ſcriptores. Sed Francicus de iis Pariſiorum Mos, in alias Galliæ oras perductus voluitur Hiſtoricis Albiorum comentariis: Iam inde ab aureo Regis Auguſti ſeculo, qui Francis imperabat, An. 1212. Senſim autem Equeſtris Ordo per Municipia, Principum auſpiciis, legem ſibi adſcripſit diuidundæ familiæ, cum eximia Natalitij Primatus ſorte, ac prærogatiua. Ne generoſæ nimirùm ſtirpis decus minueretur æqua diuiduæ Hæreditatis ſectione, ac membratim diſcerpta ea, ſplendidæ gentis columen ſubuerteretur. Quemadmodùm igitur Armoricæ Regulus Gottofredus, primigenios Nobiles, inſignium hæredes Ditionum ſanxit, præcipuo ac ſolido iure. An. 1185. Ita Theobaldus Campaniæ Francicæ Comes patrios Ritus contexuit de ſucceſſoria in fundos Equitum norma, ac formula: inſtantibus, corâm, primoribus Campanæ Nobilitatis, Symone Ioynuilla, Symone Caſtrouillano, Errico Ambarrorum, Ruſſiaco, Erardo, Brennæ, Comitibus, ac pluſculis aliis. Diebus Natalis Chriſtiani, An. 1224. Vertente dehinc annorum propè Centuria, Hutinus Rex egregia Campanorum Equitum iura prædiaria comprobauit. Maio. Menſ. An. 1315. Quinimò iunioribus tùm illuſtri ex genere maſculis ſolus addicebatur vſuſfructus hæreditariæ parentum portiunculæ, Moribus variarum Galliæ regionum: Maiori natu, proprietatis domino manente, totiúſque adeò hæreditatis. Ac fructuariæ quidem huius poſſeſſiunculæ veſtigia ſuperſunt apud Andes, §. 222. Cenomanos, 239. Pontiuenſes Ambianorum, 60. 61. Chauniacos Veromandui agri, 70. Peronenſes, 174. & Quintinianos Veromanduos, 34. Legum Municipalium.

Hiſt. Albien. clauſula, *Item tant entre les Barons, & Cheualiers, que Bourgeois, & ruraux, les heritiers ſuccederont en leurs heritages, ſelon la Couſtume, & Vſage de France prés Paris, &c.*

Philippus. 1., Auguſtus.

L'Aßiſe au Comte Geoffroy de Bretagne: de qua, Nos Lib. 2. Doman. Franc. Tit. 3. Art. 3.

A Peronne, Mondidier, & Roye, quant aux Duchez, Marquiſatz, & Comtez.

Ponthieu, *Chauny.*

S. Quintini Conſuetudo particularis, *du Quint viager feodal des puiſnez Nobles.* Item Couciaci Mos peculiaris, Art. 5 & 7. Tum in Neuſtria, Conſuet. Art. 330.

Lutetianorum ciuium Nobilitas ex Regio munere, cuius antea memini.

Equeſtris Nobilitatis Priuilegium datum Bleſis, *Aux Preuoſtz des Marchās, & Eſchevins de Paris.*

Ordinationes ciuiles, ac Politicæ, vrbis Lutet. ex vetuſtioribus eius Statutis compilatæ, & redactæ primùm à Ioh. *Mauloue*, Curiæ Conſiliario ab Rege delegato, Febr. Menſ. An. 1415.

Le Liure blanc dommé Sire, de la Chambre du Procureur du Roy au Chaſtellet de Paris.

Repreſentation en ligne directe.

Edictum Karoli. 5. Imp. die. 4. Octob. 1540.

Lib. 1. De teſtam. coniug. Cap. 5.

Filia ſecundònati nobilis, qui patri in nudum vſumfructū ſucceſſiſſet, more Andium, auo tamē ſuccedit iure proprij vſusfructus. Quia licet præmorienti filio vſusfructus legari aut deberi nequeat. l. 5. ff. De vſufr. leg. l. Iulianus. ff. De iur. dot. Tamen beneficio Statutariæ repręſẽtationis, pater filiæ adhuc viuere fingitur, cùm Legalis fictio veritati æquipolleat, fiatque repræſentatio cum omni ſua cauſa, iure ac conditione: & S. Cōſultis fingitur vſusfructus, qui natura alioqui non ſubſiſtit. l. 1. ff. De vſufr. ear. rer.

Parisiensi autem in Municipio, quod gentilitia pariter fulget Nobilitate clarorum virorum, vſus familiæ herciſcundæ minùs eſt obnoxius inuidiæ. Vbi ſcilicet, non perſonarum, ſed fundorum conditio nobilis plebeiáve, partes adſignat: quæ & hæreditarij Aſſis vncias liberis, vel agnatis diſtribuit minori æmulatione liuoréque, nec ita graui ſingulorum detrimento. Priſci, fateor, Reges Nobilium titulo Lutetianos ornarunt, ac Erricus. 3. præterea Equeſtri dignitate auxit Regiæ Vrbis Ædiles, ipſorúmque poſteros: ſeu Lutetiæ, ſeu aliis Galliarum finibus immorarentur. Codicillis Bleſenſibus, Ianuar. Menſ. An. 1577. qui Ædilitiis Lutetiæ Conſtitutionibus intexuntur. Haud ideo tamen diuidundarum Hæreditatum ratio immutata eſt Pariſiis: quùm & nobiles fundos, plebeij nobiliter, & ignobiles, æquo iure, generoſi inuicem partiantur. Attic. 13. 15. 16. 302. &. 327. patriæ Conſuet. Laxatus eſt certè aliquantulùm rigor vetuſti Moris Pariſiorum: quo nepos auita ſummouebatur hæreditate à patruo vel amita. §. 134. emendatæ An. 1510. & §. 319. 324. recentioris Conſuet. An. 1580. Teſtatur enim albus Codex Antiquitatum Lutetiani Fori, nepotes paternum gradum minimè expreſſiſſe anteà in bonis auitis: niſi auus, connubiali Pacto filij, nepotes itidem vocaſſet in iura futuræ ſuæ hæreditatis. Quod & Belgium verſus, & Aquilonem obtinuiſſe, liquet: ne filij auderent in leges coïre matrimonij abſque parentum conſenſu, neu inuito auo nepos hæres agnaſceretur. Notante Molineo, ad §. 76. Bononienſium in Belgio Morum. Et Nic. Euerardo, Mechlinien. Curiæ Præſide, in Reſpon. 231. de Repræſentationis Iure Flandris ignoto, niſi dotalibus tabulis inducatur. Pari argumento, Karolus. 5. Imp. ſtatuit Edicto, 4. Nonas Octobr. An. 1540., Vt qui nuptias clam genitoribus ſuis contraxerint, nihil inuicem dare, legare queant: tametſi perfecto iam vndiquaque coniugio, paternum aſſenſum exorarint. Teſte Pet. Peckio, Mechlinienſi ſenatore. In Galliis denique, Mag. Karoli obitu, ſucceſſit in Monarchiam filius natu minor Ludouicus, excluſo nepote Bernardo, qui Pipinum Magni primigenium, patrem ciebat. Vt eius ſeculi Annalibus prædicatur. 2

At longa pòſt intercapedine temporum, Otho. 1. Germaniæ Auguſtus diremit Procerum ſacri Imperij controuerſiam de hæreditario iure inter filios, ac nepotes. Gladiatorio quippe Iudicio ſuperiorem, valere iuſſit nepotum cauſam, auitas res cum patruis capeſſentium, ſucceſſorio in vicem patris gradu atque ordine. An. 942. ex Chronico Sigeberti. Pariſiis quoque iampridem inoleuit æquior Vſus patrum repræſentandorum, diſpari ſanè euentu, quàm priùs, nuptiali filiorum tractatu, in ſtipulatum deduceretur. Antiquitùs enim, conuenta paterni gradus expreſſio, deſinebat nepotes inter ipſos ſolos: qui in capita ſigillatim, non in ſtirpes, aui hæredes ſe gerebant, ſuperſtitis omnibus filiis. Quemadmodùm Lib. 3

albo

albo Caſtelli Pariſiorũ perſpicuè declaratur. Nec enim nepos patris gradum referebat, ab connubiali illius cum auo Pactione: niſi cum * θείοις gradu propioribus conueniret ad auitam hæreditatem. Secus de Legitima, nec Conuenta, in paternum ordinem ſucceſſione: quæ gradu etiam pares, iure ſtirpis ad hæreditatem inuitat. §. cùm filius. Inſtit. De hæredit. quæ ab inteſt. Idque Francico ritu paſſim receptum, aſſerit Molineus, in Aruernam Conſuet. §. 9. De hæredit. Pactitia certè hæreditarij iuris reſeruatio ſecundùm nepotem, hoc habuit virium, vt vni quidem filio pro ſuis indulta, ad aliorum liberos porrigeretur. S.Conſulto in peruigiliis B. Matthiæ, An. 1545 ex Iuſtinianea Nouella, De nuptiis, In fi. Et l. poſthumus. §. ex his. ϖ. De inoffic. teſtam. Idem tranſuerſo limite ſuccedentibus præſcriptum, admonuimus Tit. ſuperiori.

* patruis.

Curiæ Decretum iſtud citat Molineus, in §. 139. Syluanecten. Conſuet.

4 Vervm in hoc lateralium hæreditatum genere, ceſſat maiorum repræſentatio inter patrueles, ſeu qui æquo gradu cognati, defuncto in bona ſuccedant. Art. 320. 321. 327. 328. &. 339. Pariſ. Conſuet. qui ex ſimilibus Curiæ Decretis hauriuntur. Hæc vtique protulimus in medium, Lib. 3. De Priuil. Ruſtic. Alia itidem Decreta, Rebuffus, in Procem. Conſtitut. regiarum. Nec moueor diuerſæ quorumdam ſcholæ auctorum ſententia: quos errore lapſos euidenter arguit Gaij I.C. lex iſthæc. Si defuncto nullus frater existat, sed sint liberi fratrum, ad omnes quidem hæreditas pertinet: Sed quæsitum est, si dispari numero sint, fortè nati ex vno vnus vel duo, et ex altero tres aut quatuor, vtrum in stirpes dividenda sit hæreditas, sicut inter suos hæredes iuris est, an potiùs in capita. Iamdudum autem placuit, in capita dividendam hæreditatem. Itaque quotquot erunt ab vtraque parte personæ, in tot portiones * fuerunt. Hactenus ille, in Fragmentis Papiniani, Pauli, &c. Tit. de legitima ſucceſſione. Haud aliter Vlpianus, extante defuncti fratris filio, & vxoribus mortuorum fratrum prægnantibus, incertum eſſe ait, quam partem, fratris filius, hæreditatis vindicet. Quia, quot edantur fratrum defunctorum filij, ignotum ſit. l. 1. §. vlt. D. ſi pars hæred. pet. Ex quo non dubiè elicitur, fratrum filiis inuicem, in viriles, & capitulatim partiundam hæreditatem, non patrum ſucceſſorio iure, quorum facile fuerat numerum recenſere. Sibi pariter conſtans Vlpianus, reſpondit alibi, ſi duos fratres habuerim, vel duos patruos, vnúſque ex his vnum filium, alius duos reliquerit, hæreditatem meam tres in partes diductum iri. l. poſt conſanguineos. §. hæc hæreditas. ϖ. De ſuis & legit. Iiſdem aptè ſuccinit §. hoc etiam. Inſtit. De legit. agnat. ſucceſſ. Cuius paraphraſtes

Repræſentatio pro nepotibus in collaterali, cum fratre aut ſorore defuncti. §. 320. 323. 325. 326.

Tit. Si tab. teſtam. nul. extab. Art. vlt.

Rebuff. Glo. 5. Num. 81.

Contra Glozam in §. ſi igitur defunctus. Authent. De hæredit. quæ ab inteſt. Bartol. in l. 2. §. hæreditas. ϖ. De ſuis & legit. Vidum Papam, Deciſ. 134. Molineum, in Cap. 3. Montenſium Hanoniæ Conſuet., In §. 224. Andeg., 10. Niuernen., (Tit. De ſucceſſ.) 9. Aruernæ. (Tit. De Hæredit.) Legum Municipal.

Theophilus rem apertè illuſtrat, tali clauſula. *Quod autem dicitur, in Capita, ſic intelligendum eſt: veluti euenit, vt inteſtatus morerer, relictis fratris & ſororis, iam tunc mortuorum, filiis: ſed fratris quidem, erant tres aut quatuor, ſororis verò, vnus, aut duo. Non eſt dicendum, filios ſororis dimidiam partem, & filios fratris alteram dimidiam accepturos: verùm in Capita fiet diuiſio.* Qua itidem ratione, hoc ipſum in ſucceſſione libertorum cuſtoditur: Iuliani ſententia, l. ſi libertus præterito. §. vlt. D. de bon. libert. Et Pauli, Lib. 3. Sentent. Tit. 2. Faceſſant igitur, qui contrariæ opinioni adhærent Legum Scholiaſtæ, tum Romanarum, tum Galliæ Municipalium: Abs qua opinione, Chriſtoph. Thuanus princeps Senatus noſtri longè receſſit, aliíque, cum eo, Francicarum aliquot Cõſuetud. Reſtitutores. Germanici necnon Imperij Senatores iudicarunt, fratrum filios inuicem, patrui hæreditatem in capita partiri debere. Ex Mynſingero, ſacri eius Conſilij aſſeſſore. Centur. 3. Obſeruat. 94. Similiter Taurinenſis prouinciæ Curia ſumma rem definijt, ſedente pro tribunali Karolo Emanuele Allobrogum Duce, poſt accuratam forenſium vtrinque patronorum diſſertationem, poſtridie Nonas Martias An. 1582. Ex eóque S. Conſulto proditum à Duce Edictum perpetuum, quod promulgari voluit, iuſſit ſexto Iduum Iuniar. An. præd. Vt refert Antonin. Theſaurus, Auguſtæ Taurinorum ſenator. In Subalpina Deciſ. 162.

Nempe in reformanda Conſuet. Pariſ. vt ſuprà, *d'Auxerre*, Art. 147. *Melũ*, 262. *Monfort*, 110. *Mante*, 164. *Vermandois*, 76. *Peronne*, 197. denique à *Orleans* idem cuſtoditur, Art. 319. &c.

Areſtum Parlam. *de Thurin*, die. 8 Mart. 1582.

Die. 8. Iun. 1582.

Deciſiones Pedemontanæ.

SVCCESSORIO patris iure, filia non modò amitæ, materteræuè 5
adæquatur, ſed etiam antefertur, in cernenda patrui hæreditate. Paterni enim gradus repræſentationem, cum ſua cauſa omni & conditione accipi oportet, tam ſexus quàm gradus. Vt ait Petr. Perticenſis, ad l. pater. §. quindecim. ff. D. legat. 3. Yſernias ad Cap. 1. De eo qui ſib. & ſuis hæred. Ex Inſubrum Moribus, in Cap. 1. De nat. ſucceſſ. feud. Queîs cõſequenter, pronuntiauit ſanctiore in Conſeſſu Iuridico Siciliæ rex Ferdinandus: relatu Afflicti, ibidem Conſiliarij, in cita. Cap. 1. De nat. ſucceſſ. feud. Etſi igitur Legibus, haud temerè Singularia duo admittantur ſimul coëuntia: Francico tamen Vſu, præfertur neptis ex maiori natu (cuius perſonam Moribus induat) patruo etiam, nedum ſorori patris & amitæ. Qualem Francorum Ritum enixè confirmat Tiraquellus, licet ab antiqui iudicio Praxiarcæ alienum, Fabri, in §. cæterùm Inſtit. De legit. agnat. ſucceſſ. Et in Authent. poſt fratres. Cod. De legit. hæred. Idque Pariſiorum Mos ſubindicat, à contrario ſenſu, §. 322. &. 326. Tanto herclè probabiliùs, Lutetiana Curia marem ex fratre, præpoſuit maſculo ex ſorore defuncti: Inter Victriacos Campaniæ Municipes, qui vt marem fœminæ anteponunt, ſic patris gradum à liberis exprimi ſinunt in tranſuerſaria patrui hæreditate, auunculi, materteræ, vel amitæ. Decreto purpurea in Toga recitato. 7. Idus Septemb. An. 1576. Tùm inter Caluimontanos, Prouinciæ eiuſdem. Pridie Nonas Iunias An. 1579. Nec diſſentaneum his, Carnutum ex More

De Iure Primigen. Quæſt. 14.

Verſ. *non plus que leur mere euſt faict. &c.*

Victriacæ Conſuet. Art. 59. &. 66.

Placitum Curiæ die. 7. Sept. 1576. *ſur la Couſtume de Vittry, dans les termes de repreſentation, en collateral.* Item Areſtũ die. 4. Iun. 1579. *ſur pareille Couſt. de Chaumont*, Art. 79.

Digitized by Google

More conformi, tulit Senatus, An. 1545. ſecundùm magnatem *Do*, & ſexto Idus Martias, An. 1547. pro filiis fratris, aduerſus amitam. Recenſente ea Molineo, in §. 95. Carnutenſ. Conſuet. Aſt Pariſienſi in Municipio, filiæ maximi natu, quæ primigenia ſibi ſumunt, ex auita, non ſummouent laterali hæreditate ſorores patris. Art. 323. &. 324. Patrueles ſanè inter ipſos, ſeu conſobrinos, extante patruo, mota eſt contentio Fori, nûm iſto defuncti fratris legatario, hæredis titulum repudiante, partiatur illi hæreditatem in capita, an in ſtirpes. Si patruus quidẽ, nullo accepto, purè vtroq; abſtinuiſſet hæreditate, tunc locũ alijs reliquiſſet eius viritim diuidundæ ac capitatim: Quaſi nec illis partem faceret qui nõ admitteretur ad partem. Vulgata leg. Qui repudiantis. ╥. De inoff. teſtam. Sed quia legatum hæreditario ipſius iuri æquipollet, ideo, velut hærede eo, ab alijs herciſcunda in ſtirpes familia eſt. Dilucida in id Pariſien. Legũ ſententia, §. 6. & 27. Queîs ſubde, patruum, hæredem ſimul, & legatarium, Moribus hiſce neutiquam ferri. §. 300. Atque ita Senatus, ex pari Aureliorum Ritu, pronuntiauit. 7. Idus Quintiles An. 1602. Nauarroto, prouocantis à Suppræfecto Aurelianenſi: & Germano, aduerſarij cauſam orantibus. In Catalogo litium Carnutenſium. Si tamen poſtremo teſtantis elogio, qui fratri legatum adſcripſit, iuſſi ſint pariter fratrum filij præmortuorum, æquis portionibus hæreditatem diuidere inuicem, eius voluntati parendum cenſuit Ornatiſſ. Curia, nec ſtirpis iure idcirco bona in partes diducenda. Extemporaneo Decreto Idibus Maijs An. 1589. poſt diſertam Gottofredi actionem pro appellãte à Præfecto Vrbi: & Talei, pro aduerſa parte.

Senatus Decretum, die. 10. Mart. An. 1547.

Artic. 310. &. 321. Pariſien. Conſuet. explicatio.

Curiæ Iudicatum die 9. Iul. 1601. *en plaidant du Roolle de Chartres.*

Areſtum die. 15. Maij An. 1589. *ſur l'appellation verbale du Preuoſt de Paris.*

6 Beneficio patrum repræſentandorum affinis eſt quadantenùs, ſtirpis iure ſucceſſio in bona defuncti, à communi parente, auóque profecta: Hoc euentu, vt paterna ad paternos, materna ad maternos propinquos redeant. Sed hoc Gallicis in prouinciis viget, aliter quæ Romana, aliter quæ propria Lege adminiſtrantur. Illic enim, Hæreditatum regula, quæ paternis paterna tribuit, obtinet gemino caſu. Prior, in recto parentum Titulo pro hærede, liberis ſuperſtitum, vel nepotibus. Queîs nempe, ſui prædia ſtemmatis, paterni vel materni, interdum aduoluuntur. Theodoſiana lege. 3. Cod. De bon. quæ lib. Iuxta quam, Lutetianus Senatus maternæ auiæ nuper addixit materna nepotis bona: victis amitis, quæ Francico Edicto fretæ, Tertylliani S.C. derogatorio, altercabantur. Areſto in publica diſceptatione cauſarum poſtridie Kalend. Decembr. An. 1593. quùm Olerius, pro materna auia, quæ à Ricomagi Aruernorum Prætore Curiam appellarat: & Vilerius, pro amitis, concinnè dixiſſent. Quadriennio item poſtea, maternus auus forenſi Marte euicit hæres paternas defuncti fortunas aduerſus vterinos eius fratres: quorum ſcilicet fauore edita non ſit Lex regia, paternarum opum in familia ſeruatrix, Maio Menſ. An. 1567. Ac tametſi fratres, vnà cum auo, in hæreditarium ius

Succeſſio poteſt excedere decimum gradum, in Francia. Molin. in §. 434. Borbon. Conſuet.

Areſtum Curiæ *en plaidant*, die. 2. Decemb. An. 1593. *entre les tantes paternelles, & l'ayeulle maternelle du deffunct, en la Chaſtellenie de Vertaiſon, pays de Droict eſcript d'Auuergne.*

de Riom, en Auuergne.

Digitized by Google

vocarentur, noua Iuſtiniani Conſtitut. (Defuncto Cod. Ad S.C. Tertyll.) Nec antea quidem nepoti auus, præterquàm in vſumfructum bonorum, ſuccederet, (l. ſi viua matre C.De bon.matern.) Illa vtique Conſtitutio minimè cohæredes adſciuit, cum auo, vterinos vel conſanguineos defuncti fratres, ſed germanos modò, ac vtrinque coniunctos. Proin vterinos illos CONSCRIPTI CVRIÆ poſtpoſuerunt auo materno pridie Idus Sextiles An.1597. In forenſi cauſarum Actione, cùm Dougeatus egiſſet pro Iano *Delaleu*, qui à regiis Carlati & Murati Iuridicis Senatum prouocarat: & Brouquinus, contrà, pro Pet. Falgueyrato, diuerſarum partium propugnatore. Intermedio etiam tempore, in eandem deſcendit ſententiam Inquiſitoria Curiæ Claſſis ſecunda, reliquarum iudicio ſigillatim exquiſito. Poſtridie Nonas Sextiles An. 1594. Nepotis enim hæreditas, paternæ maternæque auiæ ex æquis adiudicata eſt, vterino fratre poſthabito: quùm in matres Edictum, quaſi pœnale, aut pugnans cum Iure communi, non producatur in maternum auum, nec perſonas trãſgrediatur eo notatas expreſſim. Sicuti ad iſtammet hypotheſin reſpondit Decius, Conſil. 151. (Parte. 4.) Cum argumento Leg. quicunque Cod. De ſeru. fugit. Bartolo licet viſum ſit, *Statuto* excluſa matre, maternum pariter auum excludi. In l. 2. §. videndum. ff. Ad Tertyll. Eòdem vergit, cum Decij Reſponſo illo, Baldi Conſil. 295. Volum. 2. de Parmenſi Italica Conſtitutione, matrum peræquè excluſoria, ſtantibus agnatis: Et Conſil. 366. Lib. 4. ex propoſita Legum quæſtione, an vterinus frater inteſtati hæreditate ſummoueatur ab auo materno. Tale ſcilicet Edictum paterna modò filij bona matri hæredi abnuit in Patria Iuris: ne, repetito ab ea connubio, vt plurimùm, gentilitia Familiæ latifundia prioris coniugis, in alienas externáſque trãſmitterentur. Porrò ſuperiùs citatum axioma (paterna paternis &c.) laterali in hæreditate vſurpatur, primo fratrum ac ſororum gradu, in Prouincia Romani Iuris: Quùm vterini fratres ſoli, ad materna defuncti hæredia admittãtur, conſanguineis exploſis. Iuſtinianea leg. de emancipatis. Cod. De legit. hæred. Ac Vuiſigotthorum Lege conſimili. Cæteroquin proximis agnatis defertur hæreditas, nullo ſtemmatis, gentíſque prædiorum diſcrimine. l. 2. §. legitima. ff. De ſuis & legit. hæred. Nouella De hęred. ab inteſt. venient. §. ſi neque fratres. Paul. Caſtrenſis in Authent. Poſt fratres. Cod. De legit. hæred. Et Benedict. in Cap. Raynutius. De teſtam. Secundùm quæ, decreuit Senatorius Ordo, vterinam ſororem patruo defuncti, in paternis quoque, anteferri. Iudicato. 6. Idus Apriles, An. 1595. ex prouinciola Lugdunenſi. Porrò in Patria Morum, recta linea ad parentes veniunt duntaxat nepotum Mobiles res, & ſoli Quæſitæ, non autem Patrimoniales. Art. 311. &. 312. Pariſ. Conſuet. Id quod auo pariter auiæque tributum fuit, Lutetiano Areſto in Semeſtribus hybernis, An. 1556. poſt forenſem Mangotij, pro

Item Leg. de emãcipatis Cod. De legit. hæred.

Curię Placitum die. 22. Augus. 1597. *ſur l'appel d'vne Sentence des Iuges d'Appeaux du Viſcomte de Carlat & Murat de l'ã. 1594., Pays de droict eſcrit d'Auuergne.*

Areſtum die. 6. Auguſt. 1594. ad relationem Dn. *de Couſſancourt* in 2. Camera Inqueſtarum, *entre Gabrielle Trícault, veufue de Mathieu Bailly appellante du Bailly de Beauiolois, & Guillemette de Farget femme d'Antoine Theuote, intimee.*

Statuto Parmæ, matrem depellente à filij hæreditate, amita non repellitur.

Vuiſigotthorum Leg. Lib. 4. Tit. 5. Cap. 4. Si ex vno patre, & diuerſis matribus filij nati fuerint, facultates quæ de patre venerint, illi tantùm inter ſe æqualiter erunt diuituri, qui ex vno patre fuerint procreati. Idem & ſi de vna matre & diuerſis patribus filij nati ſint.

In Ver. & vxorem. Deciſ. 5. Num. 103.

Areſtum Curiæ, die. 8. April An. 1595. pro N. *Perret.* vidua Claudij *Cordelier, tutrice de Perrette Tremeny ſa fille du ſecond lict, intimee*, contra Claudiũ & Gabrielidem *Cordeliers* appellantes à Lugdunenſi Prætore.

Pariſien. Areſtum, *en plaidant le premier iour du Semeſtre de Ianuier, 1556.*

Digitized by Google

pro auo, & Vilcotij pro fratribus, actionem. Quin trecentos ante annos, eadem auis ceſſit hæreditas, apud Pariſios. Ex vetuſto Quaternione Ædilitiarum Vrbis Rerum, ſic manu deſcripto, ſeruatáque eius ſeculi lexi. *A tous ceus, &c. Iehan Popin preuoſt de la marcheandiſe de liaue, Salut. Nous feſons aſſauoir, come contens ou deſcort fuſt eſmeu par deuant nous entre demiſelle Marguerite de Iauxigny, oele iadis de feuë Marguerite femme iadis Richard de Montmartre, & proche heritiere de lad. feuë Marguerite, d'vne part Et Iehan de Coully, Marie ſa femme ſeur de lad. feuë Marguerite &c. Que par la Coſtume de la ville de Paris, qui eſt toute notoire & approuuee de touz iors, leol & leole ſunt plus prochains hoirs quant aux muebles & aus aques de leur neueus & de leur nieces, que freres ne ſeurs. Aiugames & aiugons par noſtre Sentence, à lad. Demiſele Marguerite tous les muebles & tous les conques, que lad. feuë Marguerite auoit fet ou tens que ele ala de vie à mort. A cete Sentence donner furent preſens Adam Paon eſcheuin, &c. l'an. 1294. le Vendredy apres la feſte S. Pierre & S. Paul.* Quòd ſi, fato præuentis parentibus, ad cognatos veniat hæreditas, haud ſimilis Mouentium, Quæſtuúmque defuncti immobilium ratio eſt, ac Patrimoniorum. In illis enim, cognationis gradus, non ſtemmata, ſpectantur. §. 325. Pariſ. Legum. In hærediis verò, quæ transuerſa linea propinquis obueniunt, ita procedit theorema vulgatum, *paterna paternis*, vt, alto etiam Conſuetudinis loci ſilentio, ſecundùm illud Curia Max. pronuntiarit. S. Conſ. 13. Kalend. Sextiles An. 1571. de Caſtrouillano Comitatu, apud Caluimontem Baſſignyum, pro Auauguriis, Courtalayni dynaſtis. Quod quidem Curiæ Conſultum, Prouinciali in Foro lectum fuit promulgatúmque, iuſſu Senatus. Teſte oculato, Ioh. Gouſſetio, in Notis ad Caluimontanas ſuas Campaniæ Leges. Art. 40. Eadémque iudicio deciſa ſunt Ordinis Clariſſ. Auguſto Menſ. An. 1576. ex Carnutum regione, cuius patria Cõſtitutio planè obmutuit, hac in theſi, *paterna paternis*. Exprompta certè Pariſiis Legem habemus, patrimonia hæredibus diſtribuentem, ſuo cuiuſque iure ſanguinis ac gẽtilitatis, §. 326.

Ordonnances vieilles, à la marir, de la Ville de Paris, & de la Preuoſté de l'eaue.

Arreſt adiudicatif du Comté de Chaſteauvillain, die. 20. Iulij. 1571. *au proffit des Sieurs de Courtalain, & Feruacques couſins germains d'Anne de la Baume, Conteſſe, & de ſon enfant, contre le Sieur d'Annebault pere dud. enfant. Apres enqueſtes par turbes ſur l'vſance du Bailliage de Chaumõt en Baſſigny.*

Placitum Curiæ, relatu Dn. *De Champrõd*, pro N. *Coignet*, contra Ioh. *Loyſeau*, in Curia aduocatũ tutorem filiorum ſuorum, qui fratres conſanguinei erant, defuncti filij ex priore matrimonio, Quos vicère materni eiuſdem cognati in bonis maternis, & à matre acquiſitis, apud Carnutas.

7 Vtrum autem in hærediis iſtis oporteat, recẽns mortui propinquum, ab auctore ipſorum directò propagatum, docere, an tranſuerſo tantùm limite eum contingere, ſufficiat, hæſitatur. *Scriptus & à tergo, necdùm finitus Oreſtes.* Vbicunque enim Ciuicus Mos eloquitur de communi ſtipite & trunco familiæ, (in Rubrica Hæreditatum, lineariſve Retractus) Ibidem hæres agnoſcitur is demùm, qui à primo hærediorum emptore genus ortúmque vitæ ſumpſerit: Vtputà in Melodunenſi agro, Montiſargi, Nouiodunenſi ad Ligerim, Meduntenſi, Turonico, Dordano, Aurelianenſi. Id quod pariter attigit Molineus, in §. 3. Montargiuæ Legis. Rubr. De hæredit. Longobarda necnon Lege, ad eos ſolos pertinet feudale beneficium, qui recta ex linea ſint, ex qua ille fuit, ad quem, diuiſione beneficium peruenerit. Nempe ſi ex eo gradatim ducantur parente, qui primus clientelæ fundum ſibi comparaſſet, *Sergeſtúſque, domus tenet à quo Sergia nomen.* In

Artic. 264. *de Melun*, Cap. 15. Artic. 3. *de Montargis*, Cap. 26. Art. 13. & Cap. 34. Art. 5. 7., *de Niuernois*, Artic. 166. *de Mantes*, 288. *de Tours*, 324., 330. *d'Orleans*, & *de Dourdan*, Art. 116. 117. 128.

Virgil. 5. Æneid.

Digitized by Google

Tit. De natur. ſucceſſ. feud. Tit. De ſucceſſ. frat. Tit. An marit. Et tit. De feudo femin. Pictones autem alio hæreditatum Iure vtuntur quodammodò, tranſuerſaq; lineâ propinquum hæredem admittunt, etſi directò non exortum à fundi comparatore hæreditarij. Vt Lutetiano Areſto edocemur, quarto Iduũ Quintil. An. 1597. ex prolixa litis ſpecie inter Claudium Iûizeum petitorem hæreditatis, & Ægidium Teillierum, enarrata à Dn. Fleurio ſenatore in maximo Curiæ Prætorio. Cùm enim in hæreditatis cretione lateralis, vt rectæ, liceat Pictonico Ritu, Maiorum gradus immenſa ſerie referre, ij qui tranſuerſo duntaxat ſtipite, hæreditarij prædij genus ac gentem attingunt, cenſentur, ipſius auctores in Familia nõ minùs exprimere ac repræſentare, quàm qui ab ijs ſtirpitùs in lucem editi ſint. Ac licet iſti quidem, illis anteferantur in gentilitio fundorum Retractu addicendo: Trãſuerſarij certè propinqui, lege experiuntur alienatorum reuocatoria, & altera iunctos linea prorſus depellunt agnatitia eiuſmodi condictione prædiorum. Pictauen. Conſuet. Art. 335. & ſeq. Vniuerſim porro, deficiente emptoris, primiq; domini nepotum ſtirpe, gentilitia Ditio cognatis adiudicatur cuiuſuis ſtemmatis, qui defunctum propinquiore gradu cõtingant: aduerſus remotiores, qui Ditionis itidem comparatori, vt recèns extincto filio, tranſuerſim coniuncti ſint. Hoc nomine cietur vulgò Iudicatum Curiæ, ex prouincia Aureliorum, poſtridie Idus Ianuar. An. 1558. ſecundùm defunctę auunculos maiores, cõtra paternos inferioris gradus agnatos: quorum patruelis, demortuæ genitor prædia mercatus fuerat, de quibus certabatur. Pariſiis, è diuerſò, & vbiuis Hæreditatum Lex, tranſuerſo contenta eſt limite propinquitatis, vlterior agnatus non poſtponitur citeriori: ſed pro ſua quiſq; cognationis linea, hæreditarias res capit, paternus paternas, maternus maternas. §. 329. 330. cum §. 141. Pariſienſ. Morum.

> Senatus decretum die. 12. Iul. 1597. in magna Camera.
>
> In linea collaterali, repræſentatio in infinitum. Pictauen. Conſuet. Art. 277.
>
> Decretum Senatus die. 14. Ianuar. 1558. *au proffit des Guillereaux grands oncles de la fille de Iehan Garnier leur nepueu maternel, acquereur, contre les couſins remuez de germain d'elle, du coſté paternel des Garniers.*

8 ATQVE hoc euidenter obtinet in Quæſtibus ambotum filij parentũ nouiſſimè mortui: quos, dimidiatim, paterni cõſanguinei, quæſtus, & materni, ex æquo hæredes ſortiuntur. Sicuti Ioh. Gallus, fusè agitato hoc Fori problemate, definitũ refert, An. 1386. Queſt. 87. *Quãdo conqueſtus fiant hæreditagia, Pariſiis.* Vnde colligitur patrius Mos peruetuſtus, lateralis etiam cognationis idoneæ, nec deſcẽſus à ſtipite neceſſarij, ad cernendam ex tranſuerſo hæreditatem. d. §. 141. & 230. Leg. Pariſ. Senatui idem nuper placuit, quæſita à patre, filióque relicta, ex ſemiſſibus diuidi, inter paternos, & maternos filij hæredes: tametſi alij alios gradus propinquitate ſuperarent. Panegyrico totius Curiæ placito Nonis Octob. An. 1557. quod poſtea ſolenni purpura prolatum fuit, Quarto Kalend. Noueb. ſequent. Litigatoribus Daniſio, Nepote Monſteriano, & aliis cõtrouerſi vtrinq; negotij conſortibus. Perroto litis expoſitore. Nec diu pòſt, cõſimilia decreuère Conſcripti Curiæ, pridie Idus Majas, An. 1558. Delata nimirum ad cognatos ex tranſuerſo hæreditate, paternis paterna deberi, materna maternis: licet alij, gradus ordine, alios anteuertant. Vt I. Lucius in ſuis Areſtorum Miſcel-

> Pariſiis ſufficit, cõiunctum eſſe à latere, nec requiritur, *qu'on ſoit de la deſcenduë, eſtoc & ſouche de l'heritage* Idem in retractu lineari. Art. 129. Verſ. *du coſté & ligne,* Et §. 141.
>
> Areſtũ die. 7. Octob. 1557. pronuntiatum die. 29 Octob. *Apres en auoir communiqué aux Chambres.*
>
> Die. 14. Maij. An. 1558.
>
> Lib. 8. Tit. 10.

Digitized by Google

Miſcellaneis atteſtatur: nec obſcurè declarat Lex Pariſiorum, Art. 326. Eôdem recidit Molinei annotatio, Senatoriam ſententiam An. 1537. cientis, ad §. 93. Trecenſ. Conſuet. Idem Molineus, ſ. relatò Mouentium ac ſoli Quæſtuum generi hæreditario peculiarem eſſe ait bini vinculi prærogatiuam, aduerſus vno iunctos latere, dũtaxat, vniuerſo propemodùm ac perpetuo Iure Galliarũ. In Notis ad §. 105. Atrebaticæ Legis. Quòd ſi, eâdem ex gẽte cognationéq;, hæredes confluant certatim ad propria demortui bona capeſſenda: Tunc gradu proximior ſibi ſumit recentiùs parta illius hæredia, à patruo fortè, vel cognato, cui defunctus in ea ſucceſſerit. Quale patrimoniorum genus, vulgò *Proprium naſcens* nuncupamus. Auita verò, & ab communi hæredum progenitore deuoluta ad eos ſeriatim, capiunt etiam vlterioris gradus agnati. Qualia Attici,* τὰ πατρῷα, καὶ τὰ γενεαρχικὰ vocant. Id enim verè gentilitium definimus hæredium, quod anteceſſores noſtri ſuo ære compararint. Bald. Aluarot. Præpoſit. & Iaſ. in Procem. Feud. Decius in Reſpon. 88. Nec indiſcuſſam hanc quæſtionem reliquit Chaſſeneus, in Burgund. Conſuet. §. 8. De hæredit. Quare Senatus, in controuerſa Graſſinorum hæreditate laterali, addixit gradu citeriori Antoniæ Reburſiæ noua adgnati patrimonia Theodorici Graſſini: antiqua verò Graſſinæ familiæ bona, Laurentio & Nicolæ Graſſinis, qui à communi ipſorum poſſeſſore auo, vel proauo genus deducebant. S. C. memorabili. 9. Kalend. Octob. An. 1595. in quarta Inquiſitionum Curiæ claſſe. Bernardo litis inſpectore, poſt confuſas Pragmaticõn teſtationes Caſtelli Pariſien. ex Interlocutione Curiæ ipſius, 3. Nonas Iunias. An. 1588. Eandem planè ſecutos comperio diſtinctionem fundorum hæreditariorum, PATRES LVTETIANOS qui Turonibus ſedebant, Decimo Kal. Martias An. 1593., auitáque prædia antiquioribus ſtirpe cognatis adiudicaſſe, & recentiora propioribus gradu, in Municipio Cenomano. Atque ita bimembri Propriorum bonorum ſerie ac diſcrimine, explanantur Articuli. 326. 329. 330. Pariſ. Conſuet. De gemina iſta patrimoniorum ſpecie, Nos pleraq; hauſimus alibi ex priſcis Legum ſcriptoribus: Quę neotericus Conſuetudinis huiuſce Interpres cautim tranſtulit in ſuos Commentarios, noſtro ſuppreſſo nomine.

9 QVINETIAM in hęrediis, à laterali propinquo defuncti acquiſitis, ſeruauit Curia gradus prærogatiuam inter competitores hęreditatis ex diuerſa cognationum linea. Nam materno genere propinquiorem, hęredem pronuntiauit: paterno victo, inferioris gradus agnato. Percelebri Senatus iudicio Idib. Aprilib. An. 1548. ad appellationem ex Prætura Vrbis Auguſtę: in qua, priùs turmatim de patrio Vſu inquiſitum fuerat, ex Decreto Ordinis Clariſſ. Iſthîc verò, operęprecium eſt, ad conciliãda Hæreditatum iura ambigua, obſeruare, binam cognationis lineam, qua, defuncti res petuntur titulo pro hærede, ipſius perſona concludi, nec latiùs euagari ad geminum

Art. 326. Verſ. *encores qu'ils ne ſoyent plus proches parents du deffunct.*

Duplicitas lineæ ſpectatur in ſucceſſione Mobilium, & Acqueſtuum: De Hæredijs, ſecus. Illa tamen regula Pariſiis non habet locum. Artic. 340. huius Conſuet.

* bona, quę generationis auctor, ſuo generi deſtinauit.

Areſto, die. 9. Iunij, An. 1541. *la couſine arriere-germaine du coſté maternel du deffunct a eſté preferée à la ſœur paternelle és biens venus de l'ayeul maternel*, Vide etiam Areſtum. 9. Septẽb. 1552. apud Ioh. Lucium, Lib. 8. Tit. 10.

Placitum Curię, die. 23 Septẽbris, 1595. *entre Damoiſ. Antoinette Rebours veſue de M. Franc. Seuin Preſident en la Cour des Aydes, appellante d'vne Sentence des Requeſtes du Palais, du 10. Iuing. 1587. & intimée: & Laurés et Nicole Graſſins intimez, & appellãs. Apres Interlocutoire d'informer par turbes du 3. Iuing. 1588. & Turbes faictes en Chaſtelet.*

Decretum Curiæ, die. 20. Febr 1593. *ſur l'appel de la Sentẽce du Bailly du Mans du 27. Iuing. 1591. entre Ieh. Caſſon & conſors demandeurs & Benoiſte Paliſſeau, ſur le partage de la ſucceſſion collaterale de Mathieu Dodeau.*

Lib. 3. Leg. Andeg. Tit. 1. Art. 16. 17.

Decretum Curiæ, die. 13 April. 1548. *apres enqueſtes par turbes au Chaſtelet de Paris, ſur l'appel du Preuoſt de Paris. Au proffit de Edme Regnier ſubrogé au lieu de Pierre Courtelier couſin germain maternel de Pierre Raoul, contre Iacques Michel arriere-couſin paternel. Touchant les acqueſts faits par Iehan Herbelot & Marguerite Raoul, auſquels auoit ſuccedé led. Raoul frere, dernier decedé.*

Digitized by Google

patris ſtemma, vel matris: quò minutiores in partes fruſtillatim communia ſcindantur. Vltimò enim mortui cognatus, eſt alius paterna ex ſtirpe, alius ex materna duntaxat. Quòd ſi altiùs repetatur duplex patris linea, qualem in filio ſpectamus, huius cognati ex vtralibet patris linea, ſeu paterna, ſeu materna, cenſentur paterni modò propinqui, & in his gradu citerior alterum repellit. Poſtremum quippe bonorum poſſeſſorem intueri oportet, non ſuperiores: & mutata perſona, rerum conditio hæreditariarum immutatur. l. per procuratorem. l. hæres per ſeruum, in Gloz. De acquir. hæred. l. ſed ſi plures. §. filia. ff. De vulg. & pupill. Verùm in propoſita quæſtione, Lutetianos inter ciues ideò ſtatuit Curia pleniùs deliberandum, quòd de Vectigalibus in Normania ſitis ageretur: cuius Morem Territorij callere apertiùs, expediret. Areſto. 15. Kalend. Majas, An. 1595. quùm Chauuelinus pro N. Rapouelo, & Dagueus, pro Ioh. Bagerello dixiſſent. Poſteriùs verò, dimidiatim rem partiri iubentur hæredes, litigatores. Decreto luculento. 7. Idus Mart. An. 1596. Hæc porro meditantem admiratio ſubit interim ſolertiæ eorum ac induſtriæ, qui Lutetiam vndique conuenientes, immenſa cumulant: de quibus poſtmodùm, caſtris & armis depugnent hæredes. Ea conditio fuit ciuitatis Byzantiorum, confluente in ipſam vndecunque commeantium turba, vt Traianus Cæſar, honori eius, ſecundùm conſuetudinem præcedentium temporum, exiſtimarit conſulendum. Quidni enim Byzantio Thraciæ, Lutetiam comparemus, Gallici Regni caput, Petrarchæ, Hetruſco dictum? Quam & in Vrbem primariam haud aliter animo ſe affectum profitetur inſignis huc aduena ille, quàm olim Theſſaliæ ciuitatem Hypatam dum luſtraret Apuleius. Denique, vt ciuilium Morum axiomati, *paterna paternis*, colophonē addam, id eò vſque protenditur, quò generis ſeries & cognationis lōgiſſimè proferri poteſt. Argum. Cap. 1. §. hoc quoque. De ſucceſſ. feud. Bald. in Authent. Defuncto. Cod. Ad S.C. Tertyllian. Qualis & inualuit Germanis conſuetudo perpetuæ feudorum ſucceſſionis gentilitiæ, Cæſareo S. Cōſulto probata, 5. Kal. April. An. 1549. Mynſingero teſte, Centuria. 2. Obſeruat. 95. Verùm Auſtriaco, & Carinthiæ Ritu, quùm vnus fratrum inteſtatò deceſſerit, ſuperſtites in bona ſuccedūt à patre profecta: ſiue ex altero, ſiue ex vtroque parente coniuncti ſint. De quo, Cuiacius, in Conſultat. 25.

Semel adita Hæreditas, fit hæredis patrimonium.

Appoinčté au Conſeil, en la Court, die. 17. April. An. 1595. *entre Iehan Bagereau oncle maternel de feu M. Habert Conſeiller de la Court, & ſes couſins paternels: Touchant les acqueſts faicts par la ſeur dudit Habert ſon heritier. Depuis ordōné qu'ils ſeroient partiz par moitié entre leſd. deux lignes.* Die. 9. Mart. An. 1596.

Plinij Lib. 10. Epiſt.

Franciſc. Petrat. Florentini Epiſtolá. 3. Lib. 1. Epiſt. famil.

Imperialis Cameræ Areſtum, die. 28. Mart. An. 1549. pro Nobilibus *de Roden*, contra curatores Marchionum Badenſium.

Auſtriæ, & Carinthiæ Conſuetudo.

QVATENVS patrum repræſentatione, ſtirpe, vel linea, deferretur 10 hæreditas, expoſitum eſt ordine. Nunc tractandum, paternáne vel materna repudiatione, capax fiat iuris hæreditarij filius, cum altero propinquiori. Suggeret ille, matrem quidem parentum bonis cedentem in coëundo matrimonio, facere partem fratribus, licet non vocetur ad partem. Sed extra dotale Pactum, ſponte renuntiantē, haberi pro mortua, vel exhæredata: quę nec faciat cohęredibus partem: &, ſucceſſorio ex edicto, locum nepoti præbeat, quaſi tranſmiſſo iure

An nepos ex ſorore, vltrò renunciante, eius gradum repræſentet, vt cum auunculo veniat ad collateralem ſucceſſionem.

Digitized by Google

iure adeundæ hæreditatis auitæ.l.3.§.ſi emancipatus filius.ff. De bon. poſſeſſ.cont.tabul.l.æquiſſimum.ff.De ſucceſſ.edic.Neque abſonum eſt,nepotem paterna,vel materna abſtinere hæreditate,& auitam amplecti ſuo iure.l.qui ſe patris.Cod.Vnde Lib.l.ſi auus.Cod.De liber. præter. Indeq; Faber opinatur,filium,perinde repudiantis, ac mortuæ, vicem matris ſubire: quaſi materna renunciatio morti æquipararetur. In §.repetitis. Inſtit.De ſeruil.cognat.Sumpto Terentij Clementis argumento,in l.ſiue libertus.§.vlt.ff.De iur.patron.Ac Vlpiani, in l.etſi ex modica.§.ſi filius.ff.De bon. libert. Sed aliis diſplicuit hæc opinio,Iuris ratione potiore.Nam abſtinentis portio regulariter portioni aduolûitur cohæredis vel inuiti,nô perſonæ alteri cuiuis.l.ſi totam hæreditatem.ff. De acquir. hæred. l. 1. Cod.quan.non petent. part. Ex quo item aliquis partem repudiauit,retrò videtur res repudiata,fuiſſe hęredis legitimi.l.ſeruum filij.§.1.ff.De legat.1.cum Saluij Iuliani ſcriptis,in §.vtrum autem Leg.1.ff.Si quid in fraud. patr. Verſ. quamuis enim. l.proinde.ff.De reb.cred.l. quædam D. de reb. dub. Quod deinde fertur,nepotem auo hæredem adgnaſci, id, præmortua matre,accipiendum: non autem viua ea bonis abſtinẽte. Quando legitima materni gradus repræſentatio ſuppleat tantùm fatalem vitæ maternæ defectum,nec viuæ vltrò renunciantis iura ad filium tranſmittat.Bald. ad lẽg. Si qua pœna D.De his qui ſunt ſui vel alie. iur. Proin repudiantis matris liberos ab auunculo excludi, cenſuit Maſuerius, in Tit. De ſucceſſ.& vlt. volunt. §. item quid iuris, ſi pater decedit. Et Molineus diſtrictè, ad §. 241. Cenom. Conſuet. Hiſce conſequenter, Senatus pro auunculo iudicauit, aduerſus ſororis filium, quæ laterali fratris defuncti hæreditate ceſſerat. Decreto.12. Kalend. Febr. An.1595. ex Pictonum prouincia,Dn Leroy, litem enucleante, in.1.Claſſe Inquiſitionum. Cui ſimul decidendæ liti Iudex interfuit Iacob. Riuerius gener meus, Senator in prima illa Conſcriptorum Patrvm Decuria. Huic tamen affine, ex Biturigibus, diſſidium, ſed de recta aui materni hæreditate, Curia reuocauit ad deliberationem ampliorem.Pridie Kal.Sextiles, An. 1595. Tronſone, appellantis: & Nauarroto, aduerſæ partis, cauſam orantibus. Vtrauis certè ſpecie, nullum in hæreditatem ius liberis parit materna ipſius repudiatio in fraudem creditorum: neque his impedimento eſt, quò minùs in hæreditariam ſuæ debitricis portionem ſubſtituantur. Innuente id Claudio Tryphonino, l.penul.Verſ.faciliórque ſuſpicio per filium, ſcriptum hæredem &c.ff.De bon. libert. Ac Norman. Conſuet. Artic. 278. Sed hoc ita, ſi creditores obæratæ ſibi cohæredibus idoneè caueant de ſua parte hæreditarij oneris æríſque alieni. Vt percelebri Curiæ iudicio definitum fuit, 5. Idus Apriles, An. 1596. ad prouocationem ex Caluimontana Prætura, agri Campani. Cæterum ſi nepos, vi præcedentis contractus, de auita certet hæreditate,ſua ex perſona, ac iure proprio: Ei tum nequicquàm officit materna re-

Filius nunquam ingreditur locum patris viuentis, licet aliud ſit in patre mortuo.

Curiæ Areſtũ, Die. 21.Ianuar. 1595. in prima Camera Inqueſtarum, *entre Antoine Clabat oncle, & Antoine ſon nepueu, ſur vn appel du Seneſchal de Poictou, pays de repræſentation. Apres en auoir communiqué aux Chambres.*

Appoinctè au Conſeil en la Court, die. vlt. Iulij, 1595.

Placitum Curiæ, à *Paſques, en robbe rouge*, à D. Forgeto, Præſide recitatum die. 9. April. 1596. *Contre Marguerite Maillart, & ſes enfans, ſur l'appel du Bailly de Chaumont en Baſſigny.* Alioquin, ceſſante præſumpta fraude matris cum liberis, nõ cenſetur fruſtrari creditores, qui occaſione acquirendi non vtitur. l.1.§.vtrũ D. ſi quid in fraud.patr. l. non fraudantur. ff. De reg. Iur.

Digitized by Google

nunciatio paternavè, aut paternorum interceſſio creditorum. Baldi ſententia, ad l. ſi in perſonam Cod. de fideicom. & Franciſ. Marci Deciſion. 104. apud Delphinates. Parte. 2.

Delphinal. Deciſ.

Dvplici item cognationis vinculo prærogatiua datur latera- 11
lium hæreditatum, aduerſus eos, qui vno tantùm latere ſint, defuncto coniuncti. Iuſtinianea Nouella, Itaque. Cod. Commun. de ſucceſſ. Et §. reliquum. Authent. De hæred. ab inteſt. Verùm ex Prouincijs Romani Iuris diſceptatum eſt in Prætoriano Senatu, Regulæ necne huic locus foret inter gradu pares agnatos, an verò inter fratres ſolos, fratrumuè filios, cum patruo, hæreditatis petitores. Vvlgò quidem compertum erat, germanorum fratrum liberos iuuari paterno gemini nexus beneficio in fratrem ſororémque conſanguineos, alioquin cognationis ſtemmate propinquiores. Aſt in eos, qui æquo, cũ illis, gradu cognati, ad hæreditaria patrui bona concurrerent capitatim ſuo iure, citra neceſſariam patrum repræſentationem ac ſtirpem, minùs iuſtè trahi videbatur iſthæc bini vinculi coniunctio. §. ſi igitur defunctus Verſ. ſed & ipſis Authent. De hæred. ab inteſt. venient. Gloz. in Authen. Poſt fratres Cod. De legit. hæred. Quod Aquitanis etiã ſuis probari ſolitum, memorat Feronus ſenator Burdigalenſis, ad §. 65. Patriæ Leg. & Boërius ibidẽ Præſes, Deciſ. 302. Contrariæ verò ſententiæ aſſertores haud paucos protulit filius germani fratris, in patrueles aut conſobrinos ex vterino fratre vel ſorore. Diſſeruit enim obnixè, repetito vetere Iuris problemate, cognatos inuicem, intra gradum metáſque repræſentandi parentis, ſuccedere in ſtirpes, peræquè ac ſi ijdem fratrum filij, cum patruis vel amitis, hæreditatem capeſſerent. Nec leuiùs ergo, vterinorum fratrum natos à filijs germanorum hæreditate excludi, paterno duplicis funiculi priuilegio. Iuxta §. defuncto Verſ. vnde conſequens d. Authent. De hęred. ab inteſt. venient. Glo. in §. amotis Inſtitut. ciuil. De ſeruili cognat. Angel. Aretin. in §. ſi plures Inſtit. De legit. agnat. ſucceſſ. Benedict. ad Cap. Raynutius De teſtam. Quare Prætoriani ſenatores filium germani fratris, hæredem patrui ex aſſe, pronuntiarunt. Decreto. 16. Kal. Apriles An. 1598. ſecundùm Iacobum, Gratianam, & Mariam *de Cabatblanc*, qui à Burdigalenſi Prætore appellarant: In Arnoldum, Margaretam, Ianam *de Cabatblanc*, litíſque conſortes. Porrò taleſnè Legum ſanctiones, de gemino cognationis nexu, obtineant in Gallica Patria Morum, acriter diſputatum fuit in Senatu Pariſien., negotiúmque conſilio permiſſum, ex Angoliſmenſi prouinciola, Nono Kalend. Majas, An. 1534. inter Gabrielidem Maroliam, quæ retinendæ poſſeſſionis iudicium mouerat, Franciſ. Bouchartum Baronem Auheterreum, Ianam Maroliam, Montpezatij Baronis viduam mulierem: & Catharinam Claromontanam, quæ poſſeſſoriæ illi Formulæ reclamarat. Vt paucis agam, quoties Ritus patrij nominatim, cognationum lineis deferunt hæreditatem, non inſpicitur

In linea trãſuerſali, quando ſuccedıtur alteri quàm fratri, vel patruo, attenditur ſolùm prioritas gradus, non coniũctio duplicis vinculi, paterni vel materni eius qui ſuccedit. Burdigal. Deciſ. 302.

Benedict. In ver. & vxorem, Num. 101.

Magni Conſilij regij Areſtum die 17. Mart. 1598. de patrui ſucceſſione Arnoldi *de Cabatblanc*, ex appellatione à Sententia Seneſchali Guyennıæ die 30 Iul. 1597.

Die. 23. April. 1534. *Appoincté au Conſeil, ſur complaincte d'Heredité.*

Digitized by Google

inſpicitur ſanguinis gentilitatíſq; funiculus duplex, nec gradus propinquitatis. Sed qui ex eo genere ſunt, vnde bona profecta, reliquis anteferuntur. Maſuer. in §. item quamuis. Tit. De ſucceſſion. Chaſſen. in Conſil. 32. & Ioh. Imolenſis, Reſpon. 113. vbi ſimilem citat Lucanæ Hetruſcorum vrbis Conſtitutionem: quę ad ſuam quæque gentem ac familiam patrimonia referat hæreditario iure. Notum eſt quippe, ciuicis Municipiorum Moribus hęreditates regi atque diſponi. Panor. ad Cap. Raynutius De teſtam. Noſtra cumprimìs in Gallia, Aurelię Legem explicauit ita Molineus, (Artic. 245.) & Rupellanam Santonum (§. 51.) ne vtrinque coniuncti, qui, Lege etiam tali, præponebantur aliis, hos repellerent hęrediis ſuæ gentis ac ſtirpis: at Mouentibus ſolùm, ac Quæſtibus prędiariis. Tantumdem ab illo ſubnotatum fuit, ad §. 196. Carnutenſ. Morum, 40. Ambianorum, 155. Bleſenſium, & 94. Angoliſmorum. Nec Pariſiis vtique recepta eſt gemini nexus eiuſce prærogatiua. Art. 340. 341. Neque Brageraca Petragoriorum Lege priſca, Art. 52. Quoties tamen generatim Municipalis Conſtitutio anteponit germanos vterinis, & conſanguineis, arceantur iſti à profectitiis etiam ſua ex familia prædiolis, nedùm aduentitiis. Vt Senatui placuit, Montargiuam Conſuet. explananti. §. 12. De Hæredit. Areſto. 4. Kalend. Decembr. An. 1592. ſecundùm Petrum *Portau*, Ioh. Bellangerum, Michaëlem Feſtellum, Petr. Borratum, & litis conſortes: Contra Franciſc. Poiſſonem, & Claram Decanam, coniugem: qui à Nemorenſi Vaſtinenſium Iuridico, ad Curiam prouocarant. At verò, poſt fratres fratrúmque filios, nulla habetur ratio multiplicis nexus cognationis, ex noua illa Iuſtiniani ſanctione: Sed æquo gradu cognati, pariter Mouentia defuncti capeſſunt, & Acquiſita, cum ſui cuiuſque ſtemmatis Patrimonio. Atque adeo Francis tritæ Regulæ locus relinquitur, PATERNA PATERNIS Hæredia, MATERNA MATERNIS. Sicuti ex Bleſia ad Ligerim ora, deciſum à Senatu in cauſa Villebremea, tradit Molineus, ad §. 155. Bleſenſ. Morum. Cui Decreto conſentanea lata pleraque, ex eodem Municipiolo. Primum, quinto Idus Februar. An. 1572. de Arſonum hæreditate, poſt binam Πραγματικῶν decuriam teſtantium de forenſi Vſu obſeruationéq;, Bleſēſis Cōſuetud. interprete. Alterū pridie Idus Ianuar. An. 1585. Lodoica Belliloca, Cæſaris Vallij vidua muliere, tutrice liberorum ſuorum, hinc: & Iano Loqueto, Ioh. Benedicto, cum aliis, inde, litigatoribus. Quinimò Conſcripti Curiæ, eodem ex Bleſorum Territorio, cuius Ritu, vtrinque propinqui alios ſummouent, hoſce pronuntiarunt, communis in ſtipitis hærediola ſucceſſores indiſcriminatim. S. Conſulto apud Turonas, 10. Kalend. Mart. An. 1593. inter Ludouicam Paſqueram, Michaëlis *le Roy* viduam, tutorio liberorum nomine: & Ioh. Guinetum, cum Renata Paſquera vxore, conſortéſque, inuicem decertantes. Nec ina-

Lucanū Statutum.

In hærediis non attenditur duplicitas vtriuſque vinculi. Areſto Curiæ, 13. Mart. An. 1539. quod citat Molineus, in d. §. 40. Alioque Areſto die. 6. Auguſti 1543. en la maiſon de *Mareuil ſur la Couſt. d'Angoumois* Art. 94.

Statutis *de Bragerac*, fratres vterini, aut conſanguinei, extātibus germanis etiā cognatis, ſuccedunt in bona paterna & materna, ſuæ quiſq; lineæ ac ſtirpis.

Verſ. *ſuppoſé, qu'ils ne ſoyent que de pere, ou de mere.*

Decretum Curiæ, die. 28. Nouemb. An. 1592. *au rapport de Monſ. Feideau, en la 3. Chāb. des Enqueſtes, ſur l'appel du Bailly de Nemours, en Gaſtinois.*

Curiæ Areſtū die. 9. Febr. 1572. *apres deux Turbes faictes, l'vne à Blois, l'autre à Chaſteaudun, ou les biens eſtoient. Et ordonne que led. Arreſt ſeroit leu & publié aud. Chaſteaudun, ſur l'interpretatiō de la Couſt. de Dunois particuliere de Blois.*

Parlamenti Areſtū die. 12. Ianu. An. 1585. *ſur vn appel des Requeſtes du Palais.*

Curiæ, Placitum. die. 20 Febr. 1593. pro ſorore vterina, in profectis à communi matre defunctæ ſororis. Sed & Bleſorum Præſi-

Digitized by Google

diali Sententia iudicatum die.5.Decẽb. An.1585. inter Ægidium *Roϋ*, actorem, & Symonem Benedictum, reum, Prærogatiuam duplicis vinculi ceſſare in filiis fratrum & ſororum inuicem ſuccedentibus communi patruo. Quia Bleſis nulla eſt repræſentatio, in collaterali, & nepotes ſimul concurrentes ſuccedunt in capita, non in ſtirpes: etſi Molineus contrarium putet in §. 155. Bleſen. Conſuet.

ne tamen eſt aliquando & inefficax, binum cognationis vinculum. Quale obſeruauit Molineus, ad §. 286. Cenom. Conſuet. Quùm enim illic, cœlibis propinqui res mobiles, & ſoli quæſtus diducantur in duas ipſius lineas, paternam & maternam, germanus eiuſdem frater ſic bona partietur cum vterino, vt ſolus dimidium capiat, quod paternis defertur, & in maternorum tantumdem, cum vterino, concurrat. Ex facto autem proponitur, Ægidium Roſſellum è Celtica Britannia migraſſe in Campaniam Belgicam: Vbi moriens, ſummi pretij, mouentia ſe ac ſupellectilia reliquerit. Agitatum fuit in Armorico Senatu, germana nè defuncti ſoror, talia ritè vindicaret, in conſanguineas ſorores, pro More Trecenſi Campano. §. 93. Defendebant enim reæ, haud Tricaſſium vtique, vbi mobiles res iacerent, ſed Britonum Legem indigenam, eſſe ſpectandam: cui nimirùm patriæ natalíque Legi, ſorores omnes, cum defuncto, ſubiicerentur. Atquin lege hac Armorica, nil habet germana ſoror eximium in * ὁμοπάτρειας alias, ſeu * ὁμομήτρειας, fraternæ hæreditatis, cum ea, petitrices. Quocirca Rhedonenſis Curia æquas ſororibus cunctis decreuit partes fraternorum Mouentium, ſpreto duplicis vinculi obice, ex patriis Britonum Inſtitutis. Iudicato poſtridie Kal. Octob. An. 1572. quod Natalis Failhius ſenator publicæ memoriæ commendauit. Diuerſo quidem Saxonum Iure, protenditur etiam vltra fratres horùmque filios, illa generis computatio, an quis ex vno ſit, vel vtroque parente. *Landtrecht* Lib. 2. Id quod euidenter pugnat cum Lege Romana. Vt P. Caſtrenſis fuſiùs tractat, in Authent. ceſſante. Cod. De legit. hæred. Poſt Bartolum, in l. 2. §. legitima. ff. De ſuis & legit. Sed nihil iſthæc ad noſtram Lutetiam, & Municipium Pariſiorum: in quo, vtrinque coniuncti, alios nunquam ſuperarunt, æquo gradu, hæreditatis competitores. Areſto *Parlamentari*, Menſ. April. An. 1294. ita relato. PHILIPPVS DEI GRAT. FRANCORVM REX. *Notum facimus, &c. quòd mota quæſtione in* CVRIA NOSTRA *in cauſa appellationis emiſſæ ab audientia Præpoſiti Pariſien. quæ vertebatur inter Magiſt. Guillermum Britonem, clericum, ex vna parte: Et Thierricum de Tornaco, & Margaretam eius vxorem, ex altera, ſuper Mobilibus & Conqueſtibus defuncti Nicol. le Coffrier, auunculi quondam matris dicti magiſtri Guillermi, ſuæ neptis ex vno tantùm latere, & Margaritæ vxoris dicti Thierrici, ſuæ neptis ex vtroque, ſitis apud S. Germanum de Pratis, Intellecta quadam Conſuetudine, in dicta cauſa propoſita, Auditis hinc inde propoſitis, pronuntiauit dictus Præpoſitus, dictam Conſuetudinem ſufficienter eſſe probatam: quam pronuntiationem vtraque pars pro ſe dicebat eſſe factam, declarationem inde fieri poſtulando. Tandem habita plena deliberatione ſuper proceſſu dictæ cauſæ, & ſuper dicta Conſuetudine, per conſilium bonorum declarando dictam pronunciationem, Iudicauit, dictum Guillermum ratione matris ſuæ debere fore in ſucceſſione dicti defuncti magiſtri Nicolai, quantùm ad Mobilia*

* conſanguineas ſorores.

* vterinas.

Armorici Senatus Decretum, die. 2. Octob. An. 1572.

Art. 20.

Areſtum confirmãs Præpoſiti Pariſienſ. Sententiam dictam Mẽſ. Mart. An. 1293. Sumptum ex veteri chirographo Exẽplari, *des Ordonãces de la ville de Paris, & Preuoſté de l'eaue.* Vbi & Conſuetudinaria hæc regula exprimitur. *Que par la Couſtume de France, Home, ne fame en ſa derniere volenté por cauſe de teſtament ne puet fere de ſes hers l'un pieur de l'autre des biens mueblés & immuebles que il ait, &c.*

bilia & Conqueſtus, in eo ſtatu & puncto, in quibus erat Margareta vxor dicti Thierrici, & habebit ſimilem portionem in bonis & conqueſtibus dicti defuncti, qualem habebit dicta vxor præfati Thierrici. A quo Indicio, tanquam prauo & falſo, dicti Thierricus, & eius vxor ad noſtram Curiam appellarunt. VISIS *& diligēter intellectis, quæ, partes proponere voluerunt: & viſis etiam proceſsibus, & arramentis cauſæ, Pronuntiauit* CVRIA NOSTRA, *dictum Præpoſitum benè iudicaſſe, & partem aduerſam malè appellaſſe.*

12 PACTIS conuentis interdum defertur, vel aufertur futura Gallorum ciuium hæreditas, perinde ac Legibus Municipiorum. Nam & Cæſarea conſtat Leonis Philoſophi Sanctione. 19., nunquam in Vrbe Conſtantini, nouáque Romani Orbis Arce obſeruatam fuiſſe Alexandri Imp. Legem, Pactum quod dotali. De collat. Ex quo promulgata ibidem Lex, connubialibus filiorum tabulis, cum patribus conuenire licere, vt horum aliquando hæredes illi ex æquis permaneant. * περὶ τοῦ συμφώνου πατρῴου τοῦ ἐπ' ἴσοις κληρονομεῖν τὸν παῖδα. Sic, populari variarum Vſu Regionum, inualuerunt receptitia Pacto hæreditatum iura in contrahendis liberorum nuptiis, hæredúmque adeo ipſorum inſtitutiones. Vt teſtatur Bartolus, in l. vlt. C. De pactis. Ab §. filij. Si de feud. defunct. content. ſit int. domin. Faber in l. 1. Cod. Si mancip. ita vęn. ne proſtit. Quod Tholoſanis etiam S. Conſultis ratum ſancitúmque, aſſerit grauiſſimus Senator Aufrerius, in Deciſ. 451. 452. Capel. Tholoſ. Saxonico itidem Iure, probatur conuentio, de futura hæreditate, *Lantrecht* Lib. 2. Artic. 38. Aſt ſi puella, dotis ſponſione repudiet futurā parentum hæreditatem, ea non ideo purè ſummouetur, niſi ante paternum obitum numerata dote, nedum cauta ac promiſſa. Bartol., in Reſpon. 31., P. Caſtrenſis, in Conſil. 101., Ludou. Romanus, Conſil. 335. & Angelus, in Reſpon. 139. Quoniam, ad hæc, nubentes filiæ ita bonis cedunt paternis & maternis, Lege prouiſum eſt, vt extinctis maribus, quorum gratia renuntiarint, inteſtatò repetant iuſtas parentum hæreditates. Iudicio Baldi, in pręd. l. pactum, quod dotali. Anchæran. in Conſil. 220. Alexand. in Reſpon. 29. Volum. 3. Franc. Aretinus, in Reſpon. 17. Bertrandus Carpentoract. in Reſpon. 133. Lib. 1. Ac poſtremò Chaſſeneus, Conſil. 3. de ciuica ſua Burgundiæ Conſtitutione in filias, quæ, dotali accepto munere, arceantur hæreditate parentum. Has quippe, ſuperſtitibus parenti vtrique natabus ſolis, reuocari in iura hæreditaria, aſſeuerat. Similiter Diuus Hadrianus reſcripſit, inſtitutum hæredem accipere bonorum poſſeſſionem ex teſtamento poſſe, quamuis rupto agnatione poſthumi præteriti: ſiquidem viuo hic teſtatore, editus, deceſſerit. l. poſthumus. ff. De iniuſto rupt. Ita ſecundò nubenti quæ irrogatur Legibus pœna, fauore liberorum, abſumptis morte his, abrogatur. l. fœminæ. §. illud. Cod. de ſec. nupt. Verùm legitimæ illi filiarum reſtitutioni in iura hæreditatum adhibetur ciuilis hæc moderatio, vt ſublatis quidem è medio maſculis, futuras hæreditates cernant,

Nouella Leonis Philoſ.

Conſtantinopolis, noua Roma.

* De pacto paterno, ex æquo hæredem futurum filiū.

Reſeruation conuentionnelle de ſucceder.

Filiæ, accepta dote, renunciantes, reſtitui nequeunt obtētu minoris ætatis. Vt in Conſilio Brabantiæ iudicatum ſcribit Nic. Euerardus, Conſil. 96. Et renuntiatio tenet, quāuis parēte ſubitò mortuo ante matrimonij executionem & ſolutionem dotis. Bald. in Conſil. 167. lib. 3. Angel. in Conſil. 180. Molin. in §. 37. De Hæredit. Aruernæ Leg.

Saxonum Lex, Lib. 2. Different. Iur. ciuil. & Saxon. Art. 38.

Stante Statuto Burgundiæ, quòd filia dotata nō ſuccedit, relictis tantùm à parente vtroque filiabus, ſuccedet.

Excluſio Statutaria filiarum ceſſat, deficientibus maſculis, quoad futuras ſucceſſiones, nō quoad præteritas.

Digitized by Google

non autem præteritas & antea delatas. Molinei opinione, ad §. 72. Burgundiæ Conſuet. Et ad §. 258. Cenomanæ: Poſt Baldum ad l. in quibus Cod. De ſec. nupt. Et Franciſ. Aretini Reſponſum. 50.

Burgundi Ducatus Conſuet.

13 PRINCIPALI item Diplomate, vocantur ad parentis hæreditatem ij, quos minimè alioquin Mores noſtri agnoſcerent hæredes. Nothi enim ac illegitimi, natalibus reſtituuntur à Principe; non modò naturalis patris impulſu ac ſumptu, verùm & paternæ auiæ: vt huius bona hæredes nanciſcantur illi, excluſis agnatis. Sicuti Alexandro I. C. placuit, Reſpon. 139. Volum. 1., de nepte naturali, ex filio legitimo, redacta in ordinem legitimorum, Reſcripto ad libellum paternæ auiæ ſupplicem. Inde Senatus, præclaro iudicio Regios Codicillos probauit, curante auia, nepti conceſſos: quæ, demortui filij leniendo mœrori, auitas res ſuccedanea capeſſeret. Areſto, in Tribunalitia ſummi Ordinis decuria, pridie Nonas Sextiles An. 1592. ex Aureliorum Præfectura: Inter Franciſcam Mariámque Meſminas, & Claudiæ Gourellæ maritum, inuicem diſſertantes. Quin & Luſitanicæ Curiæ iudicio deciſum eſt, nepotem ex filio coniuge, & ſoluta muliere natum, paternæ auiæ teſtamento hæredem nuncupari potuiſſe, venia ab Rege non petita. Luſitan. Deciſ. 23. Gammæ, regij ibidem Conſiliarij. Haud eadem videtur matris naturalis cauſa, quæ nunquam ſine rubore ac pudore Diploma huiuſmodi liberis exorarit. Vt alio loco à Nobis expoſitum eſt. Ac Iuſtinianea quidem Conſtitutio, matris hæredes ſanxit filios vulgò conceptos, aliorúmque pariter, quos materna cognatione & neceſſitudine contingerent. l. ſi qua illuſtris. Cod. Ad S. C. Orphit. Sed Gallicus Mos hoc genus hæreditatum exploſit. Maſuer. in §. item naturales. Tit. De ſucceſſ. & vlt. volunt. Imò nec, ſcripta Lege, ſpurij, nefarióque complexu editi, feruntur alteriùs, quàm matris, in bona ſucceſſores. Hoſtienſ. in Summ. Tit. Qui fil. ſint legit. §. an vtrumque genus. Quò recidit Bertrandi ſententia, in Reſpon. 6. Lib. 1. His tamen proſpectum fuit commentitio noſtrorum Interpretum Iure, ſeu callida Iuris interpretatione, vt qui ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſionem capere à patre nequeant ſceleſta coitione progeniti, ab eius hærede ſcripto relictam ipſis hęreditatem aſſumant. Bartol. ad leg. ſi quis eum. ff. De vulg. & pupill. Poſt Gloſſematarium §. vlt. Authent. Quib. mod. natur. effic. ſui. Auo rurſùm legitimi ex ſpurio libera eſt, donandi illi poteſtas, adoptionis titulo, hęredíſque nepotis inſtitutione. Ab egregio Bartoli Reſponſo. 118., explanantis Iuſtinianeam Leg. vlt. C. De natur. lib. Cum Angeli Peruſini dictatis ad leg. Et qui vxorem. ff. De adopt. Quorum tamen ſententiæ Scholiaſtōn, hoc temperamento, adhæſit Iaſon Maynus, ſi teſtator auus iuſta ſobole orbatus eſſet: Ne alioquin vis fieret Cæſareæ Legi vlt. antedictæ. Iaſ. in l. Hæreditas Cod. De his, quib. vt indig. Præterea naturali

Literæ legitimationis baſtardi, ad requeſtam auiæ paternæ.

Placitum Curiæ Pariſ. *en la grãd Chãbre*, die. 4. Auguſti, An. 1592. *ſur l'appel de la verification faiſte en la Chambre des Comptes des lettres de legitimation de Claudine Gourreau, obtenuës par Claudine de Trapes ſon ayeulle paternelle.*

Andegauen. Legũ Lib. 3. Tit. 4. Art. 15.

Nûm verò Executor teſtamentarius, grauatus diſtribuere teſtatoris bona pios in vſus, alioſuè, poſſit eius ſpurium eligere, tractat Bartolus, & Ioh. Imolenſis in l. Lucius §. inteſtato. ff. De legat. 1. Cum Franciſ. Marci Deciſ. 259. Part. 1.

De his vide Benedictum in Cap. Raynutius, In ver. condidit Num. 15.

Digitized by Google

naturali patri licet, regium filio Diploma impetrare, Natalium reſtitutorium lege condicta, vt certas modò in vncias bonorum illi ſuccedat. Sicuti Bartolus adnotauit, in leg. quæſitum ꝑ. De adopt. Anton. Butr. ad Cap. per venerabilem Tit. Qui fil. ſunt legit. Alexand. in Reſpon. 25. Lib.1.& Reſpon.30. Volum. 4. Caſtrenſis ad leg. Pactum Cod. de collat. Ex cap.1. De ſucceſſ. ab inteſt. Et cap.1. De fil. nat. ex matrim. ad Morganat. contr. Quam in ſententiam pedibus ijſſe videtur Ordo Ampliſſ., inſigni Decreto Nonis Quintilib. An. 1582. Cùm enim naturalis filius, inſtante patre, legitimorum in Album relatus fuiſſet à Principe, ſimul & eius in res mobiles prædiariáſque recens partas ſucceſſor deſignatus, ſuborto dehinc patri ex iuſtis nuptiis filio, Senatus diuiſit ita paternam inter liberos hæreditatem, vt gentilitia prædia ac Patrimonia legitimo tribueret, *legitimato* Mouentium, & Quæſtuum ſoli partem dimidiam: horum verò ſemiſſem reliquum, ſuperuentu iuſtæ illius prolis, eidem adiudicauit, ex ſenſu Leg. Si vnquam De reuoc. donat. Nec mirum, quando & nothorum primario ſtatu mutato, quaſi legitimæ iam ſobolis exortu, reuocentur anteriùs donata aliis quibuſque. Vt Tiraquellus eruditè, ad d. Leg. Si vnquam Omnimodò autem, Hiſpaniarũ lege Taurina.12., Qui legitimi fiunt Principali beneficio, cum legitimis non ſuccedunt in bona genitoris ſui. Auctore Couarruuia, in Tract. De illegitim. & Natural. Sed etſi municipales Galliæ Conſtitutiones, quæ nuptas fœminas, virili extante progenie, arcent hæreditate parentum, trahantur ad mares poſtea legitimos factos à Principe. (Baldi ſententia ad l. cùm acutiſſimi Et l. eam quam Cod. De fideicom. Ac Decij Reſponſo. 365.) Inibi certè noua coniunx non cenſetur excluſa, *legitimatorio* maſculi Diplomate poſteriore, vbi excluſoriæ Conſtitutionis verbis ſpeciatim expromantur mares legitimi: quorum fauore, mulier ſociata viro hæreditatibus ſummoueatur. Vti ſenſit Molineus ad §.48. Sequanorum Moris priſci. Hæc de notho quidém, Codicillari patris hærede: At Valentianis Hannoniæ, talis, citra Reſcriptum, ſtatuitur matris hæres: vt, ediuerſò, priùs obeuntis iſtius mater bona ſibi ſumit. Ea autem decedente, Hannonum Comes, vniuerſa occupat, maternis pulſis agnatis. Ciuica eius Vrbis Conſuetudine, Art.121. 122. In finitima itidem Germania, Fiſcus defuncti ſpurij rebus potitur, excluſis fratribus vterinis, ac ſororibus etiam legitimis. Quemadmodùm in ſacro Germanici Imperij Prætorio deciſum fuit.12. Kalend. Majas An. 1540. ex dictatis Angeli Aretini, in §. vulgò quæſitos. Inſtit. De ſucceſſ. cognat. Scriptore Imperatorij decreti Mynſingero, Centuria. 3. Obſeruat.91. Ac Cæſareo vtique Karoli.5. Edicto, cooptari vetatur legitimorum in ſeriem filius ſacerdotis, cœnobitæ, vniuſuè cõiugum: præterquàm eximia ad id Principis gratia ac Indulgentia. Eiuſmodi tamen, inceſtu adulterioué concepti iuſtæ proſapiæ haud alius adſciſcitur hæres Mouentium, ac Immobilium quæſitorum, quàm illius vidua mulier,

Areſtum Curiæ, die. 7. Iul. An. 1582. *ſur proces par eſcript entre les tuteurs de Edme Pelsot appellans du Bailly de Bar ſur Seine, & Pelsot fils legitime par Reſcript, intimé*.

Nobilium quoque Hiſpanorũ baſtardi legitimati à Rege, nõ ſunt exẽpti ſolutione publicarũ Indictionũ, ni ſpecialiter legitimatorio Reſcripto talis immunitas ijs cõceſſa ſit. Ex Couarruuia, De illegit.

Statutum excludens filiam, extantibus maſculis, locum habet etiam in filio legitimato. Baldus tamen, Conſil. 214. Volum.2. variè hoc exagitat, an filius naturalis vel ſpurius poſſit, viuente filia legitima & naturali, legitimari, [illegible] ſuccedat tam in feudis, quàm in aliis bonis.

Couſtumes de la Ville, Banlieu, & Chieſſion de Valenciennes, en Haynault. omologatæ à Karolo.5. Cæſ. Die.23. Mart An. 1540. Sic locali Cõſuet. *du Bailliage d'Aire, en Artois*, nothus matri ſuccedit legitimis liberis orbæ.

Germanicũ, S. Conſultũ, die.20. April. An.1540.

Caroli.5. Imp. Ordinatio, apud Brugas Flandriæ, die. 21. Octob. An.1541. Quę deſcripta eſt in calce Inſulanarum Legum Municip.

matérque liberorum: Quæ alienę vt particeps non fuit incontinétiæ, ita nec pœnæ eſſe debet. Auctore Senatu,& pro Tribunali proferéte, 5.Kal.Iunias, An.1576.ſecundùm viduã Lupei nothi coniugé, aduerſus dominicũ Fiſcũ: Cui nec locus tribuitur, Pariſiorũ More, niſi poſt vtriuſuis ſtirpis cõſanguineos. §.330., ac ſparſim adeo, Molinei ſcriptis ad §.328.Borbon.Conſuet.Boioariorum ité Lege priſca, Tit.5.De iis qui ſine hæred.moriunt.Intantùm, vt Bertrandus ille, Gallus, Carpentoractenſis cenſuerit, vxoré quoq; Fiſco anteponendam in bonis inteſtati mariti.Conſil.6.(Volum.1.) ex Prætoria bonorũ poſſeſſione, VNDE VIR ET VXOR. Id quod Siculi cõiuges indubiè obſeruãt, Honorarij inuicem ſucceſſores. Aliter Longobardo Iure, de quo, Yſernias, in Cap.1.Quæ ſunt Regalia. Et Neapol.Cõſtit.Tit.de nomin. Baron.poſſid.in Ter.Doman. Nos de iis pariter, alibi copioſè.

Curię Pariſ.placitũ, die.28 Maij, An. 1576.

Neapolit. Conſtit. Tit. De nominibus Baronum poſſidentium in terra domanij. Vbi Matth. Afflict.

Lib.1 Doman. Gallici, Tit. 12. Vnde Fiſcus.

14 QVONIAM igitur in præpoſteram incidimus liberorum hæreditaté paréti delatã, Sciendũ, hunc mouétes ſe,& aduentitias res ſoli, hæreditate filij, adipiſci, nõ verò profectitias & patrimoniales. Lege Pariſiorũ, 311.312.Sepoſitis hinc, quæ pater viuo filio prærogarit, ſeu quæ ipſe ſuo parta labore ad poſteros tranſmiſerit. His enim deficientibus poſteris, bona ſuperſtiti parenti Lege obueniunt Municipali iſta, 313. 315., Romanis cõſentanea, De bon.quæ liber.l.2.& 3.Cod. Quò pertinet elegans Molinei diſtinctio (ad §.107.Atrebaticæ Conſuet.,& Aruernæ §.3.De Hæredit.,) natorum hæredia ad parentes vulgò nõ aſcédere, ne in alienam cognationis lineam dilabãtur: ad ipſos verò, ſi eadem ſint linea ſtemmatéq; deuincti neceſſitudinis proximæ, pertrãſire. Subdo iis, reſeruatũ Moribus eidem genitori vſumfructũ eorum, quæ ab ſe coëmpta, dimidiatim liberis, præmortui coniugis hæredibus, obtigiſſent. Art.230.& 314. Sed cũ CONSCRIPTI CVRIÆ vſum fructum interpretati ſunt procedere ita demũ, ſi omnibus coniugũ liberis immatura fata vitę curſũ præcidiſſent. Nã, ſano ſoſpitéq; vel vno, fructuaria bonorũ poſſeſſio defuncti nõ redit ad paréte ſuperſtitem. Quippe qua vna ſolatioli materia, ſibi cõſuluerint liberis orbi Municipes: quũm ipſorũ hęredia filiorũ tranſirét ad hæredes extrarios.i.extra focũ, ſacra, iúſq; Familiæ ſuæ. Ne laborioſi ſcilicet fundorum emptores, cum priſco Vate, quiritarétur: SIC VOS NON VOBIS. Ac propterea, extãte mortui ſorore, vel cõſanguinea quidé, Placuit Senatui, matrem ab vſufructu repelli paternorũ quæſtuũ ſoli: qui hæreditate, vni filiorum aduoluti, eius obitu ad ſororé illã venirent. Decreto Kalendis April. An.1586.in.5.Claſſe Inquiſitionum Curiæ: Vbi Proſper Bouynus lité collegis ſuis denarrabat. Ioh.Magno,& Dionyſia Gaumontia vxore, contendétibus, aduerſum Annam Comité, Ren. Gaumontij viduã coniugé. Nã etſi theſis iſthæc variè torſerit Baldi ingeniũ, an ciuicæ Legis verba, de fratre vel patruo, cõplectãtur eũ, qui alterutro tãtùm paréte aliis cõiunctus ſit (Iuris reſpõſo.218.Lib.2.& Cõſil.336.Volum.3.) In Franciscis vtiq; Municipiis ſpectata gétilitate prædiorũ, vt paterna paternis ſolis addicãtur hæredibus, meritò viſum eſt

In profectis à paréte, *ce n'eſt remonter, ains retourner*. Molineus, in §.74. Arteſiæ Conſuet. Sed & quæſitorum ab illo, prædecedente ſine liberis filio, vſusfructus, cõpetit paréti ſuperſtiti.§.230. Pariſ. Mor.

Maternus tamen auus an comprehendatur hac Leg.3.C. de bon.quæ lib. Vide ï.Art.15.Ad Verſ. ex matre, vel ab eius linea &c.

Ita auus paternus nepoti ſuccedit in obuenta huic à patre, vt ex paterna linea. Quod notat etiam, Francicum in vſum, Chaſſeneus, Conſil.9.

Pariſien. Areſtum, die.1.April.1586.in quinta Camera Inqueſtarum. Iuxta Conſuet. Pariſ. verba, *au cas qu'il n'y ait aucuns deſcendans de l'acqueteur*. In §.230.

Curiæ

Digitized by Google

Curiæ Ornatiſſ., deuoluta à patre ad filium Hæredia, reuolui ad huius fratres ſororeſvè cõſanguineos, poſtpoſita matre defuncti. Sed agitatum eſt præterea in Senatu, nùm vidua mulier, prærepto morte filio, æquè frueretur patris à cœlibe marito, ac coniuge. Quam patriæ Legis ambiguitatem Curia miſit in conſilium, tertio Kal. Februar. An. 1586. Martino, Ianæ Benedictæ, matris cauſidico: & Leueſto, cognatorum filij hæredum. Planè cauſam iſtorum, qui poſteà obtinuêre, adiuuant perſpicua Municipalis Iuris verba, §. 230. cum Artic. præcedẽte, & §. 314. Multò etiã vberiori fauore proſequimur inter cõiuges, quæ communi amborũ labore empta, parata, ſeu (Legis Frãcicæ vocabulo) *collaborata* ſint, quàm vnius tãtùm ære ac ſudore quæſita. Adeò ſecundùm naturã, *ortus cuncta ſuos repetunt, matrémq; reuiſunt*. Subiuncta Iulij Pauli ratione, inl. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. De pactis. Quin & Tornacenſi Neruiorũ More, vteruis parens liberis in vniuerſa ſuccedit. Dempto latifundio nobili à patre donato, quod præmatura filij morte nõ reuertitur ad donatorẽ: ſed trãſuerſo gradu propinquis lege obuenit. §. 7. Rubr. De natural. liber. Et §. 36. De Feud. Porro licet vnius liberorũ hæreditas, quæ matri acceſſerit, reſeruari aliis debeat materno tranſitu ad ſecundas nuptias. §. hinc nos, & §. ſeq. Authent. De nupt. Accurſ. & Bart. in l. fœminæ. Cod. De ſec. nupt. Tamen in Regionibus Morũ ciuiliũ, aliud cuſtoditur vulgò, liberéq; decernit hæres filij, parẽs de Mouẽtibus ſe rebus, ac ſoli Quæſtibus, ad eum hæreditate trãſmiſſis. Qualia nimirũ bona, gentilitia non ſint, alteriúſq; ex parẽtis ſtemmate deriuata. Vt S. Cõſulto deciſum Lutetiano, monuimus Libro anteriore, nec Romana connubialis lucri Iura trahenda ad *Statutarias* Frãcorum hæreditates: quę longè aliter Moribus parenti Gallo, quàm Romano, adſcribuntur. Denique à filio comparata, quæ nepoti obuenerint, auo deferuntur ſuperſtiti, vel auiæ Pariſienſi. : cit. Art. 315. qui inſcitè pro nouo vſurpatur, Renunciatione Actorum in recognoſcẽdo Iure iſto Municipali. Nam hunc, è diuerſò, priſcum coarguunt Rituum Comitialia de eo Vrbis ſuffragia, ſeu Plebiſcita, in autographo vetere Collectaneo, ſub Annum. 1300. Cuius ſcriptura talis eſt. *Rebriche, que leoul & leelle ſunt plus prochen hoir de leur neueu, que leurs couſins germains. Le caz eſt tel. Dame Conſtance de S. Iaques ot 1 fuilz qui ot nom Robert de ſeint Iaques, eſpicier. Cil Robert ſe maria, & cil Robert & ſa fame orent 1 fuilz, & firent cil Robert & ſa fame durãt led. mariage pluſieurs aques. Led. Robert mourut, ſa fame & ſon fuilz demourerent en vie. Apres ce, le fuilz dud. Robert mourut ſans laiſſer hoir de ſon propre cors. Lad. Conſtance demoura en vie, & pluſieurs autres couſins & couſines dud. fuilz. Lad. Conſtance demande come la plus prochene hoir du fuilz Robert tous leſd. heritages, que led. fuilz dud. Robert auoit ou tens que cil fuilz ala de vie à mort, qui li eſtoient deſcẽdus de la ſucceſſion de ſon pere. Leſd. couſins & couſines le contredient, & le veulent auoir come plus proches hoers dud. fuilz du coſté du pere, &c. A ce fu regardé ou Parloüer des Borjois de Paris, par le Preuoſt & par les eſcheuins, & par molt grand plante de Borjois de Paris, & de plus ſages & des plus anciens qui*

Appoincté au Cõſeil, die 30. Ianuar. An. 1586. *Depuis vuidé cõtre la mere, par Arreſt du.14. Aouſt, 1591.*

Art. 229. in ver. *les biens de la communauté.* Art. 230. ver. *moitié de conqueſts.* Art. 314. ver. *qui ont eſté acquis par leſdits pere & mere.*

Leg. Franc. Lib. 4 HLudouici Pij, & Hlotharij Filij Impp. Cap. 9. Vxores defunctorũ, tertiam partem collaborationis, quam ſimul in beneficio collaborauerunt, accipiant, &c.

Conſuet. *de Tournay*, à Karolo. 5. Imp. adprobata, Die. 2. Auguſti An. 1552.

d. §. hinc nos, & §. ſeq. correctorij ſunt alterius §. cùm igitur. Authent. De non elig. ſec. nuben.

Suprà, Lib 1. Tit. 1. Art. 8. Cum limitatione, quam ſubiecit hoc Lib. Tit. 1. Art. 32.

Procés verbal de la nouuelle Couſtume de Paris.

Cayer à la main, des Ordenances anciennes de la Ville de Paris, & de la Preuoſté de leans.

Parloüer aux Borjois.

Digitized by Google

ſauoient les Coſtumes de la ville de Paris, que lad. Conſtance eſtoit dud. enfent la plus prochene hoir, come cele qui etoit aole, & que par la Coſtume de Paris ele auroit tous les heritages dud. enfent: & les autres n'en auroient point. Car il n'eſtoit pas ſi pres aud. enfent de linage, come lad. Conſtance.

Francicum Edictũ *des veufues & des ſecondes nopces*, reſtringit ſolùm donata à cõiugibus inuicem, non autem iuſtis hæreditatibus filiorum alterutri delata coniugi, præſertim in Patria Conſuetudinaria. Sed in Patria Iuris tales hæreditates reducuntur ad vſumfructũ patrimonij filij, ſiue mater renubat, ſiue non. Edicto verificato in Curia Pariſ. die. 29 Iulij. An. 1567.

In Municipiis ædepol, quæ vtuntur Iure Quiritum, parui refert 15
hodie, parénſne, filij ſucceſſor, repetat nuptias, an viduo thoro vſquequaque decumbat. Matri enim nudus tribuitur paternorum filij ſemis fructuarius, regia Sanctione Maij Menſ. An. 1567., in Senatu Lutetiæ publicata. 4. Kalend. Sextiles eod. An. Qualis materni vſusfructus *Statutum* memorat Ancharanus Bononienſis, Reſpon. 421. Francicam certè eam Conſtitutionem, Burdigalenſis Curia ingenuè profeſſa eſt, nec promulgatam à ſe, nec hactenus obſeruatam ſua Aquitania tota. Publico decreto ſeu elogio. 15. Kalend. Septemb. An. 1597. ad ſupplicem libellum Elizabethæ Furgoniæ: quæ, paternarum filij opum hæredem ſe omnimodò, contendebat in regio illo Prætorio, quod Magnum Conſilium vocant. Romana autem Legiſlatione, in binubam tantùm matrem, filij hæreditas redigitur ad merum vſumfructum. Authent. ex teſtamento. Cod de ſec. nupt. Idem, de patre iterum coniuge, ſancitum. §. ſi verò expectet. Authent. De nupt., §. quia verò. Authent. De non elig. ſec. nub., l. generaliter. §. 1. Cod. de ſec. nupt. Azo, in Summa Tit. De ſec. nupt. §. item quæcunque. Sed demus, filium matri duntaxat in dotem ſucceſſiſſe, ab auo materno profectam. Putant nonnulli, eam, filij interitu, ad dotantem auum non reuolui, ſed ad patrem, Iure Quiritum. Ex rectiori ſenſu ac explicatione Leg. Quod ſcitis Cod. De bon. quæ liber. Baldus nuncupatim, in l. ſi dotem Cod. de ſal. cauſ. adiec. leg. Motus noua Iuſtiniani Conſtitut. defuncto Cod. Ad S. C. Tertyll. Et P. Caſtrenſis Reſponſo. 372. Parte. 1. Conſil. Nam Legibus quidem cauetur, dotem à patre datam, præpropero filiæ obitu, ad eum regredi: vt reliqua à parentibus collata futuro liberorum connubio. l. 4. Cod. ſolut. matr. l. 2. Cod. de bon. quæ liber. Cum §. 313. Pariſien. Morum. Sed hoc minimè tum procedit, quùm donatarius liberos reliquerit: etſi hi poſteà, cœlibes excedant è viuis. Papiniani leg. poſt dotem. D. ſolut. matrim. Et cita. Leg. quod ſcitis Verſ. *eorum dominium, quæ ad ipſum ex matre, vel ab eius linea peruenerint, non ad auum, ſed ad patrem eius ſuperſtitem perueniat.* Tametſi enim Lex iſthæc de paterno auo ſtatuat nominatim: ideo tamen maternum ſuppreſſit, quòd liquidò pateret, hunc in nepotes non vti iure patriæ poteſtatis, ex quo, ipſorum bona, hæreditate poſſideat vel peculij iure: hócque propterea ius eum reliquo tunc patrimonio confundi planum ſit Lege Romanor. Vt notat Vlpianus, leg. 2. ff. De caſtren. pecul. & Iuſtinianus Imp., leg. vlt. De inoffic. teſtam. Cod. Atque ita Lutetiano S. C. decretum fuit, ex hoc Pariſiorum Municipio, ſecundùm cognatos defuncti, patrimoniorũ hæredes, contra maternum auum, de profectitia dote Reditus nummis conſtituti. Annum circiter. 1554. Quod memoratu dignum eſt, ad patrium

Burdigalen. Parlamenti Declaratio generalis, die. 18. Auguſt. 1597. *ſur la Requeſte de la mere de feu Iacques Daguſſeau, pour ſe ſeruir de lad. Declaration, au grand Conſeil.*

Iis conſonat Oldradi Reſponſum. 33. & Steph. Bertrãdi Conſilium. 89. Lib. 1. Cum Conſil. 5. Lib. 2.

Authent. Verſ. ſalua gradus prærogatiua. Sed an Nouella hæc, cum Leg. quod ſcitis, purè obtineat in Conſuetudinaria Francia, tractat Ferronus, ad § 4 De Teſtam. Burdigal. Cõſuet.

De Curiæ Placito iſto, Nos fuſiùs Lib. ſuperiore, Tit. 1. Art. 28.

trium

trium Morem explanandum, præd. §. 313. Quinetiam paternus auus, ſublato viuis nepote, non condicit res filio donatas, in Prouinciolis Iuris ſcripti, niſi ſalua matri ſuperſtiti portione legitima: quæ, vſufructu fundorũ ibidem circumſcribitur Fraciciis Edictis. Sicuti pro matre, ab eodem Senatu pronuntiatũ fuit aduerſus Claudium. *de Montconis*, ad prouocationem à Suppræfecto. Lugdunẽſi. Areſto. 7. Kalendas Quintiles, An. 1594. Abs quo nihilùm diſſentit Aquitanicæ Curiæ Decretũ, An. 1582. quod latiùs deſcripſi, in Legib. Andegauorũ. Ecquid verò, ſi filius poſtremis tabulis extraneos ſcripſerit hæredes? Quanta parenti, Gallica Sanctione, fructuario, addicetur honorũ pars Legitima? Tãta ſcilicet, quę regio præfinitur Edicto: non quæ Iure cõmuni ſuppletur. Vt vult Ancharanus, in præd. Reſpon. 421. 428. Nil planè æquius portione ea genitori Legibus debita: quam valdè commendat Philo Iudæus, Lib. 3. De vita Moſis. Cuius tamẽ Hebræi Nomothetæ Moſis de illa ſilentiũ, nihilò magis demiratur Philo, ac Solonis Attici, de parricidio, Tullius: ex raritate nimirũ ac infrequẽtia lõgioris parentũ vitę, quàm liberorũ, ceu ordine fatorum inuerſo. Vnde ſuperſtites liberis matres, retinebunt, iuſtę portionis nomine, vſumfructũ quoq; bonorum: omni reiecto onere, quod filius forſan teſtamento adiecerit. l. quoniam in prioribus. Cod. De inoffic. teſtam. Bartol. in Authent. excipitur. Cod. De bon. quę lib. Et Steph. Bertrandus, Conſil. 3. Lib. 1. In Maſſilenſi cumprimìs Phocenſiũ Prouincia, fauetur parentũ Legitimę, verbis patrię Conſtitutionis, poſtridie Idus Decembr. An. 1456. ita nuncupatis. EDICIMVS, ET STATVIMVS, QVÒD VBI, ET QVOTIES SVBSTITVTIO FACTA FVERIT, ET MATER ERIT IN MEDIO SVPERSTES IPSI FILIO MORTVO, DICTA SVBSTITVTIO OMNI TEMPORE, TAM IN PVPILLARI ÆTATE, QVÀM POST, FAVORE MATRVM VALEAT IVRE FIDEICOMMISSI, ET FIDEICOMMISSARIA IVDICETVR. NISI IPSI FILIO INSTITVTO SVBSTITVTI FORENT FILII, FRATRES IPSIVS FILII MORTVI: AVT TESTATOR DIXISSET, QVÒD NOLEBAT, QVÒD MATER DE BONIS SVIS HABERET VNVM OBOLVM, AVT ALIVD ÆQVIPOLLENS: AVT SI MATER ESSET INCAPAX HÆREDITATIS, QVIA NON PETIERAT, FILIO PROVIDERI DE TVTORE, AVT, SI ERAT TESTATORIS INIMICA: AVT, SI TESTATOR MATRI LEGANDO, ET A SVBSTITVTO IPSVM LEGATVM RELINQVENDO, DIXIT, QVÒD ETIAM LEGATO CONTENTA ESSET, ET VLTRÀ ALIQVID PETERE NON POSSET: VEL QVIA MATER AD SECVNDA VOTA TRANSIIT, VEL QVIA MATER TESTATORIS ERAT SVBSTITVTA IPSI FILIO MORTVO. SI VERÒ TEMPORE MORTIS FILII MATER NON ESSET IN MEDIO, SED MORTVA FORET, TVNC DICTA SVBSTITVTIO, INFRA TEMPORA PVPILLARIS ÆTATIS VALEAT IVRE DIRECTO:

Placitum Curiæ, die. 25. Iunij. 1594. pro Catharina *Henry*, vidua Ioh. *de Montconis*, contra Claudium *de Montconis President des Threſoriers au bureau des finances à Lyon*.

Lib. 3. Tit. De fructuar. parent. Iur. Art. 12.

In Orat. pro Sex. Roſcio Amer.

Statutum Comitatus Prouinciæ, latũ die. 14. Decemb. An. 1456.

Caroli. 9. Edicto, mater quidem ſucceſſione filij excluditur: ſed eius ex altero matrimonio liberi, qui ſunt vterini defuncto, ab ea excludunt paternos mortui propinquos, gradu remotiores. Areſto Pariſien. die. 17. Septemb. An. 1581. Ex Patria Iuris ſcripti.

Digitized by Google

POST VERÒ PVPILLAREM ÆTATEM, VT FIDEICOMMISSARIA. Verùm hodie iuſta portio legitimorum hæredum nummis æſtimatur, ac depẽditur, ſcripti hęredis arbitrio, in Prouincia illa, Narbonenſis Galliæ. Sacro Edicto Henrici. II., decimotertio Kalend. Iunias, An. 1547. Quod patrius Senatus apud Aquas Sextias promulgauit. 13. Kalẽd. Nouemb. ſequent. Nummariũ item Legitimæ complementũ probatur Gratianopolitanæ Delphinatium Curiæ, aduerſus filiam ære dotatam. Auctore Vido Papa, Delphin. Deciſ. 487. Quod illuſtriori pariter in Dignitate feudorum obtinet hæreditaria: quæ diuiduam in partes ſectionem non admittit. Eiuſmodi Ducatus Gallis habetur, Comitatus, Marchia, Baronatus: apud Papium, vbi ſuprà, & Boërium, Burdigalenſ. Deciſ. 204. Cum Pariſienſi S. C. facto *Kalend.* Octob. An. 1569. de Iuniaco, Cãpani agri, Comitatu: Poſt vetus illud *Parlamentare* Diualiũ An. 1269. de Bellijoco, Lugdunẽſis oræ, Baronatu. Sigillatim verò, inſignes hoc genus Ditiones, indiuiduas ſanxit MOS Burdigalenſis: ſalua filiabus pecuniaria Legitima. §. 76. Turonum, ad hæc, Conſuetudo, §. 294. Iuliodunenſis, Cap. 28. Art. 1. Peronenſis Veromanduorũ, Art. 174. Barroducana, §. 2., Baſſignya Lotharinga (Tit. De Feud.) Et B. Michaëlis, Ambarrorum. De Hæreditat. Art. 3. Ita Alenconiæ domus inclytæ Tabulario inſcripta legitur annua nuda æris Penſitatio, vindiciarũ in morem, à LVTETIANIS PATRIBVS decreta Katharinæ Alenconiæ Noricorum Duci heroidi, in Alenconium Ducem, fratrem, pendente iudicio familię herciſcundæ, Tertio Nonas Iunias An. 1457. Quo nempe iudicio, regius Actor, vnà cum Duce reo, mordicùs aſſerebat, Alenconium Ducatũ, & Perticenſem Vnellorum Comitatum, purè virilia eſſe auguſti Diadematis Munera, in mares regiæ ſtirpis Regulos collata indiuiduo maſculinæ Fiduciæ titulo, cuius incapaces fœminę forent. Sed hanc eximij Iuris Regulam pertinere non puto ad nouos fumoſóſque priuatorũ Comitatuum titulos Codicillares: Vtpote quos Senatus, in regiis Codicillis excutiendis, honorarios modò iuſſerit manere in poſterum, & honoris ergò tantùm indultos. Nam municipalium Conſtitutionum verba, propriè genuinéque accipi decet, non fictitiè, aut gratioſè: præſertim contra natiuum peræquationis fauorem fratrum, ac cohæredum. l. 3. §. hæc verba. ꝟ. De negot. geſt. l. huic ſcripturæ. D. Ad L. Aquil. l. vlt. C. De his qui ven. ætat. l. 2. §. in locum ꝟ. De relig. & ſumpt. Ac exteris adeo Principibus Monarchiſque exoſus fuit honorarius eiuſmodi feudalium Dignitatum faſtus, de quo obiter Molineus, ad §. 1. Hannoniæ Conſuetud. Cuius dein retundendi faſtus ſtudio, perlatum eſt ab Hiſpano rege Philippo. 2. in ſuos Belgas Edictum. 9. Kal. Octobr. An. 1595. Et à Duce Allobrogum in ſubditos Pridie Calend. Octobr. An. 1576. ſubſcribente huius Camerino Senatu, quarto Iduum Nouemb. Eod. An. Neque ab iis multùm abhor-

Edictum Henrici. 2. die. 20. Maij. 1547. Verificatum in Aquenſi Parlamento Prouinciæ, die. 20. Octob. ſeq. Ex Lib. Statutorum Comitatus Prouinciæ.

Ducs, Marquis, Captaux, Soudics, etc. Quorum & Pariſ. Lex prærogatiuam notat, diſtinctionémque à minoribus Feudis, *pour la foy deuë au nouueau ſeigneur* Art. 65. *Deſd. Soudics de l'Eſtrade,* Froſſartes Hiſt. Lib. 1. Cap. 220. Et lib. 2. cap. 90. 92.

Areſtum die. 1. Octob. 1569. inter Ludouicũ à S. Maura, & Ludouicam ſororem, viduam Dn. *de Loue*: Quòd in diuidẽda patris hæreditate, fratri licebit in compenſationem ſextæ partis Comitatus *de Ioigny*, ſorori dare alios fundos hæreditarios *tant pource qui eſt roturier ou allodial, que feodal dud. Comte.*

Areſtum Parlam. omn. Sanctor. An. 1269. Quòd Baronia Bellijoci nõ diuiditur, & integraliter ad primogenitum ſpectat. Ex Lib. 2. veteri Areſtor.

Cõſuetud. *du Bailliage de Baſſigny le Lorrain*, redactæ & approbatæ à Lotharingo Duce die. 19. Nouemb. An. 1580. Item *du Bailliage de S. Mihiel, en Barrois*: Quę, Comitatus indiuiduos ſtatuunt.

Senatus placitum, die. 3. Iun. 1457. *trouué en l'Inuentaire des tiltres d'Alençon*, de pecuniaria penſione alimentaria & per modum prouiſionis ordinata *à la Ducheſſe de Bauiere ſeur du Duc d'Alẽçon.* Maſculinũ Panagiũ Alenconiæ, & Perticenſis, Ditionum Francicarum.

Comitatus *de Chaulne*, in Veromãduis, *erigé à tiltre d'honneur* An. 1563. Ducatus *de Montbazon*, in Turonia, publicatus in Parlamento, die. 13. Mart. 1595. Et Ducatus *de Thouars* ibidem regiſtratus, die. 7. Decemb. 1599.

Placart du Prince, aux Pays bas, die. 23. Septẽb. 1595. Et Sabaudi Ducis Edictum die vlt. Septemb. 1576. verifficatum à *Chambery* die 10. Nouemb. ſeq.

Statutorum verba in vero ac proprio caſu intelligi debent, non in caſu ficto.

ret priſca

ret priſca Hunnorum Cõſtitutio, ita ſcripta, COMITATVS HONORES IN PERPETVVM NON CONFERANTVR. Verùm, vt ad rem redeam, Pariſiẽſi, ac cõmuni fermè Gallicorũ procerũ Ritu, nobilis cuiúſq; fundi præcipuũ ius ac primigenium minimè ſcinditur portionibus inter liberos cohæredes, nec iunioribus confertur obtentu Legitimæ ipſorum, quæ ex aliis corporibus hæreditariis ſuppleri nequeat: Sed hæc, iuſta tùm pretij ſorte pẽſatur, arbitrio optioneque maximi natu. §. 17.

Hungariæ Regni Ius Conſuetudinariũ, quod redactũ in ordinem, Latinéque deſcriptum publicarunt Steph. Vverbeuuczius, & Hieronym. Balbus regio Vladiſlai iuſſu, An. 1490.

16 CÆTERVM eandem Naturæ portionem præſtare tenetur inſtitutus hæres ſolus, non donatarij particulatim liberi alij: Niſi inita rerum omnium æſtimatione, Legitima perſolui ex hæreditate non poſſit. Tunc enim ſubſidio quodam è fundis donatis exigetur debitæ portionis ſupplementum. Vt Lutetiana Curia circumſpectè decreuit Pridie Idus Mart. An. 1592. in Aruerna gente præclara *d'Apchon*: quæ executionem vrgebat anterioris Iudicati Curiæ. 5. Idus Apriles, An. 1579. Montholone litis inſpectore. Priùs enim iudicio conueniendus hæres eſt, de Legitima, quàm certarum rerum donatarij. Opinione Baldi, in Rubr. ff. De rer. diuiſ. Alexand. in Conſil. 154. Lib 7. Angelus in l. Papinianus. §. ſi conditioni. ff. De inoffic. teſtam. Nam legatarij, in perſonam obligati non ſunt petitori Legitimæ: ſed hæres, debitæ illi, vt oneribus aliis obnoxius hæreditariis. l. 1. Cod. ſi cert. pet. l. 1. §. ſi hæres. D. Ad S.C. Trebell. Vnde priori loco excutienda hæreditatis bona cõfirmat Alexander, poſt Bartolũ, ad l. in quartam. D. Ad leg. Falcid. Quod variis dehinc argumentis exagitat Boërius, Aquitanici Senatus præſes. Burdigalenſi Deciſ. 145. ex diuiſis tùm Iudicum ſententiis de controuerſa re Antonij Fluſſatis, & hæredum Iani Bonuallij dynaſtæ. His non malè adplicatur lex, Si totas. Cod. De inoffic. donat. Et l. Si libertus In fi. ff. De iur. patron. Dos certè nepti ab auo data, minuit patris Legitimam in bonis auitis, eíque imputatur: ſiquidem cõſtituta propter patrem illa appareat. l. auus. ff. De iur. dot. l. dotem, quam dedit auus paternus. ff. De collat bonor. Atqui in ambiguis, lege cõiicitur erogata dos in filij gratiam, dotaléq; leuamẽ oneris paterni. Bartol. in cita. l. dotem, quã dedit. Angelus, in Reſpon. 88. Aſt ſi, egeno admodùm patre, nec filiæ doti idoneo, auus dotarit eam: Tunc neptis fauore, adſcripta dos intelligitur, nec pater ſibi acceptam feret in collatione bonorum cohæredes inter ipſos. Bald. ad l. vlt. Cod. De dot. promiſſ. Alexand. in d. l. in quartam. Et Iuris reſponſo. 26. Lib. 1. Decius accuratè, in Reſpon. 81. Enimverò Pariſiorum More, quicquid prærogatur ab auo, vel auia, indiſtinctè eſt in commune referendum à patre, vel matre, cohæredibus ſuis. Art. 306. Excepto, ſi donatarij parens hæreditate donatoris abſtineat. Art. 307. In hæreditatibus autem, quæ tranſuerſo limite obueniunt, eiuſdem hæres ſinitur pater, filiúſque legatarius. Nec enim prohibitoria Lex hæredi legandi, porrigitur ad ſecundum hæredem, ſeu hæredem hæredis: præterquàm in recta parentum hæreditate. Art. 300. 301. & 306. Pariſ. Conſuet. Hanc ita explicante Senatu, pridie Idus Iunias,

Verſ. *Et toutesfois au d. cas, le fils aiſné peut bailler aux puiſnez recompenſe en argent, de la portiõ qu'ilz pourroient pretendre ſur led. fief pour le ſupployement de leur Legitime, ou Douaire.*

Senatus Decretum die. 14. Mart. An. 1592 in executione alterius lati die. 9. April. An. 1579.

Hine licet interpretari Morem Pariſ. Art. 298. In ver. *n'euſſent diſpoſé par donations entre vifs, ou derniere volonté.*

Super dubio partito inter Antonium de Fuxo Dn. *de Rabats*, & hæredes Dn. Ioh. *de Bonnal.*

Statuta ſtricti iuris, & exorbitantia à Iure communi, quæ loquuntur de hærede, non extenduntur ad hæredem hæredis.

Digitized by Google

Placitum Curiæ. die. 12. Iunij, 1589.

An. 1589. quùm Taleus, & Eſcorceueus, clientum patroni viciſſim cauſam oraſſent.

Vlpian. l. 1. ϖ. De coll. bon. Sic More Pariſ. donata à parentibus, ſunt cohæredi conferenda. §. 304. 305. 306. 308 Aliud de fructibus rei donatæ perceptis viuo donatore. §. 309.

PRÆTORIA æquitas, bonorum collationem inter cohæredes 17
inuexit. Nam aliàs iniquum foret, Caſſiodori dicto, alterum abundare, & alterum egere. Videamus autem de filia, quæ à patre, liberorum tutore, dotem ſumpſerit: Eámne in medium conferre ſororibus aliis compellatur. Patre enim deinceps bona profundente, ac rebus exhauſto, innuptæ puellæ, matris hæredes redigi poſtulant in commune dotem à ſorore præceptam ex fundorum prouentu maternorum, quem parens vniuerſarúmque tutor perceperit. Aſt nupta ſoror obnixè contendit, dotales nummos ſibi priuatim à patre debitos, reliquatore ſcilicet maternorum redituum. Quòd ſi per ætatem, aliis minùs licuerit impuberibus, tantumdem æris debiti à tutore eodem corrogare, id ſibi negat officere poſſe: Cui nubilis ætas profuerit, vt rebus ſuis aduigilaret, ſuúmque reciperet. Labeonis ſententia, in l. 6. D. quæ in fraud. credit. l. repetitio. ϖ. De condict. indeb. Econtrà verò, iuniores, eum qui, poſt bona publicè poſſeſſa, debitum, ſuum fecerit, in portionem vocandum, ac reliquis exæquandum creditoribus: Nec præcipere cæteris hunc tum oportuiſſe, cùm iam creditores omnes parem in conditionem redacti eſſent. cita. l. 6. §. ſciendum. Atquin Prætor tutelaris, qui communibus omnium curatorem bonis dedit, videtur æquam feciſſe pupillarum omnium cauſam & conditionem. Vt, quæ ab publico ipſo curatore ex bonis contrahantur, cunctis pro portione præſtentur. Saluij Iuliani leg. vlt. ϖ. De curat. bon. dan. Neque earum vni aut alteri per gratificationem ſoluere, licet tutori, aut curatori. Scæuolæ leg. pupillus D. Quæ in fraud. credit. Proinde, conſulta hac facti ſpecie, Nos cum aliis reſpondimus, minores natu à grandiori ſorore dotis collationem rectè exigere.

Les proffitz de la dot rapportables au denier vingt, comme fruictz d'heritages: Et apres les partages, au denier douze.

DOTALIS autem æris fœnebre incrementum venit, cum ſorte, 18
in collationem, à die delatæ hæreditatis: ſed non abſque rerũ ac temporum delectu. Illud enim regulariter viceno ſortis nummo æſtimatur Moribus Pariſiorũ, Art. 319. At ſi in diuidunda familia, dos reapſe non reddatur, eiúſque collatio reliqua ſuperſtet, æquum eſt, vſuras eiuſdem poſteriores, duodena quaſi fœneratitij Aſſis vncia, perſolui. Quippe quùm dotalis tunc pecunia in creditum æs conuerti videatur. Argum. l. quidam. ϖ. De in rem ver. Et eorum, quæ Angelus Peruſin. ad l. in rebus Cod. De iur. dot. Porro vt hæredes parentes collationis munus non ſuſtinent: ex iis quæ Nos alibi, & Molineus, in §. 313. Borboniæ Conſuet. Sic filius, qui paterna hæreditate abſtinet, conferre nihilo tenetur magis à patre data filiæ ſuæ, quàm ſibimetipſi. Art. 306. 307. Pariſ. Morum. Iuxta Papiniani ſententiam pro filio, ex ſextante, hærede ſcripto, qui legatum petens, repudiata etiam hæreditate, non cenſetur paternum oppugnare iudicium: quòd iuſtis rationibus noluerit, hæreditariis negotiis implicari. l. filio pater. ϖ. De

Aſcendentes non conferunt.

Leg. Andegauen. Lib. 3. Tit. De fructuar. parent. iur. Art. 14.

leg. 1.

Digitized by Google

leg.1. Ecquid verò, ſi filius hæreditate cedat, haud leui quidem contentus legato, ſed accepta omnium bonorum donatione paterna? Hunc reor, velut hæredem, in medium referre cogi, quæ pater nepti dilargitus ſit, aut legitimam Naturæ portionem fratri vel ſorori pendundam ex bonis vtrinque præceptis à ſeniori fratre, & eius filia. Secundùm ea, quæ Nos ſuperiùs, de dote ab auo nepti data, explanauimus. Cæterùm, ſi prædij donatarius hæreditatem repudiet, dein cum hæredibus fundum diuendat hæreditarium, haud ideo geſſiſſe pro hærede exiſtimatur. Quemadmodùm Senatus iudicio deciſum fuit, 3. Idus Ianuar. An. 1578. in quinta eiuſdem Inquiſitionum Decuria. Ex Prætorij edicti mente, & Sabini I. C. leg. ſi ſeruum. §. hæc verba. ff. De acquir. hæred. Nam & qui priùs abſtinuit hæreditate, exin amouit res hæreditarias, furti potiùs actione, quàm hæreditaria, creditoribus alligatur. Id quod ſcitu dignum, ad interpretationem ciuicæ Legis Pariſiorum, Artic. 316. & 317.

Parlamenti Areſtum, die. xi. Ianuar. 1578. Briſarto relatore, inter Petrum *Agnenin dict le Duc, & Michaelem Pean*, in .5. Camera Inqueſtarum.

19 IVSTOS hæreditatum dominos executi, diſpiciamus nunc, quínam lege exhæredes ſcribantur. Monaſticam imprimis religionem profeſſi, arcentur profana quauis hæreditate. §. 337. Pariſ. Morum. Aſt de ſacris Equitibus Hieroſolymitanæ militiæ, dubitatū eſt. Nonnulli quidem, ſed ambiguè nec conſtanter, credunt, illos feudalis beneficij fructuarij capaces exiſtere, & vſufructu tenus paternos fundos probè retinere. Yſernias in Conſtitut. Neapolit. Poſt Baldum in Reſpon. 33. Volum. 1. & Conſil. 397. Volum. 4. Eam verò ſtatus controuerſiam, quæ in Subalpino Taurinorum Senatu mota fuerat, apertè diremit Præſes ibidem Octauianus Cacheranus, Pedemontan. Deciſ. 27. Curia item Pariſiorum, grauiſſimo Decreto, XI. Kalend. Ianuar. An. 1573. quod alio Opere in publicum protuli. Verius eſt enim, ſacros hoſce Milites profana quauis poſſeſſione excludi. Quippe qui Monaſtico voto adſtricti ſint, nedum Clero adſcripti Chriſtiano. Viennenſis Synodi Cap. quia contingit. §. penult. De relig. dom. Cap. ex parte. De decim. Cap. Canonica. De ſentent. excommun. Vnde municipalis Conſtitutio Præturæ B. Michaëlis, in Ambarro Ducatu, ſanxit diſertè, Hieroſolymitanos equites, Teutonicos, alioſque id genus, Monaſticæ addictos Religioni, gentilitia qualibet arceri parentum ſeu propinquorum hæreditate. §. vlt. Rubr. de hæreditat. Plura, de hoc monaſtico Equitū Ordine, in noſtris Libris FISCI GALLICI. Pontificio tamen Diplomate, interdum Rhodij iſti milites adſciſcuntur ad legitimas parentum hæreditates, præfinito modo, lege ac conditione. Aliorum inſtar Cœnobitarum, de quibus, Baldus in Authent. ingreſſi. Cod. De ſacroſ. eccleſ. Et in l. Deo nobis. Cod. De epiſc. & cleric. Quinimò Phil. Decius aſſerit, cucullatum ſacerdotem, qui Romanis Codicillis in iura hæreditaria reuocatus ſit, perfrui natalitia in iuniores hæredes prærogatiua. Conſil. 114. Sed noſtra Gallia ritum hunc, vſúmque neutiquàm recipit, citra Principis permiſſum: cuius ſupremo dominatu tenentur omnes

Cheualiers de Malte.

Caualieri de Rhodi, quos vocat Yſernias. Tit. De his qui debent accedere ad ordinem clericatus.

Eccleſiaſt. Polit. Lib. 3. Tit. 1. Art. 20.

In Melitēſes Equites Areſtum, hæreditarij iuris, etiam fructuarij, excluſorium. Dic. 21. Decemb. An. 1573. *ſur le plaidoyé & appoincté au Conſeil du* 4. *Decemb.* poſt prandium, *entre Thouroudes, & Brebart Aduocats, touchant le Commandeur de la Lande.*

Conſuet. *du Bailliage de S. Mihiel, en Barrois*, redacta, & omologata à Lotharingo Duce An. 1598 Menſe Nouembr.

In Ver. militarium.

Lib. 1. Tit. 13.

Item Religieux ne ſuccedent par diſpenſation de Pape, ne autrement. Excepté les

Hoſpitaliers, qui en furent diſpenſez du Pape & du Roy anciennete, pour ſucceder par vſufruit. Lib. ſic inſcripto, *Le grand Couſtumier de France.* Sed cuius magna etiam pars exoleuit.

Decretum Curiæ, die. 9. Ianuar. 1593. *ſur l'appoincté au Conſeil du. 25. de May 1592. entre Iehan Rictor & Claude l'Eſcuyer ſa femme, parauant veſue de Pierre Bachelot, appellans du Preuoſt de Paris. Et Pierre l'Eſcuyer, & Antoine Beſſe, intimez.*

Gallicorum fundorum poſſeſſiones. Ex priſco Volumine *Conſuetudinario* Galliarum. Tãtumdem, in ſimile Ciſtercienſium priuilegium, ſcribit Molineus, ad §. 74. Legis Burgundionum noſtrorum. Contrà verò, ſi quis ante ſtata maturæ ætatis tempora, Monaſtico adactus ſit iureiurando, eum Rex edixit, parentum hæredem iuſtum fore, ac de hæreditate ſibi delata pro arbitrio ſtatuturum. §. 16. Aurelianenſis, & 28. Bleſenſis Edictor. Iuxta quæ, Senatus iudicauit, quinto Idus Ianuar. An. 1593. poſt publicam Oratorũ vtrinque actionem, Fortini pro appellante, & Chauuelini pro aduerſa parte, 8. Kalend. Iunias, An. 1592. Vt autem perſtringuntur iſtic obiter parentes ſtolidi, qui tenellos liberos, expertéſque iudicij, Cœnobiticis includunt Septis: Ita *filij filiæuè familias impuberes non debent, clanculum iis, quorum in ſacris poſiti ſint, parentibus, obtrudere ſe Cœnobiis, deuincirẽque Monaſtico vitæ inſtituto.*

DIVINA enim Lege, quam Moſes promulgauit, patri liberum 20
fit, votiuo filiæ ſacramento intercedere minoris annis, conſtitutæque in illius poteſtate: Adeo, vt quod puella ſpoponderit, geſſerit, paterna interceſſione reſcindatur. Numer. Cap. 30. Vbi & conſimilis in mulierem nuptam edita Lex, quæ, obnitente viro, mulier votum Superis nuncupaſſit. Id quod Apoſtolico Canone. 6. comprobatum videtur, tali ſcriptura. * Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω, προφάσει εὐλαβείας. Ἐὰν δὲ ἐκβάλλει, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω. Vnde ſumptus Canon, Si quis docuerit. Diſtinct. 28. quem dilucidè interpretatur Canon, quicunque virginitatem. Diſtinct. 31. Item Quiritum Iure, patresfamil. ſoli, voto obligantur: filij verò familias, aut ſerui, minimè, citra paternam, dominicámve auctoritatem. Vlpiani leg. 2. §. voto. ff. De pollicit. Haud ſecus, Gangrenſi Concilio præſcriptum, Anno. 324. ne quis, deſerto parente, liberis, heróve ſuo, qui neceſſario illius ſubſidio egeant, in Eremum abderet ſe, aut Monaſterium, ſtudio * θεοσεβείας vel * ἀσκήσεως. Can. Si qui filij, parentes maximè fideles deſeruerint, occaſione DEI cultus. Cum canonib. 15. ſeq. Diſtinct. 30. Cuiuſmodi prouincialem Synodum œcumenica confirmauit Byzantia. 6., quæ ſacrorum Decretorum Libris interſperſa eſt. Ob id, Gregorius quoque Nazianzenus reuocari ſe à Monaſtico otio paſſus fuit in ſtrepitum Fori paterno iuſſu: vti litibus extricandum patrem curaret, à Fiſco agitatis, cuius res Fiſci Cæſarius alter filius, dum viueret, adminiſtrarat. Ecquid autem Chryſoſtomus, qui, Mundi faſtu calcato, ſeſe totum Numinis miniſterio Fanóque iuuenis mancipauit? Hic Anthuſæ matris hortatu, ne, viua ſpirantéque ſe, conceptum votum expleret, ceſſit maternæ * philoſtorgiæ, victus reuerentia matri debita. Vt à Chryſoſtomo ipſo perhibetur, in Lib. de Sacerdotio. Ac potiori etiam ratione in pueros, puelláſque, ſanxit Triburienſis Cõuentus Eccleſiæ iniuſta, rupta, irritáque illorum vota nondum pubeſcentium, queîs parentes, tutoréſve obluctarentur. Can. puella

* Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus vxorem ſuã ne eiiciat Religionis prætextu: Sin autem eiecerit, ſegregetur, ſeu excommunicetur: Sed ſi perſeuerauerit, deponatur.

* Diuini cultus.
* Monaſtices.

Conſtantinopolitanum. 6. Concilium.

* affectioni amoris.

Triburienſis Synodus.

Cauſ.

Cauſ. 20. Quæſt. 2. Nec diuerſè, Toletana. 10. Synodo ſtatutum cernimus. Can. Si in qualibet minori ætate. Ead. Cau. & Quæſt. Quibus vt noſtratem Politiam miſceamus, Iuriſque Prudentiam veterem Galliarum, En tibi Frácica Lex Karoli Mag., ne pueri tondeantur, aut puellæ velentur abſque parentũ aſſenſu. Cap. 95. 101. 109. Lib. 1., ex Concilio Africano. Pupilli enim, pupillæuè, haud ſatis iudicio pollent, vt, quaſi in biuio Herculis, vitæ genus ſibi deligant idoneum. cita. Cap. 109. Spontanea autem, liberáque Pietas Chriſto perplacet, non ergaſtula mancipiorũ. Aliis in rebus turpe viſum fuit Vetuſtati, dicere, * οὐκ ᾤμην: hîc, extremæ vecordiæ eſt, dicere, NON PVTARAM. Quod quidem Cœnobiorum proceres omnes ſi animo voluerent vſquequaque, nullos ex ſuo Ordine plagiarios ferrent, qui pueros ſimplices artibus illectant ad profeſſionem inſtituti ſui, parentibus inſciis, aut inuitis. Nam Monaſtices etiam formator D. Baſilius improbat votiuas eiuſmodi ſponſiones mortalium, qui connubio adſtricti ſint, perinde ac qui ſacræ parentum poteſtati. In Sermone illo aſcetico & exhortatorio, DE RENVNTIATIONE VITÆ HVIVS, ET PERFECTIONE SPIRITALI. Cui mirè concinunt B. Chryſoſtomi dictata, ad Hebræos, Homil. 7. In ſumma, monachorum Patres ſanctiſſimi, Baſilius ille Græcorum, Latinorum Benedictus, impuberes aſſumunt ad Monaſticæ vitæ conſortium, bona cum parentum imprimis pace ac venia. Vti apparet inſigni Benedictinæ regulæ Cap. 59. De filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur. Quam pariter ſententiam amplexus eſt Cl. Eſpenceus, De continentia Lib. 4. Hinc Caſletenſi, Flandriæ, More ſcripto, tenetur pupillorum Tutor ac Cuſtos, in deponenda hac Cuſtodia, eoſdem propinquis ſuis exhibere, liberos quolibet coniugij vinculo, ſeu profani, ſeu ſacri ac Religioſi, Monaſticæuè profeſſionis. §. 81. Enimverò quiſquis maturè ac circumſpectè, ex volubili hoc rapidóque rerum humanarum Euripo ſe recipiat in portum Monaſticæ quietis, meditationíſque Cœleſtium, hunc reor fortunatum, bona ſi ſua norit, ſandóque ſic agnoſcat caduca illa, * ἔγνων, ἀνέγνων, κατέγνων. Sicuti in noſtris Libris MONASTICῶN, ſeu DE IVRE COENOBITARVM, diximus fuſiùs. Qualiter etiam Nicolao Bayæ, Pariſienſis quondam Senatus Protoſcribæ, calcar addidit vltrò currenti ad * theoriticam vitam Nicol. Clemengius, illuſtris Theologus ſeculi illius, Epiſtolari hac clauſula. VT VIDEO, PERSVASVM HABES, EX LABORIOSA TANDEM VITA, IN QVA, LONGO TEMPORE IVSTITIÆ AC REIPVBL. SERVIISTI, AD QVIETVM PORTVM CONTEMPLATIONIS LIBERO VELLE ALARVM REMIGIO CONVOLARE: ARRIDENTEMQVE TIBI MAGNOPERE TEMPORALEM FOELICITATEM, PRÆ ILLIVS QVIETIS AMORE, CONTEMNENDI ANIMVM INDVXISTI. O TE FOELICEM HAC VOLVNTATE, NON EX TE QVIDEM TVÆ MENTI INNATA, SED EIVS DESVPER INFVSA PRÆ-

Priſca Lex Francica.

Cap. 16. Africanæ Synodi.

Ver. antequàm illæ eligere ſciant, quid velint.

* non putabam.

Verſ. ſi ipſe puer minor eſt ætate, parentes eius faciant petitionem.

Conſuetud. *de la Ville & Chaſtellenie de Caſſel, en Flandres,* confirmatæ & decretæ ab Imperat. Carolo 5. die 26. Maij An. 1534. Art. 2. *Des enfans mineurs &c. Item ceſtuy, qui aura led. Baille, ſera tenu d'amener led. enfant en court, quant il ſera ſi aranne, & illec le deliurer hors de debtes, hors lien de mariage, & de Religious.*

Cap. 6.

* noui, agnoui, damnaui.

* contemplatiuam.

Nicolas de Baye protonotarius, & Greffarius Curiæ Parlamenti Pariſien., regnante Karolo. 6., Ad quem Bayam reſcripſit *Nicol. de Clemengis*, Theologus, in ſchola Nauarrica Socius. Lib. Epiſtol. manu exarato, quẽ habeamus.

CORDIIS! SED Ô FOELICIOREM, SI DIVINÆ INSPIRATIONI OBTEMPERANS, DVM TAM SANCTO ANIMVS INCALESCIT AFFECTV, MATVRE VINCVLA OMNIA, QVÆ TE ILLIGATVM DETINENT, ABRVPERIS, IN PERFECTAMQVE TE LIBERTATEM, VOCANTE DOMINI SPIRITV, VENDICAVERIS, AVDIENS ILLVD APOSTOLICVM, VBI SPIRITVS DOMINI, IBI LIBERTAS, &c. Ex Clemengij Epiſtolar. idiographo exemplari. Sed ab Ætherea, ad Terreſtrem iſtic Hæreditatem reuertamur.

L. ea quæ Cod. famil. hercíſc.

Doarium autem, pro Legitima, eligentes liberi, non tenentur parentum debitis. Art. 17. 249. & 250. Pariſ. Conſuet. Secus in alia quauis Legitima Iuris, aut Conſuet. Art. 295. 298. & 307.

Lib. 1. Tit. 1. Art. 10. de perſonalibus & mobilibus Debitis.

Num. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Vbi tamen Chaſſeneus ipſe, de hypothecario & volatili reditu, non concludit abſolutè, quia mobilis tum Reditus erat, Conſuet. Burgundiæ, Art. 48. Sed noua Conſuet. immobilis factus eſt, Art. 21.

L'Arreſt de Partenay, & les Charmolués, au partage de ſucceſſion collaterale de Rẽtes aßiſes à Noyon, par hypotheque de biẽs y ſituez. Aux Arreſts ſolennel: de la Penteçoſte. 1571. prononcez par M. Seguier Præſid.

Curiæ decretum die. 7. Mart. 1598. *entre les Moulmetz, & Gourreliers*, contra viduum coniugem, qui lucro Mobiliũ communium, ſibi tanquam ſuperſtiti lege delato, volebat lucrari annuum Reditum, olim ab vxoris matre acquiſitũ in domicilio ſuo Catalauni oppidi, in quo Reditus ſunt immobiles, ſuper bonis Victriaci ſitis, vbi tales Reditus mobiles ſunt.

HÆREDITARIA nomina ac debita, ipſo iure diuiduntur inter 21
hæredes, Decemvirali lege. Pariſienſi verò, trifariam res ea dirimitur. Parentum enim hæredes diſſoluunt æs alienum, ex æquis: cognati verò, pro portionibus hæreditariis, mares & fœminæ, in res clientelarum, plebeiáſque, ſucceſſores. Ex vtróque item hæreditatum genere, directarum, & lateralium, Qui in bona ſuccedunt diuerſo iure, alij in Mouentia, in Prædiaria alij, defunguntur onere debitorum, commodis tenus hæreditariis. Idem de iis, qui, bonorum quota parte ſibi donata, ſubeunt vicem heredum. §. 332. 334. 335. Cedò, quid ſi creditor Lutetiæ degat, prædiorum autem hypothecæ, in Turonibus ſitæ, qui patrio diſſimili More vtantur? Hæc certè locorum varietas nequicquàm immutat debitæ pecuniæ cauſam, æríſque alieni in perſonam concepti: quod domicilij lege paciſcentium diſponitur. Vt antedictum eſt. De annuo Reditu nummario, ſecus. Quùm enim is vulgò deputetur in rebus ſoli, ideo prædiaria ipſius lege ſoli tenetur ſpeciatim obligati: ſiue in herciſcunda familia, ſiue in aliis Iuris articulis. Id quod multiplici rationum congerie fulcit Chaſſeneus, in Burgund. Conſuet. §. 1. De confiſcation. Poſt Ioh. Fabrum, quem is tamen minimè citat, in l. cunctos populos Num. 17. Cod. De ſum. Trinit. Proin Senatus Pariſiorum iudicauit, annuum Vectigal, quod re nummaria creatum ſit, Lutetianos inter ciues partiundum pro More loci, in quo latifundia erant, Vectigali expreſſim oppignerata: Sepoſito inde Reditu annuo, quem Lutetiæ ſoluendum quotannis, paciſcentes nominatim deſtinaſſent: ex ſententia leg. Tutores §. hæres Et ibi Bart. π. De adminiſt. tut. Celebri S. Conſulto, inter Partenayum, & Charmoluam litigatores, prolato Kalendis Iuniis, An. 1571. Cæteroquin domicilij larem creditoris intuendum, potiùs quàm generalis hypothecæ ſitum, decreuêre PATRES CONSCRIPTI, vt mobilis necne foret, an immobilis, annua Penſitatio ære comparata, certò ſtatueretur. Inſigni Iudicato Nonis Martijs An. 1598. inter Campanos municipes: In. 5. Claſſe Curiæ Inquiſitoria, (cui Dn. Meſmius controuerſiæ ſeriem retulerat) de communi aliarum Claſſium, idcircò aditarum, ſententia. Nummarius tamen Reditus, qui priuata Syngrapha contractus ſit, qualiter à Normanis contrahi ſolet, mobilis habetur, non, immobilis: & ab hærede Mouentium ſolo ibi depen-

Digitized by Google

ibi dependitur, vbi Mouentia, nominibus debitiſque in perſonam conceptis Lege obligantur. Hoc ita, niſi defunctus, qui chirographo pecuniarium Vectigal fundis ſuis impoſuit, illud agnorit apud Magiſtratum, Scribámve publicum. Qua demùm ex profeſſione edita publicitùs, cenſetur pignus in rem conſtitutum, & hypothecæ nexu res ipſa deuincta. Art. 89. & 107. Pariſien. Morum: cum Regia Conſtitut. An. 1539. Quæque Ægid. Magiſter prodidit memoriæ, in Tractatu auctionalium fundi præconiorum. Cap. 44.

In Tract. des Criées.

22 Si quis autem fundi vſumfructum ſponſo tranſcripſerit, donec promiſſam eius ſponſæ dotalem pecuniam erogaſſet, Mouetur dubitatio à promiſſoris hæredibus, vter eorum luere fundum ipſum teneatur, an Mobiles in res, an in Prædiarias modò ſucceſſor. Iudicio decretum eſt, fundum ab vno rerum ſoli hærede lui, ſoluíque fructuario onere debere. A reſtis ſolennibus in profeſto Natalis Chriſtiani, An. 1550. Ætiologia eſt, quòd vſusfructus, fundi pars, annuúſque ex eo prouentus, immobili cuidam adnumeretur, donec ære depenſo redimatur. Bartol. ad l. iuſto. ϖ. De vſucap. Alberic. in l. Mouentium. ϖ. De verb. ſignif. Iſtîc autem, vſusfructus duntaxat in obligationem deducitur: pecunia, in ſolutionem. Eius inſtar conuentionis, de qua, Vlpiani leg. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle. ϖ. De ſolut. Et l. miles §. decem aut noxæ. ϖ. De re iudic. Secus in nuda antichreſi, ſeu hypothecaria creditoris poſſeſſione: quæ nec obligationem nouat debiti æris, nec petitionem ipſius elidit. Martiani leg. ſi is qui bona. ϖ. De pignor. Ac ſingula quidem hæc obtinent inter debitoris hæredes: ſed in creditoris arbitrio eſt poſitum, quem malit hæredum perſequi inſolidùm hypothecario iure. Art. 333. Pariſ. Conſuetud. Et leg. 1. 2. Cod. Si vnus ex plurib. hæred. credit. vel debit. Quod diſtricténe protrahatur in hæredes ex Inuentario, vt bonis cedant, aut ſoluant, diſputatum fuit in Senatu, An. ſeſquimilleſ. 92. Tulit quippe calamitas poſtremorum temporum verſatilia ingenia ad omnem Fori aſtum, cautionéſque argutulas in ære ſuo repoſcendo. Dictata eſt enim, nouo More, Hypothecaria formula in obærati hæredes cum Repertorio: Vtì horum quilibet, tanquam hæreditariæ vnciæ poſſeſſor, in Aſſem ſolidúmque exolueret ilico, vel rebus abſcederet hypothecæ nexis. Qualem creditoris actionem vt iuuare videbatur indiuidua hypothecæ vis, ac ratio, ſic probarunt variæ Præfecti Vrbi Sententiæ, aduerſus hæredes Principis beneficiarios.

Senatus Pariſ. Decretum, *aux Arreſtz de Noel*. 1550.

In Patria Iuris, nulla hæredi opus eſt impetratione Reſcripti, pro beneficio Inuentarij, ſed tantùm ſolenni Bonorũ deſcriptione. Molin. ad Art. 73. Conſuet. Burgundi Ducat. Et in §. 9. Bitur. Leg. Tit. De Hæredit.

23 Verùm, adito ex prouocatione Senatu, Nos pro Codicillari hærede palàm diſſeruimus, eos, qui in defunctorum iura ſuccederent, non modò excuſari onerum, debitorúmque ignoratione probabili, quæ in hæreditate deliteſcant, ſed humanitatis intuitu ad cernendas hæreditates lege inuitari. Ne mortui videlicet debitoris, cuius bona carpere propinqui vereantur, memoria, quaſi inteſta-

Auctoris Oratio in Senatu Pariſien. Die. 1. Iunij. An. 1592. *Et l'Appointé au Conſeil dud. iour.*

Digitized by Google

bilis & ſacri, ignominioſè notetur. Hoc quippe argumento, innocentiam purgauit Sceuinus, qui perduellionis apud Neronem arceſſitus fuerat. Cùm enim illud reo inter criminis indicia obiiceretur, quòd liberaliùs ſolito ſeruos manumiſiſſet, Reſpondit, ſe libertatem ſeruis largiùs tùm dediſſe, quia eſſet tenui re familiari, ac inſtantibus creditoribus, teſtamento diffideret. Vt eſt apud Tacitum, Lib. 15.

Conſtitutio Diui Marci, cum lege Ælia, de manumittendorum ſeruorũ poteſtate. l. vlt. Cod. de fideicomiſſ. libert. Et Inſtitut. ciuil. De eo, cui libert. cauſ. bon. addic.

Plinij Epiſtol. Lib. 2.

Atquin lege Ælia Sentia, licet etiam inopibus dominis, teſtamento ſeruos cum libertate hæredes inſtituere neceſſarios: qui nimirùm vel ſatis creditoribus faciant, vel ſuo ſaltem nomine res hæreditarias vænire ſinant: quò minùs defunctis contumelia irrogetur. Imo nec alia arte Caluinam debitoris ſui filiam perpulit Cæcilius Plinius ad capeſſendam paternam hæreditatem, quàm vltronea ſibi debitorum nummorum remiſſione. Nam etſi ductus hic affinitatis officio, dimiſſis omnibus, qui moleſtiores erant, creditor vnus ſuperforet Caluinæ patri: ei tamen, vt gereret pro hærede, ſuaſit benigna iſta, humanæque beneficentiæ plena ſententia. MAGNVM HABES FACILITATIS MEÆ PIGNVS, CVIVS FIDVCIA DEBES FAMAM DEFVNCTI, PVDOREMQVE SVSCIPERE: AD QVOD NE TE VERBIS MAGIS, QVÀM REBVS, HORTER, QVICQVID MIHI PATER TVVS DEBVIT, ACCEPTVM TIBI FERRI IVBEO. Pari ratione, Romani Cæss., debitorum liberis, vel agnatis ſubuentum voluerunt nouo Repertorij ſolennis auxilio: Ne, quùm huic hæreditarias res ſingulas adſcripſiſſent, æris alieni mole abſterrerentur ab hæreditatis aditione. Iuſtinianus enim, INTANTÙM, ait, HÆREDITARIIS CREDITORIBVS TENEATVR HVIVSMODI HÆRES, INQVANTÙM RES SVBSTANTIÆ AD EVM DEVOLVTÆ VALEANT, NIHILQVE EX PROPRIA SVBSTANTIA TALIS HÆRES AMITTAT: NE, DVM LVCRVM FACERE SPERAT, IN DAMNVM INCIDAT. l. vlt. Cod. De iur. deliber. §. etſi præfatam.

Hæreditas adita cum beneficio Inuentarij, dicitur adhuc hæreditas iacens.

Verſ. *ſur vng curateur aux biens vacans, ou ſur l'heritier par benefice d'Inuẽtaire, &c.* Et Verſ. *l'heritier par benefice d'Inuentaire, ou curateur aux biens vacans d'vn deffunct, ne peut vẽdre les biens, &c.*

Stante Statuto, quòd hæres ob paternum debitum in carcerem conjici poſſit, non comprehenditur hæres ex Inuentario: Phil. Cornei Conſil. 31. Volum. 3.

Principalis autem huius Beneficij nullus erit vſus, ſi, ex Indice bonorum hæres, iudicio compellatur hypothecario, quaſi poſſeſſor eorumdem, hæreditaria nomina diſſoluere ſuo periculo, aut hæreditariis corporibus cedere. Nec enim talis hæres pro poſſeſſore habetur, ſed velut iacenti hæreditati curator conſtituitur, reddundis eius Ratiociniis obnoxius. Vt ſcitè animaduertit Baldus, in l. debitori Cod. De Pact. & ad præd. leg. vlt. §. in computatione, Vbi itidem Iaſon: Cum More Pariſiorum, Art. 151. &. 344. Cui rei documento eſt, hypothecæ, vel dominij etiam ius in bona defuncti peculiare: quod, eo viuo, ſi mihi fortè competierit, non tollitur mea ſequenti acceptione hæreditatis ex Diplomate. Quod tamen ius alioquin, pignerati fundi poſſeſſore facto creditore, confunderetur neceſſariò, ac extingueretur. Iuſtinianea leg. Scimus §. in computatione Cod. de iur. deliber. l. debitor D. Ad S.C. Trebell. l. nec ex Prætorio. ff. De regul. iur. Item Principis beneficiarius hæres Lege

Lege alligatur præſtandis legatis, eo ordine ac ſerie, quam ipſi Iudex præſcripſerit: Aliàs, tali beneficio mulctabitur. Ex quo apparet, hæredem iſtiuſmodi, bonorum diſpenſatorem, curatorémve rectiùs, quàm poſſeſſorem nuncupari. §. non autem damus licentiam. Authent. de hæred. & Falcid. Hinc quoque, Inſulana Belgarum Conſuetudine, quæ regio Philippi Auſtriaci Mandato repoſita fuit Kalendis Iuniis An. 1565., liberum ſit Codicillari hæredi, velut extraneo cuiuis emptori, hæreditarij Aſſis pretio repræſentato, quantum minutatim Repertorio inſcriptum ſit, Hæreditaria corpora penes ſe cuncta retinere, priuato arbitrio diſponenda. §. 4. Rubr. De beneficio Inuentarij. Idem vetuſto Inſulæ oppidi More vſurpatum (Art. 180.) Cuius reſtituendi Municipibus auctor fuerat Karolus. 5. Imp. Diplomate Kalend. Decemb. An. 1533. Prædictis verò, quem opponebat hæreditarius creditor, Morem Pariſiorum de hypothecaria iuris experiundi formula in ſingulos debitoris hæredes, diluebam ita, vt de puro ſimplicíque hærede Ciuilem Ritum intelligi docerem, non de beneficiario Regis. Quippe quùm Municipales Conſtitutiones generalibus verbis conceptæ, non excludant priuilegia, quæ Romanis Legibus irrogentur. Faber in l. vlt. Cod. Quæ ſit long. Conſuet. Bart. & Bald. in l. 2. §. legatis. ff. De iudic. Et in Authent. Habita Cod. Ne fil. pro pat. Cap. cùm ordinem De Reſcript. Neque nouum eſt, hæredum quemlibet pigneratitio nexu vrgeri ad hæreditarios fundos vel luendos, vel dimittendos: Hæredes tamen ex Reſcripto, ſolis negotiorum geſtorum Rationibus edundis adſtringi, bonorúmve auctionem pati, creditore poſtulante. l. vnus ex multis Cod. De diſtract. pign. Et cita. l. 1. 2. Cod. ſi vnus ex plurib. hæred. Quieſcat ergo hæreditarius creditor, pignorum capione contentus, miſſionéve in poſſeſſionem publicam bonorum defuncti, eorúmque forenſi licitatione: Nec verò priuatim à Codicillari hærede ſolutionem exigat debitorum, aut eius vicariam bonorum ceſſionem. Quibus & iſtud addebam, niſi morientium ciuium propinquis ſaluum incoluméque conſtaret Diplomaticum hæredis ſubſidium, euenturum propediem, vt in tantas rerum anguſtias coniectæ inteſtino Bello Gallicæ vrbes inſigniores, ab reſiduis incolis deſererentur, miſerámque in ſolitudinem ac vaſtitatem redactæ, direptioni prædæque obiicerentur. Creditoribus ſpectandam eſſe difficillimorum temporum conditionem, quæ vel ditioribus æris alieni ſoluendi facultatem ademerit: rerum pretiis planè imminutis ob patrios Motus tam diuturnos. Quod pariter mente volutans Romæ Q. Conſidius creditor, ſic benignè modeſtéque egit cum obæratis, feruente Catilinario tumultu, vt nullum eorum nec de ſorte, nec de vſura ſiuerit appellari: licet centies atque quinquagies. H--S ſummam in fœnore haberet. Vnde &, huius nominc facilitatis, ei gratias agi decreuit Senatus. Nec ſeuerè etiam, Veneta Reſpub.,

Couſtumes & Vſages generaux & particuliers de la Salle, Bailliage, & Chaſtellenie de l'Iſle, reformatæ An. 1565. Præter Cõſuetudines *de la Ville, Taille, Banlieu, & Eſcheumage de l'Iſle* redactas & confirmatas Literis Caroli. 5. Cęſ. die. 1. Decemb. 1533.

Pariſ. Leg. Art. 333. Hypothecarũ poſſeſſor, hæres quilibet, inſolidum tenetur, reſpectu creditoris, nedum pro parte hæreditaria.

Statuto generaliter priuilegiorum derogatorio, cẽſentur excepta priuilegia clauſa in corpore Iuris: Vt priuilegia Minorum annis, Fiſci, Eccleſię, beneficium Inuentarij, & alia id genus.

Simplex etiam hæres pro parte, qui, tanquam bonorum poſſeſſor, hypothecariè conuenitur inſolidùm, non tenetur aliunde quæſita, quàm ex hæreditate obligari, ſed huius ſolùm mobilia, & immobilia *deguerpire*: vt ſolida ex hypothecis obligatione liberetur. l. Paulus, ff. De pignor. Et aliis à me citatis. Lib 3. Leg. Andeg. Tit. antepenul. Art. 8.

In onerosis quidẽ, vtpotè in proprij conſeruatione vel debiti, vel fundi, Hęres ex Inuẽtario nil confundit, & peculiaria ſua Iura ſeruat. Sed in lucratiuis cauſis ſimul concurrentibus, ſecus. Ideóque à defuncto illi donata tenetur conferre, etiam creditoribus hæreditariis: niſi hæreditati renunciatum malit. Areſto ſolenni, à. 1. Pręſide recitato, Die. 7. Septemb. An. 1601.

Seſtertiũm numerus ingens, quorũ ſingula valebãt mille nũmis ſeſtertiis.

Venetorum Statutor. Lib. 1. Cap. 69.

Digitized by Google

debitorum liberos hæredes perſequendos cenſuit, veteri edita Conſtitutione, in hanc phraſin. SI ALIQVIS VENETVS ALICVI FORINSECO ALIQVOD INSTRVMENTVM CVM SVIS HÆREDIBVS FECERIT, SI POSTEA FILIVS VENETI DEBITORIS PRO EODEM DEBITO CONVICTVS FVERIT, CONDEMNARI NON POSSIT, NISI IN BONIS PATERNIS. Francico itidem Ritu, obærati filius, inteſtati hæres Codicillaris, alium quemuis excludit purum ſimplicémque hæredem tranſuerſo limite: niſi ille forſan nuptialibus Pactis hæres purè deſignatus, ad Principale Inuentarij auxilium confugerit. Molinei opinione ad §. 223. Borboniæ, &c. 145. Pariſien. antiquæ Conſuetud. Nobis proinde iſthæc, aliáque apud PATRES Pariſienſes dicentibus, calculos admouit is, qui fiſcalem Aduocationem obibat, & clientum noſtrorum partibus adhæſit. Curia tandem Ornatiſſima arduam quæſtionem, quæ Kalendis Iuniis in conſilium miſſa eſt, Nonis definiuit, An. 1592. Decreto enim publico, malè iudicatum pronuntiauit, liberámque fecit hæredibus ex Inuentario poteſtatem rei hæreditariæ cuiuſque retinendæ, ſublata cedendi bonis neceſſitate ab Hypothecario iudicio. Salua duntaxat hæreditariis creditoribus via, ac formula publicæ prehenſionis, & auctionis rerum hæreditariarum, in tales hæredes. Hoc itaque Senatuſconſultum, P.C. iusſere legi, recitaríque propalàm in Auditorio Præturæ Pariſienſis, vt pro lege deinceps coleretur. Cui quidem S. Conſulto litigatores cauſam dedêre, Laurent. Brunetus creditor, pro quo Chezelleus orauit, & Vilhelma ac Iacoba Balduinæ, ſororis debitricis hæredes ex Reſcripto, clientulæ noſtræ: quæ ab Vrbis Prætore Ampliſſimum Ordinem appellarant. Enimuerò Fiſci Iure ſingulari receptum eſt, ne priuatus quiſquam, ex Repertorio hæres admittatur Fiſcalis debitoris, ſeu reliquatoris. Principali Edicto Karoli. 9. An. 1563. cuius ductu auſpiciiſq; exploſus fuit poſthæc hæres iſtiuſmodi à Præfectura Vectigalium regiorum, Nono Kalend. Octobres An. 1594. poſt forenſem Chezellei, & Talæi, vltro citróque diſſertationem. Quin ſuprema eadem Sententia deciſum eſt, minoris annis vxorculæ reſtitutionem in integrum aduerſus aditam hæreditatem, minimè viro prodeſſe.

Collateralis hæres ſimplex excludit filium hæredem cum Inuentario, venientem iure Cōuentionis exorbitātis, putà per inſtitutionē heredis conuentionalem in contractu matrimonij. Iudicio Molinei, cuius tamen contrarium Vſu Fori quotidiano ſeruatur.

Placitum Curiæ definitiuum, die. 5. Iunij. An. 1592. Ex prouocatione à Sentētia Præpoſiti Vrbi Pariſiē. *appoinctée au Cōſeil ſe. 1. dud. Mon.*

Areſtum Curiæ Iuuaminum. Die. 13. Septemb. 1594.

Bonorum ſucceſſor Fiſcus, vtraque deficiente cognationis linea defuncti: quæ alioqui, bona alterutrius lineæ deficientis caperet, ante Fiſcum. §. 167. In ver. *ſans hoirs apparens*. Et ver. *vacās*. Tom § 330. Cōſuet. Pariſ.

FISCVS deinceps ipſe, in bona priuati ſucceſſor, quaſi hæres ex Repertorio, non diſſoluit æs alienum, ſupra vires hæreditarias. Calliſtrati leg. 1. §. 1. l. non poſſunt. ff. De iur. fiſ. Quod Delphinatibus etiam, nullo bonorum Indice peracto, inoleuit, Iudiciiſque probatum aſſerit Vido Papius, Deciſ. 333. &. 571. Quinimò nec debitis priuati ſucceſſor Fiſcus oneratur vllatenùs Langobarda lege. Sed iuſtiùs multò, Gallicus Fiſcus agnoſcit luítque æs alienum vacantibus bonis implicitum, pro modulo ipſorum, quæ ſucceſſorio iure poſſideat. Vt priſco Curiæ Conſulto decretum fuit, 10. Kalend. Februar. An. 1360. aduerſus 24

Langob. Leg. Lib. 2. Tit. De ſucceſſionib. Leg. 17 Si quis ſine hæredibus mortuus fuerit, & ad curtem Regis peruenerit, &c.

Parlamenti Areſtū die. 23. Ianuar. An. 1360.

Digitized by Google

aduerſus procuratorem Fiſci : victore Gottofredo Dammartino, Stephani Marcelli creditore, Ædilium Lutetiæ Præfecti, perduellis: de cuius proditione ac nece, Froſſartes, Hiſt. Lib. 1. Cap. 187. Sexennio tamen antea, pro More Municipij Rhemenſis, qui tùm inualeſcebat, decreuère PATRES, liberum immunémq; debitis priuati ſucceſſorem Fiſcum Domini Iuridici, his verbis. *Notum facimus, quòd comparentibus in* CVRIA NOSTRA *procuratore Religioſorum virorum Abbatis & Conuentus Monaſterij S. Remigij, Rhemenſis, ex parte vna, ac procuratore Iohannis de Nouauilla, militis, ex altera. Proponente iſto, quòd licet Albertus Briſeboz, & Iohannes eius filius, ſint illi ſpecialiter obligati in ſumma.* 140. *Sextariorum frumenti, & ob hoc, dictus Miles executionem procuraſſet inchoari, & ſubhaſtationes fieri ſuper bonis mobilibus, & immobilibus dictorum debitorum, exiſtentibus ſub Alta Iuſtitia de Lendinis. Nihilominùs dicti Religioſi ſe oppoſuerant executioni, & ſubhaſtationibus prædictis. Quam oppoſitionem petebat tortionariam declarari, &c. Religioſis proponentibus, ex aduerſo, quòd de Conſuetudine notoria, & approbata, ac in Patria, quæ Iure Conſuetudinario in Regno noſtro regitur, obſeruata, præſertim in Bailliuia Viromandenſi, & in loco prædicto ſub alta Iuſtitia de Lendinis in dicta Bailliuia exiſtente, alti Iuſtitiarij habent quietè, & liberè ſine ſolutione taliũ debitorũ omnia bona mobilia, & immobilia illorũ, qui per Sententiam banniti fuerint, vel vltimo ſupplicio deputati. Dicebant etiam, quòd ipſi Religioſi, ſunt alti Iuſtitiarij in dicto loco, & fuerat dictus Albertus per Iuſtitiam ſecularem ipſorum ob certa maleficia publicè bannitus: & per conſequens bona eius dictis Religioſis obuenerant in commiſſum, & ad ipſos inſolidùm ſpectabant, & ob hoc ſe oppoſuerant executioni prædictæ. Replicante Milite, abuſum Conſuetudinis locum ſibi vindicare non debere, nec ſaltem intelligi de debitis ritè contractis ante occaſionem, & proclamationem Banni prædicti. Dicta* CVRIA *ipſos Religioſos ad probandam Conſuetudinem per eos allegatam admiſit. Et inſuper attentis depoſitionibus quorumdam Conſiliariorum noſtrorum, qui Conſuetudines, & Obſeruationes ipſius Bailliuiæ pleniùs nouerant, per Curiam noſtram examinatorum, conſideratiſque præmiſſis, & omnibus, quæ Curiam noſtram mouere poterant, & debebant,* PER ARESTVM CVRIÆ NOSTRÆ *dictum fuit, dicta bona, inquantùm tangit dictum militem, ad dictos Religioſos, tanquam altos Iuſtitiarios, in dicto loco quietè & liberè pertinere, & deliberari debere, ac ipſa Curia noſtra deliberauit eiſdem. Die.* 6. *Decembr. An.* 1354. Aſt barbarum hunc Morem poſteri Ætas obliterauit: Viduas quoque defunctorum, nullo propinquo hærede, coniuges antepoſuit Fiſco, nedùm altero ex ſtemmate cognatos. Iuxta Legem Vuiſigotthorum, & quæ à Nobis, de RE DOMINICA Francorum, tradita extant. Quod tamen ſcriptis Regiunculæ cuiuſque Moribus dirimendum cenſemus, §. 318. Borboniæ, Et. 100. Montfortianæ Conſuet. Vbi Molineus. Nec verò ambigitur, conſanguineos, alieno à bonis hæreditariis ſtipite, Fiſcum ſummouere; ad quem, caduca duntaxat hæreditas, nec ab vllo demortui propinquo hærede

Sumptum ex albo Codice paruo Caſtelli Pariſien.

Eccleſia; Prælati heres, codẽ, quo Fiſcus, priuilegio, non ſoluit debita niſi pro modo bonorum Inuentarij ritè confecti. Guid. Pap. Deciſ. 333. At Gallicæ Eccleſiæ non ſuccedunt, ſed propinqui ſecularium clericorum. §. 336. Pariſien. Leg. Niſi in acqueſtus nomine Eccleſiæ factos, Vt contra agnatos Carnutenſis Epiſcopi iudicatum Areſto, Molineus ait, in §. 151. antiquæ Pariſ. Cõſuet. De Heduenſi tamẽ Epiſcopo, clericorũ beneficiariorum hærede, Chaſſeneus Heduen. In Burgũdam Conſuetudinẽ, Tit. *Des mainmortes*, §. 21.

Vuiſigoth Legis, Lib. 4. Tit. 2 Maritus, & vxor tũc ſibi hæreditario iure ſuccedant, quando nulla affinitas vſque ad ſeptimum gradũ de propinquis eorũ, vel parẽtibus inueniri poterit, &c.

Lib. 1. Doman. Frãc. Tit. Vnde Fiſcus.

Digitized by Google

Deficiente conſanguineo *du coſté dont eſt l'heritage vendu à vn eſtranger*, an alterius lineæ conſanguineus ad Retractum admittatur.

adita, deuoluitur. Æquiſſima Theodorici Gotthorum regis ſententia, apud Caſſiodorum, Lib. 4. Variar. Cui apprimè conſonant quæ de lineari fundorum Retractu ſcribit idem Molineus, hunc peræquè, ac hæreditatis petitionem, deficiente prædiorum gente ſtirpéque proxima, mouere fas eſſe propinquo, alterius externæque ab illis familiæ. Annotat. ad §. 105. Legis Burgundionum ciuicæ, & §. 97. Cathalauniæ Veromanduorum. Quinimò parentum alteruter defuncto ſuperſtes, ad quem eius patrimonia Moribus non redeunt, ſecundùm agnatos, præit Fiſcum, ſucceſſorio Iure: Apud Turonas, §. 310. & Melodunenſes Senonum, §. 269. Legis ipſorum prouincialis. Contrario autem Neuſtriæ Ritu, & B. Michaëlis, Barroducani, Fiſcus ſuccedit in vacua ſui generis gentíſque poſſeſſore hæredia: ijs poſthabitis, qui altero diuerſóque mortuum ſtemmate cognationis attingerent. Exploratum eſt itidem, viduas aduenarum mulieres in Galliâ, Fiſco poſtponi. Tametſi Neapolitanis, ac Siculis de eo nō conſtare liquidò, oſtendat Yſernias in Ærario Conſtitutionum Siculi Regni.

Conſuet. particularis *de Chaalons, en Champagne.*

Normanicæ Conſ. Art. 245. & S. Michaëlis in Barrenſi Ducatu, Art. 12. Tit. De Hæreditat.

BONORVM inſuper poſſeſſores, veriùs quàm hæredes, habentur, 25
qui abſentis res, ceu fato rapti, occupant propinqui. Edamus facti ſeriem quandam. Auidio, peregrè profecto, An. 1570., nec ad ſuos remigrante, iuit Cyprogenia ſoror in poſſeſſionem fundorum ab illo relictorum. Bino inde luſtro, cautum fuit in emendanda Pariſiorum Conſuetudine, filios fratrum, ſororúmve, vnà cum patruis, amitis, vel materteris, ex tranſuerſo hæredes fore agnati defuncti. Art. 320. Exhinc arrepta occaſione, illi, in amitam iudicio experiuntur diuidundæ hæreditatis patrui, ceu nouiſſimè mortui, poſt reſtitutam Pariſiorum Legem Municipalem. Amita, è diuerſò, contendit, abſentem fratrem, intra annum, bienniumvè, ex quo verterit ſolum patrium, viuis exijſſe videri. Iudicio Papiniani, in l. pater inſtituto. ff. De captiu. Verſ. pater, qui non rediit, iam tum deceſſiſſe intelligitur, ex quo captus eſt. Item leg. iuſto §. vlt. ff. De vſucap. Verſ. tempora captiuitatis, ex die, quo capiatur, morti iungerentur. Claudij item Tryphonini leg. in bello §. ſi quis capiatur D. De captiu. Quibus maximè congruit Græca Lex Harmenopuli, de ſolutione poteſtatis. Aſt refellentes hæc petitores, fatentur vtique, captiui mortem reflecti ad diem captiuitatis, quando mors pateat ipſa: ſed abſentis obitum, retroduci ad diem abſentiæ, negant. Quùm igitur Senatoria eorum ſententia, qui Palatinis libellis præſunt, obtinuiſſet amita, illam infirmauit ſuprema Curia, edixítque, de abſentis vita vel interitu ampliùs inquirendum: ac omnes interea litigatores bonis frui ſatiſdatò debere, tanquàm fiduciarios ipſorum poſſeſſores, ac ſequeſtros. Decreto Pariſienſi, 10. Kalend. Septemb. An. 1585. inter ſororem, & nepotes ex fratre Petri Carloti, qui iampridem in longinqua profectus erat. Difficilior etiam Nobis eſt in conſulendo obiecta ſpecies, de alumnulo, & ſororis filio,

Trium fratrum, hæredum, vnus ſi longè abſit à Patria, duobus aliis dubitantibus viuat necne, an mortuus ſit, Quid fiat de eius portione, conſulit Baldus exactè, in Reſpon. 394 Volum. 5. Idem, de marito abſente, an mulier poſſit petere dotē, ſi reputetur mortuus, examinat in Cōſil. 394. Eod. Lib.

Harmenop. Lib. 1. Tit. 17.

Senatus Areſtum, die. 23. Auguſti. 1585. *ſur l'appel de la Sentence des Requeſt. du Palais.*

Digitized by Google

lio, in ſanctam Syonis vrbem voti cauſa viatoribus; vtrum priùs deceſſiſſe, præſumptum eſſet Legum coniectura. Nam ſororis ex filio natus, ideo pro hærede gerebat auunculi magni, cum nepote ex alia ſorore, quòd pater ſuus, quem referebat, auunculo ſeniori ſuperuixiſſe coniiceretur. Diui Hadriani opinione præſumpta, in l. qui duos §. cùm in bello. ϖ. De reb. dub. Tum Diui Pij reſcripto, in l. quod de pariter mortuis Eod. Tit. Id quod latiùs proſequitur Bartol. ad l. ſi inter virum D. eodem. Alexander, Iuris Reſponſo. 29. Lib. 2. & Reſpon. 175. Lib. 5. P. Caſtrenſis, Conſil. 100. Decius, Conſil. 86. Poſt Harmenopuli Græci Legem ſubſimilem. Aſt ſi mulier, cum filio impubere, naufragio perierit, tunc quaſi *συνάποθνηκόντων, prior filius necatus eſſe creditur. Gaij I.C. Leg. 23. ϖ. De reb. dub.

L'Arriere-nepueu veult ſucceder, auec le nepueu, à l'oncle: cōme luy venant au lieu de l'autre nepueu ſon pere, decede auec l'ōcle, mais peu poſterieurement, par coniecture priſe des aages.

Harmenopulus, Lib. 1. Tit. 9. De Pact. dotalib.

*commorientium.

26 ALIO præterea Iure pactitio, extraneis viciſſim deferuntur Hæreditates, ſubſidio poſt deletam alterius Familiæ agnatorum gentiliúmque ſtirpem ac ſeriem. Quale ſucceſſorium ius, ab reciproca in familiam cooptatione, vſurpatum eſt identidem, titulo *Confraternitatis*, inter Magnates viros ſeu Toparchas regionum, auſpicibus Principis Max. Codicillis. Ea quippe à Saxonum Duce cum Brandemburgenſi Marchione conuenta, refertur familiaris bonorum communicatio Hæreditariorum, Cæſareo Karoli. 5. Diplomate ſancita. Phil. Decij Reſponſo. 654. Volum. 4. & Othomani Conſil. 1. Memoratur, ad hæc, Saxoniæ Ducum, de ſumma rerum Hæreditaria, ſocietas cum Hennebergenſibus Regulis inita Kalend. Septemb. An. 1554. vt ſeriatim extinctis hiſce, ad Duces perueniret Hennebergenſis Comitatus: illi, econtrà, in Coburgenſem dynaſtiam ac territorium ſuccederent. Teſte Andræa Knicheno, in Commentariis, *de Forenſi Iure ac priuilegio Saxoniæ Ducum*. Nec abſona his Pactio inter Fridericum. 3. Saxonem, & Pannonum regem Matthiam interceſſit. Poſtmodùm etiam celebri in Conuentu præcelſorum. 3. Heroum, Maximiliani Cæs., Sarmatiæ regis Sigiſmundi, & Vladiſlai, Bohemiæ Pannoniæque, contracta eſt mutua hæc Principatuum hæreditaria ſucceſſio, apud Viennam Noricam, vt deficientibus Vladiſlai poſteris, Archiduces Auſtriæ Bohemico ſimul & Pannonio regnis ſucceſſores potirentur. Germanicas alias id genus confœderationes protulimus, in Tractatu REI DOMINICÆ Gallorum. Media quoque in Italia, nobiliorum Familiarum proceres coiêre talia futurarum Hæreditatum Pacta, dynaſtæ de Molza ſcilicet, ciues inclyti Mutinenſes. Othomano ſcriptore, in d. Conſil. 1. Verùm enimverò plebeij ordinis viris, Magnatibus etiam minorum gentium, qui ſuperiorem Principem demiſſiſſimè colāt, interdicta eſt iſthæc domeſtica lex & Familiaris hæreditatum inteſtati cuiuſuis: Quæ Iure publico tantùm, ſcriptíſque Legibus, Regio nutu diſponuntur, non priuata ſingulorum Conuentione. Leg. Nec apud (vbi Fulgoſius) Cod. De hæred. inſtit.

Confraternitas, de futuris bonorum Succeſſionibus.

Saxoniæ Ducis, cū Marchione Brandemburgen, Conuentio, vt ſuperſtes præmorienti ſine liberis ſuccederet, reſeruata facultate teſtandi de. 12. mil. lib. florenorum.

Die. 1. Septemb. 1554.

Andr. knichen. I C. & Cancellarius Iohan. Erneſti Saxoniæ Ducis, An. 1596.

Lib. 3. De Domanio Frācia Tit. 1. Art. 4. Et Tit. 6. Art. 41.

Fraternitas iurata, quam aliqui cōtrahunt, quando nec ciuilis eſt nec naturalis, ſucceſſionem minimè præbet.

Digitized by Google

Cum perſpicuo in id Decij Reſponſo. 516. Et ijs quæ Tit. proximo §. delibauimus obiter, Art. 10. Quare Subalpinus Taurinorum Senatus improbauit hoc *Fraternitatum* genus, Decretis ab Ozaſco Præſide citatis, in Pedemont. Deciſ. 100. Tum ab Anton. Theſauro, Ducali Conſiliario apud Auguſtam Taurinorum, in Subalpinis Deciſion. 113. & 225.

Pedemontani Senatus Areſta.

Employ de deniers dotaux, deſtinez en acqueſt d'heritage ou Rente, reputé propre.

Cap. de hæreditat. actionib. Art. 2.

Parlamenti Rhedonenſis Areſtum, die. 17. April. 1567. à Natali *du Faih* exſcriptum, de collaterali ſucceſſione Ricardæ *Peſlac*, filiæ Ioh. *de Peſlac*, & N. *Breton*.

MATERNI rurſum generis hæredes, diſtinctè à paternis repo- 27
ſcunt dotali ex auro Vectigal annuum, defuncti matri debitum ex paternis latifundiis: etſi in filio, amborum parentum hærede, confuſum. Sicuti enim filij poſtmodùm hæreditas, in duo cognationum ſtemmata ſcinditur, paternum, & maternum: Ita in rem pacta matri à patre dotis adſignatio, ceu prædiarium ius, quod, viuo filio, interquieuerit, repetitur, ſublato eo: perinde ac alia vtriuſque bona gentis ac ſtirpis, paternæ & maternæ, ſecernuntur inuicem: quæ à communi bonorum omnium poſſeſſore, filio, vnà permiſcebantur. Vt multis edocuimus, Lib. 3. DE PRIVILEG. RVSTIC., & à Rhedonenſi Armoricarum Senatu deciſum fuit. 15. Kalend. Majas, An. 1567. ex prouocatione à Sententia Nannetenſis Iuridici. Nec incongruè fertur à Florentino I.C., ſeruitutes, iuráque in rem, quæ aditione hæreditatis confuſa ſint aliquantiſper, reſtitui in priſtinum ſtatum. l. legatum. §. fundus. ff. De legat. 1. l. antepenult. ff. De ſeruit., & Pomponiana leg. 9. D. Commun. præd. Vnius proinde mortui duplex nunc cernitur Hæreditas, pro vario cognationum ſtipite: Quæ ſua cuique olim addicta onera ſeorſùm perfert, quadam veluti bonorum eiuſdem ſeparatione. Titi Caij leg. 17. ad edictum prouinciale. ff. De teſtamen. milit. Et Vlpiani leg. 19. §. 1. ff. De pecul. Hinc paternis bonis, quę filius hęres poſſederit, hypotheca à patre impoſita nõ onerat maternos illius fundos, tametſi in eiuſdem dudum perſona coadunatos. Sed filij ſucceſſor maternus materna patrimonia ſibi ſumet, paternis hypothecis vacua ac ſoluta. Quemadmodùm, ex Iulij Pauli reſponſo, in l. 29. De pign., decreuit Senatus Pariſiorum, Nonis Octob. An. 1595. Karolo Bouqueto, & Franciſ. Cugnacio, litigatoribus. Vnde ingentem obiter requiſitæ lucis ſplendorem accipit ciuica Lex Pariſien. Art. 333. Haud eadem porro cauſa eſt primigeniorum, vna exſtirpe ac genere familiæ cum cohæredibus ſuis. Nam etſi maior natu plura aliis præcipiat patronorum beneficiaria, haud grauius ideo ſubit iugum hęreditarij ęris alieni. Sicuti Lutetiana Curia ſolenni ritu pronuntiauit, Areſtis Dominicæ Natiuitatis, 10. Kalend. Ianuar. An. 1579. Quin & Senatoria Lutetiæ purpura nobilitati plebeïus hæres agnatus obtinuit iura * τῆς πρωτογονίας, aduerſus Iuniores bonorum cohæredes Cenomani Municipij. Decreto Ordinis Ampliſſ. prolato. 7. Idus Septemb. An. 1595. ad Cenomanæ Legis ambiguæ interpretationem, de prima vice ac ſerie, in mortui res ſucceſſoria, qui Nobilitate primùm inſignitus

Decretum Curiæ, die. 7. Octob. 1595. *entre Bouquet pourſuyuant criées de la maiſon du Lyon noir, ruë S. Honoré, ſur M. Franc. du Four.*

Art. 333. Verſ. *Fils ſont detenteurs d'heritages du deffunct, qui ayent eſté par luy hypothequez à la debte.*

Aux Arreſtz de Noël, die. 23. Decẽb. 1579. Vnde compoſitus Articul. 334. Morũ Pariſien.

* Primogenituræ.

Placitum Curiæ, die. 7. Septemb. 1595. ad relationem Dn. *de Cheſſe*, in. 4. Camera Inqueſtarum, pro Magdaleno Tho-

ſignitus ſit. §. 270. 271. 272. Et hoc quidem, Princeps, Curiæ Iudicatum, retractationis libello reiecto, comprobauit Aulico in Conſeſſu ſanctiore, Quinto Iduum Ianuar. An. 1602. Hanc in partem voluere eſt, à nobis mandata memoriæ, Lib. 2. Legum Andegauen. Sed de Ædilibus Vrbium, quos patrius Mos ſcriptus Nobiles declararit, vtpotè Pictauenſes, quæſitum fuit, ipſorum necne primigenij fruantur generoſæ ſtirpis prærogatiua, in diuidundis Andium fundis hęreditariis. Verius eſt ſanè, Æditiliam hanc nobilitatẽ, quæ regiæ Karoli. 5. munificentiæ accepta fertur, (An. 1373.) nedũ priuatæ ac populari Municipum Conſtitutioni, in omnia produci Galliæ territoria: quaſi perſonis, non rebus Prouinciolę vnius, beneficium præſtitutum. Quod Erricus. 3. rex denuò ſanxit: præclaro Reſcripto, apud ſummos Principalium indictionum Iudices promulgato, 6. Kal. Iunias An. 1584. Idem generoſi ſtatus Æditij regium munus ſibi arrogat Engoliſma, vrbs Aquitaniæ ſecundę ad Carantonum amnem, Auſonij verſu celebris: cuius priuilegium hodierno etiamdùm vſu ratum conſtánſque ab An. 1507., teſtatur Angoliſmen. Hiſtoria Franciſ. Corlei, & in patrias Leges Commentaria Pet. Gandillaudi, Angoliſmorum Magiſtratus, §. 88. Rupellanę autem vrbis Decurionibus, ſecundùm Reges, auctores munificos, ſtabilita fuit iudicio auguſtę Rationum Curiæ perpetua Nobilitas ac hæreditaria, pridie Calend. Mart. An. 1519., hac condicta lege, vt Decurionum poſteri, à ſplendido generoſorum vitæ inſtituto neutiquam degeneres, larem domicilij fouerent in libera, nec tributaria Regione, ſeu plebeijs Vectigalibus in Principem obnoxia. Sicuti latiùs iſthæc tractauimus, Lib. 3. De Privileg. Rvsticor.

28 Mvltiplicis demum coniugij liberis variè ſeparatimque obuenit communis parentis hæreditas, in quibuſdam Galliæ Prouinciolis: Nec viritim illis per capita, ſed confertim per ſingulas parentis nuptias, bona diſcretè tribuuntur. Exemplo nimirum, à priſca Saliorum Lege, repetito, Cap. 1. De fil. nat. ex matrim. ad morganat. contrac. In Feud. Sic apud Carnutas, patrimoniales clientelæ fundi adſignantur liberis prioris matrimonij: poſterioribus verò, quæſtus clientelarium rerum. §. 97. patrij Moris. Dempto, ſi viuus parens aliter fortunas diſpoſuerit inter ſuos. Pariſien. Areſto poſtridie Kalend. Quintiles, An. 1582. Item Burdigalæ Vibiſcorum, à coniugibus parta, lege redeunt ad eos coniunctim filios duntaxat, qui ex eo connubio editi ſint, quo manente, res illas parens compararit. Art. 70. Burdigalen. Conſuet. & Boërij Deciſ. Burdigalenſi. 203. Quò alludere etiam videtur Imperatoria, de lucris connubialibus, Leonis & Anthemij lex, Quæcunque Cod. De bon. quę liber. l. cùm aliis ſanctionibus l. hac edictali §. his. illud Cod. De ſecund. nupt. Ne Pariſiorum interim Morem ſupprimamus, coniugales ſoli quæſtus ex prorogata ſocietate diuiden-

ma, contra minores natu cohæredes, Franciſci Thomæ, Cenomani, Senatoris Pariſienſis, eorum patrui.

Intimi arcaníque Conſilij Regis Areſtum die. 9. Ianuar. An. 1602.

Tit. De feudaria Nobil. viror. ſucceſſ. Art. 12. 13.

Maiores & Scabini Ciuitatis Pictauen., de quorum nobilitate hæreditaria, extant Artic. 129. 140. Conſuet. Pictonicæ. Vnà cum Aquitanicis, Boucheti Annalib., Parte 4.

Patentes regiæ Declarationis verificatæ in Curia Iouamínum die. 27. Maij 1584. Quòd nonobſtante Edicto An. 1582. tailliabiles ſtatuente liberos Maioris & Scabinorum vrbanorum, poſteri Pictauẽ. Scabinorũ maneant perpetuò nobiles, liberi exẽptique tailliis, ceu nobiles hæreditarij.

Angoliſmẽ. Maiori & Scabinis data perpetua Nobilitas à Ludouico. 12. rege, Die. 10. Maij An. 1507.

Areſtum Cameræ computorum Pariſiẽ. die. vlt. Feb. 1519. in verificatione regiorum Priuileg. Rupellanæ Vrbis.

Cap. 9. Familiæ herciſcundæ, Art. 3. Lib. 3. De priuil. Ruſtic.

Propres feodaux, Acqueſts feodaux.

Lutetianæ Curiæ decretum, die 2. Iulij, An. 1582. Pro Dn. *de Sours*, in. 1. Camera Inqueſtarũ Curiæ, poſt interlocutoriũ Areſtũ informandi per turbas de vſu Conſuet. Carnuten. Die. 24. Iulij, An. 1579.

Digitized by Google

* non ſcriptum.

Verſ. *Les enfans de chacun mariage ne ſont qu'un chef en lad. communauté.*

tem liberis ſeorſim pro vario quoque parentum matrimonio. Art. 242. Quinimò ex Santonica ora, quæ ciuilem Vſum * ἄγραφον pro lege cuſtodit, definitum eſt ab Aquitanico Senatu, quæſita à patre pluries coniugato, per coniugia ſingula diduci inter numeroſam prolem: tametſi communis ille parens teſtamento in eandem diuerſè ſtatuiſſet. S. Conſulto. 5. Idus Apriles, &. 14. Kalend. Ianuar. An. 1591. Cui planè conſonum habetur Prætoriani Conſilij decretum ex Aquitanica illa prouincia, latum ſexto Idus Auguſti An. 1597. Iacobo & Gabriele Malleto ſecundi matrimonij liberis, hinc, & Roſa Malleta, priore orta connubio, inde, litigatoribus. Hannonij pariter, Namurcenſes, ac Betunij Atrebates, multiplicis coniugij proſapiæ diuiſim bona tribuunt parentum hæreditaria, pro modo connubij cuiuſque, & in eo ſigillatim coemptorum, vti ſobolis quolibet connubio progenitæ. Cap. 77. De feudis, Hannoniæ Conſuet. Tum Namurcenſis, Art. 81. Rubr. De inteſtatorum Hæreditate. Ac Betunio, Atrebatum, More peculiari, qui ſcriptis publicè mandatus fuit, Quinto Calend. Sextiles An. 1509. Ne Bearnenſes Ritus, Aquitanicos, huc proferam, regiis Errici Nauarri auſpiciis collectos probatóſque Nouemb. Menſ. An. 1551. Quibus Ritibus ac Inſtitutis, priore ſati coniugio liberi, ſequentes excludunt antiquis parentum hæredijs. §. 2. Rubr. De teſtam. & hæreditat. Hoc amplius, Sequani ciuis familia tota, genialibus lectis, non perſonis filij cuiuſque herciſcitur, nec vlla ſpectata bonorum origine. §. 45. Conſuetud. Tranſiuranæ Burgundiæ. Quod duriuſculum vtique arbitror, quùm Romana etiam Prudentia antiquos fundos, & gentilitios liberis particulatim addicat, ex quouis matrimonio ortis. l. 4. §. cùm ad maternas. l. generaliter §. in iis autem l. ſi quis prioris Cod. De ſec. nupt. Aliàs quoque I. Coſs. veteres, vnde bona profecta eſſent, diſpexére Legum Coryphæi. Vlpianus, l. ſed ſi plures §. in adrogato. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit. l. profectitia. ff. De iur dot. Gaius item, l. facta §. ſi hæres D. Ad S. C. Trebell. Pariſienſi autem More, adſignatum ſoboli in paterna hæredia Dotalitium, diſcernitur quidem pro vario parentis connubio, ex quo, illa diſtinctè propagata ſit. §. 253. 254. Sed hoc ideo tolerabiliùs receptum eſt, quòd, eadem Conſtitutione, liberorum optioni relinquatur vel paternæ hæreditatis acceptio, vel Dotalitij Moribus introducti. §. 250. &. 251. Cui paria hercle, Syluanectenſium Iure proprio cauentur. §. 178. &. 185. Planè inter omnes conſtat, Legitimam ſingulis liberis, quæ deſit, capitulatim ex bonorum cumulo eſſe præſtandam. cita. §. 70. Burdigalenſ. Leg. Ac Molinei Notis ad præd. §. 45. Conſuetud. Sequanorum. Quoniam verò Territorij iſtius Francis finitimi incolæ partiuntur identidem cum noſtris limitaneos agros iudicio familiæ herciſcundæ, Præcauendum, ne de re Gallici ſoli iudicium inſtituatur alibi, quàm in Gallico

Burdigalenſe Areſtum. 9. April. 1591. *Entre la veufue, & enfans de Ichan Breſmât, appellans du Seneſchal de Xainctonge, à Xainctes, pays d'Vſance, & Hector Baudoüin, & Anne Breſmât ſa femme, intimez.* Cui cõforme alterum eiuſd. Curiæ Areſtum inter Xantones die. 19. Dec. 1591. *ſur l'appel de la Senten. arbitrale d'entre Denyſe de Vaulx, d'vne part, Et Ichan, Ichanne, & Frãçoiſe de Vaulx, intimez aud. appel.*

Magni Cõſilij Areſtũ die. 8 Aug. 1597. *par euocation du Parlement de Bordeaux,* inter Anton. *Ferrieres* & Roſam Malletam coniugem ex vna parte, & huius conſanguineos fratres, ex altera.

Cõſuet. *de Haynault, Namur, & de Betune, en Artois.*

Die. 28 Iul. An. 1509. redacta Cõſuetudo localis *de la Ville, Bãlieue, & Eſcheuinage de Betune.*

Fors & Coſtumas de Bearn.

Item Aquenſi Vaſcorũ Conſuetudine (*d'Acs en Gaſcogne*) Tit. 2. Art. 20. *Les enfans de diuers mariages ſuccedẽt par mariages, c'eſt qu'en autant de parties les heritages ruraux ſont diuiſez, qu'il y a de mariages, &c.*

Comitatus Burgundiæ Conſuetudo.

Gallico tribunali. Nam aut certa res, corpúſque hæreditarium petitur in alieno Foro, tunc inibi prolata Sententia tenet ſubditos ius dicenti. Saluo eo, vt precibus exoratus Galliæ Magiſtratus, Iudicatum fieri intra ſuos fines ſinat. Ex argumento l. A Diuo Pio §. ſententiam. ת. De re iudic. l. magis puto §. illud quæri poteſt. ת. De reb. cor. l. vlt. Cod. Vbi in rem act. Aut verò Hæreditatis quæſtio vertitur: tunc Francicis de rebus mota alibi, retractatur in Gallia. Cuius nimirum prædiariæ res ac poſſeſſiones, ciuili ſua hæreditatum Lege diiudicantur. Vtì Pariſienſem Senatum decreuiſſe, oſtendimus Lib.3.Leg. Andegauenſ. Tit. De pigneratitiis fundorum poſſeſſione. Art. 11. 12.

Qvo in Opere, multa alia, de Hæreditatum Iure toto, concinnauimus: Ne quis iam denuò à Nobis plura exigat, properantibus ad metam longiuſculi huius ſtadij ac curriculi, quod emetiendum raptim ſuſcepimus. Lib. 3. Tit. 1. 2. 3. 4. Capitis 1.

Titul. VI.

DE GENTILITIA VENDITORVM FVNDORVM CONDICTIONE.

1. *Alienati fundi redemptor iure familiæ, is demùm eſſe, qui & hæres, poteſt.*

In baſtardos, *Apoſtolica* Bulla.

Baſtardi legitimati *patrimonium, quod poſt* legitimationem *hæreditate nactus ſit, dein venditum, retrahi poteſt ab eius conſanguineis.*

Alienigenæ, vendentis propinquo, linearis Retractus *fundi non competit.*

Inter Propria, nec Acquiſita, Retractus hic computatur.

2. *A die tantùm* inueſtituræ, *vel* ſaiſinæ *emptoris, currit annus linearis Retractus, contra venditoris conſanguineum, Pariſijs.*

Friuola etiam, à decreto adiudicationis fundi appellatio, præpedit annalis præſcriptionis curſum, reſpectu tertij ad Retractum *agentis.*

Actus confirmatio ſequens, non retrotrahitur in præiudicium alterius.

An hypotheca per Sententiam quæſita, ex appellatione confirmata am poſtea, retroducatur ad diem dictæ Sententiæ.

3. *Fundi conductio veteri colono prorogata ab emptore, nil obſtat temporali* Retractus *præſcriptioni contra vendentis agnatum.*

Secus de vſufructu fundi à venditore retento.

Publica in venditione, non currit tempus retrahenti, niſi à die ſoluti pretij, vel conſignati à licitatore.

Vendentis procurator, ſeu alij publico nomine vendentes, non poſſunt habere fidem de pretio.

Conſuetudini locorum ſtatuenti, Retractum in iudicio petendum, an ſatisfiat per citationem Apparitoris factam in fine anni Retractus ad comparendum in iudicio, certo die Anni proximè ſequentis.

4. *Ob defectum iudiciariæ oblationis pretij, actor conſanguineus Retractu excluditur.*

Solenni forma non ſeruata, Actus irritatur.

Semel facta pecuniæ conſignatione, in Retractu, eius oblatio pecuniæ in Iudicio, minimè neceſſaria.

Fundum retrahens agnatus, non tenetur pretij conuenti refuſionem augere prætextu clauſulæ Venditionis, Et ſi plus valet, dono.

Iudiciaria pretij oblatio in conteſtatione litis appellatoriæ, retrahenti neceſſaria, de Conſuetudine, *intelligitur tantùm de appellatione à* definitiua *Sententia, non ab Incidentibus quibuſdam.*

Conſignatæ *pecuniæ ſacculos reſerare vni partium, non debet* Conſignatarius *publicus, ſed vtrique præſenti.*

Retractus

Digitized by Google

Retractus in Curia Max. adiudicati executio realis *fieri poteſt ac ſolet longiori termino, (pro diſtantia locorum), quàm* Conſuetudinario *Regionis, in qua res ſitæ ſint.*

5. *Emptor, ſucceſſorve in fundum particularis, cum lege Reditus annui* redimibilis, *exonerandus eſt prorſus à retrahente conſanguineo, erga auctorem ſuum, eiuſve Reditus creditorem.*

Nec ſufficit conſanguineo, ſatiſdare, eum Reditum liberatum iri, aut offerre creditori nouam eius recognitionem, ſolutionemque annuam, ad exonerandum emptorem.

Etſi acquiſitor fundi præpropere redemerit annuum Reditum, cuius cum onere, illum acquiſierat, retrahens tenetur, ei ſortem Reditus, cum iuſtis acceſſionibus, refundere.

Reſoluta per Retractum locatione perpetua fundi pupillaris ad Reditum nummarium redimibilem, *huius ſors principalis eſt à retrahente conſignanda, vt in ſimilem Reditum, vel fundum pro minore conuertatur.*

6. *Proxenetis*, & Mediatoribus *venditionis data, ſunt pariter emptori reſtituenda.*

Sed hæc Iudex moderari pro circunſtantiis negotij ſolet.

Neceſſarias reparationes *in rem factas, emptori refundi oportet.*

Emptoris impenſas in nouum ædificium, vel ad ſupplendum conditionis ſuæ ignobilis defectum in feudo nobili tenendo, refundere non tenetur retrahens conſanguineus venditoris.

7. *Litis ſumptus, ac fructus rei venditæ, quos venditor emptori reddere damnatus eſt, retrahenti propinquo imputantur, cedendo huic actiones contra venditorem.*

Creditoris priuilegium, nummos ſuos impendentis in reſtitutionem, vel conſeruationem fundi: in quem, alter ius reale *prætendat.*

Fructus maturi, tẽpore linearis Retractus *in iure petiti, an pro rata temporis diuidantur inter emptorem, & retrahentem.*

A die citationis in Retractu, *tenetur emptor de fructibus perceptis.*

Arreragia fundiarij *Reditus gentilitio Retractu adiudicati, paulo poſt adiudicationem cedentia, debentur in ſolidum retrahenti.*

8. *Fiſci res immobilis alienata, cum facultate perpetua redimendi, ſi ab emptoris hærede vendatur, licitè retrahitur à propinquo venditoris.*

Aliter de vſusfructus venditione, non tamen Emphyteutici iuris ad centum annos conceſſi.

Prædium datum titulo de conuenant, & domaine congeable, *venditum redimi poteſt* lineari Retractu.

9. *Regij fori* Greffariatus, *etſi in quibuſdam habitus immobilis, à priuato tamen* reuenditus, *non retrahitur gentilitate prædiorum.*

De familiari Retractu, Moſaica, & Cæſarea leges.

10. *Senatuum Francicorum Scribæ nuper intenderunt, ſua Officia, perſonalem eſſe functionem potiùs, quàm Fiſcalis Patrimonij publicè venalis partem.*

Solutio, vt Obligatio, metu facta, retractatur.

11. *Catalogus Scribarum Curiæ Pariſienſis, tam* Præſentationum, *quàm* Ordinariorum, *Ciuilium nempe, &* Criminalium.

Secreti Conſilij Regij *Actuarius vetuſtiſsimus.*

12. *Retractus exercendi capax eſt venditoris propinquus* de latere, *licet à primo fundi in familia Acquiſitore non deſcenderit.*

In nonnullis tamen Franciæ Conſuetudinariæ *partibus, ſoli ex primo illo ſtipite progeniti, ad* Retractum *admittuntur.*

Rei Doario *patrimoniali ſubiectæ Retractus competit tantùm germanis, aut conſanguineis fratribus filij illam alienantis: Non autem vterinis, & maternis.*

Forenſis præuentio Retractus *linearis, nil prodeſt inter actores ex diuerſis fundi lineis, nec vnus alium præuentione excludit.*

Filij proprius fundus fictione Legis Municipalis, nihilò magis aſcendit ad parentes filio ſuperſtites, quàm antiquum & hæreditarium illius patrimonium.

13. *Ex tranſactione, quæ mutationem poſſeſſoris fundi non inducit, nulla competit actio* Retractus linearis.

Tamen pro rata additi Tranſactioni pretij, Dominica iuſta perſolui oportet.

Item ſi pecunia Tranſactione data, rei æſtimationem exæquet, cenſetur tùm noua potiùs venditio, quàm litis deciſio conuenta.

Hæredium duplicis lineæ cognationum, propinquus ex vna, non tenetur retrahere, niſi pro modo & ratione ſuæ lineæ: niſi totum vnico pretio venditum eſſet.

Ius Congrui, *ad Retractum vicini prædij, vicino competens, vel conſorti bonorum, in Italia, Germania, Hungaria.*

14. *In Reipubl. vſum parta latifundia, non retrahuntur à propinquis venditoris.*

Amortizata *Eccleſiæ bona, ſi ad priuatos redeant alienatione rerum Eccleſiæ, ſubiiciuntur profanis oneribus fundorum reliquorum.*

Eccleſia non acquirit immobilia, abſque Principis auctoritate.

15. *In Prouinciolis quibuſdam,* linearis Retractus *non extenditur vltra ſeptimum: in aliis, vltra nonum propinquitatis gradum.*

Nummaria dotis conſtitutio à fratre ſorori facta, pro omni hæreditario parentum iure, an æquipolleat venditioni, obnoxia Retractui.

Nondùm conceptus, tempore Retractus adaperti, eo poſtmodùm excluditur.

Qui intra tempora petendo Retractui *fundorum præſcripta natus, conceptuſuè ſit, habilis ſit ad retrahendum.*

16. *Frequentius eſt, cognato vendita, à propinquiore non retrahi.*

Seruientis

Digitized by Google

Seruientis prædij venditi Conſuetudo, non, dominantis, in Retractu *ſeruanda.*

Limitaneus diuerſorum Territoriorum fundus determinatur in Retractu, pro More Fori, inter hac, præuenientis.

17. Lineari Retractui *locus eſt in Comitatu Prouinciæ.*

Venditoris hæres, eum Retractum licitè depoſcit.

Ex retractu lineari, *vel* feudali *præſtatur emptori euictionis damnum, quando ex antiquiore venditione fundus retrahitur.*

Euictionis ſponſio per venditorem, hæredis etiam factum promittentem, non impedit hæredem, iure ſanguinis fundum retrahere.

Actor, à Retractu per reum acceptato *deſiſtere non poteſt: A conteſtato autem, & denegato, poteſt.*

18. *Duo concurrentes ad* Retractum linearem, *quando æqualiter admittantur.*

Syluæ non cæduæ Arboribus venditis, Retractus ceſſat: niſi in rem domini ſoli, cui, illa tanquam ſuperficies reüniatur.

Actio Retractus de Mydenier *currit tantùm à die ſoluti Matrimonij.*

19. *Extante coniugum ementium, vel redimentium prole, Retractus* de Mydenier *non procedit.*

Secus de liberis alterius coniugum, qui ei, de quo emptum eſt, propinquus non fuerit.

Qui tamen natus ſit ex alterutro ementium coniugum propinquo vendentis, cenſetur eſſe de linea, *nec eius præiudicio, Retractus* de Mydenier *exercetur.*

Pendente continuatione coniugalis bonorum ſocietatis ex defectu Inuentarij, non currit præſcriptio contra liberos primi matrimonij, in petendo Retractu de Mydenier *prædij à patre empti de agnatis prioris vxoris, ſtante eorum matrimonio.*

20. *Reditus pecunia conſtituti, olim retrahebantur iure propinquitatis. Quod obſoleuit.*

Retractus *verè, ac propriè intelligitur, apud Pariſios, de prædiis, Reditibúsve prædiariis, eorum loco ſubrogatis.*

Non quicquid reputatur immobile, venditum retrahitur iure ſanguinis.

21. Feudali *alienatorum redemptioni* linearis *antefertur.*

Aliud, ſi res in feudum, cenſúmve *data ſit, cum expreſſa Retentionis, vel* Prælationis *lege, in caſum venditionis alteri factæ.*

Dominicus Retractus *inter Acquiſita computatur, non inter Patrimonialia Domini directi.*

Feudali *poteſtate retractum prædium ſeruiens, haud ideo* reunitur *ſtatim & conſolidatur cum feudo dominante.*

Dominica Sufferentia *præſtandæ fidelitatis, impedit* Feudalem *empti fundi retentionem.*

Secus de Sufferentia *futuræ prehenſionis Dominicæ fundi vſque ad tempus, intra quod fieret* Contractuum *editio.*

22. *Municipalis Retractus non procedit in bonis conſiſcatis, ex eóque palam venditis.*

Idem de bonis vacantibus, creditori cuique ceſsis à particulari debitoris in ea ſucceſſore.

Laudimia percepta ex venditione priuata, emptore poſtea re cedere coacto, imputantur Domino, in ſecundam eius venditionem publicam.

23. *Acquiſita à defuncto, fiunt patrimonialia hæredis ex Inuentario.*

Defuncti Acqueſtus, *auctione venditi ſuper eius hærede cum Inuentario, retrahi poſſunt à conſanguineis hæredis.*

Hæredi Principis beneficiario fas eſt, agere linearis *Retractus nomine, vt cuiuis alij conſanguineo venditoris.*

24. *Eidem verò liceatnè, fundum, qui ſuper ipſomet* ſubhaſtatus *ſit & adiudicatus, iure ſanguinis retrahere ab* adiudicatario.

25. Alodialium *fundorum Retractus currit tantùm à die publicationis, & inſinuationis contractus, Regio in Foro proximo factæ.*

Alicubi tamen currit à die naturalis captæ poſſeſsionis.

In omiſsis Statuto *locorum, Pariſienſe ſequi, plerunque rationis eſt.*

DE RETRAICT LIGNAGIER.

Les Retraictz ſe reiglent, comme les ſucceſsions, §. 335. Pictonicæ Conſuet.

Bulla Apoſtolica, Die.17. Ianuar. An. 1570. *touchant les fiefz, ou emphyteoſes tenuës de l'Egliſe.* Ex Bullario Roman. Põtific. In Terris autẽ profanæ Regum Ditionis, Papa nil ſtatuit de Baſtardorum bonis, nec eos idcircò legitimat, Hũgarico Iure hoc Conſuetudinario. *Papa non legitimat illegitimos liberos ad ſucceſsionem in bonis paternis.* Iuxta Cap. Per venerabilẽ Qui fil. ſunt legit.

Retractui locus eſt in bona vẽdita à Baſtardo legitimato, quæ poſt legitimationẽ ipſi obueniſſent ſucceſſione cõſanguineorum.

* Sine ciuitate.

Extraneis quidem Germaniæ Mercatoribus cõfirmauit Rex Hẽricus. 3. liberi ius commercij in Gallia, ſed non

HÆREDITARIO IVRI affinis eſt adeò *Linearis Retractus* prædiorum: vt illius incapax, ab hoc repellatur. Francica Conſuetudine, quam recitat Faber, in §. ſi plures Inſtit. De legit. agnat. ſucceſſ. Maſuerius in §. ille tamen De Retractu. Naturalis putà filius, vti hæreditate excluditur, ſic agnatitia fundorum redhibitione. Art. 158. Morum Pariſien. Cuiuſmodi etiam illegitimis Pius. 5. Pontif. Max. ademit teſtamenti factionem de beneficiariis Templorum, vel Emphyteuticis prædiis. Sacro diplomate, An. 1570. Sexto Kalend. Februarias: quod Volumini intexitur, Pontificiarum Conſtitutionum & Reſcriptorum collectaneo, ab Gregorio. 7. decimum tertium vſque. Ediuerſò autem, nothi hæredia natalibus reſtituti, quæ poſt reſtitutionem hanc Codicillarem nactus ſit titulo pro hærede, diſtracta repetuntur à propinquis Familiari iure. Barrenſis Conſuet. Artic. 160. & Antiſſiodorenſis, 170. Peregrini inſuper, Gallicas nec hæreditates adeunt, nec res ſoli condicunt gentilitia *Retractuum* lege. Hi enim, horúmve cognati vendentium, minimè vtuntur Iure noſtræ Ciuitatis, ceu * ἀπόλιδες: nec habent quæ Iuris ciuilis Francorũ ſunt, reuocatoriam nẽpe alienatorũ è familia Actionem. Sicuti elegãter notat Eguinar. Baro, De Beneficiis Lib. 4. ex Martiani leg. quidam. ff. De pœn. Interdum vtique peregrini agere ſinũtur, humanitatis ratione nonnulla. l. ſed ſi alia. ff. De bon. damnat. l. ſi verò D.

Mand.

Digitized by Google

Mand. Sed propria Ciuium noſtrorũ iura ſibi adſciſcere, non licet exteris, & ad peregrinitatem redactis. l. in Orbe. ff. De ſtat. homin. l. 1. Cod. De hæred. inſtit. l. ſed ſi hac lege. ff. de in ius voc. Diſtracta præcipuè, quæ retrahunt agnati, hæreditariis accenſemus, & hæreditate delatis: qualia, Gallis tantùm ciuibus inter ipſos tribuuntur. §. 133. 139. Pariſien. Conſuetud., 115. Chauniacæ, 469. Normanicæ, 140. Pontiuenſis, 383. Aurelianen., 8. Montargiuæ, Tit. De Retractu., 51. Attrebaticæ: 148. Caleſiæ ad Itium portum: Inſulanæ Flandrorum, §. 24. At Lotharingiæ quidem Moribus, à conſanguineo redempta, Patrimonialibus non accẽſentur, ſed emptitiis fundis, ſeu aduentitiis: vt Cathalaunia itidẽ Veromanduorũ Lege, & Engoliſmenſi. Verùm in vtraque poſteriori, Molineus ait, propinquo licere, gentilitium prædium recuperanti, eius ſemiſſem, velut proprij, à coniuge ſociouè bonorum condicere oblata pretij ſorte dimidia. Porro qui extra Municipium degunt, in quo ſita res eſt, venditoris cognati Francigenæ non arcentur hac alienatorum redemptione Familiari. Quin & iis patria Vetuſtas annalem huiuſmodi Actionem prorogabat, vernacula iſta Majorum phraſi. *Et ſe aucuns achetoit d'vn autre, qui euſt lignage hors dou païs, & hors de l'Eueſchié: & cil veniſt demander l'achat: & apres ce, que li ans, & li iours ſeroit paſſez, cil qui ce auroit acheté, ne ſempaſſeroit pas ainſint vers luy par terme: ainçois auroit l'achat cil qui demanderoit par les deniers païans. Et ſe li autres auoit en ce mis nul amendement; il les rauroit par loïal prueuë, & n'en renderoit riens de ce qu'il en auroit leuez. Car drois, ne raiſons ne dit mie, que on l'alaſt ſemonre hors de l'Eueſchiet.* Ex Codice manuſcripto, cuius epigraphe eſt, *Ci comencent li é Statu dou Royaume de France, & de la Cité de Paris.*

2 ANNARIA Lex Municipalium *Retractuum* ſumitur ab die veſtiti emptoris à Domino beneficij, vel cenſus. §. 129. 130. Pariſien. Conſuet. Qua Francos olim Conſuetudine vſos omnes, indicat non modò Faber ad §. 1. Inſtit. De empt. & vendit, ſed *Parlamentare* etiam Decretum vetuſtius, in profeſto Purificationis B. Mariæ, An. 1269. quod habetur Parte. 7. Styli Parlament. Quùm autem linearis *Retractus* obtineat in publica æquè, ac priuata fundorum venditione, (Art. 150. 151. 152. 154. Pariſ. Morum.) Quæro, annalis nécne præſcriptio *Retractuum*, inchoëtur ab die Dominicæ miſſionis in poſſeſſionem licitatoris, an ex quo, prædij licitatio forenſis, à ſuperiori Iudice, qui ab ea prouocatus ſit, comprobetur. Ponamus enim, debitorem, cuius res auctione vænierit, per appellationem traxiſſe diu executionem Addictionis eiuſdem. Sanè Herennius Modeſtinus reſpõdit, fruſtratoriam morandi cauſa appellationem interpoſitam, quæ poſtmodùm iniuſta pronuntietur, retrò ad tempus referri prioris Sententiæ, aduerſus temerè prouocantem. l. tutor. ff. De vſur. l. negotiorum geſtor. ff. De appellat. Leg. vlt. ff. De re iudic. Aſt tertij interim periculo, atque incommodo, lapſum non videtur tempus annalis Actionis, venditorum redhibitoriæ, Iure propinquitatis. Si-

Gallicæ omnino ciuilitatis: quum iſtic minimè reſideant. Literis patentibus Septemb. Menſ. An. 1578. Verificatis in Senatu, Die. 10. Octob. eod. An. Et in Curia Indictionum Regiarum, Die. 6. Maij. 1579.

A propinquo redẽpta, cenſentur eius hæredia, non autem acquiſita.

Arteſia Conſuet. redacta ſcriptis. An. 1509.

Conſuet. *de la Salle, Bailliage, & Chaſtellenie de l'iſle, Tit. de Succeſſion en ſ... Mais les heritages cottiers rattraictz par le mary cõſtant le mariage, ſont reputez acquiſtz, Art. 36. De ſucceſſiõs en heritages cottiers.*

Art. 24. Tit De retractu, Lotharingiæ Conſuet.

§. 115. Conſuet. particularis *de Chaalons.*

§. 66. Conſuetud. Angoliſmorum.

Retraict de mydenier.

Annus Retractus linearis petẽdi currit à die inueſtituræ & ſaiſinæ emptoris. Cuius ſaiſinæ actũ nota diuerſũ eſſe ab Actu receptionis laudimiorũ qui expeditur à Receptore laudimiorũ: ille autẽ à Scriba forẽſi notificationũ & ſaiſinę Cõtractuum, quam ſaiſinã nemo ſumit inuitus, Art. 82. Pariſ. Leg: Et in annus retractus currit tantùm à die ſaiſinę datæ ſeparatim à nuda receptione laudimiorum.

Leodienſium Statutis, Retractus linearis ceſſat in decreto adiudicationis fundi. Cap. 6. De Retractibus Art. 1. Et aliis in Regiũculis, quas adnotauimus, Lib. 3. Domã. Francici, Tit. 23. Art. 7. Sed Betunia locali Atrebatũ Conſuet., poſt tres Cridas & proclamationes fundi venalis nõ admittitur linea-

Digitized by Google

ris Retractus, n'eſtoit que le werp ne fuſt faict auant leſd. criées. Auquel cas le retrayãt apres leſd. criées faictes viendroit à temps endedans le werp faire. Idem en la Couſt. du Baillage de Lilers particuliere d'Artois.

cuti à Lutetiano Senatu deciſum fuit, in forenſi agitatione cauſarum: Bertrando Præſide. 16. Kalend. Auguſti, An. 1550. pro Tureniæ Lemouicum Subcomite. Cuius Decreti meminit diſertè Molineus, ad §. 422. Borboniæ Conſuetud. Nec diuerſum Boërio viſum, Burdigalenſi Deciſ. 140. ex leg. intra vtile. ff. De Minor. & ibi Bald., cum Angelo, & Alberico Roſate. Nunquam enim, Legis figmento, retroducitur actus ad ſua primordia, alterius diſpendio, cuius maximè interſit. l. 1. l. potior D. qui potior. in pign. hab. l. Titius D. quæ res pign. Bald. ad l. quid ergo. ff. De iis qui notant. infam. Multò etiam infirmiùs, contra propinquum debitoris, qui publicè diſtracta redimere efficaciter nequiuerit, donec ab futuro aleæ forenſis exitu ancipiti, manerétne publica Emptio, dignouiſſet. Eòdem conſpirat Molinei opinio, ad §. 180. Rhemenſis Veromanduorum Legis, hypothecam bonorum Sententia partam, quæ, facta dehinc prouocatione, confirmetur à ſuperiori Iuridico, non retrò flecti ad diem prioris illius Sententiæ, detrimento tertij: Niſi, ante interpoſitam appellationem, miſſus fuiſſet creditor ex Iudicato in poſſeſſionem bonorum debitoris. At contrarium his ſuperuenit Karoli. 9. Edictum Pariſienſe, Quintili Menſ. An. 1566. Art. XI. Cuius fidem facit Henricianus Codex, Lib. 9. Tit. 1.

Placitũ Curiæ, die. 17. Iulij, An. 1550. Pour le Viſcomte de Toreine.

Linearis item retractus fundi, in Dominum eius redemptorem pro poteſtate feudali, currit ſolùm à die publicatæ in foro Regio Dominicæ illius redẽptiõis. §. 159. Leg. Pariſ. Et retractus de myden..., à die ſoluti matrimonij. §. 155. d. Leg.

Regium Edictum, hypothecã in bona condemnati effectũ habituram à die Sẽtentiæ, ſiquidẽ Areſto confirmata ſit, vel ab ea minimè prouocatum.

PORRÒ in Cenomanum venditoris agnatum procedit Annalis 3
exceptio, à die contractus, & cœptæ priuatim poſſeſſionis fundi. §. 358. 359. Cenom. Leg. Emptor, dicis cauſa, adito prædio, ſibi curauit perfunctoriæ poſſeſſionis ſymbolum quoddam, chartulámq; à Notario exarandam. Mox verbo prorogat fundi conductionem priori colono in biennium: qui idcirco rei poſſeſſioni continuò inhæſit. Tractatum eſt, alienatoriſne cognatus, qui intra annum, à ſoluta hac prædij conductione, redemptum id voluerit, depellatur, annui præſcriptione ſilentij oppoſita. Actorem vtique tueri videtur patrij Moris Caput. 444. quod naturalem publicitúſque notam poſſeſſionem flagitat, non clancularium, aut ciuilem ſolùm: (qualis, recepto penes venditorem vſufructu, conductionéve rei, transfertur in emptorem): Eo videlicet fini, vt lege agẽs vendentis propinquus, Annali exceptione ſummoueatur. Nihilo ſeciùs emptor iudicio abſolutus eſt Senatorio, poſtrie Kalend. Ianuarias An. 1576. Nec enim parui refert, an lege mancipi venditor ſibi receperit conductionem, vſúmvefructum rei venditæ, quo dominicum emptoris ius extenuatur: an verò liber emptor, ac dominus patiatur, veterem frui colonum, quem impunè fundo deiicere potuiſſet. Nam illo caſu, detinente rem adhuc venditore, probabiliùs excuſatur eiúſce conſanguineus: qui minimè mutatam priſtini dominij cauſam iuſto errore exiſtimarit. Iuxta ampliſſimã de eo Boërij Deciſionem Burdigalenſem. 112. Eóque alludit Pariſiorum Mos. 115. ac Molinei annotatio, ad §. 159. Turonicę Conſuet. de viduo coniuge prędiorum communium fructuario; quorum partem vxoriam ab eo dehinc coëmptam retrahere licet venditoris

Acte de prinſe de poſſeſſion, expedié par Notaire.

Huic Art. 444. conformis eſt Andium Lex §. 419. Vbi Molineus, de colono, paulòpòſt emente fundum, An ilico Retractus annale tempus excurrat agnato.

Decretum Curiæ, die. 2. Ianuar. An. 1576. confirmans Cenomani Iuridici Sententiã, pro vidua N. Heurtaut, cõtra Mathurinum Garnierum.

... Verſ. Si toutesfois le creancier de la vente ha eu iuſte cauſe d'ignorer l'alienation, par ce que le debteur de lad. rente ſeroit touſiours demeuré en poſſeſſion de l'heritage, par le moyen de location, retention d'vſufruict, conſtitution de precaire, pendant led. temps la preſcription n'a cours.

toris agnato, poſt finitum emptoris obitu mariti vſumfructum. Secus de extraneo fundi conductore, qui emptori vni poſſideat, vnúmque eum purè dominum, agnoſcat ſuæ poſſeſſionis auctorem. Gentilitiæ item prædij redhibitioni locus relinquitur in forenſem licitatorem, qui perdiu fundo potitus ſit, nullo eius pretio apud Acta, ni ſpecie & imagine tenus, obſignato. Res quippe captas pignori, oportuit præſente pecunia diſtrahi: Aliàs, dominium non tranſiit in emptorem. Vlpiani leg. 15. §. ſed ſi emptor. ff. De re iudic. Nimirum quod vendidi, haud priùs fit accipientis, quàm vel pretium mihi ſolutum fuerit, vel ſatis eo nomine factum: Nec fidem habere de pretio licet rei propalàm addictæ cuipiam à Magiſtro auctionis, ſed neque à priuati venditoris procuratore: cui, niſi illata pretij ſorte, quicquam alienare vetitum eſt. l. ſi curator Cæſaris §. 1. ff. De iur. Fiſci Cum §. venditæ Inſtit. de rer. diuiſ. & ibi Faber. Iaſon cumulatè, in l. 1. ff. De offic. procurat. Cæs. Quoniam igitur debitori ipſi legibus liberum fuit, à publico ſuæ rei emptore dominium auocare intra biennium, reſtituto pretio: Longè fortiùs, ante partam emptori proprietatē rei, ius eſt cōſanguineo alienati prædij in familiam reuocandi, pòſthabita Annalis moræ præſcriptione. Cæteroquin Familiaris exercendæ Actionis tempora ac momenta diſtrictè ſeruari expedit, quæ ſuus Municipio cuique Mos præſtituerit, tanquam primum ac ſummum Ius agnatitij *Retractus*. Verbi gratia, Stampenſis, Belciæ: ac Montfortiana Leges prouinciales cauent enixè, poſtulandam in iudicio empti fundi redhibitionem Gentilitiam intra annuum ſpatium à die contractæ venditionis, aut Dominicæ veſtituræ. §. 169. Stampen. illius, &. 159. Montfort. huius Conſuet. Saturninus, biduo ante eius Anni lapſum, diem dixit emptori per Apparitorem, vti adiret Iudicem præfinita ea die, quæ poſterum in annum incidebat. Reus lege conuentus *Retractuum*, cauſam tuetur annali temporariæ actionis præſcriptione. Quùm enim ſingulis hiſce Municipiis ſtatuta, (queîs talium actionum origo viſque tota debetur,) haud aliam probent *Retractus* petitionem, quàm in iure editam, non cenſetur quis, nuda Præconis vocatione, agere, petereuè in iudicio, ſed petere velle. l. ampliùs D. rem rat. hab. Imo nec priùs inchoata verè dicitur controuerſia, quàm conteſtato vtrinque iudicio conſtituta ſit. l. Moræ litis Cod. De rei vindic. l. Nemo ambigit Cod. De acquir. poſſeſſ. l. vlt. ff. De ſeparat. In odioſo præſertim reuocationis alienatorum argumento, liberiſque mortalium commerciis valdè noxio. L. dudum Cod. De contrah. empt. Procliuius eſt ergo, vendentis agnatum, qui, omiſſa patriæ Legis arctiſſimæ formula, reum emptorem citarit mero miniſterio Apparitoris, exacto interim Anno, minimè audiendum. De hac annali præſcriptione Actionis excluſoria redhibitoriæ, certāt inuicem Iacob. Riurainus, actor; & Anton. Lulerius in regio Montiſfortis Tribunali, antiquæ Carnutum oræ, notiſſimæ.

Quo etiam in Municipio ceſſat Retractus linearis cōtra licitationem publicam, (vt Turonibus, & Aureliæ) intelligitur hoc, niſi licitatio & decretū ſit conuentionale pacto certo pretio. Molin. in §. 180. Turon. Conſuet.

L. vetuſtiſſimā Cod. de iur. domin. impetr.

Linearis Retractus, Iuris eſt Conſuetudinarij, non Communis ac Romani.

Statuta locorum ſtrictè, propriè, ac naturaliter, non ciuiliter intelligēda.

Si Linearis retractus venditæ rei ſub pacto redimēdi, currat tātùm à die finitæ gratiæ redemptiuæ (vt Andibus, Cenomanis, &c.) ea dies non reſtringitur clandeſtina ſequenti gratiæ ceſſione emptori facta à venditore, in diſpendium agnati ignorantis. Cuius iuri Conſuetudinario, de tempore gratiæ naturaliter expirantis, non ciuili Pacto, præiudicari nequit.

Digitized by Google

Offre du prix, & loyaux couſtz par le retrayant lignager.

Cognatvs vendita repoſcens, tenetur diſtrictè pretij ſortem 4
offerre, cum acceſſionibus in rem ſumptuariis. Id quod non modò obſeruandum primaria in lite, dùm eam conteſtati ſint litigatores, verùm & apud ſuperiorem appellationis Iudicem, quoad, noua diſſidentium concertatione, iudicio incluſa ſit illa. Artic. 140. Pariſien. Conſuet. Ea autem incautè omiſſa patrij Moris formula ab

Areſtum Parlamẽti ſolenniter prolatũ, die. 22. Decemb. An. 1589. Quæ ſit autem litis conteſtatio, explicat Artic. 104. Leg. Pariſ. Iuxta leg. 1. Et Authent. offeratur Cod. De lit. conteſt.

Cognitore forenſi, placuit Ordini Ampliss., reum emptorem petito fundi Retractu abſolui. Decreto non incelebri, peruigiliis Dominici Natalis, ſeu. x1. Kalend. Ianuar. An. 1589. aduerſus venditoris agnatum, cuius Procurator, appellatoriam litem nudè conteſtatus fuerat, nullàque æris ſumma, verbo quidem, exhibita. Eodem rurſus Curiæ placito, commonefacti litigantium agnatorum Procuratores forenſes, aduerſariis emptoribus pretium, & acceſſiones offerre, in conteſtando prouocationis iudicio, ſuis alioquin clientibus omnem præſtituros eos indemnitatem. Publicæ enim, vt emptionis, ſic redemptionis pretium vſquequaque præſens eſſe debet. Quemadmodùm ſuprà cautum eſt.

Mutuatitiis etiam nummis retrahens fundũ, propinquus admittitur. Ex Molineo, in Art. 10. Bituric. Conſuet. de Retrac. Nam & mutuò accepti nummi, noſtri ſunt. l. 2. §. appellata, ꝧ. De reb. credit.

Condicta item negotio, Legum ſolennia, niſi ad amuſſim impleantur, corruit actus, cui illa interuenire oportuit. Alexander, in propoſito *Retractuum* themate, Reſpon. 138. Lib. 7. Poſt Bartolum in l. Diuus. ꝧ. De teſtam. milit. Et Baldum in l. 1. ꝧ. De liber. & poſthum. Cum Tiraquelli ſcriptis, ad §. 8. De Retractu, Glo. 7. Semel tamen obſignata à retrahente pecunia, nil in iure denuò offerre, neceſſe eſt prædij comparatori. Vt tradit Molineus, ad §. 428. Borboniæ, &. 126. Victriacæ Conſuet.

Venditionum clauſula frequens, (Et ſi quid plus eſt, aut, ſi plus valet, dono) nõ obligat retrahentẽ, ad aliud refundẽdũ, quàm verè numeratum pretium. De quo, Borbon. Conſuet. Artic. 451.

Enimuerò pacti pretij ſors nequaquàm augetur, vulgari hac Tabulis empti & venditi inſerta clauſula, Qvanto plvris valverit fvndvs, tantvm dari, cedi, remitti. Nam præterquàm quòd ſententia iſthæc, Inſtrumentis apponi ſolita, modicam continet pecuniam (l. Hæc adiectio. ꝧ. De verb. ſignif.) ei fraus innexa conijcitur, ad deterrendum pretij magnitudine agnatum prædij redemptorem. Vt ſenſit Vilhelm. Cuneus ad l. Si tibi decem ꝧ. De pact. Et Baldus, in Tract. Protomiſeōs. Eapropter fictitiæ donationis obtentu iuſti pretij conuento maiorisſ, nihil eſt, quòd porrigat amplius cõuento, venditoris agnatus, qui cõdictione ex lege *Retractuum* experiatur. Boërij opinione, Præſidis Burdigalenſis, in Deciſ. 143. Imo nec, conteſtato pendentíque apud Prætorem Vrbis iudicio, tenetur emptor, noua pretij oblatione defungi apud ſupremam Curiam: ad quam, ex prouocatione, deuoluta ſit modò

Appel en la Court ſur vn Incident du procez principal de Retraict lignager.

ſummæ litis appendicula quædam. Etenim pœnalis Conſtitutio Pariſiorum, de iterãda pretij oblatione in Appellatorio negotio, vt primaria in controuerſia (§. 140.) non porrigitur ad leuiculas quaſq; ex incidentibus primæ liticulis prouocationes: ſed verè propriéq; circũſcribitur Appellatoriis cauſis à Sententia rem definiẽte. Abs qua nimirum appellationis interiectus, totius ſeriem controuerſiæ retroducit ad ſtatum Iudiciariæ primę conteſtationis: qua, pretium offerri

indubiè

Digitized by Google

indubiè oportet. L. ita demum Cod. De procur. l. Per hanc Cod. De tempor. appellat. Idem iuris eſt, de tranſlata in Senatum, *Retractus* lite ſumma, iam cõteſtata in Foro inferiori, vt ab illo primaria cognitione dirimatur. Quippe quùm, poſt ſemel editam illam iudicij cõteſtationem, nil neceſſum ſit, pretij oblationem in Curia Max. refricare, nec Iudicũ mutatione nouata lis ac immutata vllatenus exiſtimetur. l. Mortuo iudice. ff. De iudic. Preterea CLARISS. ORDO agnatorũ indẽnitati conſultum voluit, ſuos nummos fide publica obſignantium, emptore eos reſpuẽte. (Iuxta Morem Pariſiorum, Art. 136.) Cùm enim iſte, verſuta & callida oblati æris repudiatione, clanculùm adiret forenſem eius Depoſitariũ pecuniæ, vt adulterina ei ſubiecta, obſignationẽ in irritũ redigendã curaret, Vetuère LVTETIANI PATRES, ne publicus rei nummariæ Cuſtos ipſam alteri litigatorum, niſi adſtãte coràm altero, oſtentaret: Quò tutiùs, ſacri velut Numiſmatis interuerſioni occurreretur. Quod quidem, Senatus, Decretum ſuum recitari propalàm iuſſit, ac monumentis inſcribi Præfecturæ vrbanæ Pariſiorum. Quarto Kalend. Febr. An. 1575. ſecundùm Ioh. Surdum, Cognitorem in foro Caſtelli Pariſien. Tantumdem ſubſequẽti Areſto prolatum, 10. Kal. Majas An. 1581. in tertia Inquiſitionum Senatus Decuria, Dn. Courtino litem exponente. Poſtremò æquiſſimè prouiſum fuit à CVRIÆ CONSCRIPTIS lege agenti apud eos venditoris propinquo Municipi, vt quùm huic in emptorẽ fundos addiceret redhibitorio Familiæ Iure, ſimul diem proferret, patrijs Moribus arctè ſtatutũ, intra quem, commodè actor, pro locorum interuallo, ac lõgè diſtantis Municipalis ſui domicilij, ſitúſq; prædiorum, refunderet pretium, cum acceſſionibus, priuato illorum comparatori. Vt ſolenni iudicio pronuntiatum eſt à Senatorio Lutetiæ cœtu, qui forenſibus Turonũ Seſſionibus ſummo imperio ius dicebat, Quinto Idus Septemb. An. 1547. Oculato teſte, Molineo, ad §. 290. Aurelianen. Conſuet. Si quãdo autem litigatores ambo fixum Pariſijs domicilium habuerint, Actori tùm, adiudicato fundi *Retractu* Andegaui, non prorogatur à Senatu rei Iudice dies, Andegaua Lege præſtitutus exequẽdo *Retractui*, pretióque alienatorum, emptori reſtituendo. Sicuti LVTETIANA CVRIA iudicauit poſtridie Kalend. Ianuar. An. 1603. Inter Alexandrum Sardinium, emptorem, pro quo, Bignonius: & N. Maillardum, conſanguineum, pro quo Boſſantius, dixère, de Andegaua inſigni Ditione *de Serrant*.

Cauſæ Principalis in Curiam euocatio in prima inſtancia, ſubintelligitur eo in ſtatu quo erat apud minorem Iudicem, & manẽtibus cauſæ Actis anterioribus.

Areſtum Curię, die. 29. Ianuar. 1575. ad relationem Dn. *de Here* in 2. Camera Inqueſtarum.

Curiæ placitum, die. 22. April. 1581. *ſur pareille viſitation clandeſtine de conſignation de deniers, Et pareil deffaut pretendu auoir eſté trouué de pieces conſignées en vn Retraict lignager.*

Iudicatum Curiæ *des grands Iours de Tours* die. 9. Septẽb. 1547. de executione Retractus linearis cogniti in Parlamẽto, vel Requeſtis Palatij, inter Prouinciales.

Placitum Curiæ, *en plaidant* die. 2. Ianuar. An. 1603. *touchãt le Retraict lignagier de la Chaſtellenie de Serrant, en Aniou, adiugé par la Court, & ordõné eſtre executé dans huictaine preciſe ſelon la Conſt. d'Aniou.*

5 PRETIO adſcribitur ſors Reditus annui, quem, extraneus in fundum ſucceſſor, vel auctori ſpoponderit, vel eo ſtipulante, exoluẽdum alteri, luendúmque certo ære, §. 137. Pariſien. Cõſuet. Nam qui à nouo poſſeſſore fundum euincit Iure* [illegible], cogitur ipſum, repræſentata pecunia, eximere nummario Vectigali, aut huius nomine cõtractam obligationem, nouatione facta, omnimodò in ſe transfundere conſenſu creditoris. Ita prudenter Areſto Curiæ deciſum, poſt accuratam patronorum Fori diſſertationem, Brebarti, pro eo, qui Se-

Conſignatio in Retractu, fit vulgò in executione Sententiæ, *au reffus de l'acquereur de prendre ſes deniers* §. 136. 137. Pariſ. Conſ.

* prælationis gentilitiæ.

natum appellarat: & Daneſij, pro aduerſa parte: Tertio Nonas Majas Anni. 1579. Cùm enim patria Cōſtitutio propinquum adſtringat ſolido rei pretio numerando, omnibúſq; in rem impenſis, Nil intereſt, perſolutum fuerit nécne antea ab emptore pretium: cuius, pactū Vectigal, pretij partem fecit. Sed toto eo onere immunem, indemnémque præſtare illum tenetur adgnatus. Cepolæ Reſponſo cauſar. ciuil. 46. ex vulgata Leg. debet. ff. De ædil. edic. Ciuica item Lex gentilitij *Retractus* non diſtinguit, illatúmne ſit à comparatore fundi pretium vniuerſum, an portio quædam. Nec igitur nos diſtinguere par eſt. Vti de pretio huiuſmodi pulchrè cenſuit Gaius ad edictum prouinciale, in l. de pretio verò ſoluto nihil exprimitur. ff. De publician. in rem act. Vnde &, ſi propinquus ſatiſdare paratus ſit, annuum Vectigal ab ſe redemptum iri ſtato ac pręfinito die, expeditius eſt, ſemel emptori, ſuis rebus ſaluis, conſuli, quàm in perſonas cautionum tabellis. l. ſi cui legetur §. vlt. ff. De legat. 1. l. plus cautionis. ff. De reg. Iur. l. 1. §. 1. ff. De ſuperfic. Eò relabuntur à Nobis dictata Lib. 3. Legū Andegauen. Tametſi non ignoremus, ſententiam iſtam Tiraquello minùs arriſiſſe. Idem iuris erit, ſi emptor vltro properè frumentarium Reditum luerit, cui obnoxium nominatim prædium mercatus eſſet tantò minoris. Nam hac quoque in ſpecie, compellitur venditoris agnatus, prærogatam ſortem refundere Vectigalis extincti: Nec, ſi offerat emptori nouam eiuſce Reditus profeſſionem, péſitationémq; annuam, venit audiendus. Id quod LVTETIANI PATRES præclaro Iudicio decreuêre. 10. Kalendas Ianuar. An. 1560. ad prouocationem ex Antiſſiodorenſi prouinciola. Thuano, Senatus Præſide recitante. Temperatur verò hæc Morū noſtrorū Regula in pupillari annuo Vectigali, cuius lege pendundi mancipatum à tutore prædium, redimens agnatus tenetur prædiarij eiuſce Vectigalis, quod lui poſſe conuenerat, ſortem apud Officium modò deponere: vt parem in Reditum annuum, ceu in rem pupilli, verſum pretium Vectigalis appareat. Quo pacto, Romæ olim pupillaris pecunia deponi in Æde ſacra conſueuerat. Iulij Pauli dicto, in l. ſi reus paratus ff. De procurat. Quibus haud incommodè aptatur S. C. factum Nonis Februar. An. ſeſquimilleſ. 39. in comprobando Principis Edicto, Octob. præced., de redemptione annuarum æris Penſitationum Eccleſiaſtic.

PROXENETICA rurſus, emptori reddunda à conſanguineo, 6
fundi redemptore. Accurſ. in cita. l. debet. Angel. Aretinus, in §. in duplum Inſtit. De action. ex l. Ædiles etiam §. vlt. Cum leg. ſeq. Et l. illud. ff. De ædil. edic. Verùm hoc procedit ita demùm, ſi fundi comparator proxenetis dederit, venditoris aſſenſu & impulſu, non ſuopte arbitrio: Ni circunſtantes forſan negotium cauſæ, Iudicanti aliud perſuaſerint. Sicuti ait Petr. Iacob. in Tit. De act. ex vend. Ac Tiraquellus eruditè, Retractus §. 29. Quare Senatus pro tribunali cognoſcens, proxenetica quidem reſtitui iuſſit emptori à cognato venditoris: ſed ea Iudicis arbitratu moderāda. Decreto. 3. Kalend. Ianuar. An. 1556.

Placitum Curiæ, *en plaidant*, die 5. Maij. 1579.

Tit. de reuocatoria in famil. vēdit. fund. actione. Art. 15.

In §. 1. De Retractu, Gloſ. 18. Num. 34. & ſeq.

Senatus Areſtum, die. 23. Decemb. An. 1560. *prononce en robe rouge, contre le retrayât lignagier, qui offroit paſſer tiltre nouuel & continuation de la rente, à la deſcharge de l'acquereur.*

Iudiciaria fundorū minoris locatio perpetua, pro reditu annuo redimibili, obnoxia Retractui lineari. §. 157. Pariſ. Conſuet.

In Curia verificatio Edicti *du rachapt des Rentes des Egliſes & Hoſpitaux*, facta die. 5. Febr 1539.

Rembourſement des vins, ou ſalaires des Moyenneurs de la Vente.

Gloſ. 4. Num. 8. 9. 10.

Iudicatū Curiæ, *en plaidāt aux apreſdinées*, Die. 30. Decemb. An. 1556. *ſur l'appel du Preuoſt de Paris.*

Digitized by Google

An.1556. In pomeridiana Fori concertatione, quùm Henrouſius, pro appellante à Præfecto Vrbi: & Robertus, contrà, pro Iouſſelino, dixiſſent. Iuxta prudens Vlpiani temperamentum, pro modulo quantitatis, & negotij, in quo, operula iſta defuncti ſint pararij, ſeu conciliatores, & miniſterium qualecunque rei accommodarint. l. vlt. ff. De proxenet. Deinceps in rem impenſa neceſſariò, rependi æquum eſt emptori: cui prædiũ auocetur, redhibitorio cognationis iudicio. §.20. 129.134. Pariſien. Morum. Ecquid de ſumptibus aliis, qui perpetuam rei vtilitatem ſpectent? Omnibus compertum eſt, hos per retentioné ſeruari olim potuiſſe, & talium gratia ſumptuum, donec refunderétur, rem licitè retineri. Pauli leg. planè. ff. De petit. hæredit. l. in inſulam §. fructus. D. ſolut. matrim. l. quod dicitur. ff. De impenſ. in res dotal. fact. Proin ataui quoque noſtri ſua *Retractuum* Municipaliũ lege cenſuerunt, deducendum æs omne, quod emptor in refectioné, ac inſtaurationem vrbanorum, ruſticorúmve prædiorum inſumpſiſſet: modò ne poſt acceptum de iis repetundis iudicium. Gallico veteri Codice *Statutorum Regni*, in Cap. *Dedans l'an chalangier, & le iour par Retrait*, periodo ſequenti. *Et ſe ainſinc eſtoit, que li lygnaiges demandaſt l'achat à auoir, & offriſt les deniers à rendre que li achaz auroit couſté: Et ſe li autre ne voloit penre les deniers, & il meiſt amendement apres, ou de vignes plãter, ou de maiſons faire, Cil qui l'auroit offert pardeuant la Iuſtice, ne li ſeroit pas tenuz à rendre les amendemens, que il i auroit faiz, ainçois auroit l'achat par les deniers, que li autres i auroit donnez.* Expende igitur obiter, quod Pariſiorum More ſancitum eſt, §.146. de ſtructura, ac refectione emptorum fundorum, id pro recente haberi Lege, priſci Vſus derogatoria. Vt Renunciatione actorum in reponenda Conſuet. ſpeciatim continetur. Exin benigna nonnunquam interpretatione defendemus, emptorem, quas pro vtilitate Agri fecerit, neceſſarias impenſas videri feciſſe: vt earum quoq;, abducta re à propinquo venditoris, ratio habeatur. L. vel ſi vites propagauerit, vel arbores curauerit. &c. Cum l. ſeq. ff. De impenſ. in res dotal. fact. Enimuerò ſi ille nouum prędio ædificium adſtruxerit vltrò, vel capitis ſtatúſque ſui potiùs, quàm rei tuendæ ergô, nummos profuderit in rectum Dominum, eos ſibi reſtitui iniquè poſtularit, iudicio iſto bonorum in Familiam reuocatorio. Cuius ſententiæ principem cieo Senatum illum veneranda antiquitate conſpicuum, qui An. 1272. in Parlam. Diualium ita pronuntiauit aduerſus emptorem. *Cùm Iohannes de Barra nomine ſuo & vxoris ſuæ per burſam peteret à Petro dicto Rege quaſdã res, quas idem Petrus emerat à patre vxoris d. Iohannis, & earum ſaiſina d. Iohanni per burſam adiudicata fuiſſet, eodem Petro petente expenſas ædificiorum ibidem ab eo conſtructorum, poſtquàm primò tenuit res præd. Iudicatum fuit, quòd nihil haberet. Inſuper eo petente 200. libras, quas domino Regi dederat, vt intraret eius homagiũ de d. rebus, quia d. pecuniã non dederat ratione d. terrarũ, ſed pro defectu perſonæ ſuæ, cùm eſſet talis, qui Frãcũ feudũ tenere nõ debebat, Iudicatũ eſt, quòd idẽ Iohãnes & eius vxor ad reſtitutionẽ prædictorũ non tenebãtur.*

In Ver. *& les loyaux couſtemens,*

Li e Statu dou Royaume de France.

Verſ. *ne peut faire aucuns baſtimens, ne reparations, s'ils ne ſont neceſſaires.*

Proceſſus verbalis Pariſien. Conſuet.

Iudicia, Conſilia, & Areſta Pariſiis in Parlamento omniũ SS. An. 1272.

Regi debita Financia, pro Francis feudis ab ignobili viro acquiſitis.

Digitized by Google

An fundi fructus emptori in venditorem adiudicati, debeant à retrahēte propinquo reſtitui, eidem emptori, vnà cum pretio, & les loyaux couſtz.

PERCONTARI itidem lubet de emptore, qui grauibus litis im- 7
pendiis venditorem vrſerit ad vacuam rei poſſeſſionem ſibi tradendam, fructúſque reſtituendos, cum impenſis in litem. Venditoris enim filius, intra annum, à parta hoc modo fundi poſſeſſione, eum lege condicit familiari. Reus ilico, paratum ſe ait, re cedere hoc pacto, vt eiuſdem fructus præteriti, ſumptúſque iudiciarij, vnà cum pretio, ſibi reddantur. E diuersò autem ille, fructus petitos, venditi fundi partem non feciſſe, quaſi pendentes, die venditionis: ſed poſtero anno ſuccreuiſſe, maturuiſſe. Ac propterea, ſubortos poſt contractum, fundi prouentus, qui non tam conuentione ipſa, quàm mora venditoris, adiudicati ſint, eius ſucceſſori reſtituere non cogendum, alium prędij redemptorē. Saluo emptori regreſſu ad auctorem ſuum, qui perceptos ab ſe fructus reddere damnatus ſit à Iudice. Præterea obtendit Actor, litis impendia, quæ repetuntur, in perſonam deberi à condemnato, non à ſingulari in rem ſucceſſore: Abs quo, alienæ pœnā culpæ emptor incoloratè repoſcat. Hæc verò refellēs emptor allegat, tales Fori ſumptus integrā ſeruaſſe totius emptionis cauſam: Qua ex ſola, aditus *lineari Retractui* pateſiat. Summam igitur, ac præcipuam earum impenſarum rationem ineundam. Vlpiani argumento, in l. interdum l. huius l. idémque D. Qui potior. in pign. Cum Iuſtinianęa leg. vlt. §. in computatione patrimonij De iur. delib. Eapropter rectè placuit Luteciano Præfecto Vrbi, forenſes ſumptus, fructúſque rei prædiatiæ, ſimul cum pretio, emptori reddi à propinquo venditoris. Luculēta Sententia. 7. Kalend. Februar. An. 1583. ſecundùm Iohannem Alanum, & Vrſam Dauidem, vxorem, conſortéſque litis: aduerſus Hieronymum Varadeum, qui, familiæ Iure, alienata extero, ad ſe reuocabat. Cuiuſmodi, lumen addunt Mori ſcripto Pariſiorum, §. 129. 134. 138. Verſa vice, emptor propinquis modò alligatur fructuum nomine, quos in ius vocatus perceperit. d. Art. 134. Nam ſubinde ac emptionis pretium, cum appendicibus, illi oblatum eſt, libello citationis, quaſi à die moræ, manet is fructuum reſtitutioni obnoxius. l. cùm autem §. cùm redhiberetur. π. De ædil. edic. Ac Faber nuncupatim, ex hac Retractuum quæſtione, in §. actionum Inſtit. De action. Verſ. *de Conſuetudine, proximus de genere poteſt retrahere res hæreditarias venditas &c.* Quem pauci locum animaduertunt. Cedò, quid de fructibus pendentibus, die celebratę emptionis? Eóſne, ceu fundi partem, vnà cum ipſo, auocabit cognatus emptori? Ita quidem Fabro videtur inibi: quòd fundi vindicationem fructus ſequantur terrę cohęrentes, ex trita Caij I.C. leg. fructus pendentes. π. De rei vindicat. l. certum Cod. eod. Tit. Sed in diuerſam planè ſententiam coëunt prouinciales omnes Gallię Conſtitutiones: quę prędiorum redemptori, conſanguineo ſolos adiiciunt fructus, qui poſt inchoatum iudicium percipiantur, alicubi etiam, poſt ipſum conteſtatum. *Retractus* namque Municipalis ius emetimur à die

Deſpens des Inſtāces, cōme perſonnelles, reputez auſſy perſonnelz.

Sententia Præpoſiti Vrbi Pariſ. Dic. 26. Ianuar. 1583.

In Ver. *loyaux couſts.*

Etſi propinquus retrahens, totum pretiū reddat emptionis tam fructuū pēdentium, quàm fundi, recuperat tātùm fructus pendentes die petiti Retractus. Vt Francic. Cōſuet. fertur. Nec ideo minus pretiū reſtituit, pro rata valoris fructuum venditorum, quia pendētes etiā fructus ex Retractu lucratur.

die condictionis ex Lege, non autem, venditionis anterioris. Nec enim libera condicentis facultas poteſtáſque retrorſùm flectitur, alterius detrimento. l. penul. D. Quæ res pign. Quod Albericus pariter de Retractu ſenſit expreſſim, Statutor. Parte. 1. Quæſt. 97. Verſ. ſed nunquid proximior. In hoc præterea genere, fructus, ſeparatim à fundo, diſpiciuntur, tanquam ab ipſo mox, venditóque à ſolo reſecandi: Quùm ſolum, è contrà, à maioribus tranſmiſſum ad poſteros, horum interſit eadem in gente ſeruari, nec de nomine, ac familia exire. Argum. l. cætera §. ſed ſi ſeparauit. ff. De legat. 1. Quò vergunt etiam Tiraquelli Commentaria, ad §. 1. & 15. *Retractus linearis*. De maturis autem, die petiti *Retractus*, prædij fructibus diſputatum eſt crebrò, nûm retrahenti competerent, ſolido iure, an pro rata temporis portione diuidundi forent cum reo emptore latifundij. Permultis vtique placuit œconomica iſthæc prouentuum eius diuiſio: quùm aliam eſſe hanc prædij redemptionem neceſſariam cenſerent, aliam emptionem ſpontaneam, qua, fructus pendentes fundum ſequantur nouúmque ipſius poſſeſſorem. De tali redituum anni partitione, ex modo rationéque annui curriculi, Bartolus in l. fructus. §. Papinianus. D. ſolut. matrim. Eam quoque, Taurinenſi Alpinorum Curiæ probatam video, in dirimenda familiaris *Retractus* quæſtione huiuſmodi. Pedemont. Deciſ. 57. Antonini Theſauti. At Lutetianus Senatus, pro More Gallico, tot ſcriptis municipatim Libellis conſignato, aſſolet, redimenti fundum conſanguineo fructuarias huius obuentiones addicere vniuerſas: quùm à die ſemel inſtitutæ actionis, conteſtatæuè ſaltem, rei fructus actori Legibus tribuantur noſtrarum Prouinciarum. Sicuti admonet Tiraquellus, in Tract. gentilitij Retractus. Quod magis eſt, prædiarium Vectigal annuum condicenti recto Domino PATRES CONSCR. adiudicarunt, cum eo, integram excurrentis Anni penſionem, menſtruo poſt Iudicium cœptum ſpatio cedentem ac debitam: licet vectigalis prædij fructus, paulò iam, ante reum emptorem conuentum, ſolo exciſi fuiſſent. Decreto pridie Kal. Quintiles An. 1597. ſecundùm Ambroſiam Freſneam, cuius ab Andegauo proprætore appellantis cauſam egit Bignonius: Contra Yſabellam Surguinam, pro qua Loyſellus dixit. Prudenter equidem, quùm longè diuerſa ratio computatióque aridorum fructuum à liquidis ineatur: Quibus in aridis, diem penſionis obuenientis ſpectamus: in liquidis, fructuum tempus perceptorum. Tryphonino ſuggerente, in l. vlt. §. vlt. ff. De iur. fiſ. l. Defuncta ff. De vſufr. l. Si fructuarius meſſem D. Quib. mod. vſusfr. amitt.

§. 1. Glo. 7. Num. 44. Et. §. 15. Glo. 2. Num. 3.

Si dominantis feudi emptor ſub facultate redimendi, pendente ea, ſeruiens prædium ſibi quærat feudali retractu, non tenetur, reſoluta dein illa emptione in vim d. facultatis, cedere fundo inferiori, ſibi interea parto. Quia feudalis Retractus habetur in fructu, quem talis emptor lucratur. l. 2. C. de pact. int. empt. Et conſolidatio feudi, eſt acqueſtus, à ſuperiori fundo ſeparatus. Fab. in. §. ſi cui Inſtit. De legat. De his vide Lib. 2. Doman. Franc. Tit. 5. Et 3. Lib. 1. Tit. 2. Art. 40.

Pedemontani Senatus Areſtum.

In §. 15. Gloz. 2. Num. 3. 4. & ſeqq.

Reditus fundiarij Retractus feudalis.

Areſtum Curiæ, die. vlt. Iun. 1597. adiudicans retrahẽti Domino integrum Anni Reditum fundiarium. Secus in fructuariæ viduæ hærede, cui tantùm pro rata vitæ ipſius in anno, adiudicatus eſt hic reditus: Vt Nos ĩ. Lib. 1. Tit. 1. Art. 20.

8 MIRVM verò putes forſan, velutíq; Stoïcum paradoxon, fructuaria Reipublicæ prædia, temporarióq; mancipata emptori, ſi ab huius hærede venundentur, repeti à propinquis Lege familiari. §. 148. Pariſien. Morum. Quando rectè dicamus, fundum eum noſtrũ eſſe to-

Eſtaux, places, Cabaretz, Changes, Forges, Ouuroüers, &c. du Domaine du Roy.

Digitized by Google

tum,cuius alienus ſit vſusfructus:Nec fundi dominus propriè habeat vſumfructũ,quẽ in alterũ trãsferat.Pauli leg.quod noſtrũ.ꝟ.De vſufr. Verùm enimverò ingens diſcrimen eſt inter meri vſusfructus venditionem,& Fiſcalis ſoli mãcipationẽ fiduciariã.Illa enim,vnius morte fructuarij ſoluitur,nec interea viã aperit gentilitiæ alienatorũ reuocationi.§.147.pręd.Conſuet.Hæc autẽ manat ad poſteros, hæredéſq; emptoris,licet redhibitoriæ legi Fiſci ſubiecta. Vt latiùs à Nobis tractatũ eſt Lib.ſuperiori.His ſubde,vectigales Reipublicę agros cenſeri in priuato coloni perpetui dominio.l.itẽ prædia D.famil.herciſcun.l. communi D.commun.diuid.l.ſciendum §.1.D. Qui ſatiſd.cogant.l. ei qui.ꝟ. De ſeruitut.Vnde Armorici PATRES vectigale ſolũ Fiſci repetẽtibus addixêre eius cognatis,qui indicto ſolarij onere acceptũ,extraneo diſtraxiſſet.Areſto.6.Kaléd.Nouemb.An.1575.pro Iac.Robino,qui rem vendiderat,filij tutore:in Franciſ.Monachum, emptorẽ. Cui planè cohæret Lutetianũ S.Conſultum,12.Kalend. Februar. An. 1595.de Fiſcali prædio fiduciæ lege mancipato.Sed &,qui alieno in loco puro & area ſuperficiẽ habeat,ita,certam vt penſionem præſtet,rei dominus exiſtimatur. Iulij Pauli opinione, in l.ſuperficiario.ꝟ. De rei vindicat. l. qui bona fide §.ſuperficiarium.ꝟ.De damn.infec.Et cita.l.item prædia. Exin Rhedonenſi Britonũ Decreto ſenatorio deciſum fuit,inſignes fundos,qui ſuperficiaria quondam, aut precaria veriùs formula colonis dati eſſent Ritu patrio,diuenditos, iure condici propinquitatis. Pridie Kalend.Majas,An.1575.Tametſi antea,ſimilis latifundij *Retractu*,eadem Curia petitorem ſummouiſſet. Gemino Decreto,Idib.April.An.1567.& Quarto Iduum Octobr. An. 1573.Teſte horum omnium,Natali Failhio,citerioris Britanniæ Areſtographo.De tali hercle prædiorum conditione,extat Britonica Lex Municipalis.§.541.Neuſtriæ verò Municipes,gentilitate prædiorum ad ſe reuocant merum fundi vſumfructũ,qui alteri, ſit ære diſtractus, quàm domino proprietatis. §.488. Norman. Leg.

DISQVIRAMVS proximè,nũm publicus Fori Scribatus,qui Regium 9
in CENSVM, PATRIMONIVMQVE redigitur, nũmis tranſcriptus priuato cupiã, lege teneatur *Retractus linearis*: emptore nimirũ,vel eius hærede,rem abalienãte. Huius quidẽ repetitioni gẽtilitiæ fauet Scribatus qualitas,ceu immobilis,& quod in rebus ſoli numeratur aliquatenùs, hæreditariũ Munus,ac patrimoniale.Vt antea edocuimus.Aſt priſca Inſtituta agnatitiæ redẽptionis alienatorũ,quaſi Iura prædiatoria, nõ pertinent ad incorpoream quandam animi functionem,operámque ſeu Miniſterium:ſed ad corpora duntaxat ſtabili perenníque hærentia ſolo,quæ cerni propalàm tangíq; manibus poſſint.Sic enim Municipales *Retractuum* Leges,Hæredia vocitant *ἐμφατικῶς:quæ de fundis & aruis naturaliter germanéque,non ciuiliter,ac commentitiè intelliguntur.Nec obſcura de eo Moſis Sanctio eſt, SI ATTENVATVS FRATER TVVS VENDIDERIT POSSESSIVNCVLAM SVAM. &c. Cæſarea item Romani Senioris,in Oriente,& Friderici. 1.in

Tit. 1. Art.36.& 37.

Britonici Senatus Areſtum, die. 27. Octobris, An.1575. *touchant la premeſſe,ou retrait d'vne place baillée à cens, & rente par les Commiſſaires de la Chambre des Comptes de Nantes.*

Pariſienſe Areſtũ, die.21.Ianuar.1595. *Entre Iehan Bedot appellant d'vne Sentence du Bailly de Chaumõt en Baſſigny,du. 1.Decẽbre, 1592. & Iehan Gaboure intimé. M. Sanguin Rapporteur.*

Placitum Curiæ,de *Rennes,en robe rouge,* die.30.April. 1575. *Que terres baillées à tiltre de Conuenant, ou Domaine congeable, (bien que reuocable à volonté,en rendant les miſes faictes aux ſuperfices,) ſont ſubiectes à retrait pour le parent du premier alienant.*

Decreta Curiæ Britonicæ,die.13.April. 1567.Et.12. Octob. 1573.

Venditi vſusfructus reunio Legalis cum proprietate, in forma Retractus.

Greffe Royal, & Domanial, vendu à faculté de rachapt perpetuel.

Lib. 1 Tit.1.Art.36. 37.

* expreſsè.

De exteris hiſce Retractus Legibus, Nos Lib. 2 Leg.Andeg. Tit. De dominico Retractu.

1. in Occidente, Edicta * τῆς προτιμήσεως, ita concepta. Illud, * εἴ τινες οἰκίαν, ἢ ἀγρὸν, ἢ ἀμπελῶνα, ἢ ἕτερον τὸ οἷον οὖν ἀκίνητον βουληθεῖεν ἐκποιῆσαι. Hoc verò, SI DOMVM, AGRVM, VEL VINEAM, VEL REM IMMOBILEM, &c. Quapropter Lutetianus Senatus, iudicio cenſuit, Regios Andium Fori Scribatus, qui in priuatos Fiduciario iure vænierant, patria *Retractus* Lege eximi familiari. Quod vtique Decretum inſigne memorauimus cum Dic & Principe, Lib. 2. ANDEGAVEN. CONSVET.

* Prælationis agnatitiæ.

* Si qui domum, agrum, vineam, aut aliud ſimile, immobile, velint alienare.

Tit. de Laudimijs, Art. vlt.

EOQVE improbabiliùs *Retractui* ſubſint Gallicorum Senatuum Officia eiuſmodi, quæ ab Actis nomen ſortiuntur: qualia nec publicè venalia eſſe, contenderunt pridem Curiæ Actuarij Pariſiorum. Nam, vt priuati interdum, obliquè adſcito Fiſci nomine, iudicium dictant poſſeſſoribus, Regij Canonis redhibitorium, perſonatus ex Aula quidam intendit An. 1585., forenſes Curiæ Scribatus ſacro DOMINIO connecti, & in priſtinam ipſius cauſam, reddito Scribis pretio, reſtitui oportere. Niſi mallent iſti, vltra ſimplum ab iis Fiſco ſolutum, tantumdémque dein, auctarij vice, collatum, pretij acceſſiones nouo S. Conſulto Aulico præſcriptas, Regiis Quæſtoribus appendere. Ad ea verò defendit vnus ex Curiæ Actuariis, qui profitentium nomina litigatorum notis excipiebat, Regiorum quidem Tribunalium Senatorio inferiorum Actuarios, Fiſcali Patrimonio accenſeri, eorúmque compendia in annuas penſiones redigi ſepiuſcule, à conductoribus Fiſci præſtandas. At longè alio loco habendos Curiæ Scribas eſſe, qui ab priſco iam æuo, non quaſi circumforanei Mancipes publicorum, fruendum acceperint à Fiſco Munus iſtud annua mercede: ſed induſtria moribúſque ſpectati, conſueuerint legi, cooptaríque in eam functionem: à Centumviris Curiæ ſcilicet, auita memoria, poſtmodùm à Regibus ipſis. Tales enim, Senatus * Chartophylaces, vocant, quorum probatæ fidei committuntur ſacratiſſima Galliæ depoſita, publicæque Tabulæ: quæ arcanis Curiæ Regeſtis, ab annoſa iam ſerie rerum, adſeruantur. Reus tamen, ſelecti Iudicis Sententia damnatus eſt, (præd. An. 1585.) vel abire Officio, vel ſoluere Fiſco recèns condictum pretium Scribatus huiuſce, velut Patrimonialis Regum, eóque palàm promercalis. Inde producitur ſtatim in proſcænium imaginarius licitator publici Muneris, famulus Aulici illius captatoris, qui Regio nomine auctoritatéque tectus, negotium faceſſebat Senatus Scribæ. Extemplò igitur, cum hoc controuerſi Officij ſectore decidere cogitur antiquus poſſeſſor, qui imminentis periculo euictionis territus, ſeſe, temporum vi maiore, excluſum prouocationibus coniectabat, iuréque publico apud ſuperiores Magiſtratus inuocando. Tranſacti negotij ſumma extitit, nummarij Vectigalis conſtitutio, ſubducta in id ſorte ipſa, quantitatéque pecuniæ, cuius damnatus fuerat poſſeſſor ab Recuperatore illo Fiſcali. Poſt luſtrum verò peractum, renuit promiſſor annui Reditus penſiones vltimorum annorum, &

Greffes des Cours ſouueraines.

Tiercement, de prix ſur les Greffes, (ex generali Areſto ſecreti priuatique Conſilij Regis An. 1585.) *pourſuiuy par vn Courtizan donataire, ſoubs le nom du Procureur du Roy, deuant vng Commiſſaire de la reünion des Greffes au Domaine.*

Greffier des Preſentations de la Court, ayant racheté ſon Eſtat, comme pretendu reüny au Domaine, derechef pourſuiuy au Tiercement du prix.

* Cuſtodes, & depoſitarios Regiſtrorum Curiæ.

Conſtitutio Reditûs annui, ex pretio *du Tiercement des Greffe.*

Digitized by Google

Auctoris Oratio in Senatu, pro Leonar. Fouleo, Scribá Præſentationum, Curiæ Pariſienſis.

Curiis Parlamenti, & Cameris computorũ placuit exceptio *des Greffes des Cours ſouueraines* ab Edicto reunionis Scribatuum regiorum Domanio Coronæ, lato Menſ. Mart. An. 1580. Idque ab aulico Conſilio decretum die. 25. Octob. 1582 pro Ioh. de Nolet criminali Scriba Parlam. Tholoſ. Et Areſto Rothomagen. die vlt. Maij. 1581. Poſteriore tamen regij Cõſiſtorij Iudicio die. 4. Iul. 1585. tales Scribatus publici ſupremarum Curiarũ, Edicto reunionis obnoxij declarantur *par Tiercement du prix deſd. Greffes*.

obligatoriam de eo Pactionem conuelli poſtulat, ex Reſcripto. Senatorium idcirco Ordinem appellat à Iudicis dati Sententia: Qui Scribatus Officium., niſi ab Officiali confeſtim additamenta pretij inferrentur Fiſco, venale pronuntiarat. Appellantis itaque cauſam agentes in Senatu, diſſerebamus, Aulicum illum fumi venditorem, nihilò ferendum magis, quàm Thurinum Alexandri Seueri familiarem, fumo punitum: qui fumoſa ſimili Aulæ gratia ad ſordes abuteretur. Lampridio ſcriptore, in Alexandro. Etenim Planum, & impoſtorem hunc, qui ſeſe creditoris titulo nunc venditaret, ſub diem motæ clienti noſtro controuerſiæ, clanculum excitaſſe Prætorianum decretum penſitandi denuò trientis ex aſſe pretij, quod *ille priùs* ſolidum Fiſco adnumerarat. Quo fermè aſtu, Verrem tradit M. Tullius, vtì oriebantur liticulæ inter priuatos, ita exoriri Edicta feciſſe repentina. Actione. 5. Idem Auctor, Verrina. 3., queritur, aliquorum fauoro, Ius ad vtilitatem nundinatum. Ex quibus colligebam, Prætorianum illud S. Conſultum, quod priuati gratia fraudéque expreſſum ſit, ac conſequentem ei delegati Iudicis Sententiam, minimè Legum præſidio adiuuari. Argum. l. etſi Præſes Cod. de præd. min. Nec eò minùs, prouocantem audiendum, quòd latæ Sententiæ, tranſacta paulò pòſt controuerſia, ſubſcripſiſſe videatur in rem creditoris. Quanquam enim indebitum, ſolutum ex Iudicato, non condicitur. l. Iulianus. ϖ. De condict. indeb. l. 1. Cod. eod. l. cùm putarem D. famil. herciſc. Regula tamen ceſſat in Sententiis, à quibus, major Iudex appellatus ſit, appellarive eum, timor probabilis vetuerit. Vlpij Marcelli notis, §. 1. leg. ſi prætor. ϖ. De iudic. l. his qui Cod. De ijs qui propt. met. iudic. l. 1. §. ſi quis ipſius. ϖ. quan. appell. ſit. Cap. vlt. De appellat. Nobis, ad hæc, oppoſitam penſionum aliquot ſolutionem ante cœptum iudicium, ſic refellebam: Pecuniæ quidem numeratione libera ac vltronea, exceptionem tõlli metus antea Pacto adhibiti: Sed de coacta ac inuoluntaria æris ſolutione, non item. Pomponiana leg. ex ea ſtipulatione, quæ per vim extorta eſt, ſi exacta eſſet pecunia, repetitionem eſſe conſtat. ϖ. De condict. ob turp. cauſ. l. nouiſſimè §. quòd ſi compulſus D. quod fal. tut. auct. Tandem Lutetiani PATRES, vtrinque concertatam rem miſerunt in conſilium. Quintilis luce. 29. An. 1591. Othomano, aduerſæ partis cauſam agente.

Voluntaria ſolutio ſequens purgat metum priorem. l. 2. Cod. De his, quæ vi met.

Greffariatus Præſentationum Curiæ perantiquus. Sed in minoribus Regiis Tribunalibus, recèns creatus eſt Scribatus huiuſmodi. Edicto, An. 1575. Menſ. Auguſt. In Curia verifficato, die. 20. Iunij, An. 1577. Et die. 21. Febr. 1578.

PERPENDENDVM hîc obiter, quod & forenſi illa Oratione 11
fando protuli ex monumentis Curiæ, Scribam ipſius Iſagogicum, niti vetuſtatis prærogatiua maxima, ſuáſque origines repetere à Senatus cunabulis Pariſiorum. Quò minùs idem, ceu nouitius Curiæ Officialis, reddita pretij ſorte, ſit abdicandus Munere, & exauctorandus. Nam antiqua extant editionum Acta, profeſſionúmque cauſarum, à publicis Scriptoribus exarata pro ſuo iure, titulo, Officióque peculiari. In quibus ſolers ac induſtrius claruit Nicol. Leſpoiſſeus, Karoli. 6. Reg., Amanuenſis, cauſarúmque Actuarius, quæ in Curiam

Digitized by Google

Curiam introducebantur: An. 1392. Voluitur etiam in Commentariis Curiæ ſupplicatio Scribæ iſtiuſmodi, à PATRIBVS reiecta ad Principem, quarto Kalend. Decemb. An. 1404. de regij Secretarij munere, quo, ſimul cum Scribatu illo, inſignitus erat, diuiſim liberè eiurando, ac dimittendo.

Regiſtrum Curiæ Pariſien. Die. 28. Nouemb. An. 1404

Haud ita diu poſt, Leſpinacius id Officij geſſit, An. 1417. Temporum item decurſu, functus eſt Symo Compaynus tali Scribæ Miniſterio in Curia Pariſienſi, An. 1461., Dionyſ. Peſquetus, An. 1497. Symo Hennequinus, An. 1548. Claud. Belouacus, An. 1568. Vltimò, Leonardus Fouleus, pro quo dixi ſuprà: qui contexere ſolet cauſarum Volumina in Senatu agendarum.

Roolle, ou Regiſtre des Preſentations.

Nec verò ſpernendi interim ordinarij alij, veteréſque Actuarij Curiæ: Quorum haud paucos non modò rerum peritia forenſium ornauit, ſed & præſtantes quæque dotes ingenij. Celebratur enim cumprimìs Ioh. Villequinus, Curiæ Protonotarius, qui vixit ſub Annum. 1380. Eius in partes ſucceſſor, Ioh. Ioüenneus concinnè redegit in publicas tabulas Senatuſconſultum, de ſuperiore ac patronali Eporediæ Alpinorum dominio. Cui S. C. cauſam præbuerat lis Reguli vtriuſque Delphinatium, ac Salaſſorum, hinc: & Comitis Allobrogici, inde, conflictantium, An. 1390.

Ioh. Ioüenne a enregiſtré, côme Greffier de la Court, l'Arreſt de la feodalité du Marquiſat de Saluces tenu du Dauphin de Viennois, contre le Comte de Sauoye, competiteur de la teneure feodale.

Porrò ſecundùm hos Scribas, fuit ab Actis Curiæ Nicolaus Baya, cuius præclara feruntur Decretorum Senatus Collectanea, forenſiúmque ipſius Regularum. Circa Annum. 1408.

Nicol. de Baye.

Mortuo eo, demandata eſt publicè ſcribendi functio Clementi Fouquembergio, An. 1420. Iano dehinc Meſſireo, (aliàs Bleſeo) in Pictauenſi Senatu, An. 1425. Poſteà Iano Chenetello, An. 1444. Tum Vilhelmo Ceriſeo, An. 1484. Nicol. Pichonio, An. 1514. Seraphino Tillio, An. 1530. Iohan. Tillio, An. 1550. Qui, Heroïcis editis Regiæ Francicæ Commentariis, anteceſſores longo interuallo ſuperauit.

Iehan Meſſire, dict de Blois, au Parlement ſeant à Poictiers, à cauſe de l'occupation de Paris par les Anglois.

Memoires du Tillet, de l'Eſtat & Officiers de la Maiſon & Couronne de France.

Huius itidem poſteri gradatim perfuncti ſunt hactenus auito Protoſcribæ munere in Curia Pariſienſi. Ac iſthæc quidem, de cauſarum Actuariis, quæ pecuniariè intenduntur: criminosè verò motarum Scriba floruit Ioh. Ceſſierius, An. 1390., Ioh. à Boſco, An. 1405., Ioh. Portanus, An. 1417., Hugo Aligretus, An. 1444., Ioh. *Daſnieres*, An. 1445., Franciſ. Perrellus, An. 1481. Anton. Robertus, An. 1514. Nicol. Mallonus, filiúſque ſucceſſorio ordine, An. 1548. & 1565. Spiritus Boucherius, An. 1582. huiúſce Frater, An. 1592. hodie demùm Daniel Vicinus, An. 1603.

Ioh. de Ceſſieres, Greffier Criminel de la Court.

Cæterùm Regij Conſiſtorij Actuarius primùm creatus traditur Petr. Bartherius: cui hoc muneris iniunctum erat, vt earum rerum, quæ in Conſilio decernerentur, Diarium conficeret: In quod Acta referrentur Prætoriani cuiuſque Conſeſſus, quæ memorabilia viderentur, adderentúrque eorum nomina, qui Decreto affuiſſent. Vtì Budæus atteſtatur, in l. nec quicquam. ff. De Offic. proconſ. Sed, miſſo iam Foro, Arua noſtra gentilitia recolamus.

Greffier du priué Conſeil du Roy.

12 ALIENATVM familiare prædium reuocaturo ſufficit, antiquum illius comparatorem, auctorémque cõtingere tranſuerſo cognationis

Verſ. encores que le retrayant ne ſoit deſcendu de celuy, duquel vient l'heritage. Art. 329. Mor. Pariſ.

gradu, non recto: nec, propagatum ſe ab eo ſeriatim, huic neceſſe eſt oſtendere. §. 141. Legis Pariſiorum. Idem de hæreditatum Iure ſancitum, §. 329. eiuſd. Leg., & Ioh. Galli Quæſt. 87. Vbi Molineus. Qua ratione, Senatus, venditoris cognato Pariſien. latifundium adiudicauit, etſi tranſuerſim ſolùm iis coniuncto, quibus ab auctoribus illud ad venditorem dimanarat. Decreto ſub Annum. 1545. ſecundùm Iulian. Boutigneum, Mathurini fratrem emptoris: cuius in hæredes proſcriptum auctione fundum extraneus licitator quæſierat.

Areſtum Curiæ *ſur l'appoinctè au Conſeil d'entre Bouguier, & Sainct-Meloir plaidās pour les parties.*

Diuerſo autem More vtuntur Lorriaci Aureliorum Municipes, Nouiodunenſes ad Ligerim, Pictones, Melodunenſes Senonum, Meduntenſes, & vbiuis generatim ad *Retractum* vocantur ſtirpe ea gentéque oriundi, ex qua fundus ad poſteros tranſmiſſus ſit. Vt notat Molineus, ad §. 3. Montargiuæ Conſuet. Tit. De hæredit.

Pictauen. Conſuet. §. 355.

Ideóque pergraui Curiæ Placito, ſoror emptoris ſummota eſt gentilitio prædij *Retractu*, quod fratris filij abalienarant. Thuano protopræſide recitante. 7. Idus Septemb. An. 1565.

Senatus Iudicium, *en robe rouge*, die. 7. Septemb. An. 1565.

Ecquid iam de re, non empta, ſed redempta, iure propinquitatis? Redibítne hæreditate ad materni ſtemmatis cognatos, ex quo, defunctus fundum extraneo auocarit: an verò dimidiatim vtrique hæredum generi lateralium, ceu quæſtus merus, diſtribuetur? Regulariter in patrimoniis deputantur Retracta, gentilitate prædiorum: non in acquiſitis, & adſcititiis.

Cathalauni tamẽ Veromanduorum, Retractus, inter Acqueſtus numeratur. § 215. Conſuet. Cathalauniæ.

Vt ſupràſcriptum eſt, & Flandrico Vſu tritum addocet Iudoc. Damhouderus, Brugenſis, in Praxi rer. ciuil. Vbi ſubdit quoque, Morem inoleuiſſe illîc, Brugis præſertim, Geſſoriaci littoris emporio, vt conſors particépſque fundi vel duodenam in partem, diſtractas reliquas condicere poſſit, ſuáque cum portione in vnum redigere.

Cap. 265. De Approximatione, ſeu Appropinquatione, vel Retractu, *Vernaderinghe*, patria lingua.

Proin Lutetianus Senatus, in ſpecie illa materni hærædioli à defuncto redempti, prætulit materna linea ſuccedentes huic, paternis agnatis. Suprema Sententia, 7. Idus Septembres An. 1570. ad prouocationem ex Syluanectenſi regione.

Areſtum Pariſienſe, die. 7. Septemb. 1570.

Antiquitùs etiam, vterino fatri negata eſt venditi à fratre Dotalitij condictio ex Lege familiari: quòd, tanquam paternum illud, non maternum, patrimonium venditor poſſediſſet. Sicuti *Conſuetudinario* Franciæ Lib. 2. eſt comprehenſum. Tit. De ſucceſſ. & teſtam. Eòdem pertinet Maſuerij obſeruatio, §. ille tamen De Retractu.

Les terres de Doüaire propres à l'enfant, par luy venduës, retrayables par ſes lignagers paternels, non par les maternels. De quo Nos, Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 23. Art. 9.

In Gallica necnon Britannia, gentilitiæ quidem Arboris ramuſculi ſurgunt ab publica dominij aſſertione recèns partorum. Aſt non ideo truncus ac ſtipes familiæ inducitur, vt emptoris, qui denuo vendat, frater, aliúſve, quàm filius, lege agat RETRACTVS LINEARIS. Quemadmodùm pulchrè diſtinxit Armorica Rhedonum Curia, inſigni Areſto. 13. Kalend. Mart. An. 1567. inter Vilhelmum Coruaſierum, & Vincentium Iametum.

Britonici Senatus placitum, die. 17. Februar. An. 1567. *Que les bannies, & appropriances d'heritages font bien le ramage, mais non pas le tronc, & ſouche du lignage, pour venir au retraict, ſinon pour le deſcendant du vendeur.*

Demiror tamen, ſummos hóſce Iudices, matri, filiæ quæſtuum hæredi addixiſſe reuocatorium ius à matre ipſa alienatorum: quod filia viua, propinquitatis lege, proſecuta erat. Quaſi id iuris, inter aduentitia bona, nec profectitia, referendum videretur. Decreto. 7. Kalend, Nouemb. An. 1568.

Rhedonenſe Areſtũ, die. 26. Octob. An. 1568. *ſur la repriſe faicte par la mere heritiere, du procez de retraict meu par ſa fille, du bien alienè par ſad. mere.*

Digitized by Google

An. 1568: ex Petri Salomonis controuerſia, & Iani Ciquibij. Quod idcirco certè iudicatum reor, vtì ſuum matri prædium, quod venundederat, fauorabiliter redderetur, veriùs quàm, Hæreditaria filiæ retrahentis ex cauſa, proprium huic, ad illam inſolenter reuolueretur. Talia Britonici Senatus Conſulta extant in Commentariis Natalis Failhij, Conſcripti eius Curiæ grauiſſimi. Porrò ſi venditoris hæredium reſpiciat communem amborum ipſius parentum ſtipitem, qui illud ſcilicet ære mercati ſint, tunc paterni agnati Præuentio forenſis in emptorem ab gentilitate fundorum, non præpedit ſimilem in hunc materni propinqui actionem redhibitoriam partis alterius, quæ maternum genus contingat. Diſcretorum enim inuicem, diſparata ratio eſt ac diſciplina:, quotque, fundi vnius, ſtipites, totidem patrimonia, variæque ipſius alienationes Lege coniiciuntur. Vt à Nobis ſparſim alibi demonſtratum fuit. Itaque, ſubiecta ex hypotheſi, AMPLISS. ORDO ſecundùm maternæ ſtirpis cognatum pronuntiauit, in cauſis orandis. XI. Kalend. Mart. An. 1582. ad appellationem ex Prætura regiæ Vrbis, in explicatione Artic. 141. Pariſien. Cōſuet. Apud hanc rurſùs almam Lutetiam, proprius definitur, patrimoniíque fundus *Retractui* obnoxius, quem venditor non modò hæreditate, aut *Doarij* lege tenuerit, verùm & nuptiali alio munere ita collato, vt res donatario propria permaneret. Quod vulgò Pictones vocant, *Proprium conuentionale*. §. 285. ſuæ Conſuet. Tali enim conuentione, id quod donatum eſt, perinde ſortitur antiqui naturam Hæredij, ac nouum feudale beneficium induit paterni habitum vel auiti, ab priuata ſpecialíque in id patroni veſtitura. Baldus in Cap. 1. De alienat. feud. pater. Ex contextu Imperatoriæ leg. Quicunque De omn. agr: deſer. Lib. XI. Cod. Ibi, velut domeſticum, & auita ſucceſſione quæſitum habeat. Alexand. Imolenſ. in Reſpon. 30. Volum. 1. Conſil. 10. Lib. 3. & Conſil. 1. Volum. 5. Sic vniuerſim Legum Scriptoribus placuit, liberaliter erogata cum hoc pacto, vt donatarij propria fierent, ac patrimonialia, non iam nudi quæſtus conditionem aſſumere, ſed iuſti patrimonij. Decius, Iuris reſponſo. 185. Num. 7. ſecundùm Alexandrum Imolenſ. in Conſil. 55. Volum. 4. Inde Pariſienſis etiam Senatus, Præfecti Vrbi Sententiam comprobauit, qui ita donatas vrbanas Ædes, quas donatarius vendidiſſet, ab huius agnato retrahi poſſe iudicarat. Decreto luculento, circa annum. 1552. cui Ægid. Magiſter, Ordinis Antiſtes præfuit: Victo appellante, Petro *Desfriches*, Curiæ cauſidico. Iſthæc quidem de propriis, ex Pacto conuento, latifundiis. At longè ab iis diſſita conditio eſt Lege proprij, Legitimáque fictione patrimonij: Qualia ſunt, eius loculis parta, cui nullæ ſuppetant hæreditariæ Maiorū poſſeſſiones. Tunc enim quæſitorum Bes ſolidus, vice fungitur hærediorum: nec de eo poſſeſſor effuſiùs, quàm de gentilitiis prædiis, ſtatuere pro arbitrio poteſt. Compluſculis Celticæ & Aquitanicæ Galliæ Moribus ac Inſtitutis: vtpote Andium, Cenomaniæ, Turonum, Iulioduni, Rupel-

Præuentio fori in Retractu lineari, apud Pariſios.

Decretum Curiæ, die. 19. Febr. 1582. *Au Roolle de Paris, plaidant Deſchamps* pro N. Beraldo appellante à Præpoſito Pariſien. cuius infirmata Sententia eſt.

Inueſtitura facta de feudo nouo, tanquam de feudo paterno, vel iure feudi antiqui, ſeu paterni, facit feudum antiquum: licet reuera feudum ſit nouum, quia originem habeat in perſona ipſius inueſtiti. Cap. 1. Quot teſt. ſunt neceſſ. ad nou. inueſtit. prob.

Rex ſi concedat alicui Caſtrum de nouo, iure antiqui feudi poſſidendum, aſſumit qualitates feudi paterni.

Propre Conuentionel, ſubiect à retraict, comme propre ſucceſſif. Touchant la maiſon du Lyon noir, rué S. Honoré.

Deficientis Patrimonij locū ſubeunt Acquiſita: de quibus tùm ideo diſponere nihilo ampliùs licet, quàm de Patrimonio, nempe vltra trientem.

Digitized by Google

læ, Pictauorum. Quare id genus Propria Legis figmento, quod veritati æquipollet, nihilò æquiùs redeunt ad parentes emptori ſuperſtites, quàm auita prædia, & antiquæ ſtirpis Ditiones. E contrariò autem, Proprium conuentione latifundium, ad genitores reuertitur, præmortua ſobole: Rerum inſtar à patre filio donatarum. Picton. Conſuet. Art. 285. ſupràcitato.

Propre conuentionnel, non naturel.

NON omnia, quæ pacto ære, de prædiariis rebus contrahuntur, 13
ſubiacent reuocationi in familiam cõtrahentis, ſeu diſtrahentis. Nam ſi litem tranſigentium alter, alteri dimittat controuerſum prædium, retinerique ab eo ſinat, aliquo dato, Minimè locus fit agnatitio fundi illius *Retractui*. Vt Gratianopolitanæ Curiæ Senator Marcus iudicatum tradit. Delphin. Deciſ. 52. Parte 2. Quod Neuſtriæ pariter Lex ſanxit prouincialis, §. 453. Aſt recto Domino laudimia debentur, pro rata illati pretij portione: cuius nomine ſupplementi nummarij, noua quadantenùs Pactio exiſtimatur. Cyno dictante, ad l. 1. Cod. De fideiuſſ. Minor. Boërio, in §. 1. De Conſuet. Retractus, apud Biturigas, Ac Molineo, ad §. 453. Borboniç Conſuet. Imò & ſi in tranſactionem deducatur ingens æris pretium, quanti fundus ritè æſtimetur, Hunc tùm puto, licitè condici ex lege Retractus Municipalis. Argum. §. 145. Pariſien. Morum Veritas enim figmento tranſactæ controuerſiæ præpollet. Vlpiani leg. 8. §. ſi cùm lis. ff. De tranſact. Contractui item adiectæ clauſulæ, cum aliquando tranſmutant in aliud conuentionis genus. l. cùm manu ſata §. vlt. ff. De contrahen. empt. l. Lucius l. die ſponſaliorũ. D. depoſ. l. ſi quis nec cauſam. ff. De reb. cred. l. cùm precario. ff. De precar. Id quod examuſſim diſcuſſimus, Lib. 3. ANDEGAVÆ LEGIS. Interpoſita rurſùm pigneratitiæ alienationi rei tranſactione, cum auctario pretij, licet conſanguineis, fundum, refuſa totius pretij ſorte, in familiam denuò redigere. Siquidem, ante compoſitum de eo diſſidium, iuſtique additamentum pretij, nulla transferri potuit efficax fundi poſſeſſio in hypothecarium creditorem. Ælij Martiani ſententia, in l. ſi fundus §. vlt. D. de pignor., ſumpta ex Reſcripto Diui Seueri & Antonini: Cum leg. 1. 2. Cod. De pignerat. act. Cap. cùm contra De pignor. Atque ita iudicio definitum legitur Britonici Senatus. 17. Kalend. Septemb. An. 1569. Iuliano Buone, & Petronilla Larcheria, litigatoribus. Enimuerò iuſtè primitùs empta à coniugibus, quæ hæredes poſteri diſtraxerint, paternus agnatus non cogitur ſupra modum paterni ſui ſtemmatis redimere gentilitio nomine: niſi vno duntaxat pretio tranſcripta fuiſſent emptoribus vniuerſa. Ex noto I. Coss. theoremate, in l. Tutor. §. 1. ff. De minor. 25. ann. l. Quòd ſi vno ff. De in diem addict. l. ſi plura l. cùm eiuſdem D. de ædil. edic. Alia planè vicini cauſa eſt, cui, apud Italos præſertim ac Germanos, IVS CONGRVI liberiùs exercenti datur redhibitoria actio diuenditi prædij, ſuo proximi atque contigui. Quàmlibet enim vnica pretij ſorte plures quis fundos ſibi cõpararit, vicinus minimè compellitur, alium in ius ſuum reuocare,

Art. 453. *Tranſactiõ n'eſt clamable, ſi le tenant n'eſt depoſſedé de l'heritage contentieux par la tranſaction, combien qu'il aye baillé argent, &c.*

Verſ. *en eſchange, ſ'il y a ſoulte excedente la valeur de la moitié, l'heritage eſt ſubiect à retraict, pour portion de la ſoulte.*

Tit. De reuocat. in famil. venditor. actione. Art. 3.

Sur contract pigneratif & d'engagement, Tranſaction.

Decretum Rhedonenſis Curiæ, die. 16. Auguſti. 1569.

Hoc Ius congrui, Neapolitanum memorat Afflictus, in Neapol. Deciſ. 338. & 339. Germanicũ, Mynſingerus, in Centur. 3. Obſeruat. 51.

reuocare, quàm ſuis ædibus finitimum. Vti variis motus Legum argumentis ſenſit Baldus Peruſin., De iure Προτιμήσεως. Veneta necnon Reſpub., apud quam vulgò vſurpatur gentilitius prædiorum *Retractus*, liberam facit poteſtatem ſocio venalium poſſeſſionum communium, eas ſuo pretio retinendi, aut repetendi ab extraneo licitatore, ſecundùm liberos ac nepotes ſocij abalienantis. Venet. Statut. Lib. 3. Cap. 32. Sic Florentina Hetruſcorum Conſtitutione, res prædiaria diſtrahi vetatur irrequiſito conſorte, cui alioquin, venditæ reuocatoria datur. Alexandri I.C. reſponſo. 52. Volum. 1. Pannonibus, ad hæc, vſitata promiſcuè eſt diuenditi prædij redhibitio, propinquorum inſtantia, aut vicinorum: præterquàm ſi illud in capitis redemptionem væniiſſet. Sicuti Pannonica veteri Conſuetud. exprimitur, hoc modo. VENDERE VOLENS IVRA POSSESSIONARIA, DEBET ADMONERE FILIOS, VEL FRATRES, VEL VICINOS: ANTE QVOS, EXTANTIBVS IPSIS, ALII EMERE NON POSSVNT: HOC EXCEPTO, SI VENDITIO FIAT PRO CAPITIS REDEMPTIONE.

Ius Congrui vicino competens, eſt reale, nec poteſt cedi per ſe, niſi res vicina cedatur cum Iure congrui. Vt ait Afflictus De iure protomiſ. Vicino autem conſanguineus præfertur in Iure congrui.

Veneta Statuta.

Florentinum Statutum.

Hungariæ Ius Conſuetudinarium.

14 OMNIMODÒ autem lege ſoluitur *Retractuum* fundus à Ciuitate coemptus in rem, vſúmque ipſius publicum, ac Municipij. Vicinas potiſſimùm Vrbi Arces, ſeu quæ limites Prouinciæ attingant, diuendere coguntur poſſeſſores Principi, Communíve Vrbium, ad conſtabiliendam Pop. quietem, ac vitanda Malorum ciuilium incommoda. Vt ampliſſimè expoſuimus, Gallici CENSVS Augusti Lib. 3. Ob id, Aquitanus Burdigalæ Senatus decreuit, præualidum Montisferrandi Caſtrum ac propugnaculum, quod Vrbi proximè imminens formidoloſúmque, emerant Ædiles, ſtrepente inteſtino Bello, retrahi non poſſe iure propinquitatis. Areſto poſtridie Nonas Septembres An. 1591. quùm Ianus Achartus venditricum cognatus redhibitoriam fundi actionem inſtituiſſet. Altero necnon petitore, conſanguineo, apud Prætoriani Conſilij PATRES, idem pronuntiatur duodecimo Kalend. Sextiles, Anni. 1595. Poſt longam forenſium Oratorum diſputationem, Camuſij, pro Franciſ. Montferrando, actore: & Vuiqueti, pro Decurionibus Vrbis. Qua ex diſceptatione Fori, Iudices negotium pleniorem in deliberationem reiecerant Quinto Idus Maias anteriores. Sacræ item Eccleſiæ, ſeu Fiſco mancipata, iis non auferuntur Italico *Iure Congrui*, quod vicinis tribuitur. Conſtitutione protomiſeω̃s, quam Matth. Afflictus fusè prolixéque interpretatur. Sed quæ, Diuini cultus fauore, exempta ſint hominum commercio, ſi ad profanos redeant licitatione ſacri prædij, redduntur quoque plebeiis ſuis legibus *Retractuum*, & in communem profanarum poſſeſſionũ ordinem rediguntur. Auctore Senatu Pariſiorum, cuius egregiam Sententiam, argumentáque recenſui Lib. 1. De RE DOMINICA Gallorum. Sed nec Templis quidem Belgicarum ſuarum Ditionum tranſcribi res ſoli, paſſus eſt facilè Karolus. 5. Imp. Nam Eccleſiaſticis Collegiis ceſſa, data, legatáve, in irri-

Tornacenſi Conſuet., *Retraicte par proximité n'a lieu es biens non feodaux ſis en la Ville & Bâlieuë.*

Tit. 23. Art. 1. 2. 3. 4. 5.

Burdigalen. Curiæ Placitum, die. 6. Septemb. 1591. *pour les Iurats de la Ville de Bordeaux acheteurs de la Baronnie de Montferrant des heritieres de Gedeon de Montferrant. Contre Ieh. Achart, ſieur de Mauconſeil, demandeur en retraict lignagier.*

Magni Conſilij Regij Areſtum, die. 21. Iulij. 1595. *ſur le plaidoyé, & appoincté au Conſeil du 11. May precedent.*

De Domanio Franciæ Lib. 1. Tit. 13. Art. 12.

Cæſareum Karoli. 5. Edictum. die. 6. Nouembr. An 1510.

tum deduxit: quæ Principali cunque ſuffragio, & auſpiciis non probarentur. Edicto poſtridie Nonas Nouembres, An. 1520. quod Petr. Pekius, Mechlinienſis Senator commemorat. In Tractatu De *Amortizatione* bonorum à Principe impetranda. Quoniam autem peculiari Louanienſium More, diuerſum cuſtodiebatur antea, cenſuit is Scriptor, proprios Ciuitatis Ritus Cæſareo Edicto minimè antiquari. Cap. 36. vbi. ſuprà.

touchant l'Almortiſſement des terres des Egliſes de ſes Pays bas.

Louanienſis Oppidi Conſuet. Tit. de citat. §. 27.

15 DEINCEPS, ne ciuilium libertas cōmerciorum præpediatur latiùs hoc familiaris *Retractus* obice, cautum fuit multiplici Francorum lege Municipali, eum *Retractum* non porrigi vltra ſeptimũ, nonúmve cognationis gradum: quamuis longiùs Hæreditarij iuris ſucceſſio proferretur. §. 434. Borboniæ, 286. Armoricæ Conſuet. ac vtrobique Molineus. At Brageraca, Petragoricenſis agri, Conſtitutione, locus ſit agnatitiæ conditioni fundorum, in recto propinquitatis limite, parentum vtpote, & progenitorum ab iis intra quartum gradum. Art. 46. 47. Sed &, ſi genere clarus frater, in elocanda ſorore, decidat cum ea, de parentum bonis, dotali pecunia, ſentiunt quidam, illa perperam condici poſthæc filij nomine ſororis, tanquam citerioris gentilitio gradu. Nam pro hærede geſſiſſe ea non videtur, quæ pretium, hæreditatis omittendæ cauſa, cœperit. Verbis Vlpiani, in l. 24. ff. De acquir. hæredit. Dotis ſaltem conſtitutio, eſt Legitimæ portionis loco: tametſi nummis æſtimata dos præſtetur. l. quoniam nouella Cod. De inoffic. teſtam. l. in rebus Cod. De iur. dot. Vnde Rhedonenſis Britonum Senatus, fratrem abſoluit petita bonorum redhibitione à ſororis filio: ſed qui necdum, intra tempora Moribus ſtatuta *Retractui*, conceptus eſſet, Ex Art. 299. Briton. Leg. Decreto. 5. Idus Septembr. An. 1563. lato inter Iacob. Bruetum, & Iulianum Aprilem. Quod Natalis Failhius, ſenator deſcripſit, vbi. ſuprà. Haud abſimiliter vtique, à Molinei notis in §. 254. Veromanduæ Conſuet., de Legitimo familiaris *Retractus* beneficio, quod toti familiæ datum eſt, nedum priuato cuiquam: Qui idcirco, ſi intra tempus mouendæ eius Actionis gentilitiæ natus conceptuſvè ſit, admitti debet. Nam alioqui hoc caſu proximior euinceret ab vlterioris gradus agnato res hæreditarias, queîs mater pretio numerato ceſſiſſet. Iuxta §. 288. Armoricæ Conſuet. Quinetiam Francica Vetuſtas, inter pares gradu cognatos, *linearem* ſeruauit venditorum alterutri repetitionem, pro qua parte, communem ipſi Hæreditatem legibus diuiſiſſent. Cuius priſci Moris tenorem his attexere libuit. *Auſſi bien achiete, & gaaingne freres, ou ſuer, ou couſins germains ſon achat l'vns enuers l'autre, come li eſtranges. Car ſe il eſtoyent troy frere, & li vns vendiſt à l'autre, & li tiers, qui n'auroit vendut, ne acheté, demandaſt ſa part de l'achat. Et apres ce que li ans, & li iourZ ſeroit paſſeZ; il n'en auroit point par droit, puis que il lor auroit laiſſié an & iour ſanZ calenge, ſe il etoit en l'Eueſchié. Mais ſe il venoit dedens l'an, & dedenZ le iour, & demandaſt à la Iuſtice celuy achat, puis qu'il n'en euſt eſté oncques*

Materno ex latere iuncti non veniunt ad retractum paternorum bonorum: quorum tamẽ ſucceſſionis capaces ſunt in defectum aliorum de latere. Molineus in §. 4. De Retrac. &. 2. De ſucceſſ. Bituric. Conſuet. Pariſienſi vtrique Lege, admittuntur ad hæreditariũ ius propinqui, *en quelque degré que ce ſoyt*. § 330.

Similes vide Ambarrorum, & Norman. Conſuetudines, à Nobis denotatas Lib. 1. Leg. Andenſ. Cap. 81. In Marg.

Statuta *de Bragerac, en Perigort*, confirmata à rege Carolo Pulchro Die. 21. Ianuar. An. 1327. eiuſque ſucceſſoribus.

Armoricæ Curiæ Decretum, die. 9. Septemb. An. 1563.

Ius linearis Retractus indultum eſt non certę perſonæ, ſed toti cognationi in genere: Eòque competit necdum nato nec concepto tempore venditionis.

Empta verò à ſuperſtite coniugum, pendente, cum filia, coniugalis Societatis continuatione, non retrahuntur à propinquis huiuſce, poſtea vendentis, quaſi paterna, vel materna: Et in iis, filiæ maritus, tanquam ex mobili communi quæſitis, habet dimidium partis vxori competentis. De quo, Nos Lib. 3. Andeg. Leg. Tit. Ex empto, Art. 16. 17.

Digitized by Google

oncques ſemons, il renderoit la moitié des deniers : Mais il n'aueroit nules des iſſuës, que on en aueroit leuées. Cap. *De retrait entre freres, & ſereurs,* Libri antiqui calamo exarati, hoc titulo. *Ci comencent li e Statu dou Royaume de France.*

16 LONGOBARDO itidem Iure, cognatis vendita, nedum extraneis, vindicare licuit propinquiori. §. Titius Si de feud. defunc. content. ſit. Tantumdem veteribus Francis paſſim vſitatum, innuit Faber, ad §. ita tamen Inſtitut. De hæredit. quæ ab inteſt. defer. Sed quia Moribus comparatum hoc Ius regionatim variatur, Receptius eſt, ea demum alienata, in familiam reuocari, quæ exteris mancipentur: ne propinqui videlicet auitis laribus extrudantur. Idem Faber ad §. ſi plures De legit. agnat. ſucceſſ. Et in §. 1. De empt. & vendit. Inſtitut. ciuil. Quod Pariſiis etiam de More vſurpatur, §. 129. 133. Demus iam, inferius prædium quod væniert, Pariſiorum Municipio, ſuperius autem, alio contineri, quod diuerſis Legibus regatur. Vtrius, quæſo, lege Prouinciæ decidetur Retractus venditi fundi? Propius eſt hercle, ſeruientis prædij Conſuetudinem, non, dominantis, intuendam. Afflictus in Neapolit. Deciſ. 226. ſecundùm Baldum, in Verſ. quia controuerſia De pace Conſtantiæ, In Feud. Quibus ſuccinunt Zabarellæ ſcripta, in Clem. 1. De iur. patron. Chaſſenei, in §. 7. De Feud. Burgundæ Conſuet., Ac Molſnei, in. §. 21. Pictonicæ &. 224. Veromanduæ. Nam etſi procliuior aliam in partem videatur Faber, ad l. 1. Cod. de ſumm. Trinit. Fatetur certè is, diſtracti agri Retractum familiarem ſua loci lege, in quo ſitum habeat, dijudicari. Argum. l. Titium §. curatorum l. ſi ſine hærede §. Lucius. ꝟ. De adminiſtrat. tut. l. ſi prædium Cod. de præd. min. Cap. cùm ſint homines De decim. Inde quæritur, de re in confinio duorum Municipiorum conſtituta, vtrius Lege teneatur? Verbi cauſa, Soſianus fundus væniit, Pictonum, Britonúmque limitaneus. Quos inter populos finitimos, locus eſt Fori occupationi: vt antea oſtendimus. Emptor poſtmodùm à propinquo conuentus redhibitoria lege, particulatim dat manus apud Nannetenſem Britanniæ Iuridicũ, ſéque paratum ait, dimidia agri portione cedere, tanquam Armorici partim, & Armorico Iuri dimidiatim obnoxij. Quippe quùm iſtîc, nondùm proſcripto ac publicato fundo, ex Vſu regionis, agnatus eum tempeſtiuè condixerit. Aſt propinquus, contrà, indiuiduum eſſe latifundij, vt contractum, ita diſtractum: Nec vnius ſolennia loci, in quo pars rei ſit, obſeruata ſufficere negotio: vt ipſius geſtor vel tantillùm liberetur. Vlpiani l. de pupillo §. ſi in pluribus locis opus fiat. ꝟ. De nou. oper. nunciat. Integram ergo, ſolidámque prædij totius conditionem manere: eius tametſi Pictonicam alioquin partem liberiùs iam emptor poſſideret. Ob idque, Britones, qui cauſæ cognitionem præoccuparint, indiuiduum Regionis ſuæ Morem pro ſua Iuriſdictione probè tueri. Iuxta Bartoli theorema, in l. Iuriſperitos §. cùm oriundus. ꝟ. De excuſat. tut. Bald. in l. 2. Cod. Vbi

In ver. Extraneæ perſonæ.

In ver. *à perſonne eſtrange de ſon lignage.*

In dubiis, ſequenda realis Conſuetudo feudi inferioris, non autem ſuperioris.

Num. 19.

Num. 17.

Suprà Lib. 1. Tit. 2. Art. 51. de præuentione Fori, *en Marche commune de Poictou & Bretaigne.*

Bleſis, & alibi ſcripto More expreſſum non eſt, vẽditos auctione fundos Retractui ſubeſſe, huic locum fore arbitror. Quia factum Iudicis, eſt factum partis, habetúrque perinde, ac ſi priuatus rei dominus eam pacto diſtraxiſſet. l. ſi ob cauſam C. de euict. Nam, licet omnibus ad auctionem inuitatis, cõſanguinei in culpa hærere videantur, qui rem licitati non ſint: Haud ideo certè, eos maiorũ prædiis carere, ſit æquum. l. ſi in emptionem. ꝟ. De minor. Quùm & antiquo proprie-

Digitized by Google

tario facultas Iure Rom. daretur, adiudicata creditoribus intra biennium retrahendi. l. vlt. C. de iur. domin. impetr.

de crim. agi oport. Quùm igitur Nannetum Suppræfectus, cognato venditoris addixiſſet fundi dimidium, appellata Britonum Curia major Sententiam reſcidit, & propinquo vniuerſum adiudicauit. Decreto pridie Idus Mart. An. 1570. Cui tamen contrarium, placuit Tiraquello, ex ſubſimili gentilitiæ Redhibitionis hypotheſi fundorum Marchiæ communis Pictonibus & Armoricis. In Opere Retract. Linearis, Ad finem Tit. Num. 66.

Senatus Rhedonen. Areſtum, die. 14. Mart. 1570. *ſur l'appel du Seneſchal de Nantes, ou ſon Lieutenant.*

Marchiam, pro limitanea ora Territorij cuiuſque, interpretatur Alciatus. Παρεργῶν Lib. 1. Cap. 27.

Statutum Prouinciæ, extractum è Regeſto Potentiæ, fol. 344. De Retractu lineari petendo intra Menſem à die notitiæ vēditionis.

Venditor non tenetur de rei euictione Legali, ſeu Statutaria.

VSQVEADEO genti prædiorum fauent noſtri homines, vt Nar- 17
bonenſis etiam Galliæ, prouincia Phocenſis, ſummo plauſu amplexa ſit *Retractum* familiarem. Conſtitutione Municipali edita, An. 1472. Hinc venditoris hæres, qui præſtare tenetur facta defuncti, auditur fundum repetens intra præſcripta Moribus tempora. Art. 142. Pariſ. Conſuet. Et Maſuerij §. item ſecundùm, De *Retractu*. Nam venditi prædij euictione, quæ hæredi interdicta eſt alienatoris, dempta cenſetur *Statutaria*, ac Legitima, ſeu quæ Legis auctoritate ſola, vel Principis inducatur. l. vindicantem l. Lucius. ϖ. De euict. l. vlt. D. Ad Municip. Sepoſito eo, ſi fundum emptori auferat retrahens, ex vetuſtiori alia venditione, cum illius auctore contracta. Molinei iudicio, ad §. 29. Niuernen. Conſuet. Cap. 31. Quòd ſi venditor in lege fundi nominatim ſpoponderit, neque ſe, neque hæredem ſuum facturum, fierive quicquam permiſſurum, quò minùs emptor perpetuò re fruatur: Dubium eſt, nûm hæres gentilitia prædij redemptione depellatur. Repellendum non puto, niſi expreſſim de redhibitione eiuſmodi, ne petatur, conuenerit. §. item ſi ille, Et d. §. item ſecundùm De Retractu. In Praxi iudicior. Maſuerij. Conuentio quippe ea rata eſt cum propinquo, diſtracturi fundum, ne agnatitiam prædij condictionem moueat ille, coniux, aut liberi, in emptorem: cui tanto pluris rem propterea indicarit. Maſuerio ſcriptore, vbi ſ. Et Matth. Afflicto in Tract. Protomiſeωs, In ver. ſcriptum eſt. Sed talis necne ſtipulatio venditoris, emptori proſit abſenti, diſſetit Tiraquellus copioſè, & varia Legum Panoplia docet, hoc Pactum in rem eſſe, velutíq; rei cohærens tranſire ad fundi comparatorem. §. 1. De Retractu lineari. Qua tamen de controuerſia, ampliùs deliberandum ſibi duxit Curia Pariſiorum, quarto Kalend. Decemb. An. 1602. Doleo, Poncherij emptoris: & Roberto, Quelaini, Oratoribus eximiis. Poſt ſupparem vtrique litis ſpeciem, quæ in conſilium itidem, Me dicente, miſſa fuerat à Senatu, Nouemb. Luce. 28. An. 1575. Cæteroquin haud temerè, nec verbis generatim conceptis, repudiatum videtur illud Legum beneficium, quod non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuatur. Alfeni Vari ſermone, in l. 3. ϖ. De interd. & releg. Vnde & cognatus, ſemel accepta à reo conditione *Retractus*, nequit deſiſtere ab eo, nec cœptæ idcirco liti renunciare. Gloz. & Panorm. ad Cap. cùm veniſſent De eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeru. Ludouicus Romanus, in Singul. 150. Alexander, Reſponſo. 132. Lib. 5. Decius in l. cùm fundus §. ſeruum D. ſi cert.

Pacti exceptio vēditori competens, nûm proſit emptori. In l. Dolia §. 1. ϖ. De cōtrah. empt.

In ver. *ou lignagier* Gloz. 9. Num. 111. 112. 113. 129. & ſeqq.

Appoincté au Conſeil en plaidant, die. 28 Nouemb. 1602. Núm Dn. *Quelain* ſenator, per vxorē conſanguineus, teneretur erga emptorem promiſſione ſua venditori facta vxoris ſuæ fratri, de non retrahēdo fundo, iure propinquitatis.

Poſt retractum linearem ab emptore agnitum, non licet Actori vendentis propinquo, Retractui illi renunciare.

cert. pet. Aliud planè, ſi reus iudicium purè conteſtatus ſit, nec petita agnouerit. Quo caſu, liberum ſit actori, à fundi redemptione, quam proſequatur, rebus integris, diſcedere: refuſis tantùm litis impendiis. Sicuti Molineus, celebri Lutetiæ in Prætorio vſitatum identidem, animaduertit. In Notis ad §. 7. Burdigalen. Conſuet. De hac quæſtione pluſculis egi, Lib. 3. De PRIVIL. RVSTIC.

18 VLTERIOR agnatus, in repetundis prædiis, anteuertere poteſt citeriorem gradu conſanguineum. §. 141. Pariſ. Cõſuet. Quòd ſi iſtuc duo confluant pari gradu diéque, pariter iidem admittuntur. Vlpiani ratione, in l. ſi hominem §. item quæritur D. depoſ., Et Art. 17. Aruernorum, 201. Bleſenſium Morum, Tit. De Retractu. Vbi argutulè obſeruauit Molineus, cognatorum alterum, venditis arboribus Syluæ non cæduæ, alteri tunc præferendum, quùm domino ſoli, qui vendiderit, ſeruatam velit eius ſuperficiem, grandéſque Arbores, quas ille abalienarit. Nam alioqui vix eſt, vt propinquitatis iure, diſtracta hæc redimantur. Quemadmodùm, ex ſimili prorſus themate, Armoricus Senatus pronuntiauit Septimo Idus Septembres, An. 1562. Mathurino Cohiero, qui à præſidali Rhedonum Sede eam Curiam appellarat, & Roberto *Le goux*, inuicem altercantibus. Eam vtique diſtinctionem adhibet Senonum Lex ſcripta, ne quis, præter ſoli dominum, venditam, ad ſe reuocet Syluam non cæduam. De quo, Nos alibi complura. Ac Senonenſi ei Mori conformis herclè eſt Barroducanus, Art. 162. Et Baſſignyus Lotharingiæ, Tit. De Retractu lineari. Sed Normanicus *Retractui* iſti viam indefinitè aperuit: etſi ſylua non cædua væniiſſet, adſcripto cæſuræ ipſius proximæ onere: modò redhibitorium eiuſdem iudicium, ante cæſuram dictatum eſſet emptori. §. 449. Minimè item, coniugum alter ab altero cõdicit, quæ de illius propinquis emerint ambo: donec coniugium morte diremptum ſit. §. 155. Pariſien. Conſuet. Perdiu autem communi, indiuiſáque re manente, poſt ſolutũ matrimonium, excidétne interim Annalis actio redhibitoria dimidiæ Rei? Haud ita videtur primo obtutu, quùm fundus nondum exierit è familia: aut fundi ſaltem dominium pendeat à futuræ diuiſionis euentu. Eóque ſubnotat Molineus, annuum ſpatium *Retractus*, qui ex ſemiſſe pretij rei oblato inſtituitur, à die tantùm initæ diuiſionis effluere. In Annotat. §. 71. Carnuten. Morum. Certiùs tamen cautum experimur, id temporis ab ipſa connubij ſolutione numerandum. Præd. Art. 71., & §. 157. Pariſien. Leg. Nam ſtante quidem matrimonio, communium rerum proprietas, penes vnum reſidet virum. At poſtquàm diſtracta eſt bonorum Societas coniugalis, pro ſua quiſque parte iis dominationem interponit. l. duo fratres. ff. De acquir. hæredit. Nec pro ſocio Actio, diuiſióque ſequens, nouum rei titulum tribuit alterutri, ſed antiquum explanat. Argum. l. ad officium Cod. comm. diuid. Bart. in l. & ideo. ff. De condict. furt.

Tit. De iure redimendi. Art. 2.

Remotior cognatus, ſed in Foro Retractus linearis diligentior, vincit alios proximiores.

Areſtum Britonici Senatus, die. 7. Septemb. An 1562. *Sur retraict lignager d'vne couppe de grands boys.*

De Doman. Franc. Lib. 3. Tit. 17. Art. 1. Et Lib. 2. Andegauen. Leg. Tit. De prædiis fundiar. reddit. lege alienat. Art. 1.

Conſuet. *de Bar le Duc*, Caroli Ducis Mandato reformata, & omologata, die. 14. Octob. An. 1579. At Conſuet. *du Bailliage de Baſſigny le Lorrain*, correcta, & ſcripto redacta, iuſſu Lotharingi Ducis, die. 15. Nouemb. An. 1580. *Qu'en vente de couppe de boys de haute fuſtaye, & autres taillez ny a retraict. N'eſtoit que telle couppe appartint à aucun, & le fons à vn autre: Auquel cas le ſeigneur du fons peut retirer lad. couppe venduë, en rembourſant, &c. encores qu'il ne ſoit lignager du vendeur.*

Retraict de My-denier.

§. 71. Verſ. *dedans l'an apres le decez.*

Maritus, etiam inuita vxore, poteſt retrahere fundum iure ſanguinis: quia qualitas, quæ actori ſufficit, non poteſt per vxorem reuocari. Secus tamen, ſi iam eſſent per Iudicem ſeparati bonis. Molin. ad §. 223. Rhemen. Conſuet.

19 DEMITVR hinc caſus extantium viri & vxoris liberorum: Qui-

bus nempe ſaluis & incolumibus, ſuſpenditur gentilitia condictio partis fundi communis, nec, intermedio vitæ ipſorum tempore, perimitur. Artic. 156. Pariſien. Conſuet. Aſt ciuili modo intelligendum iſtud, de communi amborum coniugum ſobole, non de eius prole coniugis vnius, qui ex cognato alterius partum inuicem latifundium, ſibi dimidiatim vindicet, iure nuptialis Conſortij. Vt perbellè diſtinxit Molineus, loco ſupr arelato. Eadem ratione, *Retractus* iſtiuſmodi ritè mouebitur à liberis propinqui coniugis, in filium alterius, alienóque editum toro, ceu purè extraneum. Nam quod Lege cauetur, vtriuſque matrimonij liberis adplicari, quæ ſupra modum donata, alteri coniugi auferantur. Iuſtinianea lege Quoniam Cod. de ſec. nupt. Et §. 279. Pariſien. Morum. Id noſtro planè inſtituto congruit, vbi Familiæ res, Familiari reſeruantur ſtirpi, nec exteris communicantur. Quò tendit Lex, de emancipatis Cod. De legit. hæred. Rogo, quid de mariti liberis ex alia coniuge, qui ſecundo in connubio, de amita ſua prædium mercatus ſit? Huiúſne liberi conſanguineum fratrem, media quæſtuum parte materna excludent, oblato pretij ſemiſſe? Pro iis certè vrget extranea ſors conditióque ſecundæ vxoris: quam filius referens expriménſque, dimidium empti fundi auocatum velit. Sed quia idem, ab communis patris ſtemmate, inſitus eſt familiæ gentíque prædij controuerſi, ideo reliquis fratribus æquo vti iure debet. Sicuti Pariſiorum Lege cauetur, præd. Artic. 156. Rurſùs ſi pater ipſe, primo conſtante matrimonio, fundum mercatus ſit à propinquis vxoris, & repetito cum altera coniugio, citra bonorum & inſtrumentorum * ἀναγραφῆ, fato ceſſerit, numeroſa vtrinque proſapia ſuperſtite, integra ſupereſt anterioribus liberis in poſteriores condictio partis rei à genitore communi emptæ, æquo iſtis oblato pretio: Tametſi ille bino luſtro, poſt ſolutionem priorum nuptiarum, morti occubuerit. Nec enim talis actionis neruus eliditur paterna decenni fundi poſſeſſione ab obitu primæ coniugis: quùm Lege prorogata coniugalis opum ſocietas, ob Repertorium minimè confectum à patre, ſeruarit antiquioris connubij ſtatum incolumem: quaſi nondùm alterius morte diremptum ſit illud, nec coniugum ſocietas diſſoluta. Atquin manente rerum inter duos conſortio, neutri competit pro ſocio Actio: quam ideo extingui, priùs quàm naſci, abſurdum ſit l. Pro ſocio arbiter l. omne æs alienum D. pro ſoc. l. empti Cod. De euict. Ac licet actoribus liberum fuerit antea, communium diuiſionem bonorum, iudicio promouere ocyùs, patre viuo: minimè tamen Iuris neceſſitati ſubiicitur, quicquid poteſtati alicuius relictum ſit. l. ſæpe audiui Cæſarem ff. De offic. Præſ. l. Non quicquid ff. De iudic. Propone autem, volatiles Reditus ære conſtitutos fuiſſe viro & vxori ab alterius propinquo, de Hæredijs iſtius penſitádos. Ambigitur, nùm, diremptis morte nuptiis, ſuperſtes, debitoris agnatus mediam Reditus partem euincat ab alterius hærede laterali? Tiraquellus ſenſit, hypothecarios

Nam vbi non eſt petitio, ibi non eſt mora: & non valenti agere præſcriptio neutiquam currit. l. ſi pupillus. ff. De verb. obligat. l. 1. C. de ann. except.

Speciale eſt in Retractu *de Mydenier*, quòd ſufficit eſſe *de la coſte, & ligne, nõ de la ſouche*, etiã apud Melodunenſes, & alios id genus, *parlans, d'eſtoc & ſouche*. Idque fauore reünionis duarum mediarum in vnum, aduerſus extraneũ rei ſocium coniugem. Vt innuit. Art. 152. Melodun. Conſuet.

Collaterales propinqui, licet hæredes non ſint defuncti coniugis, in ſuperſtitem rectè agunt Retractu *de Mydenier*, quia ſolam qualitatem ſanguinis attendi Molineus ait, in Art. 281 Aurelian. Conſ.

In Verſ. *à des enfans, qui ſont en ligne.*

* Deſcriptionem.

Hæc actio annalis Retractus *de Mydenier*, currit quidem à die ſoluti morte matrimonij: ſed hoc intelligitur, quando ſimul ſoluta eſt bonorum ſocietas Art. 155. & 157. Pariſ. Leg. Itaque poſt mortem continuata ſocietate ea, ob defectum Inuentarij, non currit præſcriptio Retractus *de Mydenier*.

Digitized by Google

thecarios hóſce Reditus, vbiuis patrio Ritu immobiles ferantur, obnoxios eſſe *Retractui* Municipali. Molineus, contrà, in §. 76. Carnutenſ., 302. Aurelianæ vetuſtæ, 86. Caſtronouanæ Timerenſ., & 18. Niuernenſ. Conſuet. Tit. De Retractu. Sed diſcrepantes ita ſententias conciliari puto rerum temporúmque diſtinctione ſubſequenti.

Retractus, pro conſanguineo venditoris, Reditus hypothecarij, ſeu pecuniâ creati, quondam receptus. At Pariſiis, cõtrà, § 129., veteris Conſuet. An. 1510. interprete, Verſ. *à vendu, & transporté ſon propre heritage, ou rente fonciere.* Sic fundus perpetuò datus *à rente fonciere rachetable*, ſubiacet retractui. §. 137. eiuſd. Conſ. Sed de Renta ipſa fundiaria redimibili, an redempta ſubſit Retractui linearì, dic, vt. S. in Marg.

20 QVOTIES enim tale Vectigal exæquabat olim fermè iuſtam bonorum æſtimationem obærati: Tunc, quaſi iis alienatis, patebat aditus gentilitio iuri redimendorum ipſorum, aduerſus emptorem, ſeu hypothecarium creditorem. Scæuolæ argumento, in l. qui habebat. ff. De legat. 3. Bartol. ad leg. in quorum. ff. De pignor. Alioquin mera hypotheca non conuellit priſtinam dominij cauſam: neque auitos fundos è ſtirpe, gentéque ſua traducit in aliam. l. ſi dominium Cod. de pignorib. l. iuſto §. non mutat. ff. De Vſucap. Promiſcuè tamen, pigneratitios Reditus agnatione condictos, teſtatur Faber, ex vario ac multiplici Galliarum More, qui illa tempeſtate percrebuerat. Ad §. vlt. Inſtit. De duob. reis Verſ. *Vbi aliquis vendit Reditus, obligando bona ſua generaliter, nempe certas libras rendales perpetuas ſuper omnibus bonis ſuis certo pretio, Proximior de genere poteſt retrahere, & ab emptore vendicare rem venditam, ſeu Reditus, ſoluendo pretium: Quæ Conſuetudo eſt in multis locis Regni Franciæ.* Huc quoque relabitur priſcum Lutetianæ Curiæ Decretum, Tertio Nonas Ianuar. An. 1420. Quod Ioh. Lucius percenſuit. Nec videbatur vtique, hac in Theſi, multùm intereſſe emptoris hypothecarij: de quo, Vectigal nummis partum redimeretur iure ſtirpis: quòd ſuum reciperet ipſe, nec referret, abs quo ſibi ſolueretur. Vlpiani leg. ſi Stichum §. vlt. ff. De Nouat. l. ſoluere Et ſeq. ff. De ſolut. l. ſoluendo. ff. de negot. geſt. At perſpicacior Ætas poſtera vt Dominicum ius laudimiorum reuulſit ex nuda volatilis Reditus conſtitutione, luitionéve nummaria, ſic Gentilitiam ſimul prædiorum redhibitionem: quæ ad paria, cum Laudimiis, redigi propemodùm ſolet. Areſto Pariſien. 6. Idus Majas An. 1557. quod vetuſtæ Conſuet. Pariſ. Libro attexitur, Et noua Municipij huius Conſtitutione. 129. Verſ. *propre heritage, ou Rente fonciere*. Minùs etiam æqua cenſetur, hoc in negotio, emptoris agnatorum cauſa, qui ab hæredibus ipſius diſtractum extero Vectigal pecuniarium condicant gentilitate prædiorum. Nulla quippe iſtîc res ſoli fixa perpetuóque conſtans, dicitur è Familia emigraſſe: in qua videlicet re Prædiaria *defecerit pater, minor creuerit: in qua Maiorum imagines aut non cernere affixas, aut videre auulſas, lugubre ſit.* Conſtantiniana phraſi. Qualiter & Sidonius Apollinaris propinquum quendam extimulat AD POSSESSIONIS ANTIQVÆ REDEMPTIONEM, RESPECTV AVITÆ RECORDATIONIS: CVIQVE REM PARENTVM SIBI NON SOLÙM NOTAM, VERÙM ETIAM INTER LACTANTIS INFANTIÆ RVDIMENTA REPTATAM NON RECEPISSE,

Vetus Areſtum die. 3. Ian. An. 1420 (Lib. 9. Placit. Curiæ, Tit. 3.) Sicuti & laudimia tum domino ſoluebantur ex pura Reditus conſtitutione nummaria. Quod poſteriori Decreto Luteciæ antiquatum eſt.

S. Conſultum die. 10 Maij An. 1557. *Sur l'appel des Preuoſt des Marchans, & Eſcheuins de Paris.*

In pecuniam depoſitam nulla cadit affectio ſingularis. l. nummis. ff. De in lit. iur.

In l. Lex quæ tutores, Cod. De adminiſt. tut.

Sidon. in Epiſt. ad Hipatium, Lib. 3.

Digitized by Google

NIMIS CREDITVR IGNAVVM. Ediuerſò autem, volatili in Reditu, agitur duntaxat pecuniæ de re, & ea reddita, quandòlibet ſoluendo contractu. Eòdem accedunt vocabula Legis Pariſien., de *Retractu*, prænotata: quaſi ære creatus Reditus hinc ſecludatur. Nam etſi immobilis habeatur iſte, vt prædiarij illi. §. 94. 347. & 348. eiuſd. Leg. Haud omne tamen immobile condicitur Familiari *Retractu*: hæreditaria nempe Officia ac munera, de quibus Nos ſuprà, Artic. 9. Diuerſa certè Fiſcalis latifundij conditio eſt, quod Fiduciario iure diſtractum, priuati reapſe detinent, poſſeſſioníque eius incumbunt. Quantùm enim annuus de fundo Reditus diſtet à fundi etiam Vſufructu nudo, patet reſponſo Ceruidij Scæuolæ, in l. 38. ff. De vſufr. leg. Quùm igitur ratio omnis, definitióque *linearium Retractuum* hauriatur ab ciuico Prouinciæ More cuiuſque, nefas eſt, ab eius præſcriptis verbis tantillùm quidem abſcedere. Vtì, de agnatitia prædij redemptione Pariſiis frequenti, reſcripſit Gregorius. 9. Anagninus, Lib. 1. Decretal. Epiſtol., circa annum. 1230.

Art. 129 De Retractu lineari. Prædiarius tamen reditus, qui, prædij locatione perpetua, redimibilis dicitur, non poteſt retrahi à locatoris conſanguineo in conductorē perpetuum, qui ipſum, ſéque fauorabiliter redemerit. Quia reditus ſemel extinctus ab natiua ipſius pactione, non reuiuiſcit, & nō entis nullus eſt Retractus linearis. Secus, ſi poſt locationem puram, ille reditus ex noua conuentione redimatur, vel ſi is tertio vēditus ſit. Nam ex tali ſpontanea alienatione fit Retractûi locus.

GENTILITIAM Patrimonij redhibitionem ſequitur patronalis, 21 ſeu Dominica. §. 20. 22. 159. Pariſien. Legum: quæ Dominicam hanc pariter Familiari illi poſtpoſuêre. Ex priſco Galliarum Ritu, Inſubriæ Moribus ſimili, cuius Quaternio ſic habet. *Et ſe aucuns achetoit d'vn autre, qui ne li fuſt riens, iceluy achat aueroit li ſires, dont il mouueroit, ſe il voloit, tout auant que nul eſtrange.* Cap. *de penre au Seingneur pour defaute de linaige.* Enimverò ſi, in lege fundi, rectus Dominus ſibi diſertè recepiſſet ius redimendi ipſius, quandocunque alienaretur à beneficiario poſſeſſore, is tùm alienantis cognato anteferretur. Argum. l. ea lege Cod. De condict. ob cauſ. dat. l. ſi creditor §. vlt. ff. De diſtract. pign. Doct. in l. vlt. Cod. De iur emphyt. Ac Molineus expreſſim, ad §. 71. Conſuet. Sequanorum. Poſt Alexandri. I.C. Reſponſum. 27. Volum. 6. de Emphyteuticæ rei alienatæ retractu. Pariſijs herclè, vectigales fundi ſolarióque obnoxij, ſubiacent quidem Lineari, non autem Dominicæ venditorum redhibitioni. Alibi verò ſparſim, haud ita: quùm Liutprandus adeo, Longobardus Rex, plebeij ignobiliſque predij *Retractum* lege ampliarit. Tit. 104. Langobard. leg., in hanc ſententiam. SI QVIS LIBER HOMO IN CASAM ALTERIVS INTROIERIT AD RESIDENDVM, ET EI CENSVM REDDENDVM, ET POSTEA ALIQVID EMERIT DE ILLIS REBVS QVAS SECVM ADDVXIT, QVANDO IN IPSAM INTROIVIT CASAM, AVT FORSAN HABVERIT RES DE MVLIERE SVA, ET EXINDE EMERIT. TVNC IPSVM NEGOTIVM DIMITTAT IN IPSA CASA, ET RECIPIAT PRETIVM SVVM. Dominicus inſuper *Retractus* à Gentilitio ſic diſcrepat, vt illo redhibita, aduentitiis: hoc, profectitiis accenſeantur. Iudice, Clariſſ. Ordine, apud Lutetiam, 7. Idus Quintiles, An. 1569. ex appellatione à Præfecto Ambianorum: qui perperam iudicarat, ementis, vel redimentis

Cap. 8. De reſtit. in integr. Verſ. iuxta Municipij Pariſien. Conſuet. approbatam.

Retraict feodal, de quo, Mediolanenſis Oberti Tit. Qualit. ol. feud. pot. alien. §. porrò.

Ex vetuſto Lib. Statutorum Francici Regni.

Burgund. Comitat. Conſuet.

Tit. *Des Cenſiues*, Art. 78. competunt laudimia domino cenſus, citra Retractus mentionem.

Lutetianæ Curiæ Areſtum, die. 9. Iulij 1569. *au proffit de M. Eſtienne Baudoüin appellant, contre Damoyſelle Anthoinette de Câtelen, vmfue d'Antoine Fr. vot, tutrice de Robert ſon fils, inthimés.*

Digitized by Google

redimentis feudo mariti conſolidata, in album redigi Hærediorum eiuſdem. Cui S.Cõſulto ritè aptatur Fabri opinio, ad §. ſi cui Inſtitut. De legat. Et alia, quæ de eo ſubtexui, ANDEG. LEGIS. Lib. 2. Monſtrolienſi tamen Ambianorum More peculiari, cenſetur patrimoniale, vel emptitium prædium, quod patronus à cliente diſtractum ad ſe reuocarit, pro natura conditionéque pari ſuperioris fundi Dominici: ex quo, Feudiſticum manat imperium poteſtáſque inferioris venditi repetundi. Art. 76. Nec ideo certè, redempta à recto Domino, nexa ſunt prædio dominanti, velut Gordio quodam inſolubili nodo. Patroni enim arbitrio optioníque commiſſum eſt, vtrum malit, vel conſolidatione fundos ambos coniunctim ac indiuiſim poſſidere, vel ſeparatim citra vnionem & copulationem ipſorum. Molineo auctore, in §. 269. Veromanduæ Conſuet. Sed & patronus, qui ante Dominicam prædij redhibitionem emptori dederit fidelitatis inducias, ſpem ſibi præcidit euincendæ rei Dominica poteſtate: quòd legi commiſſoriæ fundi contrario actu renunciaſſe videatur. Diuerſum vtique, ſi manus ſuæ in prædium iniectionem ſuſpendi tantiſper ſiuerit, dùm nouus poſſeſſor apud ſe ederet Inſtrumentum emptionis. Vt diſtinctè rem dirimit Molineus, ad §. 41. Legis Caſtronouanæ, Carnutum. Et Nos alijs paſſim Libris noſtris tractauimus.

> Tit. De dominico Retractu, Art. 6.
>
> Conſuet. localis Præpoſituræ *de Monſtreul ſur la mer.* Sed Inſulana Flandriæ Cõſuet. reformata An. 1565., null⁹ omnino eſt Retractus dominicus, ſiue in feuda, aliauè prædia vendita. §. 65. Tit. De Iuriſdict.
>
> Dominus directus non tenetur reunire id quod feudali iure retraxit: *ains demeure touſiours arriereſief pour le regard du ſuzerain, ſans qu'il en ſoit dit proffit.*
>
> *Souffrance donnee à faire foy exclud la tenuë feodale:* Secus de *ſouffrance de ſaiſie feodale* vſque ad tẽpus, infra quod fieret editio tabularum domino feudi. Nec Domini procurator ad recipiẽdos nummos, poteſt recipere laudimia noui emptoris ad effectũ Dominici retractus excluſorium: niſi habeat mandatum expreſſum ad inueſtiendos emptores, & iuſta Dominica recipienda. Molin. in §. 359. Cenom. Conſuet.

22 VTRVMVIS ſanè *Retractuũ* genus, agnatitij, & patronalis, exploditur bonis damnatorum Fiſco delatis addictíſque plurimo licenti. Cæſarea Friderici. 2. Conſtitut., de iure prothomixeōs: Vbi Matth. Afflictus, ad §. niſi quis Ver. fiſcus. In idque exprompta eſt Boërij Deciſio Burdigalenſis. 279. Cum Pariſienſi S.Conſulto, cuius memini in Tractatu FISCALIS GALLORVM PATRIMONII. Eòdem fermè recidit *Summæ Ruralis* contextus, Tit. *De garentiſe ſur choſe venduë.* Ecquid verò de aliis priuatorum fundis vacantibus, quos teſtatò dereliquerit emptor, ceu auctoris ære alieno oneratos? Vulgatum eſt, ad fundos eiuſmodi, qui, creditoris poſtmodùm inſtantia, væneant palàm, minimè protrahendum Ius gentilitij *Retractus.* §. 153. Pariſien. Conſuet. Sed hic Artic. non vtique de bonis intelligitur, queis debitor latitans ceſſerit: vtì interpretatus eſt Conſuet. eiúſce Scholiographus, vir alioqui egregiè doctus. Tali enim occulta, imò & publica debitoris ceſſione, non amittitur illico rei dominium, nec alienam in familiam traducitur. l. is qui bonis ceſſit, ante rerum venditionem, bonis ſuis non caret. l. quem pœnitet. ff. De ceſſ. bonor. l. Fulcinius D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Verſ. eius bona poſſideri, vendíque. Aſt ſi emptor bonæ fidei, fundum dimittat, venditoris creditoribus obæratum, Tunc pro derelicto habitus neque redit ad priorem dominum, qui, ſemel accepto pretio, alienarit, neque ad eius agnatos, condicentes poſt diuturnum ab emptione ſpatium, multò minùs ad emptoris conſanguineos. Proinde rem, quæ nullius ſit, licitante dehinc obuio quoque, nullus pari-

> Lib. 3. De doman. Franc. Tit 23. Art. 7.
>
> Fiſcus, rei cõfiſcatæ venditor, neque eſt vaſallus domini directi, neque cognatus damnati confiſcantis. Ideóque ex venditione hac publica & neceſſaria, neutri Retractus aperitur, ſeu domino, ſeu confiſcantis propinquo.
>
> Sum. Rural. Artic. *Que garend n'a lieu en choſe confiſquée, qui ſe vend.* Argum. l. 1. Cod. credit. euict. pign. non deb.
>
> *Terres deguerpies par l'acquereur.*

Digitized by Google

ter redimet iure propinquitatis. Quò alludit Iulij Pauli ſententia, in l. pro derelicto l. Sempronius Thetidi D. pro derelic. Ac Municipalis Conſtitutio Pariſiorum(§. 79.) quæ, duo ſimul apertè indicat, & Pactitia ex alienatione illa tanquam efficaci, depenſa laudimia non repeti ab emptore, qui prædium iam creditoribus derelinquat, & hunc tamen, dimiſſo prædio, ipſius dominium poſſeſſionémque nuſquam nactum, effingi. Quippe quùm ſuperior dominus vnicum modò laudatiuum ex vtraque conſequatur eius rei emptione, tum priuata, tum publica poſteriori. De his, Nos cumulatè, in Commentariis Andegauen. Morum.

Teſtamenti autem Executore, hæredia vendente defuncti, locus ſit Retractui, quaſi viuus hic alienaſſet. §. 472. Borbon. Conſ., §. 176. Altiſſiodoren., &. 160. Trecen. Cõſuet. Queis ſatis quadrat Lex Pariſ. de curatore bonis dato, nõ tamẽ derelictis, Art. 151. & ſeq.

Lib. 1. Tit. De reb. in cenſ. dat. Art. 7.

IN SVMMA, Iudicijs expeditum eſt, bona à poſſeſſore derelicta, queîs, ceu vacantibus curatore dato, ſuperuenerit forenſis licitator, huic auocari non poſſe gentilitia redhibitione prædiorum. Sententia Præfecti Vrbi Pariſ., lata Sextili Menſ. An. 1576. ſecundùm Symonem Bouquetum, emptorem publicum partis tertiæ Ditionis *de Planoy*; aduerſus Nicol. Aleaumum, venditricis agnatum, domicellæ *de Courſan*. Huic proxima ſuccedit controuerſia Fori, de hærede Codicillari, ceu bonorum curatore, an comparata à defuncto, quæ in talem hæredem iure Haſtarum vænierint, abducere liceat iſtius conſanguineo, *lineari Retractu*. Dubitationem auget ciuica Pariſiorum Conſtitutio, §. 152. de emptitiis mortui latifundijs, quæ in vacantium dehinc curatorem proſcripta, addictáque pluris licenti, vetat Lex iſthæc retrahi à propinquo defuncti, ſeu curatoris. Quùm enim acquiſititius fundus nondùm radices egerit in ſua ipſius familia, ad eum reuocari nequijt prædiaria lege Familiari: antequàm inter nouos Hæreditatis dominos, Patrimonij conditionem ſortitus, auctione diſtrahatur. Atquin hæreditas iacens, vacantiuè ei curator adhibitus, defuncti vice fungitur, qui eam reliquit: nec hæredis perſonam, ſed mortui emptoris ſuſtinet. Leg. Hæreditas. ff. De acquir. rer. domin. l. Mortuo. ff. De fideiuſſ. l. legatum eſt §. ſeruo. ff. De legat. 1. l. ſi is qui. ff. De vſucap. Eadem quoque hæc, de bonorum Curatore, trahuntur ad Hæredes ex *Inuentario*. Quos propterea Mos Pariſiorum inuicem exæquauit. §. 151. & 344. Nec eò minùs iacere creditur Hæreditas, quòd ex Reſcripto agnita ſit. Vt pluſculis Legum argumentis diſſeruimus, Tit. ſuperiore, Art. 23. Cùm igitur Principis beneficiarius hæres, propalàm dimendi bona demortui patiatur, quaſi aliena, non ſua, Hæc, ſublato emptore illo, non mutant conditionem neque genus. Ex Bartoli Scholijs ad leg. Scimus. §. etſi præfatam Cod. de iur. delib. Tum Chaſſenei Reſponſo. 22. Vnde & à multis in percontando poſitum eſt, nûm hæredi ex Repertorio, competeret agnatitia prædij condictio: Qui nimirùm haud Familiæ ipſi, ſed creditoribus hæreditarijs quæreret, aut ſeruaret fundos lege ... redemptos

Adiudication par decret de terres deguerpies par l'acquereur, non ſubiecte à Retraict lignager.

Nûm acquiſita à defuncto, in eiúſque hæredem cum Inuentario, ſubhaſtata retrahi poſſint à cognatis huius hæredis, tanquam Hæredia.

Digitized by Google

redemptos Familiari. Præterea vt Curatorium munus perſonale eſt, nec perſonam tranſgreditur: ita Hæredem ex *Inuentario* cenſuēre quidam, nihilò firmiùs hæreditatem alijs tranſcribere, quàm curatorem bonis datum: Qui nec locare Agros debeat, niſi Iudiciorum auſpicijs, & inter ipſos Magiſtratuum faſces. Quò tendit Vlpiani ſententia, in l. Apud Celſum §. ſi quis ex vncia Verſ. quòd ſi à ſubſtituto. ff. De dol. mal. except. Sed quia pergraue foret, legitimos inteſtatorum hęredes, adſcito Principali beneficio, opprimi potiùs quàm leuari, & quod, ſuæ rei tuendæ gratia, inuocatum ſit ciuile Repertorij præſidium, elidere naturalia agnationis, gentilitiæque Hæreditatis iura, Idcirco æquius melius viſum, demortui propinquos hæredes, acceſſione Reſcripti, non amittere primigenia ſuæ ſtirpis commoda & pręrogatiuas. Leg. eum, qui. ff. De interdict. & releg. l. Iura ſanguinis. ff. De reg. Iur. l. eas obligationes D. de cap. dimin. Ac propterea obtinuit noſtratium I. Coss. opinio, hæredem Principis beneficiarium, qui propinqua neceſſitudine mortuo deuinctus fuerit, liberè vti fundorū Retractu familiari. Iuris Reſponſo. 22. ſ. relato, poſt prolixam vtrinque rei diſceptationem. Denique, ne hanc diutius telam retexam, Lutetianus Senatus, præd. quæſtionis nodum ſoluit, & coempta à defuncto, hæredis Codicillaris æquè propria iudicauit, obnoxiaque Retractui, quùm deinceps vænirent, ac ſi purè is ſe hæreditati miſcuiſſet. Decreto, in publica Fori concertatione, ſeptimo Kal. Iunias An. 1600. ſecundùm Nicol. Guinetum tutorem liberorum ſuorum, actorem, pro quo, Doletus: contra Iacob. Amelotum, Pariſien. Curiæ Conſiliarium, pro quo, Germanus, dixēre.

Chaſſen. in d. Conſil. 22.

Adiudicati Retractus executioni ſtatutum eſt quidem, Pariſ. More, ſpatiū. 24. horarum (Art. 136.) Acſi id ſpatij, in Dominicum, Diuiſuè feriatum diem incidat, retrahenti tùm non currere, Iudicatum. Areſto die. 14. Iauuar 1588. pro intimato, cōtra appellantem à Præpoſito Pariſ., Cochone, huius, Roberto, illius, cauſidicis. Etſi diuerſam in ſententiam propēſior videatur Tiraquellus, De Retrac. lineari, §. 1. (Glo. 11. Num. 12.) ex l Omnes C De fer. Et cap. licet. C. vlt. Ext. eod. Sed quæ, de naturaliter perituris momento eo loquuntur, non de ciuili hoc Actu iuridico, æquè tractabili, poſtera Feſti die.

Areſtum Curię, die. 26. Maij. 1600. confirmans Sententiam Præpoſiti Pariſien. latam die. 15. April. 1600.

24 Ipsi autem hæredi ex *Inuentario* cōpetat necne in familiam reuocatio, alienatorum publicè, inſtanti hæreditario in eū creditore, Agitatum fuit Senatorio in Tribunali maiore, 14. Kalend. Ianuar. An. 1602. Publicus quippe emptor, à Præfecto Vrbi Senatum appellarat, quòd fundum agnatitio iure tali hęredi adiudicaſſet: quo tamen rei domino, vænalem auctione fuiſſet ipſe licitatus. Venditori enim negatur iſthæc prædiorum gentilitate repetitio. Lud. Romani Reſponſo, 251., P. Ancharani, 371. & Ioh. Ignei ſententia, ad Leg. Dudum Cod. De contrah. empt. Cum Tiraquelli ſcriptis, De lineari Retractu §. 1. Atquin beneficiarius Principis hæres, qui fundos propalàm diſtrahi patitur ob æs alienum hæreditarium, cenſetur alienator, purèque auctor, euictionis periculo, pro viribus ſaltem hæreditatis, obnoxius in comparatorem rei haſtæ ſubiectæ, non minùs quàm priuatim ab eo diuenditæ. Leg. Gordiani Imp., 13. Cod. De euict. l. 1. Cod. Si in cauſ. iudic. pign. capt. Verſ. In vicem ivstæ obligationis svccedit ex cavsa contractvs avctoritas ivbentis. Ac demus vtique, fideiuſſorem euictionis ſecundúmque auctorem, generis propinquitate ad Retractum admitti prædiorum, tutorem pariter, ac Magiſtratum: qui auctio-

Appoincté au Cōſeil in Curia, die Iouis. 19. Decemb. 1601. ex appellatione à Sententia Prætoris Pariſiē. dicta, die. 5. Iul. d. An. pro Franciſca *de Hacqueuille*, in Petr. Baronem, fundi licitatorem.

I. Ignei repetitio Leg. Dudum C. De contrah. empt.

In Verſ. *ou lignagier.* Gloz. 9. Num. 41. & ſeqq.

Digitized by Google

nalibus præconijs eadem diſtraxerint. Haud ſimilis certè, Hæredis ex Reſcripto, cõditio eſt, qui Iudiciaria ſcilicet venditione rem ſuam agat verè, nedum Officij nomine alienam, vt illi. Quicquid enim hæreditariis ex bonis ſupereſt, eorumuè pretio, totum ipſius lucro cedit atque compendio: Vtì is viciſſim iudicio ſuperatus, tenetur litis ſumptus aduerſario refundere, ſuo priuatóque ære, non hæreditario. Quemadmodùm variis Curiæ Decretis in hæredem iſtiuſmodi conſtitutum eſt. Tametſi igitur puro venditoris hæredi liceat, alienata, lege redimere familiari (§. 142. Pariſien. Morum) Nec peculiaria cuique diſpereant iura, aditione hæreditatis ex Repertorio, (Iuſtinianea leg. Scimus De iur. delib.) Qualicunque tamen inter homines verſanti nefas eſt, contraniti proprio facto, & quem vendidit ipſemet, ab emptore fundum auellere. l. Poſt mortem. ꝟ. De adopt. L. vn. Cod. Ne Fiſc. quam vend. rem euinc. Lib. 10. Huc pertinet vulgare Iuris axioma, quem de euictione tenet actio, agentem exceptione ſummoueri. Sed quia, in Forenſi iſto linearis Retractus problemate, hæres cauſæ diffidens Appellatoriæ, obiter Diploma impetrarat reſtitutorium aduerſus aditam hæreditatem, ne gentilitia fundi condictione depelleretur: Senatus rem conſilij eſſe pronuntiauit. Auguſtino filio meo, prouocantis emptoris: Nauarroto, contrà, Hæredis Retractum propugnantis, Oratoribus.

Art. 132. *arreſté pour auoir leu à l'aduenir.*

Sic feudalis Retractus rei publicãdus eſt in Regio Foro proximo, vt intra annum ab ea publicatione, propinqui vẽdentis à domino rem retrahant. §. 159. Pariſ. Leg.

BENEFICIARIIS, & vectigalibus fundis, liberos ſubiũgamus, ſo- 25
lutóſque Dominico iure. In quibus propterea, Dominicum retractũ ceſſare conſtat: De *lineari*, non ita. §. 132. Legum Pariſienſium. Sed quia *Feudalis* iuris immunitas illa, non liberat poſſeſſorem Iuridico ſuperioris Domini imperio, Cautum eſt ea ipſa Lege, emptionis tabulas *Alodiorum*, promulgari in Regio tribunali proximo, Actíſque conſignari: Vt venditoris agnato detecta re, prædium retrahatur intra annum à die venditionis publicè notę, d. §. 132. Quod aliò etiam producendum reor, vbicunque annalis Redemptio fundorum reliquorum excurrat tantùm à die patronalis Veſtituræ, ex conſimili Pariſienſibus More. Qualis enim eſt, ſubditi prædij empti, poſſeſſio iſthæc apud Acta imæ, ſolariæque Iuriſdictionis, Domini: Talis habetur quodammodò, liberi fundi, qui vænierit, promulgatio teſtatióque in publicis Regij Fori monumentis. Eò pertinent Tiraquelli ſcripta, in §. 36. Retract. Veromãdui tamen, vtrúmq; latifundij genus hac in parte diſcreuerũt: redimẽdúmque, propinquis intra annum ſtatuère, ſeruiens alterum, à die præſtiti Domino officij: immune alterum, à die naturalis cœptæ poſſeſſionis. Artic. 225. patriæ Conſuet. Vbi autem, de *Alodiis* ſancitum nihil ciuica Municipij lege, magis eſt, vt Pariſienſem ratione prædicta conſectemur, quaſi Romanam Gallorum legiſlationem. l. de quibus. ꝟ. De legib. l. ſi non ſpeciali Cod. De teſtam. Ioh. Andr. In Rubr. De Treug. & pac. Parem ædepol Retractus *Alodiorum* quæſtionem Senatus reuocauit ad plenius deliberandi conſilium. Decreto in cauſis agendis, ex Meldorum

In Verſ. *notiffiée au Greffe de la Iuriſdiction.* Glo. 2. & 3.

Piſanæ Ciuitatis Statuto deficiente, recurritur ad Florẽtinæ ſuperioris Statuta. Barthol. Socyni Conſil. 271. & 81. Volum. 1.

Digitized by Google

dorum Prouincia, Septimo Idus Quintiles, An. 1592. Quùm Chezelleus, pro Gabriele Vallenſi : & Magiſter, pro aduerſario, copioſè dixiſſent.

Appoincté au Conſeil, Die. 9. Iulij. 1592. Entre Gabr. de la Vallée appellant des Requeſtes du Palais touchant biens alodiaux, ſis au Bailliage, & ſoubz la Couſtume de Meaux.

CÆTERA *Linearis, Dominicique Retractus* Iura proſecuti ſumus diſtinctis Rubricis, in Codice patriarum Andegauiæ Legum.

Titul. VII.

DE IMPVBERVM CVSTODIA NOBILI, ET PLEBEIA.

1. *Imperialis, Regiáque pupillorum, ac rerum pupillarium cura.*
   Paterna, maternáve liberorum Cuſtodia, quæ Nobilium propriè Francorum eſt, Lutetianæ etiam Plebi conceſſa.
   Præpoſiti mercatorum, *&* Scabinorum *Lutetiæ Priuilegia recentiora, eiſque miniſtrantium* Officiariorum.
2. *Plebeia Lutetianorum puerorum Cuſtodia perſonam non tranſgreditur patris, aut matris : nec ad auum, auiámque extenditur.*
   Ignobilis liberorum Cuſtos ſatiſdat : Nobilis, minimè.
   Liberorum Cuſtos nobilis, ſi bona abliguriat, ſatiſdare cogitur : aliàs Cuſtodia priuandus.
   Vetus minorum Cuſtodia nobilis *pertinebat ſolùm ad feuda, bonáque nobilia : non ad* cenſuales *fundos, & plebeios.*
3. *In pauculis Municipiis, plebeius parens lucratur fructus bonorum pupillarium.*
   Antiqua forma aſſumptionis in ciuem Vrbis nouum, apud Gallos, & Germanos.
   Attica Politia, hoſpitum, Ciuilia in iura, muneráque cooptandorum.
   Burdegalenſis Vrbis, & Lucenſis Thuſcorum, incola, quomodò acquirere poſſit ibidem iura ac priuilegia veri ciuis.
4. *Tacitè obligata ſunt pupillo Cuſtodis bona, à die* acceptatæ *Cuſtodiæ.*
   Idem de Curatore bonis dato, auctore Iudice.
   Diuerſum de Executore teſtamenti*: niſi authentico huic ſubſcripſerit, eiúſque executioni ſe obligarit.*
   Confeßio de recepto, facta ab Executore teſtamentario, non probat ſolutionem.
   Executio teſtamenti non poteſt alteri ab Executore ſubdelegari.
   Tutori non eadem, in res minoris, hypotheca competit priuilegiaria, à die ſuſceptæ tutelæ: ut minori, contrà, in bona tutoris.
5. Gardia *nobilis, ignobiliſve, eſt* realis *potiùs, quàm* perſonalis*: & fundorum quorumque Municipali Lege diſtinguitur.*
   Maior ætas peculiari Statuto *introducta, non protenditur vltra ſtatuentium Territorium.*

Similis ratio Statuti,*coniugibus,donationum prohibitorij,quamuis in perſonam ſcripti magis quàm in rem.*

6. *Cuſtos pupillorum, non eſt legitimus vindicationis fundorum defenſor.*

Minores,olim petitoriæ actioni neutiquam reſpondere coacti.

Pupillarium litium ſumptus facere Cuſtos non tenetur ex iis prædiis,quorum fructus ſibi minimè percipiat,

Nouas quoque hæreditates impuberi delatas non agnoſcit inuitus, quarum hæreditaria debita ſuo periculo ſoluat.

7. *Coniugum ſuperſtes fœmina,cui adſignata ſit,Pacto* matrimoniali,Gardia *naſciturorum liberorum,cum antiquis oneribus prædiariis,tenetur etiam,mobilia eorum debita,pro* Conſuetudine *loci, exoluere.*

Niſi eadem, aduerſus Gardiæ acceptationem *reſtituatur.*

Lutetiano ciui nobili fas eſt,vtramque Gardiam acceptare,*nobilem,& vrbanam ſeu plebeiam.*

Nobilis Gardia *locum habet hodie, tam intra, quàm extra* Ciuitatem *Pariſiorum.*

8. *Idem* Gardianus *eſſe naturalis poteſt,& tutor* datiuus.

*Sed tutor priùs à Iudice datus,*Gardiam *poſtmodùm* acceptare *efficaciter nequit.*

*Tutoris,*Gardiani,Mamburgi,Mundualdi*, communes functiones in pleriſque.*

Minor.25. annis,poſt impetratam ætatis veniam, habilis non ſit ad Reditus nummarij redimibilis ſortem recipiendam, niſi in præſentia conſanguineorum ſuorum, & cum alijs cautionibus.

9. *Mater,ſecundo matrimonio,*Gardiam *liberorum amittit.*

De Patre,non item:niſi ſpeciali,de eo,Conſuetudine aliter cautum ſit.

Mater, etiam minor. 25. annis, lucra nuptialia amittit per ſecundum matrimonium,contractum ante redditas tutelæ liberorum rationes.

Iura,de matre ſecundò nubente,ad patrem necne extendantur.

Semel finita Gardia *per ſecundas matris nuptias,non repetitur, in auo, vel auia.*

10. *Alia nobilium, quàm ignobilium, ætas major definitur,pro termino & meta* Gardiæ *illorum* Conſuetudinariæ.

Militaris ætas Athenienſium, Romanorum, Gallorúmque antiquiſſim.

11. *Tutelæ,in Francia,*datiuæ *ſunt,vti* electiuæ.

Tutorum nominatores Magiſtratus, olim tenebantur in ſubſidium, ex illorum geſtione.

In minorum propinquos, nominatores Tutoris, ſubſidiaria Tutelæ actio.

Niſi eum,tempore nominationis, fuiſſe facultatibus idoneum,apertè docuerint.

Ad publica autem omnino,Officia nominantes, poſt diſcuſſum Officialem, rectè conueniuntur: niſi ipſum, depoſiti Officij die, fuiſſe ſoluendo, oſtenderint.

12. In

12. *In publicis quibuſdam Actibus, ſuffragia eduntur non Voce, ſed Tabella.*

De Sorbonica Lutetiæ Capſula vetere, in quam ſuffragiorum libelluli ab opinantibus inijciebantur.

Tabellares Romanorum Leges, variæ.

13. *Regulariter Tutor non ſatiſdat, in Gallia: ſed ei Curator adiungitur, qui, cum eo, ſubſidiariè ſaltem obligatus maneat.*

Curator tamen hic, vel contutor, ritè exigit ab illo cautionem fideiuſſoriam, vel obligationis pro eo ſuſceptæ exonerationem.

Bonorum ceſſionis beneficium, Tutori in contutorem denegatur, nedùm in Minorem.

14. *Majorem annis ſubdolè ſe profeſſus Minor, in contractu, non reſtituitur.*

Idem de publico Officiario, *minorem annis ſe cauſificante, vt contra alium, qui cùm pactus ſit, reſtituatur.*

Secus, ſi, vrgente Reipub. neceſſitate, ad Officium illud impulſus ſit.

15. *Magiſtratuum ætas, pluſculis Edictis præfinita.*

Ætatis venia, gratiáque Regiis quibuſdam Conſiliariis facta.

16. *Cum presbytero initus contractus, non reſcinditur prætextu minoris ætatis.*

Ad ſacrum presbyterij gradum, quoto anno ætatis, Chriſtiani antiqui promouerentur.

17. *Pontificia breuiatio Anni 1582. non impedit eius reſtitutionem in integrum, qui tali breuiatione temporis maior factus, alienarit.*

Vter Annus, naturalis, an ciuilis, in Forenſibus negotiis obſeruandus.

18. *Interdictum tutori, cum pupillo paciſci, aut ab eo rationum liberationem exigere.*

Pro modo ætatis Minorum, à tutore determinandum arctandúmque tempus locationis fundorum pupillarium.

Marito, rei vxoriæ: & ſacerdotibus, Eccleſiaſticorum bonorum locationis tempus præfinitum.

Eccleſiaſtica Venetorum bona, in quinquennium duntaxat locanda, nec aliis obliganda, vltra triennium.

19. *Salarium tutori quando, quare, & quantum conſtituatur.*

Curatori in litem, Tutor tenetur ſubminiſtrare litis ſumptus contra ſemetipſum.

Simile ius ſumptuum vxoris, contra maritum litigantis.

Infans à parentibus derelictus, ali debet ex reditu Sacerdotiorum, alimoniæ dicato expoſitorum Infantium.

Hoſpitalia *locorum, imprimis deſtinata recipiendis & alendis Infantibus expoſitis.*

20. *Poſt ſecundum matris coniugium, Iudex arbitratur, cum propinquis Minorum, vbi ij morentur, & alantur.*

Vindocinenſ. Ducum, in fructuariam Tutelam, Priuilegium regium.

Bonorum pupillarium vſufructu ob Bella non percepto, Cuſtos liberorum, lege ſoluitur æris alieni ipſorum luendi.

Tholoſanorum, Saxonum, Papienſium, Vltraiectinorum major ætas, quoto anno compleatur.

Liber domeſticarum rationum patris, an probet filiorum ætatem.

DE GARDE NOBLE, ET BOVRGEOISE.

Longobard. Leg. Lib. 2. Tit. 48. Vt pupilli, orphani, & viduę tutores habeãt, qui eos defendant, & adiuuent.

Octau. Auguſtus. Imp.

Tit. 2. Art. 38.

Grand Couſtumier de France, & Inſtruction de Practique.

Karoli. & Ludouici Munera *d'vn ſeptier de ſel pour la prouiſion domeſtique du Preuoſt des Marchans, & Eſchevins, Clerc, & Procureur de la Ville.*

Hiſt. Lib. 4. Cap 5.

Priuilegia Frãciſci. 1. Et Hẽrici. 2 Die. 27. Decẽb. 1546 & 15. Octob. 547 quòd Scabinorum Vrbis Sententiæ, nonobſtante appellatione, ad effectum perducantur.

BONA SVPERIVS parta, vel relicta à 1
Maioribus, tueri iam expedit, Impuberibúſque præſertim ſeruari poſteris, qui per ætatem res ſuas adminiſtrare non queant. Galli herclè tùm Reges, tum Cæſares, Pipinus, Ludouicus, & Lotharius legem dixêre Longobardis, pupillorum tutelarem. Haud ſecus ferè, ac Diuus Auguſtus Rectorem apponere ſolebat ætate paruis, ac mente captis; donec adoleſcerent, aut reſipiſcerent: Ac plurimorum liberos educauit ſimul cum ſuis, & inſtituit. Scriptore Tranquillo. Sed Gallis inuicem, genere claris additus eſt Cuſtodiæ nobilis illorum titulus: cuius ergô, alteruter parens vt fructus ſuos facit rerum pupillarium, ita pupillos exonerat ære alieno, debitíſque pecuniis. Artic. 267. Pariſien. Conſuet. Qualis tutela fructuaria, haud multùm diſſidet ab eo maternorum Vſufructu, & aduentitiorum filij bonorum, quem pater ſibi vindicat Iure communi. l. vlt. Cod. De bon. matern. l. cùm oportet Cod. de bon. quæ lib. Verum &, à priſca iam ſeculorum memoria, tributum fuit Francicæ huic Metropoli prærogatæque eius Dignitati ius Plebeium ſeu Vrbicę, non minùs ac Nobilis, impuberum Cuſtodiæ. §. 266. & 267. præd. Conſuet. Huius quippe longæui Vſus teſtes obſidéſque Literas veterum Regum tranſcripſimus in Librum ſuperiorem. Id quoque ſignificatur antiquo Francicorum Morum Volumine. 2. in hunc modum. *Item par l'Vſage, & Couſtume notoire en la Ville, & Banlieuë de Paris, le ſuruiuant de deux ariez, tant ſoyent ils gens de poſte, ha la garde de leurs enfans, & faict les fruictz ſiens de leurs heritages, en les nourriſſant: tout ainſi comme il eſt acouſtumé entre Nobles, & pour raiſon de la Nobleſſe ſuſd. & à cauſe d'icelle Nobleſſe, tous Bourgeois de lad. Ville ſont en la ſauuegarde du Roy.* Quod ne demirêre, Fulco Rhemorum Præſul, facunda ad Karolum Craſſum Cæs. epiſtola, aſſeruit, hanc totius Galliæ principem Vrbem, eiúſque ſaluo & incolumi ſtatu, REGNI ſalutem contineri. Circa annum. 886. Vt Flodoardus tradit, ei ſuppar æuo, ſacræque Rhemenſis Hiſtoriæ cõcinnator. Nec è re eſt hoc loco, recentiora miſcere Decurionum Vrbis priuilegia, & Officialium eiuſdem: quæ Karolus. 7., Ludouicus filius ſeriatim, Franciſcus. 1. & Henricus. 2., Reges illis irrogarunt. Municificis Codicillis

Decembr.

Digitized by Google

Decembr. Menſ. An. 1460. Decimo ſexto Kalend. Octobres, 1461. Nouembr. Menſ. 1465. Sexto Kalend. Ianuar. 1546. & Idibus Octob. An. 1547.

Die.16. Septemb. An.1461.

2 LVTETIÆ tamen, interponitur diſcrimen aliquod, inter nobilem, & plebeïum Cuſtodem liberorum. Nam ciuico Ritu, ignobilis cuſtos cauet, fideiuſſore dato: Nobilis, haud ita. §. 269. Quem tamen, ſi temerè bona abliguriat, diſſipétque, in Legum laqueos incidere, voluit Iuſtinianus Cæs. l. vlt. §. non autem Cod. De bon. quæ lib. l. Imperator. D. Ad S. C. Trebell. Hæc item Cuſtodia diuturnior eſt, quàm illa, ex ætate minorum annis. §. 268. Inſuper auus, & auia nobiles vocantur ad fructuariam huiuſmodi tutelam, ac priuilegiariam: qualis, ignobili patri matríve ſolis permittitur, §. 265. & 266. Quo poſteriore Legis Articulo, patris matríſque appellationem Senatus cenſuit, neutiquam porrigi ad auum & auiam. Luculento decreto, in publica Fori concertatione, 14. Kalend. Nouembres. An. 1593. Quùm Roillartus, Vilhelmi Rouſſeleti aui cauſam egiſſet: ac Nauarrotus, Iani Tilloſi, tutoris liberorum Nicol. Tilloſi, & Annæ Rouſſeletæ. Plebeïo nimirùm, priuatæque ſortis homini quod indultum eſt, contra Iuris perpetui regulas, coarctari debet, nec, præter ſingularis Priuilegij verba, interpretatione ampliari. Nam ideo olim Gallis militibus, & militarium fundorum poſſeſſoribus fructuaria prodita eſt Tutela minorum annis, ne hi, qui militare nondum poterant, ſeu clientelaria in patronos munia obire, ab iſtis ſuorum *feudorum* reditu exuerentur. Inde nobili Cuſtodi, parenti, idcirco ceſſit inſignium prædiorum vſusfructus, vtì veniales ſimul fidelitatis inducias à patronis impetraret liberorum nomine, & hos, præter victum, ære debito liberaret. Sicuti à Butelerio refertur in *Summa Rurali*, ac vetuſto Franciæ *Conſuetudinario* Lib. 2. Ob id quoque, Majores noſtri, Cuſtodis nobilis munus à Tutorio diſcreuerunt: ita, vt quando vnus forſan beneficiarias, cum plebeiis, res pupillorum gereret, ſingularum commoda, & onera ſecernere inuicem teneretur, pro ſua cuiuſque Officij functione. Quemadmodùm antiquus Bellouacorum praxiarcha literis mandauit, An. 1283. in manuſcripto Codice patriorum Morum ciuilium. Cap. *des Baus, & des Vuardes*, tali periodo. *Pierres tenoit. 1. enfant en bail, & étoit li fiés ſi petis, qu'il n'etoit pas conuenables au viure, ne à les veſture des enfans. Li enfans auoient heritages vilains, deſquix. P. auoit l'aminiſtration, come garde por les enfans. Si voloit. P. penre de ces vilenages, por les enfans mainburnir de ce qui lor faloit par de ſor de de ce que li fiés valoit: Et li ami as enfans ne le vaurrent pas ſoufrir, ains requirent, que P. fit bone ſeurté de rendre as enfans, quant il ſeroient aagié, toutes les yſſuës de lor terres vilaines, & que P. fuſt encores contrains à paiſtre, & à vetir les enfans, come cil qui auoit pris le bail, & que il encore ne peuſt renoncier au bail, puis qu'il i eſtoit entrés. Il fu iugié, que puis que P. eſtoit entré el*

Areſtum Curiæ, *en plaidant*, die. 19. Octob. An. 1593. quod in Auditorio Caſtelli Pariſ. legi, recitaríque præceptum eſt, ad ciuicæ Conſuet. explicationem. Vnde patet noui Interpretis lapſus, de auo, & auia plebeiis.

Les Fiefs ouuerts ſubiects à ſaiſie par faute d'homme & d'hômage, mais les Roturen, non.

Cap. *Des Couſtumes des Fiefs.*

Philip. *de Biamanoir*, Bailliuus Clarimontis Bellouacorum. In Lib. Gallico Bellouacenſium Conſuetudinum.

bail, il deuoit les enfans mainburnir, & rendre quités, quant il ſeroient áagié, & fere ſauues toutes les deſpueilles de lor vilenages par bone ſeurté.

Gardianus, ni ſimul Tutor ſit minoris, capax non eſt realiũ Actionum vel mouendarum, vel impugnandarum. §. 270. Conſuet. Pariſ.

Quinimò Philipp. Valeſius Rex poſteriore ſanxit Edicto, tutori, qui in rem actionibus reſpondere habeat neceſſe, litis ſumptus à nobili Cuſtode ſuggeri oportere. An. 1330. Deinceps verò, Cuſtodiæ nobilis iure fructuario, poſſideri cœpêre pupillaria omnia permixtim, vectigaléſque fundi, nedum beneficiarij ac clientelares. Vtì narrat Butelerius, Lib. ſupràcitato. In Sicilia planè,

Neapolit. Cõſtitut. Lib. 3. Tit. 30.

BALIVS ſibi fructus non lucrifacit prædiorum pupillarium, lege Friderici. 2. Imp. Tantumdem de parente ignobili Franco, qui non modò tutor hodie, ſed BALIVS pariter olim nominatus eſt, ſeu baiulus, natorúmque gerulus & portator. Ex Hebrææ Ruth Cap. 4. (Verſ. 16.) atque antiquo noſtratium Chartularum idiomate, quas legiſſe ſe perhibet Molineus. Ita plebeij parentis BALIVM recenſetur veteri Lib. *Statutorum* Francici Regni, Cap. *De Bail dome Coſtumier.*

Ad §. 1. Des Bails, Lodunenſ. Conſuet.

Garde Bourgeoiſe.

Arüernæ Conſuet. Art. 1 De Tutoribus.

CIVICA autem Regiæ Vrbis prærogatiua, Plebeij, dicuntur e- 3
tiam Cuſtodes liberorum fructuarij. Cuiuſmodi inſignis titulus haud cuiquam alij competit Municipi: licet reddendarum rationum immunitate prædito inter ſuos, paucis in Regiunculis Aruerniæ, Turonum, ac Biturigum. De quibus, Maſuer. in §. 1. De tutore & curatore, Turonicus Mos, §. 346., Bituricus, 30. De Stat. perſon. Vtuntur porrò Lutetianæ ciuilitatis iure illo eximio noui Ciues, & in Ciuitatem allecti, cum indigenis promiſcuè, ac originariis. Sed aſſumptionis in Ciuitatem forma ſolennis dictatur, Conſtitutione perlata in celebri illo *Parlamento* Pentecoſtes An. 1315. quæ interſeritur Ædilitiis Lutetiæ Legibus ac Inſtitutis. Nam vt quis omnibus adprobaretur Ciuitatis incola perpetuus, in eáque ſedes licitè poneret, debebat apud Iuridicum loci, vel Ædiles, profiteri originis domicilium, incolatuſque noui occaſionem. Quibus in Acta regeſtis, allectio fiebat in Ciuitatem ea lege, vt tranſlati iſtuc Domicilij indicem Syngrapham exinde referret ille, & alterius domino Territorij oſtenderet. Haud diſſimilem vtique Ritum ſeruandum propoſuit Butelerius in Summa Rurali, ſequentibus adiectis.

Des Bourgeois de Paris, eorúmque Priuilegio, ſcripti Art. Conſuet. 112. & 173.

Ordenance de la Cour noſtre Sire le Roy, por la Borioiſie, Et de fere & tenir les Boriois de ſon Reaume. Renouuelée de l'an. 1301.

Tit. De la franchiſe des Bourgeois, & Bourgeoiſes des Villes.

Quiconque veut entrer en franchiſe de Bourgeoiſie de Ville, requerre le doit au Iuge, ou Seigneur du lieu, s'il eſt receuable à franchiſe de Bourgeoiſie: C'eſt à ſçauoir qu'il ne ſoit ſerf, ne baſtard, ne banni de ſa Iuriſdiction pour cas de crime, dont il deuſt auoir perdu la vie, ou qu'il fuſt infame, de foy mentie, &c. Item le Bourgeois doit iurer de loyaument garder le droict du Prince, le droict de ſon Seigneur, & eſtre enuers eux loyal & vray ſubiect, le droict de la Bourgeoiſie, & les franchiſes de la Ville, ne à autre loy, que à leur loy ne ſe traira, ſe n'eſtoit en faute & remiſſion de droict & de loy qu'il trouuaſt en eux, & de contribuer aux charges, & miſes ordonnées en la Ville, & Bourgeoiſie: & qu'il tiendra eſtat de Bourgeoiſie, aura & acquerra heritage de Maiſon, ſe il ne la, dedans la Ville, & Bourgeoiſie, à luy ap-

partenans

Digitized by Google

partenans dedans an, & iour, & ſera domicile, & le continuera, ſur & à perdre le droict & franchiſe de Bourgeoiſie. In Germania itidem, Karolus. 4. Imp. liberam permiſit cuique Domeſtici laris tranſlationem in aliud Oppidum, aut Territorium, nuncupatis conditionibus, quas Aureæ Legi apud Mediomatrices intexuit Quarto Idus Ianuar. An. 1356. Cap. 16. DE PFALBVRGERIIS, ſic relato. SANCIMVS, QVÒD CIVES, ET SVBDITI PRINCIPVM, BARONVM, ET ALIORVM, QVI IN ALIARVM CIVITATVM CIVES RECIPI SE PROCVRANT, EARVM IVRIBVS ET LIBERTATIBVS IN NVLLO POTIANTVR, NISI AD EAS CORPORALITER ET REALITER TRANSEVNTES, IBIQVE LAREM FOVENTES, CONTINVÒ ET VERÈ RESIDENTIAM FACIENTES, DEBITA ONERA ET MVNICIPALIA SVBEANT IN EISDEM. Cæteroquin ſapientiſſimi Coſs. Craſſus, & Scæuola legem tulerunt Romæ, ne, qui ciuis non eſſet, pro ciue quiſquam ſe gereret. Athenis quoque, peregrini, cùm adſciſcerentur in Ciuitatem, non antè pro ciuibus habebantur, quàm in Tribus populóſque coniecti, ac deſcripti eſſent. Sicuti ab Ariſtotele traditum eſt, libro de Republ. tertio. Platæenſes rurſùm, qui Bæotiæ populus fuit, euerſa à Thebanis patria, quùm profugiſſent Athenas, donati ſunt Ciuitate eo modo, vt in Tribus, populóſque regionatim diſtribuerentur. Ita quippe eſt in Decreto, de ciuili iure Platæenſibus dato: apud Demoſthenem, in Orat. contrà Neæram. Vbi nec indigenarũ quidem ciuium filij gerere ſe pro ciuibus potuiſſe memorantur, niſi pueri primùm ipſi nomina apud curiales, tùm apud populares edidiſſent. Quam profeſſionem, δοκιμασίαν vocarunt. Huiúſque Attici inſtituti monumenta reliquit Orator ille, contra Bœotum. Sed, vt Lutetiam noſtram repetamus, ciuilitatis in ea ius cuilibet nunc facilius eſt, ceu communi in Patria, expeditéque iampridem parabile, Annali, cum familia, incolatu, poſitúque domeſticæ ſedis. §. 173. Pariſien. Conſuet. Reliqua de vrbano Lutetiæ domicilio, ciuiliſque iure, petenda ex Titulo.1. anterioris Libri, Art.12. At minùs æqua conditione, aliarum Vrbium incola, vrbanis vtitur priuilegiis, ciuiumque in Album redigitur. Nam Burdigalæ, Nouempopulana prouincia, ciuis demùm appellatur is, qui, poſt biennem Vrbis incolatum, aſſiduè degat in proprijs ædibus, ſuóque ære partis. Alioquin vrbana quanticunque temporis habitatione non quæritur ius Ciuitatis: niſi, prolata Ædilium Chartula, teſtatò cooptatum ſe in ciuitatem oſtendat. Vt S. C. Burdigalenſi deciſum 4. Kalend. Mart. An. 1544. admonet Codex ciuilium Burdigalæ Conſtitutionum, qui publicis Typis excuſus fuit An. 1593. Imo nec Lucenſes Hetruriæ ciues fiunt, proximo ſubditóque innati Territorio, priùſquàm ſeptenni Vrbis incolatu & habitatione, iſtud Ciuile ius ſibi pararint. Sicuti

Bulla aurea Caroli. 4. Cæſ. die. 10. Ianuar. An. 1356.

Cicer. 3. Offic.

Politic. Lib. 3.

Demoſthen. in Orat. cõtra Bœotum.

Ver & par an, & par iour y a demeure.

Originarij tamen ſoli poſſunt eligi in Præpoſitos mercatorum, vel Scabinos Vrbis: Excluſúſque fuit in vrbanis Comitiis Chriſtoph. Paillartus, Magiſter Rationum regiarũ, quia Antiſſiodori natus eſſet. Die. 16. Auguſti An. 1464. Ex Lib. Ordination. Vrbanar.

Vaſconia.

Burdigalen. Curiæ Areſtum, die. 26. Febr. 1544.

Statuta vetera Politica Burdigalenſis ciuitatis: Cuius Priuilegia & exemptiones à tributis & pedagiis, donante Karolo. 7. & Ludouico. xj., referuntur à Ferrono, Cõmentar. in Cõſuet. Burdigal. Tit. 1. & Boerij Deciſ. Burdegal. 260.

Digitized by Google

Lucanæ ciuitatis Statuta, in generali ciuium Conſilio, omologata, die. 6. Iun. An. 1539.

hac conſtat Lucenſium Statutor. Tituli præſcriptione. DE EO, QVOD COMITATIVI ET DISTRICTVALES CIVITATIS LVCENS., HABITANTES LVCÆ, ET SVBEVNTES ONERA, ET EXERCENTES ARTEM SEPTEM. ANNIS, EFFICIANTVR LVCENSES CIVES. Lib. 3. Statut. Cap. xi.

De funeris tamen impenſa defuncti parentis pupillorũ Gardianus non tenetur priuato nomine: Aliorũ inſtar fructuariorũ. Art. 286. Pariſ. Conſ. Eſt enim debitum hoc non tam defuncti, quàm hæredis, etſi in hæreditaria defuncti bona ex priuilegio perſequendũ à creditore. l. 1. l. in eum l. impenſa funeris. ff. De relig. & ſumpt. l. quæſitũ. ff. De bon. auct. iud. poſſ. Art. 298. Pariſ. Mor. Ver. *& frais funeraux*. Quibus etiam, mobilium defuncti proprietarius tenetur. Art. 138.

CVSTODIS puerorum bona, ſunt iis tacitè pignori nexa, veluti 4
Protutoris. Non ſolùm enim tutelæ priuilegium datur in rebus tutoris, ſed etiam eius, qui pro tutela negotium geſſit. Hermogeniani ſententia, in l. vlt. ff. De tutel. & ration. diſtrah. Vlpiani leg. 19. §. 1. leg. ſi quis negotium. ff. De priuil. credit. Cum Iuſtinianea ſanctione. 6. Cod. De bon. quæ lib. §. ſed cùm tacitas. Legitimæ nimirum tutelæ inſtar, eſt ea, quæ prouinciali More conſtituitur: niſi quatenus ſpeciatim ſingulæ inuicem diſtinguuntur. Baldi Reſponſo. 145. Lib. 2. Eapropter Molineus affirmat, tacitæ hypothecæ ius in bona Cuſtodis eſſe, perinde ac Tutoris ordinarij: quorum viciſſim munus, ille ſuo arbitrio, hic propinquorum ſuffragio publicè inierit. Ad §. 4. Bleſenſ. Conſuet. Nam etſi Cuſtos, ratiociniis eximatur annuorum prouentuum, quos pupillari ex re perceperit. Tenetur vtique, Mouentia ſe bona in teſtatum redigere (niſi ſumptus res deſcribendas excedant) Immobilia tueri ſarta tecta, & ære alieno impuberes liberare. Art. 267. 269. Pariſien. Morum. Cum Molinei obſeruatione ad §. 182. Borbon. Conſuet. ex l. 2. §. Tractari. D. Ad S. C. Tertyll. Nil puto diuerſum de Curatore, Magiſtróve bonis apud Prætorem dato, qui, ceu tutor pupillo decretus, bona ſua tacitè rationibus oppignerat Curationis. Siquidem Iudicantis auctoritate, velut animatæ Legis, contrahitur pariter tacitum pignus. §. 53. Molinenſis Regiæ Conſtitutionis, An. 1566. Diſſimilis cauſa mihi videtur Curatoris teſtamentarij, qui, priuato morientis elogio delectúque, ad id muneris adſciſcatur. Nam hic certè, Moribus poſſeſſor fit rerum defuncti mobilium, quas ſolenni Repertorio adſcribere cogitur. (§. 297. Pariſ. Conſ.) Aſt immobiles non attingit, quarum ratione potiſſimùm, prodita eſt in Tutorem hypotheca tacita. Deinde neceſſariũ habetur legitimúmq; nominati tutoris officium: cui vt ſpes nõnulla pupillaris hæreditatis affulget, ita viciſſim tutelare onus meritò iniungitur Lege. x. Virûm. Teſtamentarij verò procuratoris functio gratuita eſt plerunq;, voluntaria vſquequaque: & priuato teſtatoris iudicio impoſita, de re majorum annis, vt plurimùm, expirat Anni curriculo breui. Cap. vlt. De Teſtam. In 6. Et cita. Art. 297. Hanc rurſùs ſupremorum Curationem mandatorum, leuiculam coarguit exigua admodùm Mandatarij poteſtas: ne ſuaptè numerati pretij confeſſione rei venditæ, ſoluta pretij ſors adprobetur. Bartoli dicto, ad l. alio. ff. De alim. & cib. legat. Ac Franciſ. Aretini I. C. Reſponſo. 4. Sed nec exequendi Teſtamenti adminiſter vices ſuas delegare alteri poteſt. Neapolit. Deciſ. 305. Franciſ. Viuij, Aquilani, in regia

Tutor Inuentarium facere non tenetur, ſi ſumptus bonorũ æſtimatione. maiores eſſent. Quia tũc idem eſt, quod certas ad res deputatus. De quo lege Vidi Papij Deciſ. 351.

Vlpiani l. 1. ff. De legit. tutor.

Confeſſio de recepto, facta ab Executore teſtamenti non probat ſolutionem.

Executio teſtamẽti ſubdelegari nequit, ſeu ad hæredes trãſmitti.

Digitized by Google

regia Barrenſis prouinciæ Audientia Iuridici maioris. Itaque bono & æquo non conueniret, vltimi morientium Elogij mandatarios, tacita onerari hypotheca bonorum ſuorum: quæ nullo Ciuitatum Iure ſpeciatim ijs ſit impoſita. Tit. Ex quib. cauſ. pign. In Pandect. & Cod. Idem propemodùm, de Geſtore negotiorum priuato dicetur, cuius bona idcirco obligata non ſunt, ab die cœptę alienarum rerum adminiſtrationis, ſed à die modò diſpunctarum palam Rationum. Quòd ſi poſtremæ teſtationis Executor defuncti ſubſcripſerit authenticis eiuſdem Chartulis, Regióque anulo obſignatis: Rectè tùm quidem reſpondebitur, Executoris, vt teſtantis, bona expreſſim obſtricta videri implendæ voluntati ſupremæ, cuius ſemel curam is publicè ſuſceperit. Nam & qui, ex officio amicitiæ, geſſerit impuberis negotium, eius in bonis priuilegium huic conſeruatur. Pauli leg. 23. D. de priuil. cred. Nûm autem, verſa pagina, geſtori iſti, tutorivè competat pariter ius tacitè pigneratitium in res pupilli, excuſſimus in Priuilegiario Ruſticorum Tractatu. Quamuis enim Iuſtinianus mutuas bonorum hypothecas ſanxiſſe inter eos, videatur nonnullis. (l. vn. §. Et vt pleniùs Verſ. quemadmodùm Cod. De rei vxor act. L. 1. D. de contr. tut. & vtil. act. Verſ. receptum eſt) Iuſtiùs tamen pupillari indemnitati conſultum fuit in alieni patrimonij adminiſtratorem & poſſeſſorem, quàm huic ipſi in minorem annis, qui Tutorijs opibus nec immiſcet ſe, nec fruitur. Suæ porro ſocordiæ expenſum ferre debet tutor, quod ampliùs in ſumptuarias adoleſcentuli rationes effundat, quàm vires pupillarium facultatum patiantur. Leg. 2. §. 1. l. 3. §. modum autem patrimonij ſpectare debet. D. Vbi pupill. educ. l. cùm plures §. 2. §. cùm tutor. ff. De adminiſtr. tut. l. 1. §. præterea. ff. De tut. & ration. detrah. Vnum duntaxat inde caſum excipio, ſi tutor graue æs alienum impuberis ſua pecunia luerit, diſſoluerit. Tunc enim is, antiquiore hypotheca creditoris, quaſi ſubſtitutus ipſi, ius ſuum tuebitur in poſteriores pupilli creditores. Ex leg. antepenult. ff. De reb. eor. l. Modeſtinus. ff. De ſolut. Cuiuſmodi Tutoria cautio neceſſariæ ceſſionis hypothecarum, non producitur ad voluntariam: quam tutor, ſalua fide ac fronte, in minorem annis ſtipulari nequit, alienáque nomina ſibi tranſcribi poſtulare. Authen. Minoris debitor Cod. Qui dar. tutor.

Nulla eſt bonorum hypotheca, niſi vel expreſſa Pacto, vel Lege publica, certis ex cauſis hypothecam dante nominatim. l. reſcriptum. ff, De pact.

Lib. 1. De Priuileg. Ruſticor. Cap. 5. Partis. 1.

5 Nobilis, plebeïævè Cuſtodiæ acceptio fit in iure, ſolenni ritu: ac ſubinde Cuſtodem alligat legitimis Cuſtodiæ oneribus perferendis. §. 269. Pariſien. Morum. Cuiuſmodi acceptionis formulam nullam ſtatuente Turonum Lege, Quæſitum eſt, an Lutetianus ciuis, qui octauo tantùm poſt vxoria fata Menſe, naturalem Cuſtodiam agnorit in Foro ſui domicilij, faciat interim fructus ſuos Turonenſium prædiorum. Huic opponetur forſan perſonalis Muneris ratio eiuſce, ac perſonis indicti, magis quàm rebus impuberum, qui à parente cuſtodiantur. §. 270. Pariſien. Con-

Bail, & Garde Noble, ſi elle eſt reelle, ou perſonelle, apres l'acceptation d'icelle.

Turonum Conſuet. §. 339. & ſeq.

In aliquibus, Gardia perſonalis eſt, nēpe quòad actiones perſonales, quas exercet, ac debita mobilia, quæ ſoluit. Sed realis dicitur quòad vſumfructū bonorū, & rachatū feudi, in locis, vbi hic à Gardiano debetur.

Digitized by Google

ſuet. vetante, rei perſecutorias actiones à Cuſtode inſtitui. Atquin Iura in perſonam ſcripta, trahuntur ad perſonæ fortunas omnes, vbicunque ſitas. Bartoli diſtinctione, in l. cunctos populos Cod. de

Tardiùs acceptata ſolenniter Pariſijs Gardia Minorum, nō impedit lucrum interea fructuum Turonen. patrimonij Gardiano delatum.

ſumm. Trinit. Nihilò ſeciùs opinor, pupillorum tutelam fructuariam, quaſi vſumfructum, partémque fundi, prædiaria quaque Lege metiundam, diſcernendam. Quùm enim fructus pendentes, qui à nouo liberorum Cuſtode lucrifiunt, ſolo inhæreant Turonenſi: Vix eſt, vt naturali Cuſtodiæ ſtatuta, More Pariſiorum, Solennia, vim ſuam efferant extra Territorium, & externo Turonum

Mirandulanum Italiæ Statutum.

fundo ius dicant. Sic de minore annis, à Barthol. Socyno reſponſum fuit, ex Italica Mirandulæ Conſtitutione, hanc ipſam, quæ ſanxerit illum alienandæ rei ſuæ capacem viceno ætatis anno, minimè porrigi ad alia Italiæ Municipia, quæ diuerſis Legibus pareant. Conſil. 131. Volum. 4. Licet in perſonam potiùs, quàm in rem, conceptum tale *Statutum* appareat. Tantumdem de alio, inter coniuges donationem inhibente: quod ſui finibus Territorij, imperiíque conſtrictum, aſſeuerat Baldus, in l. ſi arrogator. ππ. De adoptionib., & Nos

Hoc Lib. 2. Tit. 4. Art. 15.

antea perſpicuè oſtendimus. Quinimò primitùs, nobilium prædiorum ergô, nobilis fuit introducta Moribus Cuſtodia impuberum: vt ſuperiùs dictum eſt. Ex quo, prædiariam ipſam rectè definimus.

Norman. Conſuet. Cap. *des Gardes*, Art. 213. & ſeq.

Qualem & Neuſtriæ Ritus patrij inuexêre, feudis adſcriptam, veriùs quàm perſonis. Exin quoque ignobilis parens, qui Lutetiam cum li-

Conſuetudines locorum, reales exiſtunt, reſpectu fundorum pupillarium ibi ſitorum. Secus quoad mobilia, & debita pupillis, in quibus tutor ſequi tenetur Conſuetudinem paterni domicilij Minorum. Vt indicat textus Turon. Conſuet., Gardiam minorum eſſe realem.

beris incolat, vbi nec forenſi eius Formula ſuſceperit vrbanam illorum Cuſtodiam, nec ſatis eo nomine dederit, fruetur nihilominùs pupillari Turonum patrimonio: Quorum ciuili Turonum More, vtriuis parenti ilico pupillarium fundorum reditus prouentúſque annui priuatim quęruntur, ſub oneribus eo More indictis. §. 346.

ATTAMEN quiſquis naturalem gerit tutelam, ſeu Cuſtodiam, 6
idoneus non eſt mouendis in rem actionibus, vel oppugnandis, cita. §. 270. Pariſien. Morum. Sed nec impuberis tutor, quondam petitorium ſubire iudicium tenebatur. Quemadmodùm in *Parlamento* Anni. 27. decretum, refert eiuſdem Stylographus, Cap. 17. De

Gulielm. Brolius, in Senatu aduocatus. Philippo. 6. Rege.

cauſa proprietatis §. 2., & Cap. 32. De minoribus. A patre verò pupilli diſtractas res vxorias, condicere licuit aduerſus eum, venditoris hæredem. In Iuridico enim Conuentu Normanico, pronuntia-

In Scacario S. Michaëlis, apud Faleſiam, An. 1211. De *Bref de Mariage encombré.*

tum eſt An. 1211. QVÒD PVER INFRA ÆTATEM RESPONDEBIT DE MARITAGIO ENCOMBRATO POST VENDITIONEM PATRIS SVI. Alia item iudicij moratoria exceptione, ſuffragabatur minori annis vetus Regula Francici Fori: Nec enim petitoribus reſpondere cogi poterat generoſus adoleſcentulus, litigaréque intra annuum ſpatium: donec militari Baltheo eques cingeretur, ac Equeſtris Ordinis Inſignibus eſſet cohoneſtatus. Id quod Gallico Lib. perhibetur *Statutorum* Regni, Cap. *de preuilege de Cheualiers*, verbis ita nuncupatis.

Li e Stato dou Royaume de France.

Se on demande à .i. Baron, ou à .i. autre Gentilhomme aucune choſe: & il n'etoit

Digitized by Google

n'etoit pas encor Cheualiers. Et il deiſt, à ciaus, qui le demanderoient. Ie ne vous fas nul tort: mais ie demant l'atente d'eſtre Cheualiers, ains que ie vous reſponde. Il lauera l'attente. i. an & .ij. iours par droict. At dilatorias haſce Fori exceptiones poſterior Vſus antiquauit. Molinei annotatione, ad præd. Cap. 17. Styli *Parlamentarii*. Pupillorum certè Cuſtos, lites ſuopte ſumptu non proſequetur, hæreditatis nomine, delatæ poſt acceptam illorum Cuſtodiam: ex qua, nullum is, hæreditarij prouentus lucrum conſequatur. In Turonibus putà, aduentitiæ hæreditatis fructus non pertinet ad Cuſtodem nobilem. Artic. 341. Etſi rurſùm hic, in litem impendiis obnoxius feratur Syluanectenſi Lege (152.) Iſtud ciuili modo accipiendum ducimus, de forenſi bonorum controuerſia, ex quibus Cuſtos reditus ſibi priuatim quærat. Talia enim fructuum onera ſunt, Fructuariiſque ſolis ſubeunda. Argum. Pauli in l. 28. ff. De vſufr. leg. l. 1. Cod. De fruct. & lit. expenſ. Eò ſpectant dictata noſtra, ad Leges Andegauorum. Neque id parum confert ad explicationem Pariſien. Conſuet. de prædiariis oneribus, prædiorúmque fultura: quam fructuarius tutor præſtare compellitur. Art. 267. Sed quia Pariſiis, liberorum Cuſtos fruitur omnibus eorum rebus ſoli, Videamus ſaltem, miſcere nè is cogatur ſe nouæ cuidam impuberum hæreditati: quò hæreditariis creditoribus ſua pecunia ſatisfiat. Æquitas planè ſuadet, eum, qui tunc conſultò inierit eiuſmodi Cuſtodiam, quùm pupilli debitorum mole non premerentur, nihilò grauiùs vrgeri ad recentem hæreditatem, quæ oneroſior ſit, agnoſcendam, quàm maritum, qui vxoriis anterioribus debitis Lege alligatus eſt Municipali. Haud ideo enim iſte, poſteriùs delatam vxori hæreditatem capeſſet inuitus, cuius ergô, hæreditariis oneribus immergatur: at repudiatæ illius alieno ære eximetur. Vti iudiciario Galliæ Vſu protritum eſt, ex Papiniani ratione, in l. hæreditatem. ff. De donation.

Art. 152. Senlitenſ. Conſuet. In Verſ. *& ſouſtenir les procez aux deſpens dud. Gardien.*

Lib. 2. Tit. De iure deportus minor. ætat. Art. 8.

7 FRVCTVARIA porrò tutela liberorum, quæ, nuptiali Inſtrumento, coniugum ſuperſtiti addicitur cum lege Vectigalis fundorum penſitandi, non exoneratur aliis, quæ patrio More tutori iſtiuſmodi indicuntur. Nam quod vitandæ obſcuritatis gratia contractui inſeritur, nil officit, nec derogat Iuri communi. l. qui mutuam. D. Mandati. l. quæ extrinſecus. ff. De verb. oblig. l. ſi pupilli. §. 1. ff. De negot. geſt. Secus dicendum, ſi expreſſim diſceſſiſſent tùm paciſcentes à ciuica Lege. Hæc enim priuata conuentio, vel publicum Ius moderaretur, vel ſuperſtiti ſaltem parenti cauſam præberet reſtitutionis in integrum aduerſus acceptam filiorum Cuſtodiam, prolatis idcirco geſtorum Ratiociniis. l. vlt. Cod. De pact. conuent. l. non omnis numeratio eum, qui accipit, obligat. ff. De reb. credit. Quoniam inſuper leuanda ſunt aliquatenùs Cuſtodum parentum onera, Senatui placuit, nobilem Lutetiæ ciuem, vtraque defungi Cuſtodia poſſe, Nobili, & Vrbica ſeu ciuili. Areſto poſtridie Idus Apriles, An. 1579. quod CONSCRIPTI CVRIÆ

Garde noble conuentionelle, à la charge d'acquiter les cens & rentes des heritages.

Actus, vltra intentionem agentium, nil operatur, nec obligationé inducit.

Placitum Curiæ, die. 14. Aprilis, An. 1579. *entre M. Henry le Mareſchal, tant en ſō nom à cauſe de ſa femme, que comme tuteur des autres enfans de feu M. G. Bourdin. Et Forſſe ſa veuſue.*

Digitized by Google

promulgari in Foro iuſſerunt vrbanæ Pariſiorum Præfecturæ. Iac. Viola ſenatore, litem collegis ſuis exponente Errici Mareſchali, & Yſabellæ Fuzeæ: quæ Ægidio Burdino olim nupſerat, Fiſci, in Senatu, Procuratori lectiſſimo. Nam alioquin, quo tempore factum hoc Curię Conſultum, nobilis Cuſtodia minimè dabatur Lutetiano ciui, intra Vrbis continentia, quamlibet natalibus claro. §. 99. priſci Moris Pariſiorum. Sed hoc prudenter, humanéque interpretatus eſt ORDO AMPLISS., niſi genere illuſtris ille, ciuicam pariter ſuorum Cuſtodiam ſumere ſe profiteretur. Aſt nouo Iure patrio, nobilis Cuſtodia obtinet intra Ciuitatem peræquè, ac in Municipio, agróque Pariſienſi. Artic. 265. 267. Nec aliter hodie, generoſus Lutetiæ ciuis, viduus, aut vidua fruitur priuilegiario coniugalium rerum mobilium lucro: perinde ac nobilis extra Vrbem Municeps, cui quondam ſoli priuilegium hoc irrogabatur. §. 238.

Priuilegium ſuperſtitæ inter Nobiles coniuges,

Expedit, liberorum Cuſtodẽ, eligi tutorem, qui tutorio nomine in rem agat, & realia iura exerceat.

SIMILITER Cuſtos vteruis gerere Tutelam ſinitur liberorum 8
ſuorum, auctore Prætore. §. 271. Pariſien. Conſuet. Haud multò aliter in Sicilia, vnus idémque fit pupillorum *Balius in feudis, & Tutor in burgenſaticis:* Muniáque iſthæc coniunctim obire non prohibetur. Neapolit. Conſtitut. de iure *Balij*, & ibi Matthæus. Aſt ſi parenti ſemel purè mandata ſit ab Iudice tutela communibus propinquorum calculis, irrita poſterior euadit Fructuariæ tutelæ aſſumptio, tituliſque profeſſio Cuſtodis apud Acta: Cui ille videtur in rem pupillorum renunciaſſe, priori ſimplicis tutelæ decreto. Sicuti à Senatorio Conſeſſu deciſum oſtẽdimus, Lib. 2. LEGVM ANDEGAVEN. Vtilitatem enim impuberum Prætor ſequitur, non parentis voluntatem, aliquando præpoſteram. Tryphonini leg. penult. ff. De confirm. tut. Nec tutorem habenti Cuſtos adiicitur naturalis: ſed huic, contrà, accedit, ſuccedítve abeunti *datiuus* tutor. §. 270. Pariſien. Morum, & argumento Vlpiani, in l. tutela. ff. De legit. tutor. Cæteroquin communes, in pleriſque, Tutoris, & Cuſtodis partes conſpirant eòdem, in promouenda augendáque pupillorum commoda. Hinc Ianus Galliarum Rex quondam, mixtim confuſimque percenſuit Tutelares minorum annis functiones. Edicto, de publica æris collatione in Bellicum vſum, Decemb. Menſ. An. 1355. Quod memorat Froſſartes hiſtoricus, Volum. 1. Cap. 155. Verſ. *Enfans qui fuſſent en garde, baille, tutelle, cure, main-bonne, ou adminiſtration quelconque*. Item Verſ. *n'enfans en main-bonne, ſoubz l'áage de quinze ans &c.* Pari officiorum affinitate, Lucius. 3. Pontifex, ſacræ Eccleſiæ (quæ minori annis comparatur) Cuſtodes vocat, ſeu *Gardiam* habentes, patronos ſimul, & *Aduocatos*, promiſcua ſorte ac munere. Apoſtolico Reſcripto, præterea. 2. De iur. patron. A Belgis rurſum Hannonibus, MAMBVRGI pro Tutoribus vſurpantur. Hannoniæ Leg. Cap. 77. & 80. Finitimi his Eburones, MAMBOVRNIÆ vocabulo, Tutelam deſignant, curationémve rerum pupillarium. Cap. 5. & 18. Leodienſis Styli forenſis. Ac in vniuerſum,

Tit. De iure Deportus min. ætat. Art. 9.

Main bonne, tutelle.

Nos, de Baliis, tutoribus, Maniburgis, &c. Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 19. Art. 9. & ſeq.

Mambourt.

Statuts du Liege.

Francica

Digitized by Google

Francica Pace cum Belgij Principe icta, Rex Romanorum Maximilianus ſcribitur pater, & MAMBVRGVS Philippi Auſtriæ Noricæ Ducis: cui Gallus Rex Karolus. 8. Atrebates benignè reſtituit, Carolates, & Transiuranam Burgundiam. Id fœdus, Syluanecti percuſſum, decimo Kalendas Iunias, An. 1493. Langobardis verò fœminis dabatur MVNDVALDVS, ceu tutor, nullo muliebris ætatis delectu ac diſcrimine. Regia Rhotaris Longobardi lege. 1. Qualit. mulieri liberè alien. permiſſ. Et Rubr. De his, quæ ſine voluntate MVNDVALDI ad maritum ambulant. Pannonum ædepol Moribus antiquis, teſtamento datus tutor Legitimo antefertur, ſeu à Prætore dato. Quòd ſi Tutelari imperio ſolutus fuerit adoleſcens, veniali ætatis Diplomate, haud idoneus propterea fit recipiendæ ſorti nummariæ Penſitationis annuæ ſibi debitæ: quoad, vocatis ritè propinquis, ea redimatur, ſimul & pecuniæ in rem verſioni creditoris, aliúdque in æris Vectigal emendum, maturè proſpiciatur. Decernente Senatu Pariſiorum, 3. Kal. Maias An. 1572., quùm Paſquerius, appellantium: & Marius, aduerſæ partis cauſam perorasſent.

L'Archeduc Philippe.

Charolon, & la Franche Comté.

Tractatus Pacis, à *Senlis*, die. 23. Maij, An. 1493.

Mundualdi.

Conſuetudinarium Ius Regni Húgariç.

Areſtum Curiç, die. 29 April. 1572. Quòd minor beneficium ætatis habens, inhabilis eſt ad recipiendum Rachatum reditus annui pecuniarij ſibi debiti, niſi in præſentia conſanguineorum ſuorum, et à *la charge du remploy des deniers en acquiſitiõ d'autre Rẽte.*

9 DVOBVS modis fructuaria tutela ſoluitur, ſeu Cuſtodia: nouo Cuſtodis coniugio, & puerulorum ætate grandiuſcula. Artic. 268. Pariſien. Conſuet. Et Maſuerij §. item ſi mater De tutor. & curat. Quòad priorem attinet modum, Gregorius. 9. Pontif. ſuppatem enarrat Vſum ritúmque Morinorum Belgicæ Galliæ: Quo Ritu, naturalis tutela poteſtáſque in liberos, adempta ſit nobili matri, Bellebroniæ ditionis dominæ, ob pactos Hymenęos cum ſecundo viro. Annum circiter. 1232. Cap. ex parte. 2. De appell. Nec longo pòſt interuallo, majores Neuſtriæ Iudices idem decreuêre, in forenſibus apud Rothomagum Comitiis, profeſto B. Dionyſij, An. 1243. in hæc verba. IVDICATVM EST, EX QVO MVLIER EST MARITATA, NON HABEBIT CVSTODIAM HÆREDVM SVORVM, DE QVACVNQVE ÆTATE SINT. Vt mittam interim Pannonicas, & Auguſtæ Samarobrinorum Leges, quæ de materna ſuorum Tutela, ac Cuſtodia adeò, diuerſum quid præſcripsêre. Quin & minor. 25. annis fœmina connubialibus lucris mulctatur, ſiquidem liberis ſecundum virum ſuperduxerit ante expuncta tutelæ ratiocinia: nequicquam obnitente Leg. vlt. Cod. ſi aduerſ. delict. Auctore Molineo, ad. §. 5. De Tutorib. In Aruerna Conſuet. Iſthæc vtique, de mulieribus: quid de viris? Pariſiorum Lex ambos parentes abdicat naturalis Cuſtodiæ munere, ob repetitas nuptias, cita. §. 268. Sed cuius More Prouinciæ, nihil in viros ſancitum eſſet de eo, Arbitror, patrem Cuſtodia nihilò ocyùs, quàm Tutela alia, exuendum, ab nouo inito connubio. Quippe qui idcirco nec minutus ſit capite, nec alienum in ius imperiúmque tranſierit. Quinetiam Iuſtinianus ſanxit, Gratiani & Valentiniani Legem, quæ res præmorientium natorum ſuperſtitibus reſeruarit, in matres ſecundònuptas, ad patres non produci. §. cùm igitur Authent. De iis

Conſuet. *de Therouenne, en Picardie.*

Scacárium Rothomagenſe, in feſto S. Dionyſij.

Hungarica Cõſuet., tutelã gerere mater poteſt, etiam ad ſecunda vota tranſiẽs, in bonis quæ ipſa habuit à mariti bonis ſeparata. Cameracenſes item matres retinent poſt ſecundas nuptias baillium filiorum, cum omni fructu, & onere viciſſim alendorum illorum.

Digitized by Google

qui nupt.iterant. At poſthæc verò, quúm altervter parens, æquo dominij iure, ſucceſſor in bona deſignatus ſit liberorum, quæ nudo antea vſufructu retinebat, Itum eſt paſſim in hanc ſententiam, vt mares edita in fœminas Lege tenerentur. Authent. De hæredit. quæ ab inteſt. l. 2. Cod. Ad S.C. Tertyll. Accurſius & Bartol. nuncupatim, ad l. 3. Cod. de ſecund. nupt. Quorum veſtigiis inhærens Bononienſis Legum Schola maturè cenſuit, Imperatoriam Legem, FOEMINÆ, in viris locum habere ſuperſtitibus alicui filiorum. Vt Phil. Corneus atteſtatur, Reſpon. 240. Nec ab ea opinione tantillùm deflexit Oldradus, Conſil. 33. & Decius, 87. Connubialis autem lucri ſeruatrix Conſtitutio pro liberis, vel moderatrix datorum ſecundo coniugi, pertinet ad marem peræquè, ac fœminam, illorum genitores liberorum, indiſcriminatim. Leg. generaliter. l. hac Edictali Cod. De ſecund. nupt. Id quod olim excuſſimus, Libello De communibus Gallicarum Conſuet. præceptis, In fronte Lib. 1. ANDEGAVEN. LEGVM. Sed, ne longiùs à propoſita recedam filiorum Cuſtodia, puto, eam, Nobilis matris progreſſu ad ſecundas nuptias, minimè reuolui ad auum, vel auiam: illis verò curãdos tutores ſubinde, quos & peti à matre oportuit, antequàm nouum coniugium aggrederetur. §. 268. Pariſien. & 195. Perticenſ. Morum. l. vlt. C. Qui pet. tutor. l. omnem Cod. ad S.C. Tertyll. Authent. Eiſdem Cod. De ſecund. nupt. Facilius enim tollitur fructuariæ tutelæ priuilegium, quàm alterius puræ, ac legitimæ Ius publicum. Iudicio Papiniani, in l. eius militis. §. militia miſſus. ff. De teſtam. milit. Vnde ſemel abſumptum Cuſtodiæ ius ſingulare & eximium, neutiquam reſtituitur. Ex Pet. Perticenſis, ac Cyni opinione, in Authent. Matri & auiæ, de binuba matre, quæ ſoluta viro, liberorum tutelam repoſcat. Cætera, quæ ad hoc inſtitutum ſpectant, voluere eſt Noſtro Lib. 2. ANDEGAVÆ LEGIS.

Bononienſe Italiæ Collegium.

L. fœminæ C. De ſecund. nupt.

Gaings nuptiaux.

Pariſ Verſ. auquel cas la Garde eſt finie.

Cod. Quand. mul. tut. offic.

Tit. De Fide ab alienar. rer. Adminiſtrat. oblata patrono. Artic. 2.

PVERORVM rurſùs maiuſcula ætate expirat nobilis Cuſtodia, & 10
ignobilis: pro ratione ſtatus natiuæque conditionis perſonarum. Ex diſtinctione. §. 268. Pariſ. Conſuet. Quanquam enim Faber, de More Gallico, prouectum ætate ait eum, qui impleuerit decimum quartum annum. (In l. vn. Cod. Vt cauſ. poſt pubert. tut. adſ.) Priſca tamen Gallicarum Conſuet. monumenta, ætatem ſecernunt Minorum annis eo fermè modulo, quo, ciuica Lex Pariſiorum, d. §. 268. Nam peruetere *Statutorum Regni* Codice ita cauetur. *Homs coſtumiers ſi eſt bien en âage, quant il à paſſet. xv. ans, d'auoir ſa terre, & don retenir de ſeruice de ſeigneur, & de porter garentiſemens. Il n'a pas âage de ſoy combatre, deuant qu'il ayt. xxi. an paſſé, ſe il ne voloit de ſon bon gré.* Cap. *De âage de vilaine gent.* Alio item Capite, *De âage de Baill. & de ceux qui i ſont*, hæc referuntur: *Gentieus homs n'a âage de ſoi combatre, deuant que il ait. xxi. an, ne ne doit tenir terre: Ne n'auroit nule ſaiſine de nul heritage, que il demandaſt, &c.* Tale ſcilicet ætatum diſcrimen adfert militaris præcipuè Nobilium virorum fundorúmque

Les maſles nobles, âagez, à 20. ans accomplis, les femelles à 15. Les roturiers maſles, à 14. & les filles à 12. ans, pour finir leurs Gardes.

Perfectæ ætatis habetur maior. 14. annis, de Conſuetudine à Fabro relata.

Digitized by Google

rúmque conditio, atque profeſſio. Quùm enim Equites, qui militaria clientelarum prędia poſſident, Militię impares ſint ante iuſtam ætatem, ſeriùs propterea Cuſtodum ſuorum manu emittuntur, quàm Plebeij. Huc traduci poteſt, quod de legitima clientis ætate beneficiarij, Mos ſanxit Pariſienſis. Artic. 32. & 41. Militum porrò ætatem Atticę Leges ſic definierunt, vt pueri ſoli, qui octauum & decimum attigiſſent annum, & * lexiarchicas in Tabulas relati, fierent ſui iuris compotes, deuincirent ſe militari ſacramento. Id quod Lycurgus in Orat. aduerſus Leocratem edocuit. Romæ autem, C. Gracchus ea Lege pręſcripſit militares annos, ne decimo & ſeptimo minores, obire militiam cogerentur. Auctore Plutarcho in Gracchis. Legimus tamen, Tribunis Plebis aliquando permiſſum, ſi his videretur, ad Populum ferre, vt qui, nondùm * exephebi, ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & viginti annorum milites delecti fuiſſent. Quod quidem, Iulio Flacco, & Appio Claudio Coss., eueniſſe confirmat T. Liuius, propter iuniorum inopiam, vtque ſupplementum veteribus ſcriberetur. Æquè prudenter Hadrianus Imp. de Militum annis iudicauit, ne quis aut iunior, quàm Virtus poſceret, aut ſenior, quàm pateretur Humanitas, in Caſtris contra morem priſcum verſaretur: agebátque, vt ſibi ſemper noti eſſent, ac eorum numerus ſciretur. Sicuti Ælius Spartianus inquit. Nullum quoque Gordianus Cæſar, vel ſenem militare paſſus eſt, vel puerum annonas accipere. Iulio Capitolino teſte, in Gordiano. Verùm antiquiſſimi Galli, Militiæ nunquam obtendebant ætatis excuſationem. Quantum ex bello Gallico Iulij Dictator. aſſequimur. Vertiſcus enim Rhemorum pręfectus, quamuis equo propter ætatẽ vix poſſet vti: tamen conſuetudine Gallorum, neque ætatis immunitatem prætendit Bellicis curis, nec ſine ſe dimicari voluit. Sic Pariſino bello, ſummā Imperij traditur Camulogeno Aulerco, qui propè confectus ætate, ad eum honorem adſcitus fuit, propter ſingularem ſcientiam rei militaris.

L'âage des Vaſſaux, & tenans Fief, quant aux homages, & charges de fief.

* quibus inſcribebantur puerorum nomina, qui ſuæ tutelæ facti eſſent, & ad fortiundos Magiſtratus per ætatẽ apti. Ex Suida.

* I. intra ſeptimum & decimum ætatis annum.

Lib. 5. Decad. 3.

Gordianus minor.

Lib. 7. & 8.

11 Liberorvm finita Cuſtodia, Tutelam perſequamur. Hæc, propinquorum ſuffragiis, datur: vt illa, accipientis iudicio ſolo. §. 270. Pariſien. Conſuet. & 195. Perticenſis Vnellorum. Nam qui plurima puncta tulerit, ei purè abſolutéque mandatur adoleſcentum Tutelare, aut Curatorium munus. Vocales autem ſunt regulariter, non tabellares ſuffragatorum ſententiæ: cùm ex vulgari Francorum ritu, tùm vt qui defunctoriè tutorem legerit minùs idoneum, ſuccedaneus fiat periculi tutelarium rationum. Nam indemnitatis dica impingebatur, Iure Quiritum, in Magiſtratus, qui vel ab eo, quem idoneũ dederant, Tutore ſatis non exegiſſent. Vlpiani Leg. 1. §. ſi magiſtratus. ff. De magiſtr. conuen. l. 1. Cod. eod. Quod & hodie vſurpatur, in Zelandicæ Inſulæ Ædiles vrbanos plebeióſque Magiſtratus. Præclaro Euerardi Middelburgenſis teſtimonio, qui Mechlinienſi Belgico Senatui præſedit. Conſil. 91. Sed hoc, Francis inſolens & inu-

In Ver. *ſont eſleuz Tuteurs & Curateurs.*

Burgimagiſter in Zéelandia, debet ex Conſuetudine facere bona pupillorum poni in Libro orphanorum, & tunc à legitimis tutoribus capere diuites fideiuſſores. Alioquin in ſubſidium tenetur.

ſitatum, ſilentio tranſmitto. Ad propinquos verò, tutorum nominatores ita demùm redundat tutelæ periculum, ſi inopem, nec frugi hominem in id officij leuiter ac temerè cooptarint. l. Aduerſus nominatorem tutoris, vel curatoris Cod. De magiſtr. conuen. Et l. 1. De peric. nominat. Lib. 11. C. Aſt ſi initio locuples aſſiduúſque tutor, poſtea excidat facultatibus, nihil eſt, quod deligenti cum conſanguineo imputetur. Ex ratione Domitij Vlpiani, in d. §. ſi Magiſtratus. Quemadmodùm æquiſſimo Curię Decreto, inter Bituriges quoſdam iudicatum fuit poſtridie Idus Sextiles, An. 1587. Secundùm nominatores, agnatos minorum annis: qui, poſt tutorem excuſſum, ab iſtis ſubſidiò conueniebantur. Neque ijs abſonum quicquam Senatus pronuntiauit in media cauſarum Actione forenſi, 19. Kalend. Ianuarias. An. 1600. ex appellatione à Salmurenſi Andium Suppræfecto, quam tutoris nominatores interpoſuerant Iacob. Perrayus, litiſque conſortes: Aduerſus Florentem Lambertum: pro quo, Chauuellus: vt pro illis, Girouſtus, egère. Haud eadem vtiq; probāda ſunt de conſorte tutelæ, aut tutori adiuncto Curatore, tutoréve honorario: Qui geſtorum, debitorumque ab altero diſcrimen ſubeunt, ni eum tempore depoſiti officij fuiſſe ſoluendo, fidem fecerint iudicanti. l. ſi plures curatores §. 1. ff. De adminiſtr. tut. l. ex perſona Cod. De probat. l. l. penult. Cod. De Magiſtrat. cōuen. Cum Boërij Deciſ. 60. qui Burdigalenſe de eo S. Conſultum promit, factum. 9. Kalend. Quintiles An. 1523. Nil diſſimile fertur de aliorum Reipubl. Officialium electore, ſeu nominatore: ad quem, ex nominati inopia, regredi licet: niſi quo die abierit Officio, facultatibus commodè præditus ſit. cita. Leg. 1. De peric nominat.

Iudicium Curiæ, *en robe rouge*, die. 14. Augusti. 1587. *en emendāt la Sentence des Preſidiaux de Bourges.*

Areſtum Curiæ, *en plaidant le Ieudy*, 14. *Decemb.* 1600. infirmans Sententiam Seneſchali Salmurenſis, eiuſue Locū tenentis, apud Andes, *contre Florent Lambert tuteur de mineurs, intimé.*

Hæc, de contutore, aut curatore ſubrogato. Secus, de in litem dato curatore, qui non tenetur de alia geſtione. l. 3. Cod. de in lit. dan. tut. Siue etiam Tutela illa à Iudice diuiſa ſit. l. 2. Cod. De diuid. tut.

Burdigalen. Curiæ Areſtum die. 23. Iunij An. 1523.

QVOD proximè dictum eſt, in legendi tutoris formula, ſuffragatorum ſententias voce, non tabella, efferri: haud vſquequaque procedit hoc in popularibus Comitiis. Nam vrbanum Plebis Magiſtratum, Ædilémq; deſignaturi Lutetiæ, coniiciunt in Vrnulā tacita ſua de candidatis ſuffragia. Conſtitutione Ædilitia Pariſiorum. 8. Kalendas Sextiles, An. 1450. quæ, percelebri Ordinum Ciuitatis congreſſu, antiquas renouarit: expunctis, eraſiſque Legibus aliis, quas Bellorum calamitas expreſſerat, An. 1431. A Lutetianis item Theologis ingeniorum luſtratio cenſúſque agitur ſolenni diſſertatione, & Academico ſtudiorum examine: non modò vt ſanctæ Sophiæ gradus honorarij addicantur bene meritis, laureáque dignis, ſed vt, hos inter ipſos, prærogatiua ordinis, ſediſque præminentia ſuffragiis adiudicetur. Quam ad rem ſuffragatoribus Theologis inoleuerat Mos priſcus conferendæ in Capſulam tabellaris ſententiæ. At poſterioris æui corruptela factum eſt, præpoſteróque Antiſtitum Academiæ imperio quorumdam, vt his ſymbolum quiſque ſuum manu porrigere cœperit, quaſi vocale & apertum: Nec in Ciſta poſtmodùm depoſuerit, ceu tabellare, tacitum, & arcanum. Ex quo, alterutrum incommodè obtigit, vt noti manifeſtique per libellos 12

Ordonnances de la Ville de Paris, touchāt le ſcrutine, & election du Preuoſt des Marchans, Eſcheuins, & autres Officiers de Ville Die. 25. Iulij, An. 1450. *Apres les guerres des Bourguignons, & Anglois d'autour Paris.*

Cancellarij Vniuerſitatis Pariſien.

bellos calculi, vel mutarentur Antiſtitis arbitrio, fauentis alteri competitorum, vel ſupprimerentur prorſus, iiſque adulterini gratioſique ſubiicerentur. Tandem ergo Pariſienſis Theologorum ſenatus, Oratore me ac patrono, poſtulauit à Curia *Parlamentari*, veterem Capſulę vſum reſtitui: qua ex Capſula, Academici honorum candidati, puncta ferrent æquiora tantò, quò liberiora. Sic enim apud PATRES CONSCRIPTOS egi pro Theologorum Collegio, in Procancellarium Academiæ Lutetianæ, nil publicis in Comitiis, ac conciliis eſſe Lege Tabellaria vtilius, tabellæque formula: quam Cicero vindicem tacitæ libertatis nuncuparit. In. 2. Agraria. Eandem is tabellam, principium vocauit iuſtiſſimæ libertatis. In Orat. pro Cornel. Sylla. Quirites proinde eam ipſam Legem amplexi ſunt vulgò, nunc Gabiniæ nomine, in mandandis Magiſtratibus: nunc Caſſiæ, in Populi iudiciis, excepto perduellionis crimine: item Papyriæ, in legibus iubendis, & vetandis: Celiæ demum, in quæſtione perduellionis. Vt eſt apud M. Tullium., 3. de Legib. Vbi cautum etiam ſcribit, ne quis inſpiceret tabellam, ne rogaret, ne appellaret. Vnde &, Scriptoris ipſius teſtimonio, nunquam deſiderata à libero populo tabella eſt: ab eo autem oppreſſo potentia & dominatu Principum, flagitata. Hinc Chriſtiana perinde, ac ethnica, Roma priſcum retinuit Morem iſtum taciti ſuffragij in Eccleſiaſticis Præſulibus deſignandis. Laterana Synodo œcumenica, præſide Innocentio. 3. P. Ex qua, ſacer depromptus Canon Quia propter De elect. Nec alienum ab hoc Ritum tabellaris Cœnobiarchūn electionis occultæ, commendat Tridentina ſanctio Synodica, Decreti De Regular. & Monial. Cap. 6. Seſſione. 25. Proferebam dein medium in Forum vetuſtam & æruginoſam Theologicæ Scholæ capſulam (ceu litis inſtrumentum) à Majoribus dicatam excipiendis condendíſque ſecretò comitialium ſuffragiorum libellulis. Cuiuſmodi, apud Iuuenalem,

Auctoris Actio forenſis, pro Decano, & Doctoribus facultatis Theologicæ, & eiuſdē Baccalaureis ad Licentiam adipiſcētibus, qui actores erant: contrà Cancellarium, & Vicecancellarium Vniuerſitatis Pariſien. *Touchant la Capſe de Sorbonne.*

Tabellariæ Leges Romanor.

Nec Leges ſine forte datæ, ſine Iudicē ſedes, Quæſitor Minos vrnam mouet.

Generale Conciliū Lateranenſe in electionibus vota ſecretè, ac ſigillatim exquiri ſtatuens, redactáq; ſcriptis publicari in communi.

Illa vetus Græcos ſeruabat ciſta libellos.

Conſignatis præterea literis docebam, à Theologorum Ordine decretum, frequenti Conuentu. An. 1587. de rogando Academiæ Antiſtite perpetuo, vtì ſineret, priſtinum in vſum Capſam reuocari. Quæ enim ſimiliter Romæ, immodico fauore corrupta erant in Comitiis, ad tacitæ ſententiæ calculos decurrerunt, quaſi ad remedium: Tametſi veritus ſit Plinius, ne procedente tempore ex ipſo remedio vitia naſcerentur, quando ſorte & vrna mores non diſcernantur. Epiſt. Lib. 3. ad Maximum. Talibus argumentis exagitato negotio, placuit Lutetianæ Curiæ, antiquam tabellarum formulam ex Ciſtella prædicta repeti, & ſecundùm eam, Candidatis gradatim honorarij loci, ſedíſque primatum attribui, diſpenſari. Vindiciario Areſto. 3. Nonas Februarias, An. 1592. quùm Roillartus, pro Academiæ Cancellario dixiſſet nonnulla, cúmque abſentem Vrbe cauſatus, diem iudicij diffundi poſtulaſſet.

Prouiſionale Placitum Curiæ in magna Camera, Die. 3. Feb. An. 1592. *Que les billetz, & buletins ſeront mis en la Capſe ancienne, de laquelle le Châcelier de l'Vniuerſité aura vne clef, le Doyen de la faculté l'autre, le ſenieur de Sorbonne vne autre, & le grand Maiſtre de Nauarre. Et que lad. Capſe ſera ouuerte en preſence d'vn Conſeiller de la Cour, & en ce faiſant, diſtribué le lieu de ceux, qui ſerõt preſtz d'eſtre licentiez.*

Aſt biennio pòſt, idem Muſæi Pariſien. Antiſtes Diplomate petiit, quaſi indefenſam cauſam retractari. Ex quo, fuſiùs iterum concertata res à Nobis propalàm, bidui ſpatio, apud CONSCRIPTOS CVRIÆ, 8. &. 6. Kalend. Februar. An. 1594. De ſumma tandem lite, pronuntiatum eſt non liquere, eáque inficialiter conſtituta, decretum interim, tabellaria ſuffragia Antiſtiti in manus porrigi, ex formula veteris Iudicati inter litigatores fiduciarij, 16. Kal. Februarias, An. 1535. Senatu ita cenſente, pridie Kalendas Februar. An. 1594. Sed hæc forſan aliquantulùm * ἀπὸ τȣ͂ σκοπȣ͂.

Areſta Curiæ, die. 17. Ianuarij. An. 1535. Et die vlt. Ianuar. An. 1594.

* extra rem.

TVTOR dabatur quondam à Præſidibus prouinciarum, cum 13
hac adiectione, ſi ſatiſdaret, rem pupilli ſaluam fore. l. muto. §. 1. π. De tutel. At Gallico More, tutor prædibus non cauet, ſed prædiis, quantula poſſideat. Maſuer. in §. item de Conſuetudine Tit. De tutore, & curatore. Quod Tholoſana disertè, Conſtitutio municipalis edixit, in hunc modum. QVANDO CONSVLES THOLOSÆ DANT TVTORES ALICVI PVPILLO, ET BONIS SVIS, VEL IN BONIS ALICVIVS DEFVNCTI, DICTI TVTORES NON DANT FIDEIVSSORES. ET QVAMVIS NON DEDERINT FIDEIVSSORES, VALET EORVM TVTELA ETC. Geneuenſis autem Democratia tutorem ſatiſdatione onerat, præterquàm teſtamento datum, prædiatúmve egregiè, aut impuberis patrem, auum vel auiam. Comitiali Lege edita. 4. Kalend. Februar. An. 1568. Sic Traiectenſes, ad Batauiam, Municipes ante ſatiſdationem arcentur functione tutelæ. Rubric. 13. Statut. Municip. Artic. 3. Alibi quidem, tutor non cogitur expromiſſorem offerre: ſed eius actuum obſeruatores, cuſtodéſque identidem conſtituit Iudex, ne quid detrimenti pupillus capiat. Belgica enim Mechlinienſium Conſuetudine, tres Magiſtri rerum pupillarium, qui ad hoc munus vocantur à Conſulibus, Duodecimviris, Senatúque Mechlinienſi, *Architutores* habentur, principéſve curatores pupillorum omnium, eorúmque, qui ſub curatoribus degant. Hi, vnà cum ſuo Scriba iurato, bis in Hebdomade, pupillaribus præſunt negotiis, cognoſcendis de plano, & conficiundis. Quòd ſi grauius quid incidat, id referendum ad Conſules, & iudices Decemvirales. Cap. De pupillis, tutoribus, curatoribus. Saxonico item Iure, tutor quotannis proferre debet rationes ab ſe geſtorum. *Landtrecht* Lib. 1. Art. 23. Nec diſpari Conſtitutione tenentur Vltraiectini ciues Belgæ: qua patria Conſtitut., tutores dati ratiocinia edunt quolibet anno propinquis impuberum, vel à Ciuitate delectis. Ex Rubrica eiuſd. *Statuti.* 31. Art. 4. Contra tenorem Iuris perpetui Roman. in l. ſi tutor Reipubl. §. ſi teſtamento l. niſi finita. π. De tutel. & rat. diſtr. Frãcica verò * Nomotheſia, minori ætati ſuccurritur, adiuncto tutori curatore probato & honeſto: ceu illius actuum exploratore,

Sed &, qui immobilibus caret, paterno teſtamento factus tutor non dat fideiuſſorem. Areſto Pariſien. *à ſauden-ce*, die. 7. Mart. 1596. Inter Bonuiſiũ, & propinquos Alexandri Venini, Lugdunenſis. Ex l. teſtamento datos. π. De teſtam. tut.

Geneuenſe Edictũ in Conſilio generali die. 19. Ianuar. An. 1568.

De hoc Statuto Vltraiectino, ſeu Traiecti inferioris, prope Hollandiam, *Vtrecht*, Paulus Montan. in Tract. De Iur. Tutel. & curat. Regula, 7. Alia ſunt Statuta Traiecti ſuperioris, ad Moſam, vulgò *Maſtricht*,

Conſuet. *de Malines, en Brabant* Karoli. 5. Cæſ. iuſſu redactæ, Quintili Menſ. An. 1535.

Ex Lib. 2. Different. Iuris ciuil. & Saxon. Artic. 49.

* Legiſlatione.

tore,

Digitized by Google

tore,ſponſoréque ſubſidiario. Iuxta Vlpiani leg. ſi plures curatores. π.De adminiſtrat.tutor. Cum Pomponiana leg. Solent.π.De tutel. Tutorum etiam alter,quaſi duorum reorum,ab altero exigere poteſt fideiuſſorem indemnitatis.Pluribúſve nominatis tutoribus,is qui offerat ſatiſdationem,vt ſolus adminiſtret,audiendus eſt.l. teſtamento datos.π.De teſtament.tutel.cita.l.ſi plures §.vlt.l. cùm non ſolùm §. vbi autem Cod.De bon.quæ lib.Et argum.l.Reos promittendi.π.De duob.reis.Exin Iudiciis quoque deciſum fuit, bonorum ceſſionem, qua pupilli reliquator vti vellet,in ſociū tutelæ,qui pro eo ſoluiſſet, minimè admittendam.Pariſienſi S.Conſulto,pridie Idus Septēbres, An. 1566. Dicentibus hinc inde,Vilerio,& Auberio cauſidicis. Vt enim tutor,qui ad pupillare æs,damnúmve ſarciendum idoneus non ſit,coërcetur extra ordinem,vinculíſque publicis contineri iubetur. l.ob fœnus.π.De adminiſtr.tutor.l.3.§.tutores.π.De ſuſpect.tutor.Ita pupilli in ius,vicéſque ſuccedit vnus ex tutoribus,qui ab altero debitam pecuniam creditori illi adnumerarit.Nam pretium veriùs mandatarum actionum exolutum, quàm actio,quæ fuit,perempta videtur. Herennij Modeſtini verbis,in l.76.π.De ſolut.

Statutum d'*Vtrecht, pres Holland.* De quo, Paul. Monianus, Cap.38. Tractat. De iur. tut.& curat.

Ad lites tamē curator modò datus, nō tenetur de facto tutoris.Ex l.qui habet § ſi pupillus.π.De tutel.& Tit.C.De in lit.dan.tut.

Areſtum Curiæ, die. 12.Septemb.1566. inter contutores minorum annis.

14 VENIA ætatis aliquando impetrata, adoleſcentes ineunt Pacta conuenta ſparſim:queîs,majores ſe prædicent.25.annis. Aliorum itidem publico Munere emptitio,alliciuntur nonnulli ad negotia cum ipſis gerēda,& contrahenda: *Quaſi firmata viros iam fecerit Ætas.* Quæritur imprimis,illinè,prouectiores annis ſe profeſſi, reſtituantur in integrum aduerſus acta geſtáq; cum priuato alio quouis. Iudicatum eſt,eos neutiquam reſtituendos. Eximio Curię decreto,pridie Kalendas Majas, An. 1575. ſecundùm Ioh. Bragelonium, aduerſus Philippum Sennetonem, qui ætatis obtentu nummariam Reditus annui cōſtitutionem reſcindi poſtulabat. Idipſum fulcitur præclara Dioclet. & Maximian. lege, ſi is qui nunc minorem ſe adſeuerat, fallaci majoris ætatis mendacio te decepit Cod.ſi min. ſe major. Et Leg. 1. Cod.Ad S.C.Macedon. Cū exprōpto,ad hanc hypotheſin,Panorm. Reſpon.71. Lib.1. Eòdem confluit. I.Butelerij ſententia, Tit. *Des pupilles,*ſequenti verborū dialecto. *Se vn Pupille n'auoit ſon âage, mais bien ſembleroit, qu'il l'euſt,& ainſi le maintinſt, qu'il l'euſt, & le iuraſt, & affermaſt, & ſur ce fiſt marché, dont il fuſt perdant, & d'iceluy voulſiſt auoir reſtitution, Aſſauoir ſi auoir la deuroit. Sachez, que ſelon l'opinion des ſages, auoir ne la doit, par raiſon qu'il iura: & parce fut bien ſi ſubtil, que de deceuoir autre,&c.* Ad eos iam progredior, qui publicū Munus præmercati ſint ante decurſum.5.& 20. annorum curriculum. Si quis enim majores annis hoſce crediderit,non vana ſimplicitate deceptus, nec Iuris ignorantia,ſed quòd publicè ſic agerent,ſic munere illo fungerentur, ceſſat Prætoris Edictum tutelare minoris ætatis.Sicuti PATRES Pariſienſes inſigni Decreto, ſub Natale Dominicum, pronuntiarunt. XI. Kalend. Ianuar. An. 1574. ad prouocationem ex Lugdunenſi Sede præſidali: contra Regium Pactorum Scribam,

Viceno ætatis anno Reſcriptum impetrans,quod iudicio probatum ſit. licitè diſponit de Mobilibus ſuis,non de immobilibus.§. 272. Pariſ.Conſuet.

Lutetianæ Curiæ Placitum,die vlt.April.1575. Pro Ioh. Bragelonio, Præfecti Vrbi Vicario particulari,appellāte à Sententia eiuſdem Præfecti,die.7. Ianuar.1572. *contre Ph.Senneton,ſieur de la Verriere.*

Buteler.in Summa Rurali.

De publico Officiario,rem ſuam vendente,dein reſtitui petente,ceu minore annis.

Senatus Areſtum, *en robbe rouge,* die.22. Decembr.1574 Chr. Thuano,Præſ.1. recitante, *en confirmāt la Sentence du Seneſchal de Lyon.*

Sabaudiæ Notarij & Tabelliones eſſe poſſunt, ætatis vicẽnio. Ducali Edicto, quod, Decretorum Lib.3., Commentarijs illuſtrauit Anton. Sola, in Taurinenſi Senatu Subalpino., Aduocatus.

Curiæ Areſtum, die. 17 Febru An. 1593. *ſur vn Procez party en la.1. Chambre des Enqueſtes, departy en la. 2. Au rapport de M. de Meſmes, Contre vn Greffier des Auditeurs du Chaſtelet de Paris.*

qui in id Officij, ante quinum & vicenum ætatis annum, cooptari Lege vetatur Aurelianenſi, §. 81., vt Allobrogica, ante viceſimum. Nec diſſentaneam iſti Sententiam protulit Lutetiana Curia, in Actuarium forenſis Auditorum Caſtelli Pariſien., qui inſtar Prætorum vrbanorum ſunt, quorum & Iudicia Præfectus Vrbi appellatus corrigit. Ille enim, Actuarij Officium quùm gereret, ceu Notarij iudicialis, ſe, ſuaque obſtrinxerat creditori, priuata pactione. Poſt longam igitur Fori diſſertationem, ſummotus eſt debitor petita Obligationis reſciſſione prætextu fragilis ac imbecillis ætatis, Tertio Kalend. Mart. An. 1593. Meſmeo litis inſpectore, pendentis inter Petr. Droüartum creditorem, & Nicol. Puteanum debitorem, qui publicum illud forenſis Scribæ miniſterium obibat. Congruit his Alexandri Cæſar. Reſcriptum in eos, qui ætatis lubrico captos ſe querantur: quùm publicis actibus ſuam prodant ſolertiam, nec lapſos per infirmitatem annorum ipſos, opinione præſumptum ſit. l.1.Cod.Qui & aduerſus quos. Aſt ſi, neceſſario ex vſu Publicæ Rei creatus ſit Decurio minor annis, huic abnegandum non eſſe ætatis auxilium, ſanxit ibidem Imperator. Quod latiùs produxit Butelerius (audaculè ſanè) ad cuncta Reipubl. Officia, quæ minor annis inierit, tali clauſula. *Et ſ'il aduenoit, que Pupille fuſt mis en Office par le gouuernement qui fuſt trouué en luy, & qu'il ſe fuſt contenu ſi ſagement en ſes propres beſongnes, & qui plus eſt, led. Office, enquoy on l'auroit mis, fuſt de la choſe publicque, pource ne demeure, que ſen ſes cauſes il eſtoit deçeu en aucune maniere, qu'il ne peuſt auoir reſtitution de tout ce enquoy deçeu ſeroit, & que le benefice de minorité n'euſt lieu.*

In Summa Rurali, Cap. De Pupillis.

Villia Lex annalis, à L. Villio Tribuno plebis lata (apud Liuium, Lib. 40.) quot annis nati, quemq; Magiſtratum peterent, caperéntque.

ATQVIN nemo ad Rempubl. adminiſtrandam accedere debet 15
immemor Annariæ legis Villiæ, iuſtæque ætatis, quam impleſſe ipſum priùs oportuit. Prouinciali enim cuiq; Proprætori tricenum ætatis annum præſtituit Franciſcus.1. Edicto Molinis Boïorum promulgato, Sextili Menſ. An. 1546. Erricus.2. Iulio. 1547. Héricus.3. Majo. 1579. Artic. 107. 109. Cõſcriptos auté Curiæ ſummæ, majores. 25. annis eſſe voluêre Karolus. 9., Molinenſis Legis §. 9., & Henricus. 3., Bleſenſis §. 105. Sed hic præterea Legiſlator edixit, Præſides Curiæ quadragenarios eſſe. §. 106. eiuſd. Conſtitut. Planè Octauius Auguſtus Iudices à triceſimo ætatis anno allegit, id eſt, quinquennio maturiùs quàm ſolebant. Vt eſt in Octauio Tranquilli, Cap. 32. Atque haud multò antea, Pompeïus, lege Bithynis ſcripta, cauerat, ne quis Magiſtratum aſſumeret, néve eſſet in Senatu, minor annis triginta. Cuius Pompeïæ legis commemoratio fit in Plinian. Epiſt. ad Trajanum Cæs. Romano autem Iure ſtatutũ ait Polybius (lib. 6.) ne vrbanũ quis Magiſtratum vllum gereret, niſi decem ſtipendia confeciſſet. Annus verò ad militandum legitimus, fuit decimus ſeptimus. Quòd ſi hæc Lectorum animos in admirationem rapiant minoris paulò ætatis Francica Lege condictæ Senatorio muneri, Ii ſecum reputent breuiorem ſimul humanæ vitæ curſum noſtro æuo, & Seueri iam Alexandri

Pompeïa Lex, de Magiſtratibus: Finitáq; certis Legibus eſt ætas, vnde petatur honos.

Lib.10. Epiſt. Plinij.

De longiori antiquorum vita, B. Auguſtin. Lib. 15. De ciuit. Dei Cap. 9. & ſeq.

Alexand. Seuerus.

Digitized by Google

Alexandri ſeculo definitum Romanis annum quinum ac vicenum, ad publica munia obeunda. Vlpiani leg. 8. ꝟ. De muner. & honor. Veri enim ſimile eſt, eum, qui tali ætate nil promouerit in literis, nec forenſium Inſtitutorum peritia inſtructus ſit, vix ea vnquam aſſecuturum. Grandiuſcula porrò ætas, noſtratibus Edictis exigitur à Regio Municipij Suppræfecto, quàm à Senatore: quùm vnus ille Municipibus ſuis pro poteſtate ius dicat, patriæque Reipubl. clauum teneat: Senator verò plurimis aſſideat doctrina præſtantibus, longóque rerum vſu exercitatis. Quinimò vt priſci Imperatores Annaria lege ſoluerunt aliquando Iuridici muneris candidatos: Sic Gallicum Senatum de ſcripto obſeruaui, ex cauſa indulſiſſe nõnullis, vt infra iuſtam ætatem ſuum in Collegium cooptarentur. Nam veteribus Curiæ Cõmentarijs liquet, Ianum Marleum, Franciæ Iuriſpræfecti filium adoleſcentem, Senatoria dignitate ornatum fuiſſe, ac deinceps libellorum Magiſterio in Regia functum, commendatione paternæ virtutis, & amplitudinis. Decreto Curiæ. 7. Kalend. Majas, An. 1413. Parem quidem ætatis veniam, gratiámque fecère CLARISS. PATRES Adamo Fumeo, Patritij ordinis, Senatoriáque ſtirpe orto: ſed quem tamen, aliquantiſper Curiæ introitu, functionéque officij iuſſerunt abſtinere. Areſto Idibus Nouembris, An. 1492. quod ex Tabulario ipſo Curiæ decerpſimus. Cuiuſmodi Senatoria in paucos indulgentia Budæo anſam præbuit, ſed moroſiùs planè, ſcribendi, ſuam Ætatem multarum rerum deſignatricem, ſexagenarios de ponte deiicere Curiæ comitiorum, ſuámque *γηρουσίαν recoxiſſe in adoleſcentiam. Libr. Forenſium.

L. quidam conſulebant. ꝟ. De re iudic.

De Henr. Marleo, Franciæ Cancellario, immanique ipſius cæde populari, Monſtreletus, Hiſt. Volum. 1. Cap. 191.

Areſtum Curiæ Pariſ. Die. 25. April. An. 1413.

Die. 13. Nouemb. 1492. *Fumée, receuu Conſeiller.* Eius pater Ioh. Fumeus, Magiſter libellorum ſupplicum, ex Archiatro Principis Caroli 7 Quo de Fumeo, Comminius in Ludouico. 11. Cap. 125.

* Senectutem.

16 A Ciuili, ad Eccleſiaſticum magiſtratum tranſeuntes, percontemur de ſacerdote, qui priuatum Pactum reſcindi deſideret, quaſi minor. xxv. annis. Hunc ſanè Præfectus Vrbi reſciſſoria actione ſummouit, cognito priùs accuratè negotio, auditíſque diu litigatorum patronis. Tertio Nonas Februar. An. 1595. Atque eidem dehinc, ex appellatione, Nos conſulenti reſpondimus cum Iuriſperitis aliquot, rectè probéque iudicatum videri. Nec enim immatura ætate ad presbyterij gradum ſubuehendus eſt quiſquam, vtpote infra quintum & vicenum annum. Tridentinæ Synodi Cap. 12. De reformat. Cui apprimè quadrat Francicum Bleſenſe Edictum, Artic. 29. de Ypodiaconibus, bino & viceno ætatis anno: Diaconibus, viceſimotertio: Presbyteris, biennio etiam majoribus, ordinandis. Qua in parte, nonnihil derogatum priori Gallicæ Legi apud Aureliam perlatæ An. 1560. §. 12. & antiquis Synodicorum Prę́ſulum ſanctionibus: Neocæſarienſi putà Concilio, in Can. presbyter Can. ſi quis Can. nemo Diſtinct. 78. Priſca enim illa tempeſtate, presbyterij gradum adipiſci nequibat minor. 30. annis, nec Diaconatum, qui annos. 25. nondum impleuiſſet. Cap. 4. Carthaginenſis. 3. Synodi, cap. 16. Agathenſis, & cap. 19. Toletanæ. 4. In Can. placuit. Can. epiſcopus benedictionem. Diſtinct. 77. Quibus conſentanea eſt Lex Francica Ma-

De presbytero contrahente.

Sententia Præpoſiti Pariſien. Die. 3. Februar. An. 1595.

Seſſione. 23.

Edictum Aurelianenſe.

Leg. Franc. Lib. 1. Cap. 49. De presbyteris, quo tempore ordinentur.

Digitized by Google

Leonina Sanctio, vt qui. 20. annos habet, hypodiaconus creari poſſit.

gni Karoli, ex ſacro illo Cõſeſſu Neocæſarien. Prætereo Leonis Imp. Philoſophi Conſtitutionem. 16. de Hypodiaconõn ætate, nec ad exẽplum trahendam arbitror præproperam ſingularémque B. Eleutherij ordinationem: qui Diaconi gradum aſſecutus eſt quintodecimo ætatis anno, dein, triennio pòſt, presbyter creatus, inde viginti natus annos Illyrici epiſcopus deligitur, vita priore ſignis miraculíſque operum edundis tranſacta. Auctore, poſt alios, Nicephoro, Eccleſ. Hiſt. Lib. 3. Cap. 29.

Nouueau Calendrier, du rabatz des. 10. iours.

Patentes Literæ, Kalendarij Romani probatrices. die. 3. Nouembr. 1582.

CÆTERVM majores annis dicti ſunt pluſculi, ex Faſtis Gregoria- 17
nis An. 1582. Qui deno die Annum circunciderunt. Vertente anno, fundum venundedit Flauius Athenagoras, quatuor & viginti natus annos, diéſque trecentos & ſexaginta. Hæſitatum eſt in Gallicis Tribunalibus, nûm venditor, tanquam minor annis, iuuaretur Principali beneficio reſtitutionis in integrum. Obſtabat huic ſpeciei prima regium Errici. 3 Diploma, 3. Nonas Nouemb. An. 1582. quod, Romanum Gregorij. 13. Kalendarium comprobarit. Nam licet eo Reſcripto ſtatuerit Princeps, decem dierum contractionem illam nemini in Iudiciis fraudi futuram, Annalíve, aut alij temporis præſcriptioni: Hoc tamen adiecit nominatim proceſſurum, in iis duntaxat, quæ eodem An. 1582. excurrerent. Sequente igitur anno alienatorum, reuocatrix danda non videbatur Actio ſub obtentu minoris ætatis, quaſi iam tum ceſſantis, ab Pontificia decem dierum ſuppreſſione. Aſt ego, contrà, de re conſultus, cenſui, locum eſſe integri reſtitutioni: in qua nempe, tempus ſpectetur à momento in momentum. Etenim ſiquis biſſexto natus ſit (ſiue priori, ſeu poſteriori die) Celſus ſcribit, nihil referre: quùm id biduum, pro vno die habeatur, & poſterior dies Kalendarum intercaletur. l. 3. §. ſcio. ff. De minor. 25. ann. l. cùm biſſextus. l. anniculus. ff. De verb. ſignific. Annus quippe à Iure Coſs. accipitur, qui continuis diebus trecentis ſexaginta quinque conſtet, non quibuſlibet certè, nec intercalari die. Põponiana ſententia, in l. cùm hæres. §. Stichus ſi hæredi meo. ff. De ſtatulib. Iuliani leg. ita vulneratus. §. æſtimatio. D. Ad leg. Aquil. Cum Vlpij Marcelli leg. 2. ff. De diuerſ. & temp. præſcript. Fateor vtique, ciuilem Annum variè quondam, ſingularum pro More Regionum, fuiſſe conſtitutum. Alij enim, æſtate vnum determinabant, & alterum hyeme: alij quadripertitis temporibus, Arcades ſcilicet, quorum Anni trimeſtres erant. Plinio teſte. Sic Memphitici populi, Annum quadrimeſtri ſpatio clauſère: ſemeſtri, Acarnanes: in Italia, Lauinij, Menſibus tredecim. Quantum ex Solino didicimus, Collectan. Cap. 3. Verùm in negotiis controuerſiíſque mortalium dirimendis, ſemper habita ratio eſt, haud ciuilis quidem Anni iſtiuſmodi, ſed naturalis, ſolaris, qui diebus trecentis ſexaginta quinque compleatur. Bart. in cita. l. ita vulneratus. Alciatus, in d. l. cùm biſſextus. Et Tiraquellus, in Retractu lineari. Quoniam ergo, ſola breuiati coarctatíque occaſione Anni. 1582., maior factus eſt tùm Heliodorus,

Natur. Hiſt. Lib. 7. Cap. 48.

Ægyptius annus.

§. 1. in Verdedans lan. Glo. 10.

Digitized by Google

Heliodorus, quùm fundum diſtraheret poſtero Anno, reſpondi, veritati locum, & ita venditionis reſciſſioni, ſuperfore.

18 De integri reſtitutione, hactenus: ad Tutorum partes muniáque redeo. His condicta lex eſt, ne à pupillis quicquam extra ius ſtipulentur, Tutelariúmque rationum apochas technis quibuſdam eliciant: Iuſtinianea Nouella. 155. Quod & Maſſilienſis Prouinciæ *Statuto* diſtrictè inhibetur, 3. Idus Iunias, Ann. 1403. in hanc formulam, Nullus, qui fuerit tutor, vel curator minoris, vel furiosi, aut alterius cui tutor detur, possit se facere quitari seu liberari per ipsum minorem, cuius curam vel tutelam gessit: nisi priùs tali minori fecerit provideri de tutore, si fuerit impubes, vel curatore, si sit adultus, et rationem reddiderit coram Auditoribus computorum, qui annis singulis ordinantur per Consilium civitatis Aquensis, &c. Tantumdem prorſus Vuiſigotthorum Lege cautum inuenimus. Queîs aptè cohæret Geneuenſe Edictum in Conuentu Pop. Quarto Kalend. Februar. An. 1568. Ac Leodienſe Eburonum, Cap. 5. *Des Oeuures de loy*. Cuiuſmodi Gentium *Statuta* Edictáque ciuilia nobis ſunt in manu. Quinimò breuiori tempore arctanda eſt tutelaris fundorum locatio nobilis puellæ, vel maris tutelæ ſuæ proximi. Aliàs, ſeruari æquum eſt ſexennem vrbanorum, nouennem ruſticorum prædiorum locationem: quanta vxoriis in rebus marito lege præſcribitur Pariſienſi, Art. 227. Secundùm ea, quæ ex Iulio Paulo notantur, in l. ſi filiofamil. §. ſi vir in quinquennium. Et ex Vlpiani leg. filiæ meæ emancipatæ. D. ſolut. matrim. De iis Nos vbertim, Lib. 3. Doman. Francic. Sacrorum quoque fundorum locationi diſtinctus adhibetur temporis modus, politica Eburonum Lege. Ne Villæ, aruáque colonis fruenda dentur, vltra nouenne ſpatium: prata, ſexenne: decumani reditus, trienne. Eadem Lege interdictum, ne parœciaci Delubri profanæ res, Sacelli eccleſiaſtici, piorúmque id genus locorum, conductoribus dimittantur, niſi poſt trinam proſcriptionem, præconiáque futuræ locationis. Erneſto pontifice Eburonum hæc ſanciente, ex communibus Ordinum Pop. ſuffragijs. 13. Kal. Septembr. An. 1582. Venetæ autem Reipub. S. Conſulto decretum fuit. 6. Kal. Noueb. An. 1412., Eccleſiaſticos fundos in quinquennium modò locari Agricolis, nec obligari cuiquam alij, vel oppignerari vltra triennium. Ex Volumine Statut. Venet., Tit. Conſulta ex Authenticis.

Quictance practiquée du compte de tutelle.

Statutum Comitatus Prouinciæ, die. 11. Iunij. 1403.

Leg. Vuiſigotth. Lib. 4. Tit. 3. De pupillis, & eorum tutoribus. Cap. 4.

Die. 29. Ianu. 1568.

Tit. 13. Art. 1. 2.

Statuta *du pays de Liege, en l'aſſemblée des Eſtats*, Die. 20. Augusti. 1582.

Venetum S. Conſultum, die. 17. Octob. 1412.

19 Nulla inſuper Tutelari officio merces ſtatuebatur annua Iure Quiritum: niſi in creatione tutoris ſalarium huic à Prætore conditum eſſet. L. A tutoribus §. vlt. ff. De adminiſtr. tut. Inibique

Digitized by Google

Bartolus, & ad leg. In eos. ff. De tutel. Quò refertur etiam Gratianopolitana Vidi Papij Deciſio.68. Verùm aureo iſto ſeculo, aurique potiùs auido quàm humanæ pietatis, addicuntur vulgò æris ſtipendia Tutoriæ operæ à Magiſtratibus Gallicis. Caſtulonenſi item Hiſpanorum Lege, decima pupillarium redituum prouentuúmque tutori quotannis attributa eſt ſtipendiario nomine. Luſitanico pariter Iure, tutor viceſimam obuentionum annuarum ſuam facit pupillaris patrimonij. Nec multò aliter, Tarraconenſis Regni Moribus, fœnebrem quemque tutor ex pupillari ære quæſtum pararit, eius lucro ac compendio cedit, totius vice ſalarij. Menochio teſte, in Reſpon. 228. Tum Monteri à Cueua Deciſione Aragonia.29. Enimuerò tutor ipſe, in obeundo Munere, litis impendia ſubminiſtrare tenetur, contra ſeipſum quidem, curatori in eam rem dato. Vtputà mater tutrix mouit liberis controuerſiam, dotis ergô, ac donationis propter nuptias, licet immodicæ. Curator in hanc litem petitus, haud improbè poſtulat, erogari ſibi à tutrice pecunias, quæ forenſem in cauſam illam inſumantur. Nec enim inciuile id, perſuadet reciproca ferè vxoris in virum litigantis ratio, compárque iudicium, de litis ſumptibus ab hoc illi ſuggerendis. Panormit. in Cap. ex parte. De accuſ. l. extraneo. ff. De vent. in poſſeſſ. mitten. l. vlt. §. quòd ſi ei qui. Cod. de ord. cognit. Quibus ſubdo Gallum Iuriſperitum, qui eam opinionem noſtrate Vſu confirmat. Delphin. Deciſ. 439. Verſ. *ſed an, durante litigio, maritus teneatur alimentare vxorem, &c.* Ac Deciſ. 561. Iuxta priſcam Normanici Conſeſſus Iuridici ſententiam, quæ in cognitionibus prolata fuit apud Cadomum Neuſtriæ, An. 1225. hac phraſi. IVDICATVM EST, QVÒD DOMINVS DE FERITATE, QVI QVÆRIT DIVORTIVM INTER SE ET VXOREM SVAM, AVCTORITATE APOSTOLICA INVENIAT VXORI SVÆ COMPETENTER NECESSARIA SVA, LITE PENDENTE. Vt autem de coniugum liberis ipſis dicere pergamus, longè etiam ocyùs curanda iis alimonia, qui à genitoribus peregrè profectis relicti apud inopem Nutritium, omni ope deſtituantur parentum, ſimul & tutorum. Ruſticus vtique educator ille in ius vocauit pridem luſtricos infantuli parentes & nuncupatores: vti abſentis vicem patris matríſque ſupplerent, alimentaria illius penſione ſibi conferenda. Quippe quùm myſtici per Baptiſma parentes, viderentur ad paria redigi cum progenitoribus ipſis, ſummáque puerulo, quem ſacro fonte ſuſcepiſſent, neceſſitudine deuincirentur. Nicolai P. Reſcripto ad Conſulta Bulgarorum, in Can. ita diligere debet homo eum, qui ſuſcepit ipſum, &c. Cum can. ſeq. Cauſ.30. Quæſt. 3. Can. ſciſcitatus. 30. Quæſt. 4. Verùm infantem alere damnati iſti à Prætore almæ Vrbis, prouocarunt Senatum, obnixéque diſſeruerunt, officium ſuum, quod recèns nato piè vltro accommodarint, ſibi detrimento eſſe non debere. Expoſitorum, ad hæc, Infantium curam & educationem,

Caſtellæ regia Lex Hiſpanica.

Portugalliæ Lex.

Aragonia Lex.

Fraiz des procez de Mineurs.

Guid. Pap.

In Scacario S. Michaëlis, à *Caen.*

An derelictum ab vtroque paréte Infantem alere teneãtur *les parrains & marraines.*

ducationem, Chriſtiana Politia commiſſam ſacerdotibus Templorum, ac diuini iuris prædia pio huic vſui identidem adſignari, addici, ſacrari. Noua Iuſtiniani Conſtitut. 153. De infant. expoſit. In verſ. Quin ſancimus. Maximè verò publicis Pauperum Diuerſorijs excipiundi veniunt Infantes huiuſmodi, aut ſubſidiò, fouendi à parœciaco Fani Rectore. Gloz. in Can. vlt. Diſtinct. 87. Abb. in Cap. 1. De infant. & languid. expoſ. Iacob. à S. Georg. in l. Hæres abſens §. vlt. ff. De iudic. Quod à Nobis itidē alio loco, ex Chriſtianis Synodis, demonſtratum eſt. Itaque Senatus, ſpiritales parentes petitis abſoluit: decreuítque, annuum æs Nutritio Eccleſiaſticis de fundis præſtari, ſacríſque Reditibus, qui deſtinati ſint alendis Infantibus proiectitiis: Donec quinquennis puerulus in vrbanum ſanctæ Triados Pædotrophium deducatur. Areſto in publica litium agitatione, 4. Nonas Mart. An. 1585. Pro appellantibus orante Daneſio: & Chauuelino, pro Infantuli hoſpite ac nutritore. Cui planè conſona duo viſuntur Subalpinæ Curiæ Conſulta, prius factum. 12. Kalend. Februar. An. 1570., quod Antonin. Theſaurus, eiuſce Conſcriptus Curiæ recenſet, Pedemont. Deciſ. 118. Poſterius, in Vidonē Ferreriū, Romanæ Eccleſiæ Senatorē purpuratū: Cuius decreti meminit Anton. Sola, in Commentar. Ducalium Conſtitutionum Sabaudiæ. Proin apud Burdigalam Vibiſcorum, expoſitis Infantibus ſtructum nominatim dicatúmque ſpectatur Orphanotrophium B. Gemmæ: de quo binum Aquitanici Senatus Decretum cietur, 3. Nonas Mart. An. 1542. & 13. Kal. April. An. 1572. In Codice vrbanarum Burdigalæ Conſtitutionum.

Enfans trouuez, & expoſez.

Lib. 1. Leg. Andeg Cap 10. Art. 6.

Curiæ, Placitum, die. 4. Mart. 1585. *ſur l'appel du Preuoſt de Paris, & ordonné que l'enfant ayant cinq ans, ſera mis en l'hoſpital de la Trinité, des enfans orphelins.*

Pedemontani Senatus Areſta die. 11 Iāuar. 1570. & 20. Febr. 1579 Quòd infans expoſitus alatur ab Hoſpitali loci, ſi quod ſit, ſin minùs à Rectore Eccleſiæ: Quo ſufficientibus carēte facultatibus, alatur à Domino & Communitate loci.

Burdigalen. Areſta, die. 5 Mart. 1542 & 20. Mart. 1572. *touchant l'Hoſpital de S. Iame, pour les enfans trouuez, à Bordeaux, outre l'Hoſpital de S. André.*

Statuta antiqua Burdigalæ, renouata, die 9. Ianuar. An. 1580. publicèque impreſſa. An. 1593.

20 Tantvs porrò eſt pupillaris educationis fauor, vt quamuis mater ſecundò nupta exuatur tutelari bonorū adminiſtratione, liberos tamen è ſuo ipſius ſinu, complexúque diuelli pietas minimè ſinat. Id quod prolixa Oratione aſſerui, & adſtruxi, in Iuridicis Pictonum Conuentibus, Nonis Nouembr. An. 1579. Vtcúnque enim, puella ſecundo matris connubio incideret in noui tutoris imperium: Iudicis certè arbitratu, ex conſilio propinquorum ſtatui debere, vbi illa enutriretur: Nec materno ex domicilio conſortióque illam temerè traducendam in manum poteſtatémque tutoris, perpenſo imprimis genere, coniunctionéque perſonarum. Cæſarea Alexandri Leg. 1. Cod. Vbi pupil. educent. Quinimò Solon, Atticus Legiſlator, uetuit, ne qui tutor curatórve foret, cum matre pupillorum habitaret. Teſte Plutarcho, in Solone. Suſpicabatur nimirum, id ſubdolè forſan patratum iri, quod, cùm accidiſſet, Galba Imp. ſeueriſſimè vindicauit. Tutorem enim, qui pupillum, cui ſubſtitutus hæres erat, veneno necaſſet, cruci ſuffixit. Tranquillo ſcriptore. Proin Senatoria Decuria, quæ forenſi Pictonum Seſſioni præerat, edixit, apud regium Cenomaniæ Proprætorem arbitraturos pupillæ neceſſarios ac propinquos, vbi eam morari, & ali commodiùs expediret: ipſámque interea cum matre habitaturam.

Auctoris Oratio in ſumma Curia Magnorum dierum Pictauenſium, die. 5. Nouemb. An. 1579.

Deſidioſus autem tutor, pupillo debet, pro Mobilium ſuorum incremēto, quinum aſſem in libellas ſingulas Turonen. Et vſurarum nomine, quindenū numum pupillaris Sūmæ, ſterilis otioſæque, Cum duodeno ſortis receptæ ex annuorū luitione Redituum, nec in alios ſimiles collocatæ Areſto Pariſiē. die. 21. Iulij. An. 1581. *entre Damoiſ. Renée Cheualier, vefue de de M. Martin le Greſle, Greffier au grand Cōſeil, demandereſſe en compte. Et Pierre de Labaye n'agueres tuteur d'elle deffendeur.*

Decreto extemporaneo, ſecundùm Petrum Sandionyſium, & coniugem, pro quibus egi appellantibus à Cenomano Meduanæ Iuridico, aduerſus Franciſcum *de la Mattraye*, cuius cauſam Paſchaſius perorauit. Sed obiter aduertito, Cenomana, & Andium Lege ſolutos tutelæ fructuariæ, Vindocinenſes Regulos impuberes: nec eorum Cuſtodem nobilem, at ipſoſmet, Regiæ ſtirpis Borboniæ Proceres, pupillos lucrifacere annuum quémque prouentum Vindocinenſis ſui Principatus. Iam inde ab auguſto Karoli. 8. Beneficio Codicillari Menſ. Maij. An. 1484. quod promulgatum fuit in Senatu Pariſiorum, 3. Kal. Ianuar. ſeq. In vniuerſum certè, liberorum tutori fructuario ſubueniẽdum puto, vt ſi iniquitate temporum, Motuúmque ciuilium, frui nequíerit pupillaribus bonis iure nobilis Cuſtodiæ, permittatur ei à Iudice publica rerum ſoli pupillarium venditio: ex qua redactum pretium, in luitionem æris alieni impendatur. Quanquam enim fructuarius tutor ſuopte ſumptu exhibere liberos tenetur, immunéſque debito aliis ære præſtare: Hæc tamen fructuum onera, niſi collectis perceptíſque fructibus, ſubire vix compelletur. Arg. l. cùm certus. ff. De trit. vin. & ol. Aliter profectò, de anni cuiuſdam ſterilitate, quæ rependitur vbertate Anni ſecundi. l. Lucius Titius. ff. De alim. vel cibar. legat. l. Firmio. D. quan. dies leg. ced. Prætori igitur adito ea res quærenda committitur, accitis idcirco pupillorum conſanguineis: non autem negligenda, vel donanda. Vlpiani verbis, in l. cùm hi. §. ſi prætor. ff. De tranſact. Sed vereor iſtic, ne, impuberum Tutela tractanda, faſtidium pariat eius mora longior:

Reſcriptum, in Curia verificatum die. 30. Decẽb. An. 1484. Cõſuetudinum Patriæ derogatorium, ad preces Franciſ. Borbonij Comitis *de Vedoſme, en Anion*, & Baronis *de Montdoubleau, au Maine.* Eodémque Reſcripto, *les. 2. Seigneuries ſont vnies, pour eſtre tenuës du Roy doreſnauant à vne ſeulle foy & hõmage, & non à deux diuers hommages, comme deuant.*

--Vt piger annus
Pupillis, quos dura premit Cuſtodia matrum.

Tholoſ. Conſuet. antiquiſſ.

In Rubr. De minorib. 25. ann.

Tandem ergo, tutorum poteſtate eximendi illi: quos & Tholoſatium Mos ſcriptus, decimoquarto anno, ſuæ tutelæ credidit, mortuo patre: ac obligationum capaces, alienationum, iudiciorum, nullo auctore, conſtituit. Vna tantùm ſubiuncta exceptione, cuius tenor ſubſequitur. NISI TAMEN ILLE FVERIT CONDITIONATVS A PATRE IN TESTAMENTO CVM CHARTA PVBLICA, VEL SIBI VSQVE AD TEMPVS DATI FVERINT A CONSVLIBVS CVRATORES: INFRA QVOD TEMPVS, SI ITA EST, DEBET SEQVI CONDITIONEM SIBI A PATRE APPOSITAM IN TESTAMENTO, VEL STARE, ET ESSE SVB ILLORVM CONSILIO CVRATORVM. Saxonum verò maior ætas impletur viceſimo primo anno. *Landtrecht* Lib. 1. Art. 42. Sed ipſis exinde competit integri reſtitutio in anteacta, quibus circumſcripti probentur, inconſulta iuuenilis ætatis leuitate. Vt patet Lib. 1. Different. Iur. ciuil. & Saxon. Cap. 9. Ticinenſi, ad hæc, Inſubrum Conſtitutione, maior habetur, qui duodeuiceno ætatis anno natus ſit. Aſt Mediolanenſis Senatus idipſum ita temperauit, ne liceret illi bona ſua abalienare: niſi duorum conſilio aſſenſúque propin-

Saxonicum Ius.

Papienſe Statutum, déque eo, Areſtum Mediolani, die. 10. April. 1595. quod Nobis ex facto propoſitò exhibitũ eſt.

Digitized by Google

propinquorum adhibito, vel proborum totidem vicinorum. Decreto. 4. Idus Apriles An. 1595. ad libellum ſupplicem Renati Biragi: qui fratre genitus Cardinalis Biragi Ciſalpina in Gallia ſepulti, degit in Tranſalpina. Sic Traiectenſi, ad Inſulam Batauorum, Lege ciuica, ſui arbitrij tutelæque fiunt octodecim nati annos: ſed quibus tamen, ante vicennium ætatis, interdicta eſt fundorum venditio, niſi de communi ſolenníque agnatorum ſententia. Vltraiectini *Statuti* Rubrica. 28. Art. 6. & Rubr. 31. Art. 1. Eiuſmodi autem ætatis probatio facilè eruitur ἐκ παιδογραφιῶν natali profeſſione, ſeu domeſtica Natiuitatis ſcriptura paterna: quam Herennius Modeſtinus commendat, l. 2. §. 1. ff. De excuſat. tutor. l. etiam matris profeſſio. ff. De probat. Tum Faber nominatim, ad l. Cùm te minorem Cod. De probat. Baldus ad l. Neque natales Eod. Tit. Idque genus certius teſtandæ ætatis adoleſcentium, Italis perfrequens arguit Neapolit. Deciſio. 443. Franciſ. Viuij, Aquilani, in ſacra Prouinciæ Barri Audientia, Magiſtratus regij. Gallis denique, præter hunc ætatis Indicem, ſuppetit clariſſimum eius documentum, ab natalitio parochorum Codice authentico, qui ſingulis Trimeſtribus in regium Fori Tabularium inſeratur. Principalibus Edictis An. 1539. & 1579.

Statutum *d'Vtrecht*; de quo, Paul. Montanus, in Tract. De Iur. tutel. & curat. Cap. 18. & 33. Vbi, ciuis Vltraiectinus mas, anno. 18., fœmina, 20. pubes fit, & maior annis. In agro autem eius Municipij, maſculus. 15. anno, fœmina. 12. pubes maiórque dicitur, prohibita tamen vtrobique fundorum alienatione ante viceſimum ætatis annum.

Liber domeſticarũ rationum patris, an probet filiorum ætatem.

Inſtrumenta Natalium, de quibus pariter Salycet. ad l. Si minorem Cod. De in integ. reſtit. minor.

Regeſtum Baptiſmatum Infantis cuiuſque, *portable aux Greffes royaux des lieux*.

Titul. VIII.

DE LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE.

1. *Quædam nullo tempore præſcribuntur ſine Titulo expreſſo, vt* Bannalitas Molendini, *vel Furni.*

   Seruilia iura, per deſuetudinem & contrarium vſum abolentur.

   Manumiſsionis Charta Habitantium in Pariſien. Suburbiis S. Germani.

   Bannum *Torcularis, aliquando perſonale eſt*, reale *nonnunquam in quoſlibet vinearum poſſeſſores, iuxta primæuum* Bannalitatis *titulum.*

2. *Bonæ fidei continuatio requiritur in perſona emptoris, ad præſcribendum.*

   Aliud in eius ſucceſſore, qui ob bonæ fidei initium auctoris ſui, etiam ſuperueniente mala fide, præſcribit Iure Ciuili.

   Mala fides auctoris nocet ſucceſſori particulari, in Dominio rei, vſque ad triginta annos.

   In Hypothecario iure, non ita.

3. *Aduerſus debitorem, vel hæredem, hypothecaria durat tantùm annis.* 30. *in variis Municipiis.*

   Statuto *reductis omnibus Actionum præſcriptionibus ad.* 30. *annos, nûm Hypothecaria, ad totidem, reducta dicatur.*

   An debitoris precaria poſſeſsio, hypothecaria Obligatione, *recognita, impediat præſcriptionis effectum in creditorem, ex parte tertij poſſeſſoris.*

   Clauſula precarij, in contractu reſoluto, vel nullo, nullum producit effectum.

4. *Facultas redimendi hypothecarij Reditus, nulla temporis præſcriptione excluditur.*

   Quod in frumentario etiam Reditu locum habet, ad nummarias datæ ſortis vſuras reducendo.

   Fundiarius *in vrbana Lutetiæ ædificia Reditus, quantocunque tempore* redimibilis.

   Talium Redituum luitionis Reſcripta varia.

5. *In Politiæ ciuilis iura, vſucapio concedi non ſolet.*

   Lignorum Computatores, *&* Menſores, *apud Lutetiam, antiquitùs inſtituti.*

   Iidem, Officij ſui partes exercere iuſsi, nonobſtante aliorum Vrbi Miniſtrantium, in quibuſdam, vſurpatione, ac poſſeſsione priuata.

6. *In profanis, præſcribens, vtitur acceſsione poſſeſsionis auctoris.*

In

Digitized by Google

In beneficialibus, *contrà: niſi agatur de Beneficij iuribus, non de titulo.*

Liberis proprijs, Doarij *præſcriptio, incipit à die paternæ mortis.*

Vbi verò doarium, *nudus eſt viduæ vſusfructus, nullo tempore præſcribitur ab eo, qui emit cum onere* doarij.

Quota decimæ, vt cenſus, præſcriptibilis.

Aduerſus creditorem decennio præſcribit emptor, eius tametſi auctor illi interim Reditus arreragia *ſoluerit.*

Actio contractuum reſciſſoria præſcribitur decem annis tam in abſentes, quàm præſentes.

7. *Quadragenaria ſola præſcriptio, Eccleſiæ iura & actiones extinguit.*

At peremptio Inſtantiæ *aduerſus ipſam Eccleſiam, & minores annis, locum habet.*

Quando, cum peremptione inſtantiæ, perit actio, tunc Minor reſtituitur Reſcripto, aduerſus inſtantiæ peremptionem, vt actionis.

Contra Fiſcum, peremptio Inſtantiæ *non procedit.*

8. *Colonus, in perſonam, non in rem actioni præſcribit.*

Veteres coloni nouis, pari conditione, quibuſdam Locis præferuntur.

Subſtitutionis publicatio, & inſinuatio apud Acta, non impedit tricennalem *poſſeſſoris præſcriptionem.*

Bonis autem interdicto, alienante, emptor non præſcribit, ceu contra Iura mercatus.

Defectus publicationis ſubſtitutionum, à ſucceſſore inſtituti hæredis obijci non poteſt ſubſtituto, cùm hæres ipſe teſtamentum retinens publicare debuerit.

9. *Minor, qui ex Priuilegio ſuo redit ad hæreditatem, à tutore repudiatam, iuuatur præſcriptione interim quæſita à remotiori, gradu, hærede, contra hæreditarium creditorem.*

Geſta cum putatiuo *& probabili hærede, proſunt, vel nocent vero hæredi.*

In reſtituenda Hæreditate, neceſſarij ſumptus in rem hereditatis facti, imputantur.

10. *Medicorum merces, Chirurgorum, & Pharmacopolarum, annali ſilentio præſcribitur.*

Empyrici, Medicorum nomine, non comprehenduntur.

Ægyptia Lex, in Medicos, ſalutaris.

Curationem morbis adhibere vetantur Empyrici, priuſquàm cenſorio Medicorum iudicio probati ſint.

Areſta Curiæ, politicas Artis regulas Pharmacopolis ſtatuentia.

11. *Annalis præſcriptionis regula ſalarij Medicorum, & Chirurgorum, ad Tonſores Chirurgicos extenditur.*

Areſta de reiglement, *inter Lutetianos, purè Chirurgos, & Chirurgicos Tonſores.*

Tonſorum Romæ inſtitutio, & progreſſus.

12. *Salarium Procurationis litium alienarum, præſcriptione excluditur Anni, aut biennij, à die litis finitæ.*

Tanto tempore extinguitur Mercatorum actio, quoad pretium mercium minutatim venditarum.

Cauponibus omnis denegatur actio, de expenſis in victum eorum, quos epulaturos receperint.

Oppidanis, & Vicanis regia Lege prohibitum, meritorias Cauponum tabernas frequentare.

Cauponię perfidiæ exemplum.

Mulierum in Caupona Miniſtrantium ſuſpecta pudicitia.

Priſca vini intemperantia Gallica.

De Præscription.

Suprà, Lib. 1. Tit. 4. Art. 1.

Bannalité de Moulins, & Fours.

Hommes ſerfs, & Mainmortables.

Haud ſimplici quidem deſuetudine, ſed contrario vſu, tollitur antiqua Lex, vel Statutum. Cyn. in l. 2. Cod. Quæ ſit long. conſ. Bertrand. in Conſil. 195. Lib. 1.

Vetus manumiſſio *des Serfs & gens de Mainmorte, des Forſbourgs S. Germain des Prez.*

VT MINORVM annis Res, aliena Cuſtodis opera tuetur, aſſeritque: ſic maiorum, propria Poſſeſſio, Præſcriptióque vſus diuturni, cum bona fide. Sed nonnulla, iſtinc Lege demuntur Pariſiorum, quę antea enumerauit: ac in iis, publici Furni, & Molæ. Quæ citra iuſtum titulum nullo temporis curriculo parantur. Artic. 71. 72. Imo & hæc ſparſim abolita ſunt, Deſuetudine potius priſcæque Seruitutis perſonarum abrogatione publica, quàm priuato Libertatis vſu ac poſſeſſione: etſi iſthæc alioqui in ſeruitutes libertas tricennio quæreretur, §. 186. eiuſd. Leg. Exemplum promo, de ſeruis corpore hominibus, incolis Pariſien. Suburbiorum ſani Germani, à Cœnobiarcha manumiſſis vocatíſque ad pileum, cum exceptione *bannarij* Furni, Torcularis, & aliorum: Quæ velut perſonalium ſeruitutum reliquiæ, Pactis receptæ, contrario iam Vſu exoleuerunt. Argum. Iuſtinianeæ leg. Vetuſtiſſimam obſeruationem. Cod. de iur. domin. impetr. Ioh. Andr. in cap. Iohannes. De cleric. coniug. Faber ad §. ex non ſcripto. Inſtit. De iur. natur. Prædictæ autem Manumiſſionis tabulæ extant huiuſmodi. FRAT. THOMAS, B. GERMANI DE PRATIS, PARISIEN., MINISTER HVMILIS, ET TOTIVS EIVSDEM LOCI CONVENTVS, &c. HOMINIBVS DE BVRGO NOSTRO S. GERMANI DE PRATIS, PRO DVCENTIS LIBRIS PARISIEN., DE QVIBVS EST NOBIS SATISFACTVM, MANVMMORTVAM, FORISMARIAGIVM, ET OMNIMODAM SERVITVTEM, QVAM HABEBAMVS, VEL HABERE POTERAMVS. IN DICTIS HOMINIBVS, VEL EORVM HÆREDIBVS, QVANTVM AD PERSONAS SEV CORPORA IPSORVM, VBICVNQVE DECENTER 1

SE

SE TRANSFERRE VOLVERINT, TOTALITER ET IN PERPETVVM REMITTIMVS ET QVITTAMVS, ET EOSDEM MANVMITTIMVS, AC PERPETVÆ LIBERTATI PLENÈ DESCRIBIMVS, ET DONAMVS. HVIVSMODI AVTEM REMISSIONIBVS ET LIBERTATIBVS TANTVMMODÒ GAVDERE VOLVMVS ILLOS, ET ILLAS, VNDECVNQVE DVXERINT ORIGINEM, QVI, ET QVÆ IN DICTA VILLA S. GERMANI, REMISSIONIS ET MANVMISSIONIS TEMPORE MORABANTVR, ET ILLOS EIVSDEM VILLÆ NATIVOS, QVI SE CAVSA PEREGRINATIONIS AD ALIENA SERVITIA TRANSTVLERINT, QVI NECDVM ALIBI MATRIMONIA CONTRAXERINT. HANC AVTEM REMISSIONEM FECIMVS, SALVIS, NOBIS, ET ECCLESIÆ NOSTRÆ OMNIMODA IVSTITIA ET DOMINIO IN DICTA VILLA S. GERMANI, ET OMNIBVS REDITIBVS, CONSVETVDINIBVS, ET COVSTVMIS FVRNI BANNALIS, TORCVLARIS BANNARII DE GIBERE, ETC. OBLATIONIS MVLIERVM DIE PVRIFICATIONIS POST PARTVM, ETC. ANNO INCARNAT. DOMINICÆ. 1250. MENS. MAIO. In media necnon Vrbe, Iuridici quidam dynaſtæ ſe venditarunt olim iure publici Furni. Sed Phil. Pulcher liberam ciui cuique fecit poteſtatem coquendi priuatim & domeſticatim Panis, viciniſque prætereà diuendundi. Regio verè Diplomate, April. Menſ. An. 1305. quod extat in veteri Codice fuluo Caſtelli Pariſiorum. Hæſitabitur autem fortaſſis, nûm perſonæ magis quàm prædij videatur, illa Torcularis proſcripti ſeu *bannarij* ſeruitus, quam ſibi recepit monaſticus Præfectus Ædis ſuburbanæ D. Germani, Pratenſis, Charta ſuprà relata. Nec enim, ſubditis plebeijſque Agreſtibus iniunctum onus premendæ Dominico torculari vindemiæ, tranſmitti facilè conijcitur in exteros adeo vinearum emptores liberóſque poſſeſſores Vrbanos. Quemadmodùm latiore tractatu edocuimus, ANDEGAVEN. LEGVM Volum. 1. At quoties perſonalis Seruorum ſtatus Prædiaria mutatur ſeruitute, ac ſeruilis *Banni* lege fundis indicti, tunc rei onus purum transfertur in nouum quemuis rei poſſeſſorem. Ex diſtinctione Æmylij Papiniani, in l. pecoris l Lucius ꝟ. De ſeruit. ruſtic. præd. Leg. Pater filiæ ꝟ. De ſeruit. leg. Hinc ſimili de controuerſia, partibus cominùs conſtitutis, placuit Senatui, ius publici Torcularis, ceu prædiis impoſitum veriùs quàm perſonis, licitè exerceri in quemlibet etiam fundi comparatorem, extraneum. Celebri decreto, in euoluendis Belgicæ Campaniæ litibus, Octauo Kalend. Maias An. 1600. poſt lectam in Auditorio illo forenſi cautionem Manumiſſionis Seruorum, ſubſtitutæque fundorum Seruitutis An. 1518.

Die Mercurij poſt octauam Paſchæ An. 1305.

Liure verd ancien du Chaſtelet de Paris.

Preſſoir bannal.

Cap. 27. Art. vlt.

Curiæ Areſtum, *en plaidant du Roolle de Champagne*, die. 24. April. 1600. Fouleo, Domini cauſidico, & Garnerio, emptorum vineæ, banno Torcularis ſubditæ.

2 HAVD ſolo vſu res capitur, ſed probabili cauſa poſſidendi, cum optima fide. Qualis non modò fidei initium, ſed progreſſionem,

Titulus, poſſeſſio, & bona fides continua, ad præſcriptio-

nem longi temporis requiſita.

ſeriémq; continuam exegit Senatus nuper à decenni atuorum poſſeſſore. In explanando Iure proprio ciuium Pariſien., Art. 114. &. 115. Facti ſpecies iſthæc proponebatur. Terentius Victor fundum emit, quem ignorabat nummario Vectigali annuo obligatum Calpurnio Flacco. Ille, aliquantò pôſt, venditoris nomine & ære ſemel diſſoluit præteritas quaſdam eius vectigalis penſiones creditori. Interim empta poſſidet decennio, quùm & creditori, medio tempore, debitor identidem penſiones inferret. Sed iſto poſtmodùm ceſſante, egit creditor in emptorem, vt ſolueret, aut cederet prædio ſibi oppignerato. Reus decennem poſſeſſionem obijcit actori. Mox delato ad Senatum ex appellatione negotio, Nos pro creditore, temporis præſcriptionem abſque ſyncera fide neutiquam procedere: Nec præſcripturo ſufficere, eam contractui intercessiſſe emptionis, ni toto decennij curriculo perſeuerarit. l. ſuper longi. Cod. de præſcript. long. temp. Et §. 114. Pariſien. Conſuet. Queîs perbellè concinit Domitij Vlpiani reſponſum, l. Qui bona fide §. tandiu. ff. De acquir. rer. domin. Verſ. *quæſtio in eo eſt, vtrum initium ſpectemus, an ſingula momenta: & magis eſt, vt ſingula momenta ſpectemus*. Putà ſi reus in contrahenda emptione ignarus alienæ hypothecæ extiterit, certior tamen factus ipſe deinceps, bonam fidem exuit: qui debiti Vectigalis reliqua appenderit actori, procuratorio debitoris munere ac vice. Aliud quidem, in nouo ſucceſſore emptoris bonæ fidei obtinere poſſet: cuius praua ſucceſſoris fides non interpellat rectè cœptam & inchoatam fundi vſucapionem. l. vn. C. de vſucap. transform. His, aliiſque in lucem Fori adductis, contendebam, vnum eundémque emptorem, niſi æqua fide integráque decennio continuata, tutum non eſſe decenni hypothecarum præſcriptione. Quando &, ſacris Pontificum Legibus, continua bona fides incorruptáque depoſcatur à poſſeſſore fundorum. Ex Laterana Synodo œcumenica, cui Innocentius. 3. præſedit. Cap. vlt. De præſcript. Lutetiani PATRES rem conſilij eſſe quùm dixiſſent. 12. Kalend. Sextiles An. 1592. definiêre tandem ſecundùm clientem noſtrum, Sexto Idus Quintiles, An. 1593. Enimverò mala fides auctoris non obeſt ſingulari ſucceſſori in prædium alteri pigneratum: quo minùs, decennio, hypothecarij nexus ſolutionem, ac libertatem euincat. Iuxta leg. 1. Si aduerſ. credit. Lib. 7. Cod. Alia quippe cauſa dominij eſt, alia hypothecæ fundi. Illud enim vſu non capitur ante tricennium ab emptore ſucceſſoréque auctoris in mala fide verſati. Authent. Vt ſponſal. largit. §. rurſus Collat. 9. Secus autem de hypothecario iure, leuiori. Cita. leg. 1. &. 2. quæ, noua ea Iuſtiniani ſanctione, neutiquam abrogantur. Vt diſertè cenſuit Oldradus I. C. in Reſpon. 19. Imò nec vllatenus viget Iuſtinianea Nouella in Franciscis oris, quæ ſcripta Conſuetudine vtantur, Romani Iuris derogatoria. Ab Pontificio Gregorij Noni Cap. vlt. de Conſuet. Et Bonifacij.

Auctoris Actio forenſis in Curia Pariſien.

Verſ. *ſi aucun a ioüy & poſſedé à iuſte tiltre & de bonne foy.*

Appoincté au Conſeil, die. 21. Iulij. An. 1592. Iudicatũ die. 10. Iulij. 1593. inter Fran. Boartium appellantem à Conſiliariis Requeſtarum Palatij, Et M. Dionyſ. Rubentelium, in Curia Max. ſenatorem, intumatum.

Cod. De præſcript. long. temp. Authent. Malæ fidei.

Digitized by Google

Bonifacij. 8. Cap. 1. De Conſtitut. In. 6.

3 In debitorem verò, aut hæredem Hypothecaria formula, perimatúrne quadrageno ſolo ſilentio, ambigitur. Conſtat quidem Cæſarea Iuſtini Lege, illam tanto duntaxat tempore intercidere. l. cùm notiſſimi. §. quamobrem. Cod. De præſcript. 30. vel. 40. ann. Nam & interdum, ſublata perſonali, manet hypothecaria. l. debitor D. Ad S. C. Trebell. l. 2. Cod. De luit. pign. Neque à Rom. Iure iſto diſſentit municipale Aureliorum, §. 261., Meloduni Senonum, 174., Victriacum, 137., Ambianum, 162. Aſt aliubi Francico More, temporum præſcriptiones triceno ſpatio coarctantur, nullus tùm ſuperſt quadragenæ locus hypothecarum, aduerſus obligatum, aut eius hæredem. Vt de Aruernia ſua Maſuerius notat. §. item & conſequenter Tit. De præſcript. In Verſ. ex vi conſuetudinis. Ac Boërius nuncupatim, Burdegalenſi Deciſ. 328. Num. 4. Quoties enim, patrio Ritu, anni triginta Actionibus præfiniuntur, hypothecaria iis includitur ſupradicta. Angel. in Reſpon. 202. & Baldus, Reſpon. x1. Volum. 3. Sicuti, verſa vice, idem Baldus alio loco dubitationem mouet ex ciuica Inſubrum Conſtitutione, nûm quæ, decennis poſſeſſionis præſcriptiones, quas Romanum Ius inuexit, ad tricennium protrahat, Hypothecarias etiam Formulas in tertium eoúſque producat. Reſpon. 477. Lib. 5. Quæ Pariſiorum certè Legi omnia accommodantur, §. 118. In verbo *Rente, ou autre choſe præſcriptible,* quod vetuſtæ Conſuet. recèns additum, ſubindicat, nullam tricena longiorem temporis præſcriptionem in poſterum expectandam. Antea quoque, ex Prætura regiæ Vrbis appellatus Senatus iudicauit, poſt tricenum ſilentium à maiori ætate pupilli, legitimam hypothecam in bona tutoris, extinctam eſſe, vnà cum actione in perſonam, quæ ad tutelæ raciocinia pertineret. Areſto, purpurea in Toga prolato, 4. Idus Apriles An. 1559. pridianis diebus Reſurgentis Domini, Tum vlt. Februar. 1595. Boſſante & Talæo dicentibus. Quò vergit ciuica B. Michaëlis Conſuetudo, in Barrenſi Ducatu. (Art. 1. De Præſcription.) Et Lotharingia, Art. 1. 2. Rubr. eadem. Atque omnimodò Sollius Sidonius Aruernorum Præſul retulit, in ipſo iam Gallicæ auſpicatu Monarchiæ, Legem de præſcriptione tricennij publicatam: CVIVS PEREMPTORIIS ABOLITA RVBRICIS LIS OMNIS, IN SEXTVM TRACTA QVINQVENNIVM, PER GALLIAS TERMINARETVR. Cautiores tamen nonnulli in credendis pecuniis, ſtipulantur hypothecariam fundi poſſeſſionem à debitore: cui putà is precariò roganti fundus relinquatur. Tunc enim videtur non ſolùm debitor idem, quaſi colonus, ſed in fundum pariter ſucceſſor, excludi vulgato longi temporis præſidio, eiúſque præſcriptione. Quandoquidem ſublata tempore hypotheca, durat precarium: indéque poſſeſſoria condictio ex lege vlt. Cod. De acquir. poſſeſſ. Ex quo, Neapolitanum

An Gallico Vſu praxique, Hypothecaria actio duret. 40 annis contra debitorem, vel eius hæredem.

Aruerna, Biturica, Niuernenſi, Burgũda, Montiſ-Argi, & Borbonia Conſuetudine, vniformis eſt præſcriptio. 30. annorum in omnia, quæ vſucapi poſſunt. Tit. De præſcription.

Statutum Mediolanenſe, decennales præſcriptiones Iuris communis reducit ad. 30. annos. Nûm ad hoc quoque tempus reducat hypothecarias actiones, cõtra leg. 1. 2 Cod. Si aduerſ. credit.

In Proceſſu verbali huius Conſuet. adiecta fertur hæc clauſula, *pour auoir lieu à l'aduenir, ſans præiudice du paſſé*. Vide item Artic. 120. 123. 124. In ver. *par 30. ans.*

Placitum Curiæ, die. 10. April. 1559. ante Paſcha. *Sur l'appel du Preuoſt de Paris.*

Par les Couſtumes reformées du Bailliage de S. Mihiel, & de Lorraine, toutes preſcriptions reduictes à. 30. ans.

Lib. 8. Epiſt. 6.

Ciuilis interruptio per citationem, facta à creditore contra debitorem, non interrumpit contra fideiuſſorem. Angeli Conſil. 32. Ex Gloz. in § ſi quis pro reo. l. cùm quis. ff. De ſolut.

Digitized by Google

Neapolit. Senatus Decretum.

etiam Conſilium ſanctius creditori hypothecariam poſſeſſionem addixit, contra tertium, decennem rei poſſeſſorem ſucceſſorémque obæratі: cui precariò frui re ipſa creditor permiſiſſet. Afflicto teſte, qui ei Conſilio Senator aſſidebat. Neapolit. Deciſ. 139. Eiuſdem tamen pace Senatus, opinor, cum Afflicto ibidem, ſolutis tempore hypothecis, & Pactis accedens precarium ſimul reſolui. Argumentò Celſi I. C. in l. ſi debitor. π. De precar. Verſ. quippe id actum fuit, vt vſque eò precarium teneret. Nam regula Iuris eſt, precarium hoc, velut appendicem, ſummæ obligationis conditionem ſequi, irritáque ea, inane vaneſcere. Bald. ad l. ex teſtamento Cod. De fideicomm. Et in Cap. 1. De feud. dat. in vic. leg. commiſſ. In Feud.

Rachapt impraſcriptible de Rentes conſtituées à prix d'argent, & des foncieres ſur les maiſons de la Ville.

DISSIMILIS ratio debitoris eſt, hypothecarium Reditum 4
luere cupientis, aut prædiarium in ſuas Ædes Lutetiæ ſitas. Cuiuſmodi annuas Penſitationes liberè diſſolui quandòlibet, intereſt publicè non minùs quàm priuatim. Art. 119. 121. 122. Pariſ. Conſuet. Nam, vt de Vectigali nummis conſtituto priùs agam, creditor nec poſſeſſionis ſuæ cauſam mutare poteſt, nec ius offerendi ſibi debiti, tempore conſumptum obtendere: vt odioſo tandem fœnore debitores exonerentur. l. cùm nemo Cod. De acquir. poſſeſſ. Bartol. ad l. cùm ſolus. π. De vſucap. In fi. Angel. in Conſil. 160.

In octauis Pentecoſtes, Alexander Papa tenuit Concilium, Turonibus: in quo, excommunicauit Octauianũ, cum aliis ſchiſmaticis.

Tours.

Edictum reductionis *des Rentes de bleds & grains conſtituées à prix d'argent.* Nouembr. Menſ. An. 1565.

Senatus Placitum die. 29. Februar. An. 1531. de reductione *des Rentes de grains en deniers, comme les autres creés en argent.*

Rentes de bail d'heritage, rachetables, ſi elles ne ſont les premieres apres le cens. De quibus, Nos, Lib. 3. ſacræ Polit. Tit. 6. Art. 2. 3. 4.

Errici. 6. Angli Literæ patentes,

Molineus in Quæſt. 19. De commerc. & vſur. Ad pigneratitias quoque fundorum venditiones produci idipſum, ſuadet Turonenſe Concilium Eccleſiæ: Quod Alexandri. 3. auſpiciis coactum An. 1164. oſtendit, fœneratitia commercia iam tùm in illis Galliæ finibus tegi ſolita, ſpecie inumbratæ alienationis prædiorum. Cap. 1. De vſur. In Antiq. Eam Synodum, præſide Alexandro, habitam Cæſaromagi Turonum, memorat Sigebertus, in Chronic. At Synodicæ cenſuræ cultum fructúmque in Vtopia ſola perſpicere liceat, hac temporum labe. Triticei porro frumentariíque Reditus, qui pecunia comparantur, nummarijs æquantur volatilibus alijs: & ad pecuniarias ſortis vſuras, eorum inſtar, redacti ſunt, multò antequàm Regia Karoli. 9. de his Lex promulgaretur. Senatorio Decreto pridie Kalend. Martias An. 1531. quod refert Molineus, in Quæſt. 21. Lib. ſupràrelati. Publico item almæ Vrbis decori ornamentóque tributum eſt Ciuica Lege, (§. 121.) ne prædiarij Vectigalis in Lutetiana ædificia redemptio, libertáſque ipſorum quantòlibet vſu præpediretur, manente primigenio Cenſu, ac Reditu velut ſuccenturiato. Sicuti Eccleſiaſtico noſtro Volumine ad amuſſim tractatum eſt. Primitùs quidem, vrbana illa Vectigalia luere ita licuit demum, ſi quibus impoſita eſſent, æſtimatarum Ædium trientem excederent. Artic. 19. Philippinæ Conſtitutionis, An. 1303. quam memorauimus anteà, Lib. 1. Ciuilium dehinc bellorum occaſione, Erricus. 6. Britannus, qui pro

pro tempore imperabat Vrbi, ciuibus qualemcúnque fecit poteſtatem ac copiam redimendarum eiuſmodi Penſitationum annuarum, onerosâ diſtinctione adhibita. Reſcripto. 6. Kalend. Iunias An. 1424. quod in Acta Curiæ relatum fuit tertio Kalendas eiuſdem Menſ. Altero item paulò ampliori, pridie Kalend. Sextiles, An. 1428. Senatui probato, poſtridie Idus Auguſti ſeq. Poſtmodùm verò Karolus. 7. redactæ in antiquam ditionem ſuam Lutetiæ leges condixit, de talium Redituum liberatione, multò vberiores. Nouemb. Menſ. An. 1441. Idémque Iuris ad Gallicas alias Ciuitates traductum poſterioribus Edictis, admonui in SACRA illa POLITIA FORENSI, & Aureliorum Moribus patet, Art. 270. Henriciani interim Reſcripti ſecundi capita ſumma huc tranſtuli ex Codice nigro Caſtelli Pariſiorum. Vti omnes intelligant, quantula, externo ſub æmulo huius Imperij, languidis tùm ciuibus medela forenſis adplicaretur. *Auons permis & permettons auxd. Bourgeois, de pouuoir racheter les Rentes, dont ſont chargées les maiſons de la Ville & Forſbourgs de Paris. Aſſauoir que toutes Rentes conſtituées par achapt & prix d'argent, ores que à leur premiere conſtitution elles ayent eſté introduictes par accenſement, partages, dons, legs, ou autrement, Se depuis led. accenſement, partages, dons ou legs, elles ont eſté venduës ou tranſportées de main en autre ſur les maiſons & heritages ſis à Paris & Forſbourgs, ſoit à Egliſes, Colleges, ou autres perſonnes, Les proprietaires deſd. heritages, qui ſont & ſeront, pourront racheter, c'eſt aſſauoir le denier. xij. den. monnoye courant à preſent. Item que ſoubs led. Rachapt de. 12. den. ne ſont compris les Rentes venduës & achetées à foible monnoye, aſſauoir depuis le. 19. Ianuier. 1418. iuſques au. 3. Nouemb. 1421. que foible monnoye eut cours. Mais ſe pourront rachepter par les proprietaires au prix du marc d'argent. Item que toutes Rentes conſtituées par accenſement, apres le premier accenſement, ou autre Rente, ſeront rachetables aud. prix. Et quant aux premiers accenſemens faicts apres le fons de terre, leſd. Rentes ne ſe pourront rachepter, ſinon qu'elles ſoient onereuſes, & eſgalent la rente & reuenu des maiſons ou heritages. Auquel cas les proprietaires les pourront rachepter, tant qu'ils ne pourront demeurer chargeZ, que du tiers de la Rente, à quoy elles ſeront eſtimées. Item que eſd. Rachapts ne ſeront compriſes les Rentes deuëment amorties, & celles qui appartiennent à veufues & mineurs, durans leur viduité, & minoriteZ. Item ſe vn proprietaire vouloit rachepter vne nouuelle Rente, dont le rentier auroit ſi peu receu d'arrerages, qu'ils ne montaſſent à la valeur des lods & ventes & ſaiſines par luy payeZ, le proprietaire ſera tenu de le reſtituer, ou de ce qu'il en auroit moins receu. Item que chaſcun proprietaire pourra rachepter le quart de la Rente par luy nouuellement conſtituée ſur ſa maiſon, &c. Et n'en pourra moins rachepter à vne fois de. 20. ſols. Item ſe aucuns vouloient rachepter Rentes perpetuelles chargées de viage, le proprietaire ſe pourra rachepter pour les deux parts, & le viage pour le tiers au prix ſuſd. Item que vn proprietaire qui voudra rachepter, pourra pour ſa ſeureté, au Chaſtelet de Paris faire mettre en Criées la Rente qu'il voudra*

die. 27. Maij, An. 1424. regiſtratæ in Curia, die. 30 Maij, Et die vlt. Iulij, 1428., verifficatæ in Senatu, die. 14. Auguſt. ſeq. Prioribus autem cautum, *Qu'aucun ne charge ſa maiſon de Rente plus du tiers qu'elle vaudra: Que les proprietaires des heritages puiſſent rauoir les Rentes venduës ſur iceux. Que l'on puiſſe racheter toutes Rentes non amorties, venduës depuis Paſques, l'an. 1410. &c.*

Lib. 3. Sac. Polit. Tit. 6. Art. 4.

Occupatam ex inſidiis Vrbem à Burgundis An. 1418. Maij. 29. ſecuti vbique Tumultus ciuiles in Galliis, & extenuata Moneta. Vt ſcribit apertè Monſtreletus, Hiſt. Lib. 1. Cap. 189. &. 238.

Hic obſerua, hypothecarij etiam Reditus emptores olim laudimia ſoluere ex ea emptione recto domino conſueuiſſe. Quod Areſto Curiæ abolitum, ſuprà oſtendimus. Tit. De Retractu, Art. 20.

Digitized by Google

rachepter par quatre quatorzaines, en faiſant ſignifier au commencement leſd. Criées à celuy de qui l'on voudra rachepter. Item ſe, durant leſd. Criées, aucuns creanciers d'hypotheque, ou Rente, ou d'autre charge ne ſ'y oppoſent, ils en ſeront deboutez, & ſera la Rente deliurée franche en Chaſtelet, & conſignera le proprietaire le prix de lad. Rente, ou autre charge, ſans attendre la diſcuſſion des oppoſans. Item ſ'il veut rachepter Rentes non amorties, appartenans à Egliſes, Colleges, Hoſpitaux, Marguilleries, ou autres Communautez, il ſera appeller les detempteurs de la Rente, pour aduiſer en quoy led. denier ſera conuerti, & apres conſignera. Item quant aux Rentes créées & aſſignées par mariage en dot ou doüaire, ou ſont eſcheuës du coſté & ligne du mary ou de la femme, le proprietaire qui voudra rachepter, ſera appeller, en ce que touchera l'homme & femme, leurs peres & meres enſemble, ſ'ils en ont aucuns à Paris, ſinon, quatre leurs plus proches parens eſtans à Paris, deux de chaſcun coſté. Et en ce que touchera la femme, ſera appeller ſon mary & elle, & trois perſonnes du coſté d'elle, & du coſté du mary, vne perſonne ſeulement, ſ'ils en ont à Paris, ou en deffault de parens, quatre leurs affins & amis demeurans à Paris, pour voir conſigner l'argent du Rachapt de la Rente en main ſeure, & aduiſer, à qui l'argent ſera baillé, pour employer au prouffit de celuy à qui eſtoit la Rente, pour ſortir pareille nature & condition que lad. Rente. Que entre pluſieurs rentiers de maiſons vuydes & vagues, celuy qui aura faict faire les Criées par vertu du PRIVILEGE AVX BOVRGEOIS, *pourra en achepter la proprieté, lequel, quant à ce, ſera preferé aux autres rentiers, pourueu qu'il ſera tenu le declarer au papier & regiſtre deſdictes Criées, dans quinze iours. Et en ce faiſant, luy comme proprietaire, pourra rachepter toutes les autres Rentes racheptables. Et ſ'il en concurroit pluſieurs rentiers pourſuyuans les Criées, celuy qui ha la plus ancienne Rente, ſera preferé. Et ſi aucun d'eux ne ſe declaroit proprietaire, lors tous les autres ſelon leur ordre de priorité de Rente y ſeront receuz. Et ſi dans demi an, apres leſdictes Criées faictes, aucun deſd. rentiers ne ſe vouloit declairer proprietaire, lors le Procureur du Roy en Chaſtelet, ou autre qui voudra, pourra faire mettre en Criées lad. maiſon par les 4. quatorzaines. Et au ſecond rapport ſera baillée à Rente par le Preuoſt, pour tourner au prouffit de qui il appartiendra. Et payera l'adiudicataire les frayz des Criées. Et ſera icelle Rente racheptable au prix que dict eſt. Et où led. Procureur du Roy, ne autre, n'entreprendront de faire faire les Criées, le Seigneur foncier ſera tenu ce faire, ſur peine de perdre par luy le droict des premieres ventes, & les arrerages de ſon Cens, iuſques à ce qu'il y ait proprietaire, & recouurera les frayz du preneur & adiudicataire. Item ſi leſd. maiſons auoient eſté vuydes & vagues par an & iour, & qu'elles n'euſſent eſté miſes en Criées par vertu dud.* PRIVILEGE AVX BOVRGEOIS, *led. Seigneur foncier ſera tenu les faire mettre en Criées par vertu dud. Priuilege ſur les peines ſuſd. &c.*

Eccleſiæ, Minori, & Fœminæ coniugi competentes Reditus ſummarij, non poſſunt licitè redimi, priuſquàm de ſortis conuerſione in ſimiles Reditus apud Iudicem actũ ſit. De quo, Nos antea Lib. 1. Tit. 1. Art. 24.

Quamuis pignus Prætorium Rei impoſitũ ab vno plurium creditorum, commune fiat aliis, ſingulíſque proficiat: Iſtic tamen, diligentior Vrbanæ domus pignerator aliis creditoribus præferebatur in adiudicando eius dominio, ob fauorem publicum decorationis Regiæ vrbis.

AD EA igitur, quæ * Aſtynomian, ciuilémque reſpiciunt diſci- 5
plinam Vrbium, non pertinet diuturni vſus exceptio, præſcriptióque longæ poſſeſſionis. l. præſcriptio. ff. De vſucap. Atque vt viam publicam

* vrbanam Politiam.

publicam populus non vtendo amittere nequit: ita publicam quoque Vrbanarum ædium ſeruitutis nummariæ liberandæ facultatem. Iaboleni leg. penult. ϖ. De via publ. Nam ciuili in Politia, minimam haberi rationem priuatarum poſſeſſionum, declarauit Senatus, ex tali hypotheſi. Vendundis Lutetiæ in foro lignis interſunt pro officio lignarij Menſores intra præfinitum numerum, quos Tribuni plebis huic Muneri præfecerint. Nuper autem viles quidam Operarij hoc ſibi ius arrogarunt dinumerandæ rei lignariæ & emetiundæ: quod prætexebant libero, ſuperiorum aliquot annorum, vſu & exercitio: Menſorum corpore ac Sodalitio non reclamante. Illi dehinc Ædilitia Sententia victi, ſupremam Curiam appellarunt. Qua in lite appellatoria, Nos Menſorum partes ſic tuebamur in clariſſimo Senatus Auditorio, iuris publici regijque poſſeſſionem, niſi auctore Principe, inefficacem eſſe omnimodò, nec Regi ipſi priuatæ poſſeſſionis præſcriptionem contrariam licitè opponi poſſe. Atquin lignarij Menſoris functio tota publica eſt, vetuſtæque Principum inſtitutioni acceptofertur. Vt Ianus Rex ciuili ſuo Edicto ſubnotauit, 3. Kalend. Februar. An. 1350. Proin Ædilitiis Pariſiorum ſanctionibus vetitum aſſerebam, ne priuatus aliquis ciuile Menſorum huiuſmodi Miniſterium obiret. Cap. 13. Art. 1. Per enim abſurdè *rerum Officia promiſcuis conturbantur Actibus, & alij creditum, ab alio ſubtrahitur*. Cæſareis Iuſtini verbis, in Leg. 23. Cod. De teſtam. Vnde etiam Athenis, frumentariæ mercis annonariæque Menſores creati erant ſeparatim, Σιτομέτραι, apud Demoſthenem dicti, ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. Ita Pariſiis diſtincta fuêre hactenus ciuica lignariæ Dinumerationis Menſuræque munia, nec gregario iam, ac obuio cuique, confuſim vſurpanda: Cuius nimirùm fides ſacramẽto adſtricta non ſit apud Magiſtratum. Has quoque in partes vocabam Regia diplomata, 15. Kalendas Iunias, & quindecimo Kalend. Februar. An. 1379. ſecundùm lignarios Menſores, Lutetianos. Quæ quidem Diplomata, Vrbis Prætor iuſſit promulgari. 14. Kalend. Apriles, eod. An. Inſtar Prætextati illius, Præfecti Vrbi Romanæ, quem pondera menſuráſque regionatim conſtituiſſe, ex Marcellino ſcripſimus, Lib. 2. LEGVM ANDEGAVENS. Iis adiiciebam Senatus Decretum inſigne, pro lignariis Lutetiæ Menſoribus, in lignorum Mercatores, latum tertio Kalend. Apriles, An. 1454. hoc verborum tenore: QVÒD MOLATORES SVNT IN POSSESSIONE ET SAISINA, COMPVTANDI OMNE GENVS LIGNI, &c. Perorata cauſa, Ordo Ampliſſ. cenſuit, maturiùs deliberandum. Poſtridie Idus Decembres. An. 1592. quùm Loyſellus pro clientum noſtrorum aduerſariis dixiſſet. Poſtremo dein iudicio, eſt horum appellatio iniuſta pronuntiata. Sexto Kalend. Nouembr. An. 1593.

Via regia, & militaris.

Les. 40. Iurez, Compteurs, Moleurs, & Meſureurs de bois à Paris, inquietez par les Gagne-deniers pardeuant les Eſcheuins, ſur le faict de compter & mettre en la charrette le bois aux Portz acheté des marchans par les Bourgeois.

Auctoris Actio in Senatu Menſe Decemb. An. 1592.

Politicum Regis Edictũ die penult. Ianuar. An. 1350.

Ordonnances anciennes de la Ville de Paris.

Sitometræ, frumenti Menſores, annonæque publicæ Diſpenſatores.

Literæ patentes Karoli. 5. Die. 18. Maij, &. 18 Ianuar. An. 1379. Cum Hugonis Aubrioti Præpoſiti Pariſien. Sententia, die. 19. Mart. ſeq. *ſur l'enterinement deſd. Lettres.*

Tit. De extraiud. feud. emolum. Art. 8.

Areſtum Curiæ Pariſ. Die. 30. Mart. An. 1454.

Appoincté au Conſeil, die. 14 Decemb. An. 1592. *Depuis iugé pour les inthimez,* die. 27. Octob. An. 1593.

6 PROFANAM vſu rem capiens, iuuatur acceſſione poſſeſſionis auctoris ſui. §. 113. 114. 118. Pariſ. Conſuet. Iuxta Sceuolæ reſponſum, l. 14. ϖ. De diuerſ. & tempor. præſcript. Et Vlpiani Leg. 13. §.

Ver. *Tant par luy, que ſes predeceſſeurs.*

Digitized by Google

cùm quis. ꝟ. De acquir.poſſeſſ. l. id tempus. ꝟ. De vſucap. In ſacrum autem Beneficium ſucceſſor, non vtitur eo adminiculo ex perſona vltimi Eccleſiæ beneficiarij. Quippe quùm ille poſſidendi cauſam non ab iſto deſumpſerit, ſed ab Eccleſiaſtici muneris collatore. Ioh. Andr. in Cap. ex parte. De Arbit. Ioh. Monac. ad Cap. 2. Vt lit. pend. In 6. Diuerſum vtique, ſi de rebus Sacerdotij, non de titulo ipſius variè collati, ageretur. Quo caſu, deceſſoris poſſeſſio tranſmeat ad ſucceſſorem, Templi ſacerdotem. Speculat. ad Tit. De po. & po. §. 1. Verſ. ſed pone. Panorm. ad Cap. cùm ſuper De cauſ. poſſeſſ. & propr. Idque Delphinatibus vſitatum teſtatur Franciſc. Marcus, apud Gratianopolim ſenator, Deciſ. 142. Parte. 2. Rurſus etſi liberis proprium Dotalitium perimatur diutina emptoris poſſeſſione. Art. 117. Pariſ. Conſuet. Fundum tamen licitanti, cum onere *doarij* vſusfructus muliebris, nequicquam prodeſt tricena etiam præſcriptio, vſuſque rei liber ac immunis annua *Doarij* petitione ac præſtatione. Nam prædium quidem mercatus, vti optimum, maximum, qui triginta annis poſſederit, tutus eſt longiſſimi temporis poſſeſſione, citra iuris titulíque editionem. §. 118. Leg. Pariſ. Aſt qui obnoxium alteri fundum nominatim emerit, nec tricennio liberum facit: quùm eius cauſa titulúſque obſiſtat poſſeſſioni, & adiectum illi fructuarium onus, partem pretij conſtituerit. Cap. dudum De decim. Bart. ad l. 2. Cod. De acquir. poſſeſſ. Pluſcula Nos, de DOARII præſcriptione, Lib. 3. LEG. ANDEGAVEN. Quamuis autem Dominicum vectigal præſcriptione temporis non tollatur: eius quota portio abſumitur continua minoris quantitatis penſitatione tricena. §. 124. Pariſ. Conſuet. Et Maſuerij §. item ſi ſolùm ſoluit partem cenſus per. 30. annos. Tit. De præſcript. Poſt Bartolum in l. ſi priùs. ꝟ. De aq. pluu. arcen. Quod in ſacris pariter Decumis, quæ honorario Cenſu potiores ſunt, obtinet iudicio Hoſtienſis, cum Gloz. Cap. in aliquibus. De decim. Vidi Papij Deciſ. 284. ac Francico Bleſenſi Edicto An. 1579. Artic. 51. Hodie necnon emptori bonæ fidei ſuffragatur decennis præſcriptio aduerſus hypothecas creditorum, qui annuas intereà penſiones à venditore obligato receperint. Præd. Conſuet. Art. 115. qui pro noua lege habetur, Libello Renuntiationis actorum in emendenda ea Conſuet. Anteà enim contrarium inualuíſſe, docet ſuprema CONSCRIPTORVM CVRIÆ Sententia, quam multis ſubnixam Iuris argumentis, citauimus Lib. 2. De PRIVIL. RVSTIC. Decennes vtique præſcriptiones illos tenent, qui in eodem degant, non alieno in Municipio. §. 113. 114. & 116. Pariſien. Morum. Longè etiam infirmiùs, quinquennis hypothecarum vſucapio apud Andes, trahitur in extraneos, alteriúſque Municipes Prouinciæ. Vt infit Molineus, in Cenomanam Conſuetudinem, Andegauæ conſimilem, §. 478. Nam vt Cæſarea ſanctione, alia ſtatuitur tertio poſſeſſori in præſentes, alia in abſentes præſcriptio Hypothecariæ formulæ. (l. 1. 2. Cod. Si aduerſ. credit.) Ita Municipalis obſcuræ Legis

In Beneficialibus, poſſeſſio præceſſoris non continuatur in ſucceſſorem. Ruzeus, in Regaliorũ Priuil. 23.

Le Douaire propre aux enfans, preſcriptible par vn tiers acquereur.

Tit. De præſcript. temp. Art. 67.

Quota decimæ à laïcis præſcribitur, quando vniformiter ſoluere conſueuerunt: ſecus, ſi difformiter, quia vno anno plus, altero minùs. Iuxta Burrigar. & Bart. in l. ſolent. ꝟ. De offic. Proconſ. & in l. cùm de in rem verſo. ꝟ. De vſur. Franciſc. Marcus, Deciſ. 667. Tom. 2.

Partis. 1. Cap. 4. Art. 2.

Interruption de cinq ans.

Romana

Digitized by Google

Romana interprete, conſequens eſt, quinquennem hypothecarum vſucapionem, quæ præſentes adſtrictos tenet, in abſentes, tempore duplicandam, geminandam. Diuerſa planè cauſa videtur inſtitutæ extra ordinem Actionis, cōtractuum putà reſciſſoriæ. Perpetuo quippe Edicto Ludouici. 12., præfinitum decennium petendæ in integrum reſtitutioni aduerſus Pacta conuenta, alligat onerátque abſentes, æquè, ac præſentes, ſeu eiuſdem incolas Municipij. Cùm enim latifundia, de quibus inita conuentio ſit, regantur ſua vna Gallici ſoli lege, nequicquam profuit generoſæ puellæ Lotharingo Equiti nuptæ, quòd Gallicis finibus abſens, minùs potuerit commodè, binum ante luſtrum reſtitutionis auxilio ſibi proſpicere in pactitiam rectarum hæreditatum repudiationem. Prudens nimirùm Senatus ſingularia duo confertim iura cumulantem meritò reiecit, nec, cum odioſo contracti negotij reſciſſorio iudicio, admittendam duxit Annariæ Legis ſolutionem talium Actionum. Decreto. 6. Kalend. Quintiles An. 1567. pro N. Dangluteo, cui Orator adfuit I. Magiſter: victa illius ſorore, ac ſecundo huius coniuge, Pauantij dynaſta, quorum cauſam Sammelorius egit.

> Extraordinaria actio, per Reſcriptum reſtitutoria aduerſus ſpontaneos Contractus.

> Placitum Curiæ, die. 26. Iun. 1567. *en plaidant, pour d'Anglure, Sieur Deſtanges, contre le Sieur de Pauan & ſa femme.*

7 TEMPLORVM res longæuo vſu non capiuntur, præterquàm quadragenario. Art. 123. Pariſ. Conſuet. Quæ &, alijs ſparſim Articulis, eximit priuilegiarios reliquos, præſcriptione diutinæ poſſeſſionis. Sacræ tamen Eccleſiæ, vt minori ætati, officit perēmptæ litis exceptio: qua, rei controuerſæ fructus lucriſiunt. Panorm. ad Cap. venerabilis. De iudic. l. properandum §. vlt. Cod. eod. Vtcúnque enim, Sacerdotes Diplomate reſtituantur aduerſus contractum Eremodicium: interim certè perceptos fundi prouentus non recuperant ab reo, poſſeſſore. Quemadmodùm Curiæ placito deciſum fuit Idib. April. An. 1518. inter curatores pij Lutetiæ Valetudinarij, actores: & Monachas Portuſregalis Cœnobij, queîs, lite mortūa, collecti aruorum reditus ceſſêre. Ex Parte. 7. Styli *Parlamentaris*. Quoties verò, pereunte lite, ius ſimul vniuerſum Actióque ipſa abſumitur, tunc in vtrumque minori annis ſubuenitur ætatis beneficio, ac Eccleſiaſticis Collegiis, quæ paribus illi priuilegiis vtuntur. Iudice, Senatu Pariſienſi, Septemb. luce. 7. An. 1585. in. 2. Claſſe Curiæ Inquiſitoria: Cui Dn. Tudartus litem exponebat Annæ Prati, adoleſcentis, qui obtinuit, & N. Petrafícti, appellantis à Suppræfecto Aruerniæ Claromontano. Iuxta Panormit. opinionem, in cita. Cap. Venerabilis. Omnimodò autem Principis fiſcus pœnali lege ſoluitur eremodicij cauſarum, trienníſque ſilentij. Iuſtinianea Leg. Properandum, ſupradicta. Nec eo ſeciùs Ciuitatum Legati, & Municipiorum Galliæ popoſcerunt à Rege in Bleſenſi Conuentu, An. 1577. forenſes Regij Canonis diſceptationes, intra decennium, ex quo motæ eſſent, aut iudicio definiri, aut tanti temporis intermiſſione perimi. Quippe quùm vel triennio ſuſpenſæ priuatæ lites interciderent. Æquum enim videbatur in ſpeciem, poſſeſſores iudicio cōuentos, ſecurè tan-

> Art. 113. 114. 120. 124. Ver. *entre aagez, & non priuilegiez.* Dionyſiani etiam Monachi, ad Pariſios, & ſacri Equites Hieroſolimit. allegarunt ſpeciale priuilegium, à Regibus, & Areſtis Curiæ confirmatum, aduerſus præſcriptionem. 100. annis minorem, In Proceſſu verbali Conſuet. ad Art. 12. Quo de Priuilegio, Nos Lib. 3. Sac. Polit. Tit. 7. Art. vlt. Et in Præfat. Lib. 1. Andegau. Leg. Part. 3. Tit. 4.

> Pariſ. Senatus Decretū, die. 13. April. 1518. *entre les Gouuerneurs de l'Hoſtel Dieu de Paris & les Religieuſes de Port-royal. Sur l'appel des Requeſtes du Palais.*

> Areſtum in 2. Camera Inqueſtarum, pro Anneto *du Prat*, minore, contra N. *de Pierrefiĉte.*

> *Cayer de la Nobleſſe, aux Eſtats à Blois, de l'an.* 1577. Cuius poſtulatio inanis erat ac inutilis, de peremptione inſtantiæ contra Fiſcum, cui videlicet perennis actio *Domanialis* ſalua maneret.

Digitized by Google

dem de ſuis facultatibus ſtatuere, nec à regiis Cognitoribus, publici Muneris fiducia, æternùm anxios ſuis de rebus diſtringi. Saluo quidem eo, vt Princeps lege ageret ſubſidiaria in Procuratores ſuos, qui decenni ſilentio perire litem paſſi eſſent. Sicuti Quaternione conſtat poſtulatorum ab Equeſtri Franciæ Ordine, in celeberrimis illis Bleſorum Comitiis, Artic. 112. Verumtamen Bleſenſi Edicto, Reſcriptóque Principis ad libellos precum populares, nil cautum inuenimus de eo nuncupatim, nec ſingulare Fiſci ius forenſe, quod Romana Legiſlatio ſanxit, vllatenùs imminutum.

Coloni perpetui hæredum vno ſoluente annuum canonem ſeu fundiarium Reditum, interrumpitur præſcriptio cohæredū, & correorum debendi. l. vlt. C. De duob. reis. Secus de tertiis fundorū detentoribus diſtinctis, diuiſimque poſſidētibus res illi Reditui obnoxias. Quorum altero debitum agnoſcente, non interpellatur libertas aliorum. Arg. leg. Cùm poſt motam C. de præſcript. long. temp. l. Pomponius. D. quib. mod. vſusfr. Specul. in Tit. De præſcript. §.1. Verſ. pone.

QVOAD priuatos porro attinet, coloni aruorum noſtrorum, 8
etſi hæc vſu non capiant, in perſonam actioni præſcribunt debitæ mercedis, longiſſima poſſeſſione. Accurſ. & Bartol. in l. malè agitur Cod. de præſcript. 30. vel. 40. ann. Hoc ampliùs, Orientali lege, Domino non licet, colonū frui prohibere, qui in agro per totos triginta annos permanſerit: ſed ad colendum denuò prædium inuitus hic adigi poteſt. Harmenopulo teſte, Lib. 3. Tit. 8. Quod de adſcriptis glebæ intelligendum, ſubmonet Iuſtiniani lex. Cùm ſatis. De agric. & cenſit. Lib. XI. Cod. Quùm alioquin prorogandæ cōductionis neceſſitas nulli Legibus imponatur, præterquàm Fiſci colono. Vt expoſuimus alibi, & à Boërio tractatum eſt, Burdigalenſi Deciſ. 107. Neapolitano autem in Regno, conductores ruſticorum fundorum expellere veteres non licet, nouitijs, pari oblata conditione. Neapolir. Deciſ. 308. Franciſ. Viuij Aquilani, regij Auditoris in Barrenſi Prouincia: ſecundùm antiquiorem Matth. Afflicti Deciſionem, cuius meminimus Lib. 2. De PRIVIL. RVSTICOR. Cordati planè Galliarum Iuridici fauorabiliter amplectuntur diutini vſus præſcriptionem. Putà, ſi ſecundus hæres, fideíve commiſſo honeſtatus gradatim, ſcriptas tabulas promulgarit in iure, & in Acta Fori regeſſerit: Haud ideo minùs, emptor rei fideicommiſſæ præſcribet tricena poſſeſſione continua. Nam vt donatio, ita ſubſtitutio, quæ improfeſſa Actis, nullatenùs valuiſſet, perficitur quidem publica teſtatione in forenſibus Monumentis: Sed aliarum inſtar Pactionum, quæ conſenſu contrahuntur, non præpedit ciuiles alienæ poſſeſſionis effectus. Res quippe reſtitutioni ſubiectas triceno capere vſu licet. Bart. & Iaſ. in l. filiusfamil. §. diui. ff. de legat. 1. Ad Legis vlt. interpretationem, §. penult. Cod. commun. de legat. Nec moueor Iuris regula, irritante pacta geſtáque ab eo, cui bonis interdictum ſit à Iudice. Nam publica iſthæc interdictio proſcriptáque palam, ſtatum hominis mutat, capitéque minuit eum: Ne deinceps, pupilli exemplo, aut furioſi, ſua de re quicquam decernat, Lege vetante rei pariter vſucapionem, atque alienationem pactitiam. Iulianus enim ſcribit, hos, quibus per Prætorem bonis interdictum ſit, nihil transferre poſſe ad aliquem: quia in bonis non habeant, cùm eis diminutio ſit interdicta. l. 10. ff. de curat. furioſ. l. cui bonis. ff. de nouat. l. is cui bonis. ff. de verbor. obligat. l. vbi lex inhibet vſucapionem.

Lib. 3. De Domanio Franciæ Tit. 13. Art. 10.

Dominici coloni & patrimoniales. Conſtantini Leg. 7. Cod. Vbi cauſ. Fiſcal.

Primæ Part. Cap. 3. Art. penul.

Iudiciaria publicatio Subſtitutionū.

Subſtitutorum præiudicio, tertius poſſeſſor præſcribit.

Interdicti à Iudice bona, non præſcribantur ab alio.

capionem. ff. de vſucap. Aſt longè ſecus, de nuda ſubſtitutionis in Foro lectione, publicatione, inſinuatione ſupra relata: cui Prætorium decretum, interdictúmque non ſolet intercedere. Ciuilem enim talis Actus formulam naturalis exuperat aliena poſſeſſio rei non litigioſæ, tricennio continuata. Ex leg. 1. Cod. de præſcript. long. temp. Bart. in l. quamuis. §. ſi conductor. ff. De acquir. poſſeſs. l. antepenult. D. quib. mod. vſufr. His adiungitur Neapolit. ſummæ Curiæ placitum, de quo Matthæus, Deciſ. 325. Quo nimirùm Placito, is, cui ciuilis poſſeſſio fundi locatione aderat, ſuperatus eſt ab alio naturaliter incumbente rei, eiúſque fructus percipiente. Iiſdem ſubtexito, omiſſa nonnunquam ſubſtitutionis in Foro legendæ promulgandæque Solennia, minimè eius vim elidere. Vtputà ſi dolo, culpavè ſcripti hæredis ſupprimanrur Teſtamentariæ tabulæ in fraudem ſubſtitutorum, his tùm nil officit defectus publicæ Inſinuationis teſtamenti. Ex ſenſu Leg. Si legatarius Cod. De legat. Quod varijs etiam Lutetianæ Curiæ Iudiciis definitum eſt, Tertio Kalend. Iunias An. 1591. & Pridie Nonas Sextiles An. 1598.

Neapolit. Areſtum.

Areſtum publicè recitatum profeſtis Pentecoſtes ſeu. 30. die Maij, 1591. ex Matiſconenſi regione. Alterum latum *en plaidant du Roolle d'Angoumois* die 4. Auguſt. 1598. Buiſſone, & Butilerio, partium hinc inde cauſidicis.

9 ITEM quæritur de creditore, qui triginta annis poſſidentem quietè hæredem obligati paſſus ſit, Tantí ne ſilentij præſcriptione depellatur à nouo hærede propinquiori, qui aduerſus repudiatam à tutore hæreditatem reſtitutus, ineat poſſeſſionem rerum hæreditariarum? Creditori vtique opitulatur recens adhuc veri heredis poſſeſſio, nec alienæ, quam euicerit, poſſeſſionis acceſſione, longiùs retroducenda. Nam & Paulus ait, cùm poſſeſſor alienæ hæreditatis pactus ſit, hæredi, qui illum ſummouerit, neque prodeſſe, neque nocere. l. ſi tibi decem. §. penult. ff. de pact. Atque adeo, hæreditate iacente, nulla vulgò creditur excurrere temporis præſcriptio. leg. Ea quæ In fi. C. De tempor. in integr. reſtitut. Id quod Lucani Hetruriæ, ſuas in Conſtitutiones redegêre, Octauo Iduum Iuniar. An. ſeſquimilleſ. 39. Aſt diuerſam herclè in ſententiam propellit me diutina eius poſſeſſio libera, qui haud improbabili Tit. pro hærede adierit hæreditatem: velut ſucceſſorio in eius locum edicto, qui bonis abſtinuiſſet hæreditarijs. Exin quippe iura omnia, & exceptiones, quæ poſſidēti in creditorem partæ ſint, transferuntur ad alium proximiorem hæredem. Pauli leg. Si poſt conſtitutam. ff. de conſtit. pecun. Quo ſenſu, Bartolus ibidem interpretatur, conciliátque Legem Si hæres pecuniam. D. Ad S. C. Trebell. Et l. hæres à debitore. ff. de fideiuſſ. Eò quoque redit vulgatum Scæuolæ dogma, (in l. ex parte. D. famil. herciſc.) exceptionem rei iudicatæ, quæ vni hæredum ſuppetat, cohæredibus proficere. Hereditario, ad hæc, nomine geſta neceſſariò à poſſeſſore hæreditatis, transmeant ad iuſtum hæredem. l. in reſtituenda. Et leg. ſeq. Cod. de petit. hæred. Quòd ſi, nullo probabili iure, quis hæreditati ſe miſcuiſſet, tunc actis ab eo legitimus hæres minimè iuuaretur. cita. l. ſi tibi decem. §. cùm poſſeſſor. Itaque arbitror, propoſita in ſpecie, tricenam præſcriptionem,

In creditorem hæreditarium Præſcriptio putatiui hæredis proficit iuſto hæredi nonnunquam.

Lucanæ ciuitatis Statutorum Lib. 3. Cap. 61. Præſcriptio aliqua non decurrit cuiquam ex cauſis hæreditariis, ipſa hæreditate iacente.

Digitized by Google

quæ hæreditatis poſſeſſori quæſita eſſet in creditorem hæreditarium, tranſmitti ad verum hæredem. Æquiſſima enim ratione,fauoréque minuendarum litium, amplectimur exceptionem longæ pacatæque rerum poſſeſſionis. Nam & Budæus in vniuerſum queritur, litigantibus Gallis Iudicia eſſe, Siculi littoris ſcopulos, patrimoniorumque Naufragia. Nec abs re, ſternendum muricibus Forum cenſebat Cato, apud Plinium Secundum, eiuſque muricatos Fori aditus eſſe præoptabat: Ne mortales pleríque in litium Mæandris conſeneſcerent. Qui enim controuerſis negotiis impendia fœnerari ſeſe ſperant, lites diuturnas ac ſumptuoſas exagitando, nomina ſe facere non ſentiunt, primùm tarda, deinde ancipitia,poſtremò inania fortaſſe, aut pœnitenda futura. Vt dubij aleam Martis ſubiiceam, quæ miſeros interim ad tabem perducit litigatores, cum eorum faſtidio, qui patronorum obſeruantia colendi ſunt: in quorum manibus crebrò ſpes litigantium ſita maxima eſt. Sed quid agas, cùm aut manus dandæ ſunt improbo, & inſultanti aduerſario, aut forenſi in piſtrino Siſyphium Saxum diu voluendum? Lites ædepol grandi ſumptu, victoriæ ſuæ fructum deuorant, quæ nec ſine ſudore, pulueréque Fori parari ſolet. Aſt compendij loco habetur interdum, magno, exiguæ rei Sententiam abſtuliſſe, ad majora pertinentem, aut præjudicio futuram in poſterum. Vnde, litis nouæ materia, ex rediuiuis primæ cineribus exuſcitata, ſurgit velut Hydra ſecto corpore firmior: victíque, ab ipſo ſumunt opem viréſque ferro. Ne igitur Cadmeæ huiuſmodi victoriæ Litigantibus contingant, omnia, *priùs* quàm Armis ciuilibus, experiri eos decet honorario Arbitrio, ſeu vltronea negotij Tranſactione tentata, & exquiſita: neu ſerò tandem, cum Vate illo, expoſtulent ita.

Tantæ molis erat, longæuam extendere Litem.

Omnimodò certè Comminius putat, Cauſidicinam, veram tabem Galliæ, deſituram, ſi Ludouicus. XI. pauculos annos Regno ſuperfuiſſet. Nunc igitur Malum hoc forenſis Litigij, ceu Charybdim, fugientes, paciferam Vſucapionem perſequamur.

ANNVA operæ merces definitur Medici, Vulnerarij ſeu vulnerum Curatoris, & Pharmacopœi: Ne, lapſo ſcilicet anno, à *priuatis* ſtipendium petentes audiantur. §. 125. Pariſien. Conſuet. Hiſdem verò biennium idcirco præſcripſit Karolus. 5. Cæſ. Belgica ſua Lege, Bruxellis edita, Quarto Nonas Octobr. An. 1540. In Medicos ſanè eò iuſtior, quàm in Profeſſores literarum, Honorarij cauſa videtur Vlpiano, quòd illi ſalutis hominum agant, hi ſtudiorum curam. l. 1. §. medicorum. π. De var. & extraord. cognit. Sed hoc ita, ne ab ægris ſuprà modum exigant quicquam, contra Hippocratis iuſiurandum. Vt innuit Lex ſi medicus D. eod. Cum Imperatoria leg. Archiatri De profeſſ. & Medic. lib. 10. Cod. Horum porro in ſeriem Medicorum (de quibus, Mos Pariſien.) referendos non puto * Empiricos, nec admittendos. Nam erupêre quidem in noſtra tempora 10

Bud. in Forenſib.

Litigatorũ ærumnæ, ex annoſa, & ſeculari aliquando lite.

Cap. 125. Hiſt. Ludouic. XI. apud Philipp. Commin.

Ordinatio Karoli. 5. Imp. die. 4. Octobr. 1540. *Que tous ſalaires de Medecins, Chirurgiens, Apothicaires, d'Aduocats, Procureurs, Secretaires, Clercs, ou Notaires, loyers de ſeruiteurs, prix de Marchandiſes venduës en detail, ſe deuront demander dans deux ans, &c.*

* Medicinam experientia ſola excolentes.

Digitized by Google

tempora Paracelſiſtæ pſeudoMedici, & damnata vetere Hippocratica ſchola, prodigioſam Medicinæ praxin vſurparunt. Sectam hanc ἐμπειρικὴν oppugnauimus pridem in clariſſima luce Senatus auguſti, circunſtante Pop. corona, qui ex omnibus Vrbis regionibus eò cõfluebat, nouitate argumenti permotus. Cauſa enim publicitùs acta eſt quaterno Iouis die, April. & Maj. Menſ. An. 1579. quùm pro inſigni Medicorum Ordine diſſererem: contra Rochum Bailliuum, Empirices aſſertorem, pro quo, Steph. Paſquerius, forenſi in palæſtra multarum palmarum athleta. Dicebam, humanæ vitæ, ſalutíque nihil exitialius fore, quàm ſi ea committeretur Empiricis, qui ſolo præcipiti vſu medicinam tractantes, Æſculapio filio, patríque Apollini ſacra non feciſſent. Quibus humanæ naturæ ignaris meritò adplicatur, quod Plinius Nouocomenſis quiritabatur de imperitis ſui ſeculi Medicis, nullum in hos impoſtores conſtitutum fuiſſe ſupplicium. In hac, inſit, Artium vnica euenit, vt cuicumque medicum ſe profitenti ſtatim credatur; cùm nullum ſit in lubrica mentiendi libidine periculum maius. Nec tamen illud intuemur, adeò blanda eſt ſperandi pro ſe cuique dulcedo: Nulla præterea lex, quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ: Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt, medicóq; tantùm hominem occidiſſe, ſumma impunitas eſt. Quinimò tranſit in conuitium, & intemperantia culpatur, vltróque, qui periêre, arguuntur. Lib. 29. Cap. 1. Quùm autem is Auctor in Medicos inuehitur, haud damnat vtique Artem, ſed multorum imperitiam; qui vno collyrio morbis omnibus medeantur, vt ſtibio Paracelſiſtæ: Qui venenum ſæpè pro remedio nimis credulis hominibus exhibuerint. Ob ídque, Aurelianus Imp. Medicos ad ſe, cùm ægrotaret, nunquam acciuit: ſed ipſe ſe inedia præcipuè curabat. Vt à Flauio Vopiſco in eius vita ſcriptum eſt. Memphiticis verò ſalutaris Lex ſancita erat, apud quos, ægroti Medicus, illo mortuo, morte ſimul plectebatur: ſiquidem ipſum non curaſſet ex norma reguláque ab antiquis Medicis ſacro Libro ſtatuta. Teſte Diodoro Siculo, Biblioth. Volum. 2. Cap. 3. In aliis quoque Regnis, ac Politiis, cruci ſuffixum legimus Alexandri iuſſu Glaucum medicum, quia Epheſtionis ægri medelæ debitam operam minimè impendiſſe crederetur, ſed eius culpa Epheſtion Alexandro chariſſimus interiiſſe. Sicuti Plutarchus in Alexandro memoriæ prodidit. Aſt cautior Glauco, viſus herclè Critobolus, quem Q. Curtius recenſet, Lib. 9. Hic artis quidem inter Medicos eximiæ, ſed in Alexandri ipſius ancipiti morbo, quem militari vulnere contraxerat, periculo territus, verebatur, hoſtile telum Alexandri corpori infixum amouere: Ne in ipſius caput infauſtus curationis euentus reflecteretur. Verùm lachrymantem eum, pauoréque conſternatum intuitus Rex; Metuis, ait, ne criminis reus citeris, cùm inſa-

Oratio Auctoris in Senatu, pro Collegio Medicorum Pariſien., aduerſus Empiricum, *Roch le Baillÿ, dict la Riuiere.*

Empirici, morborum cauſam non inueſtigantes.

Stibium, ςίμμι, vulgò Antimoniū; De quo, Plinius, Lib. 33. Cap. 66.

Ægyptia Lex vetuſtus.

Alexand. Magn.

nabile vulnus acceperim? Critobolus tandem, excuſſo, aut diſſimulato metu, hortari eum cœpit, vtì continendum ſe præberet, dùm ſpiculum euelleret: leuiculum etiam corporis motum noxium fore. Rex cùm affirmaſſet, nil talibus eſſe opus, qui eum continerent, ſicut præceptum erat, immobilis dedidit corpus Medicæ curæ: paucis conceſſo Parcarum munere, cum proſpero rei ſucceſſu. Quanto iuſtiùs extimeſcere debent Empirici temeritatis ſuæ pœnas, qui, nulla Arte magiſtra, ſed cœco duce, vagóque rerum Experimento, ſe obtrudant ægrorum curationi? Eò autem funeſtior eſt Empiricorum hæreſis, quò diutius iam faſcinat mortales ægros, ipſorúmque in vitam inſidioſè graſſatur. Nam vt veteris Philoſophiæ *Sectis* immiſcuit ſe temeraria quædam Pyrrhoniorum Sceptica, cuius reliquæ dogmata exploſêre. Sic Medicorum ſectas tres numerauit Antiquitas, in iiſque Empiricam damnauit. Alia quippe Rationalium fuit, quorum princeps habetur Hippocrates: Methodicorum alia, quorum primus fuit Themiſon Laodicenus, quem poſtea ſecutus Trallianus, ſectam eam abſoluit: Tertia Empiricorum, Philini Coï veſtigiis inſiſtentium, qui primus eam partem à Rationali ſeparauit, occaſione ab Herophilo ſuo præceptore deſumpta. Sed quùm vellent iſti, ſuam hæreſin primam fuiſſe videri, Acronem Agrigentinum, quò Rationali vetuſtior pareret, ei dediſſe initium dixerunt. Vt eſt apud Galenum in ſua Iſagoge, & Plinium, Lib. 29. Cap. 1. Serapionem verò Alexandrinum Celſus tradit, primum omnium in vſu & experimentis poſuiſſe Medicinam, ad eámque, nil pertinere Rationalem diſciplinam, profeſſum fuiſſe. Erepſit inde Glaucias, & aliquantò pòſt, Heraclides Tarentinus Glauciæ auditor: qui ex profeſſione ipſa Empiricos ſe appellarunt. Vtì Cornelius idem ſubiunxit. Tam incertis videlicet auctoribus conſtitit Empirice, quàm incerta fuit, & in caſu ſita experientia. Abſurdum igitur, eos, qui Medicorum titulo imperium vitæ, necíſque noſtræ obtineant, (Pliniano dicto) ad curationem ægrorum adſciſci promiſcuè, & citra delectum: quùm nec cerdones, pelliones, ceteríque viles ac manuarij Artifices, artis ſuæ Magiſterio decorentur, niſi tyrocinio ipſius, ſpeciminéque priùs edito. Quinetiam Romana Lege, iis ſolis permiſſa eſt Medicinæ tractatio, quos, Decuriones Vrbis communibus ſuffragijs delegerint, peritia Artis, morúmque probitate ſpectatos. Vlpiani leg. 1. De decret. ab ord. facien. His, aliíſque à Me in Senatu citatis adhæſit Briſſonius, aduocatus Fiſci, & grauiſſimarum rationum pondere contendit ex vtilitate publica, veterem Medicinæ diſciplinam tuendam, Dogmaticæque Empiricen cedere penitus oportere. Quapropter forenſis eius Actionis die quarto decretum eſt à CONSCRIPTIS CVRIÆ, Empiricum, reum, ad Medicæ theoriæ, praxeóſque examen vocari, & vtraque de parte abs quino Doctore Medico rogatum reſpondere debere:

De mulierculis Empiricen exercentibus, dictum eſt à Nobis, Lib. 2. De priuil. Ruſtic. Parte. 3. Cap. 1. Art. 4. 5.

Acron, Medicus Agrigentinus, qui Athenis ſimul cum Empedocle philoſophatus eſt; antiquior fuit Hippocrate.

Lib. 24. Cap. 1.

Chef-d'œuure, & experience de Meſtiers, & Artizans.

debere: ac ei interim, Medicinæ exercitio, vel inter poſtulantes quidem, interdici. S. Conſulto, 12. Kalendas Iunias An. 1579. Nobis rurſùm propalàm dicentibus pro Rhemenſium Pharmacopolān Collegio, Senatus accuratè deliberandum duxit vndecimo Kalend. Decemb. An. 1583. de politicis capitibus multis Pharmacopœæ artis, quæ veteri S. C. conſtituta fuerant tertio Nonas Sextiles An. 1536. Inter alia, ne cui Pharmaceuticen profiteri exercereque liceret, antequàm, tyrocinio facto ſpecimineque Artis edito, acceptus fuiſſet, probatúſque Ordinis iudicio Medicorum. Quod renouatum denuò eſt à Supr. Curia in publicis cauſarum Actionibus poſtridie Kalend. Apriles An. 1601. ex præſcripto Decreti illius antiquioris. Doleo, & Gottofredo, litigatorum, hinc inde, patronis.

Lutetianæ Curiæ Areſtum, die. 21. Maij, An. 1579.

Areſtum Curiæ, die. 21. Nouemb. 1583. inter Archiepiſcopum Rhemēſ. appellantem à Prætore Veromanduorum, pro quo, Pouſſemotha, & Pharmacopolas Rhemorum.

Curiæ placitum *du reglement des Apothicaires de Paris*, die. 3. Auguſ. 1536.

Decretum Senatus die. 2. April. 1601. *en plaidant du Roolle de Paris.*

11 MEDICIS inſuper, Chirurgi Lege attexuntur Pariſiorum, in Annali operæ ſuæ pretio circumſcribendo. d. §. 125. At Chirurgici nécne Tonſores, Lutetiæ, eadem comprehendantur τῶν Χειρουργῶν regula, dubium eſt. Hi enim, cum illis ſæpe conflictati ſunt in Foro, de Tonſoriæ artis modo, ac finibus regundis. Vulnerum namque Curatores iſti, quòd Regiis Karoli. 5. priuilegiis ſe venditent, vix alios ferunt corporum vulneribus manum admouentes. Vulnerarios certè Medicos huiuſmodi celebrauit memoria vetus, Euelpidem (Celſi Lib. 6.) Archagathum, Archontium, (Pliniano Lib. 29.) Machareonem, & Iſidem. Galeni. 5. Method. Sed ab longa itidem vetuſtate, Tonſores chirurgi Pariſiis tractarunt eam Medices partem, quæ ſectione, vſtione morbos curat, ſeu alia quauis ratione, quæ manu adminiſtretur. Exemplo nimirùm ab Aulicis Miniſteriis deducto: in quibus, præter Chirurgum, Tonſor Chirurgicus numeratur, præfectus ipſe Francicorum id genus artificum. Hos quoque liberali cauſa manu aſſerunt Medici Doctores identidem, aduerſus Chirurgos, altercantes: illóſque auditores ſuos, diſcipulóſque ſemper agnouêre. Quocirca Senatus, varijs Decretis vindicias dixit ſecundùm libertatem Tonſorum chirurgorum, hiſque Chirurgica munia permixtim adiudicauit fiduciario iure. S. Conſultis An. 1541. &. 16. Kalendas Maias An. 1551. quùm Ch. Thuanus, pro Chirurgis: Vergneus, pro Tonſoribus: & Faber, pro Medicorum Collegio peroraſſent. Quibus conſonum accedit poſterius, agente Me pro Andræa Maleſio, latum in pomeridiana Senatorij Fori diſceptatione, Mart. Menſ. An. 1572. aduerſus Vulnerarios, quorum Leueſtus patrocinium obijt. Rectè profectò, quùm noſtrates Tonſores rei Medicæ ſtudiis incumbant peræquè, ac Curatores vulnerum, Medicóſque artem profitentes audire conſuêrint. Multò aliter ac priſci Romæ Tonſores, qui barbam modò raſitabant, & capillos tondebant. Quales P. Ticinius Mena primos è Sicilia adduxit, Vrbis conditæ An. 454. Radi etiam quotidie barbam primus omnium inſtituit Africanus: ſequens verò Diuus Auguſtus ſemper cul-

Barbiers Chirurgiens à Paris, diſtinguez des Chirurgiens.

Die. 3. Mart. 1555. Areſto iudicatum *en plaidant, que à l'examen des recipiendes à l'eſtat des maiſtres Barbiers Chirurgiens de Paris, Le premier Barbier du Roy, ou ſon Lieuten. ſeroyt tenu y faire appeller les. 4. Maiſtres iurez dud. eſtat, 2. Docteurs en Medecine, &c.*

Maiſt. Barbier Chirurgien du Roy. Qui ha ſon Lieuten. des Barbiers, tant à Paris, que és autres Villes.

Placita Curiæ prouiſionalia, An. 1541. &. 16. April. 1551. Quibus ſimiliter cautum fuit, Chirurgos ad Chirurgiæ Magiſterium promoueri nō poſſe, niſi priùs examinatos in præſentia. 4. Doctorum Medicinæ, in Ciuitate Pariſien.

Digitized by Google

triſ vſus eſt. Sicuti hæc Plinius, ex Varrone, in ſuos Commentarios retulit, Lib. 7. Cap. 59. Ex quo, fortunis aucti paulatim Tonſores, gratioſique in Aulis Principum enituêre. Lycinum quippe, Romanum tonſorem locupletiſſimum canit Flaccus in Arte Poetica: & Gallicorum Annalium ſcriptores, Oliuerium Damam, Ludouici. XI. tonſorem, in primoribus Aulæ intimis habitum, qui Meulantij adeò Comes Regio munere ſalutabatur. In ſumma, vt ad rem redeam, verius eſt, Pariſienſem Legem, (de qua. 5.) Chirurgorum appellatione Chirurgicos etiam Tonſores complecti: itaque Corpus vtrumvis aut Sodalitium, annali præſcriptione repelli ab Operarum petita mercede.

Marmoreo Lycinus tumulo iacet, at Cato paruo, Pōpeius nullo, credimus eſſe Deos?

Oliu. *le Dain, Comte de Meulant.*

12 FORENSI item litigatorum Procuratori negatur Actio, ſalarij nomine, poſt annum, aut biennium à lite finita. Art. 44. Principalium Karoli. 7. Conſtitutionum, An. 1453. Cui conſequens voluitur Decretum Curiæ, ritu ſolenni recitatum, profeſto ſacræ Purificationis B. Mariæ, An. 1547. in forenſem Cognitorem, qui tranſacto iam Annali ſilentio, actionem, ſtipendij ergò inſtituiſſet. Apud Rebuffum, Tomo. 1. Legum Regiar. Quin & ſemeſtre tantùm, Allobrogico Camerini Senatus Conſulto, præſtitutum fuit, petendæ mercedi Cognitoriæ forenſis operæ poſt deciſam litigantium controuerſiam. Tertio Nonas Septemb. An. 1566. Annuum rursùs temporis ſpatiū, lege condictū eſt, Mercatorū quorumdam actionibus, ſua fruſtatim mercimonia populo vendentium. §. 126. Pariſien. Morum. Alios quoque mercium negotiatores Anni lapſus excludit à pretio ipſarum poſtulando & exigendo. Art. 127. eiuſd. Conſuet. idem ſentiente, cum Ludouici. 12. Sanctione. An. 1512. Art. 68. Sunt & alij, caupones putà, queîs omnino abnuitur ius agendi, nedûm tempore contrahitur. §. 128. Pariſien. Conſtitut. Nam & qui cauponariam exercent, meritoriumvè Diuerſorium, ijs nefas eſt, ſuos ciues, aut conuicanos excipere, collata ſtipe epulaturos. Oppidanis pariter, ac Vicanis, patriarum popinarum vſus inhibetur: Ne, dum iſti Baccho indulgent, gulæque ſe, ac ventri dedunt popinones, rei iacturam ſimul & temporis faciant grauiſſimam. Hoc enim Politici Galliæ Heroës ſummi iampridem Lege cauerunt: Diuæ imprimis memoriæ Ludouicus, Decembr. Menſ. An. 1254. hac clauſula. NVLLVS RECIPIATVR AD MORAM IN TABERNIS FACIENDAM, NISI SIT TRANSIENS, VEL VIATOR, VEL IN IPSA VILLA NON HABEAT ALIQVAM MANSIONEM. Eadem ſanxit Nonus Karolus, Aurelienſis Edicti Artic. 25. & Cap. 10. alterius promulgati An. 1567. Poſtmodùm Erricus. 3. Nouembri Menſ. An. 1577. Plato vtique in vmbratili ſua Republica probat cauponum, hoſpitúmque miniſterium, tanquam illi neceſſarium atque vtile. Sed eorum vitio ac nequitia factum agnoſcit, vt multorum exponerentur probris, & odio deſpectuíque vulgò haberentur.

Voluitur etiam in Caſtello Pariſiorū Ordinatio Regia, An. 1425. in Senatu publicata, & in Caſtelleto, die. 22. Octob. prædicti An. *Que le ſalaire des Practiciens ne ſe peut demander que dans l'an, & les arrerages des penſions dans. 3. ans.* De hæredibus, ibidem diſtinguitur.

Chamberiaci, in Sabaudia, Senatus Areſtum Die. 3. Septemb. 1566.

Drapiers, Merciers, Eſpiciers, Orfevres, & autres Marchans groſſiers, qui nominantur Art. 127. Pariſ. Conſuet.

Tauerniers, & Cabaretiers, apud quos feriato Die epulari Horis Diuini Officij, vetuit Karolus. 5. Imp., Edicto pridie Nonas Octob. An. 1524.

Ex Volum. albo paruo Caſtelli Pariſien.

Famulis merces debita præſcribitur triennio, à die diſceſſus eorum. Luſitanica Lege regia, apud Anton. Gammam, Deciſ. 334.

Digitized by Google

haberentur. Dialog. 11. De legib. Romani verò Prætores curam geſſerunt reprimendæ improbitatis talium * Oenopolān. Vt inquit Vlpianus, l. 3. D. Naut. Caupon. Stabul. Cauponiæ ædepol perfidiæ exemplum ſuggerunt Arcades duo illi viatores, qui Megaram quùm veniſſent, alter ad Cauponem diuertit, ad amicum Hoſpitem alter. Illum enim prædæ inhians Caupo noctu interemit: hunc notus familiariſque Hoſpes ſeruauit. De quibus, Cicero, Diuinat. Lib. 1. Et iſthæc quidem, de viris. Mulierculas autem in caupona, miniſterij ſpecie, proſtitui identidem, declarat Alexander Imp. l. vlt. Cod. ſi mancip. ita væn. ne proſtit. Conſtantinus item Auguſtus, l quæ adulterium, Authent. ſi quis ei Cod. Ad Leg. Iul. de adult. Ex quo, Franci dehinc Reges, œnopolia, tabernáſque meritorias ſeueriſſimis Legibus temperarunt. Nouemb. Menſ. An. 1577. ac Maio. 1579. Ne patria Gallorum priſcorum vitia odiosè refricemus hoc loco, viníque intemperantiam ab Ammiano taxatam, qui diu cum illis verſatus fuerat. Hiſt. Lib. 15. Qualem pariter Gallis notam inuſſerat longè antea Diodori Bibliotheca, ſecundùm Platonem, Nomotheſiæ Lib. 1. Illos quippe, tradunt, vino præter modum delectari, & à mercatoribus inuectum, purum bibere ſolitos: nimióq; ebrios potu, aut in ſomnum incidere, aut in inſaniam. Vt verum videatur, quod defendens Fonteium Tullius dixit, Gallos poſthæc dilutiùs eſſe poturos, quod illi venenum eſſe arbitrabantur.

* Vini venditorum, & Cauponum.

Art. 360. & ſeq. Bleſenſis Edicti, An. 1579.

Diodor. Siculus, ætate Octauij Cæſ.

Platon. Lib. 1. De Legib.

13 Parerga svnt hæc, fateor, ac ſummo ſtrictóque iuri Vſucapionum aſſuta licentiùs. Sed feſſo de via, in diuerticulis hiſce interquieſcendum fuit mihi, &

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Temporum denique Præſcriptiones, paribus Rubricis, executus ſum bino in Opere, Fisci Gallici, & Legvm Andegaven. Vt de illis indiſcuſſa, meo iudicio, pauca iam deſiderentur.

Lib. 3. Doman. Franc. Tit 9. Et Lib. 3. Leg. Andeg. Tit. De præſcript. temp.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.

Digitized by Google

LIBRI. III. PARISIENSIVM LEGVM.

DE FORMVLIS EXPERIVNDI IVRIS, ET EXEQVENDI.

PER RENATVM CHOPPINVM IVRECONS.

Titulus. I.

DE POSSESSORIIS IVDICIIS.

1 *Summa Libri tertij.*

Rerum noſtrarum tutela, in Iudicum manu, Iuriſq; dictione conſiſtit.

2 *Poſſeſſorij Francorum Interdicti formula vetus.*

Priuatarum, Romæ, de fundis Litium exordium, à mutua loci inſpectione, & rei controuerſæ.

Regiæ Literæ, de renouando Interdictorum veteri vſu, & forma.

3 *In re particulari, opus eſt annali Poſſeſſione naturali, ad Conqueſtionem poſſeſſoriam intendendam.*

In vniuerſali, *ſecus: vtpote in Hæreditario iure.*

Filij ipſo iure ſaiſiti *ſunt Legitima, extero hærede ſcripto, nec tenentur per actionem ſupplementi venire.*

Alti iuſtitiarij, *bonorum vacantium ſtatim poſſeſſores fiunt, eáque rectè* ſaiſiunt.

Liberorum cauſa, quorum ſtatus ſummariè *pateat, iuri præfertur Domini Iuridici in bona vacantia.*

Scacarij *Normanici Areſta, de ijs, varia.*

An natus inter quartum & quintum à conceptione Menſem, exſecto ventre materno, dici poſſit matris hæres: Ita, vt paulò pòſt moriens, ad patrem materna Mobilia tranſmittat.

Decimo Menſe natus, an cenſeatur primi mariti filius mortui, an ſecundi.

4 *In*

4 *In mortui* ſpolia Monachi *ſucceſſor Abbas, vel Ordo Monaſticus, eſt* ſaiſitus *ipſo Iure, inſtar cuiuſuis hæredis.*

Francica Monaſteria non ſuccedunt profanis opibus ingredientium ipſa, nec propinquorum Monachi cuiúſque, decedentium.

Fiſcus, aut Collegium *alicui ſuccedens, eodem, quo legitimus hæres, iure vtitur.*

5 *Succeſſor in peculium Monachi, debita eius ſoluere tenetur.*

Aliunde tamen, & contra votũ Monaſticũ cõtracta, luere non cogitur.

Multiplicis Peculij, generíſque bonorum diſcreta inuicem ſunt onera, vt iura.

In ſoluendis defuncti Monachi debitis, ſuper eius peculio, deducuntur primùm ab eo debita ſuo Conuentui Monaſtico.

6 *Pro iure incorporali, perinde locus eſt* caſui Saiſinæ, *&* Nouitatis, *ac pro corpore aliquo hæreditario.*

Regij Officiarij *licitè mouent querelam* in caſu nouitatis, *contra turbantes ipſos in dicto Officio.*

Nec Officio deſtitui poſſunt, niſi iuſta de cauſa iudicio cognita.

Aliter de Officiis Dominicarum Iuriſdictionum inferiorum, & patrimonialium.

Quibus tamen ex cauſa oneroſa cõceſſum ſit à Dominis Territorij Officium, hi, priuari eo non debent, ſola concedentium voluntate mutata.

7 Spirituali *pro iure, competit etiam Poſſeſſorium remedium apud* ſecularem *Iudicem.*

Rerum ſpiritualium *poſſeſſio eſt merè* temporalis, temporaliúmque *notionis Iudicum.*

Bulla *Apoſtolica, probatrix Regiæ cognitionis Poſſeſſoriæ rerum Eccleſiaſticarum, &* ſpiritualium.

Idem de Decimis Eccleſiaſticis.

Infeudatæ decimæ, *in petitorio etiam, nedum poſſeſſorio, dijudicantur à Regio Magiſtratu.*

A laico *propoſita, immunitatis decimarum poſſeſſio admittitur*, infeudatarum *nempe &* laïcalium.

Decimæ laïcis infeudatæ *ante Concilium Lateranen., non poſſunt* ſecularibus ſubinfeudari.

Ad Eccleſiam reuerſæ Decimæ, non debent iterum laïcis *in* feudum *concedi.*

8 *Reindegrandæ poſſeſſionis controuerſia, de ſacro Pontiſaræ* Vicariatu, *in Magno Regis Conſilio.*

Ordinatio Regaliæ *vetus*, *in* Camera Computorum *Pariſien.* regiſtrata.

Regaliæ *ius, & exercitium conſiſtit in* temporalitate *ſola Epiſcopatus, & collatione* beneficiorum.

Non autem in ſpirituali *Iuriſdictione Epiſcopi mouenda, nouandíſque eius* Officiarijs *iuriſdictionis.*

Capitulũ, *Sede vacante, ſuccedit in ea, quæ ſunt Iuriſdictionis ordina-*

riæ Epiſcopi, non quæ, extraordinariæ, &, ſpeciali iure, ipſi delegatæ.

In Francia, Epiſcoporum Officiales haud facilè pro nutu deſtituuntur.

Sic in Pag. præced. (num. 8.) pone, Redintegrandæ, loco, Reindegrandæ.

Magni Conſilij Areſtum, *redintegrandæ poſſeſſionis* Vicariatus *Pontiſaræ, ab Archiepiſcopatu Rothomagenſi dependentis.*

Poſt finitam Emphyteuſin, vi expulſo emphyteutæ redintegranda eſt fundi poſſeſſio.

9 Caſus nouitatis *non procedit in annua præſtatione* perſonali.

De reali *autem, rebúſque impoſita prædiariis, non item.*

Mobilium nomine, poſſeſſoria Querela non competit.

Niſi mobili de hæreditate agatur, alieniuè vſurpatione Territorij iuridici.

Hæredis poſſeſſoria Conqueſtio, *in* Executorem teſtamentarium, *de Mobilibus, non auditur intra annum à morte teſtatoris.*

Maritus ſolus, eſt mobilium, poſſeſſioniſque iurium vxoris legitimus petitor, vel defenſor: non verò proprietatis fundi vxorij.

10 *Fideicommiſſarius non vtitur Interdicto, etiam ſi, conſentiente hærede, poſſeſſionem ingreſſus ſit.*

Fideicommiſſarius poteſt à ſeipſo fideicommiſſum accipere, ſi teſtamentj Executor ſimul fuerit à teſtatore deputatus.

Ex æquitate item, is conuentus, recta via petere poteſt incidenter *fideicommiſſi reſtitutionem.*

Petitorio non agitur in Francia, antequàm Poſſeſſorium deciſum ſit.

Nondùm tamen liquidatis, *redditiſque fructibus, poſſeſſoria Sententia adiudicatis, condemnato procedere licet ad petitoriæ litis inſtructionem, eius tantùm deciſione ſuſpenſa.*

Victus in Poſſeſſorio, licitè agit petitorio, præſtita cautione ſoluendi valorem fructuum, & intereſſe, *adiudicatorum, quæ promptè* liquidari *nequeant.*

11 *Empti ab alio fundi pretium ſoluens, manet ſimplex creditor, nec, quaſi poſſeſſor fundi, Interdicto experitur.*

Conqueſtuum *donatione inter coniuges, non venit prædium ab vxoris patre emptum, cuius dein pretium coniuges ſoluerint.*

Non cuius pecunia, ſed cuius nomine, emptio facta ſit, inſpiciendum.

Ex Titulo nullo, vel, de re prohibita alienari, diſponente, non competit poſſeſſoria Conqueſtio.

Francica poſſeſſionum Interdicta, *habent plus iuris quàm facti, & annexam proprietatis cauſam.*

12 Garendo *locus eſt in caſu* Nouitatis.

Secus in caſu ſpoliationis, & vi ablatæ poſſeſſionis Recuperandæ.

Excepto, ſi Interdictum, in violenti ſucceſſorem, intentetur.

13 Simplex Saiſina, *quid diſcrepet à querela* Nouitatis.

Frequentior olim, quàm hodie, ſimplicis Saiſinæ *vſus.*

Annui Reditus nomine prædiarij, non prædij ipſius, ſimplex Saiſina *agitatur.*

DE

Digitized by Google

DE POSSESSIONIS IVDICIO.

Titul. I.

LIBER TERTIVS.

DE COMPLAINTE EN CAS DE SAISINE, ET DE NOVVELLETE', ET SIMPLE SAISINE.

1 EX TRIBVS PROPOSITIS Morum Pariſien. Capitibus ſummis, Reſtat tertium de Forenſi Actione, & Pigneratione: Quêis defendamus, perſequamurvè Res ipſas, de quibus, Lib. 1., earúmque Titulos quærendarum, aut aſſerendarum, quos explanauimus Lib. 2. Vix eſt enim, vt ſuis quiſque integris pacatè fruatur ac quietè, niſi inuocato Iure publico, vindicéque adhibito Iudice. Quemadmodùm alibi ex M. Tullio oſtendimus.

2 PRIMA igitur expèditiórque eſt, Prætoria, de poſſeſſione fundi, Actio, tùm propter commodum vſus, fructuúmque interim percipiendorum, tùm propter ſecuritatem, quæ nullum habet probandi onus dominij, quo petitor defungitur. Adnotante Caio. I.C. in l. is qui deſtinauit. ꝑ. De rei vindicat. Et Vlpiano, l. 1. §. quoties. D. Vti poſſid. Gallicis certè Tribunalibus perfrequens experimur Retinendæ poſſeſſionis, & Recuperādæ Interdictum, cuius veterem formulam ſeriémque deſcribit Areſtum *Parlamentare*, An. 1277. hac verborum conceptione. QVERELÆ DE NOVIS DESSAISINIS NON VENIANT IN PARLAMENTVM, SED QVILIBET BAILLIVVS IN BAILLIVIA SVA, VEL SENESCHALVS IN SENESCHALIA SVA, VOCATIS SECVM BONIS VIRIS, ADEAT LOCVM DEBATI, ET SINE STREPITV SCIAT, SI SIT NOVA DESSAISINA, SEV IMPEDIMENTVM ET TVRBATIO. ET SI INVENERIT ITA ESSE, STATIM FACIAT RESSAISIRI LOCVM, ET ACCIPIAT IN MANV REGIS, POSTEA FACIAT IVS PARTIBVS. Nec aliter prorſus, Romani quondam litigatores in rem præſentem iêre

Hæc priuata quidem Interdictorum ratio, Sed publica, ad vim, viámque facti, quæ Iuri contraria eſt, impediendam pertinet. Vnde & ſequeſtratio, *en Complainčte*. Maſuer. §. item in omni De poſſeſſorio.

Ab hac Conſtitutione, Philippi. 3. ſeculo edita, *reglant les Poſſeſſoires en Frāce*, Guido Papæ cœptum ait Stylum caſus Nouitatis, qui in Regno obſeruatur. Decíſ. 552. De tali Stylo, Cynus in l. nuda. in fi. Cod. de contrah. & commit. ſtipul.

Digitized by Google

,de qua contendebant, & Agri particula manu apprehenſa, ius quiſque ſuum vindicabat. Poſtea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoréque alijs negotijs diſtento, placuit, vt litigantes ſine Prætore in agrum proficiſcerentur, glebámque inde, in ius ad Prætorem deferrent, & in ea, tanquam in toto agro, vindicantes, aduerſarium ex iure manu conſertum ad Prætorem vocarent. In Gallijs verò,

Reſcriptum Principis, die. 22. Septemb. An. 1347.

antiquatum ſenſim poſſeſſoriæ formulæ Ritum priſcum renouauit Philip. Valeſius Rex, inſigni Diplomate. 10. Kalendas Octobres, An. 1347. Cuius tenorem, ceu vetuſti Fori noſtri expreſſam imaginem, ita ſubieci, ex albo Lib. paruo Caſtelli Pariſiorum.

Liure blanc petit du Chaſtelet de Paris.

PHILIPPVS, &c. OMNIBVS IVSTITIARIIS REGNI NOSTRI, &c. *Ex relatione dilectarum, & fidelium noſtrarum Gentium præſens* PARLAMENTVM *tenentium, Intelleximus, quòd licet de Stylo, & Vſu ab antiquo obſeruatis, & approbatis, cùm Literæ noſtræ in caſu Nouitatis vobis per aliquem conquerentem ſe turbatum in ſua poſſeſſione vel ſaiſina de re aliqua indebitè & de nouo, præſententur, deberetis ſtatim, dictas Literas exequendas alicui Seruienti veſtro tradere, & eidem committere per veſtras Literas, ſeu aliàs, vt partes ipſas ſuper locum contentioſum, ſi caſus ſit talis, quòd opus ſit inſpectione ſeu veuta, conuocaret ſeu adiornaret, & ipſis ibidem exiſtentibus, actor, qui Literas ipſas impetrauit, ſuam querimoniam, ſecundùm dictarum Literarum ſeriem, facere contra ipſum reum: qua facta, reus ipſe ſtatim ſe deberet opponere, vel cedere, & oppoſitione facta, Seruiens deberet dictum reum compellere ad reſſaiſiendum loca ipſa, ſi ab inde foret leuatum, vel ablatum, ſeu aliàs explectatum, antequàm ipſum ad oppoſitionem reciperet: locis verò reſſaiſitis, deberet idem Seruiens capere debatum, ſeu rem contentioſam in manu noſtra tanquam ſuperiori, & per eandem manum facta recredentia, ſi, & vbi foret facienda, diem certam coram Iudice competente aſſignare, & hæc omnia deberet facere idem Seruiens vno die, imò vna hora ſine aliqua figura iudicij. Vos nihilominùs dictos Stylum, Vſum, & obſeruantiam contemnentes, litem protelatis, cùm vobis dictæ Literæ per impetrantem offeruntur, & ipſum reum coram vobis in iudicio ad diem longam facitis adiornari, viſurum dictas Literas executioni mandari. Qui reus fugere cupiens, petit diem conſilij, &c.* PRÆCIPIMVS, *& diſtrictè iniungimus; quatenus dictas dilationes, & alias ſuperfluas & friuolas penitùs reuocantes, dictos Vſum, & Stylum antiquitùs obſeruatos, & meritò approbatos teneatis, & inuiolabiliter obſeruetis, &c.*

Conductori etiam ad decennium, vel ſuprà, licet agere Interdicto Vti poſſidetis. Idem in colono fundi ad breuius temporis ſpatium, cui ob id fundus ſpecialiter obligatus fuerit. Maſuer. in §. Item aduertendum De Poſſeſſor.

Complainčte.

CONQVESTIO, retinendæ poſſeſſionis cauſa comparata, dicitur More Pariſienſi, cùm quis, anno & die, retrorsùm computando ab inquietatione, poſſederit. (§. 96.) Quod Ioh. Faber vniuerſim obſeruari ſolitum ſuo tempore, prodidit. Ad §. retinendæ Inſtitut. De interdict. In Hæreditate tamen, ſufficit commentitia poſſeſſio (MORTVVS SAISIT VIVVM) etſi corpore acquiſita non ſit, ad interdicendum Gallico Ritu, Pariſiorum ſpeciatim. Art. 318. Cui regia Hiſpaniæ Conſtitutio affinis eſt, de MAIORATVS poſſeſſione 3

Exin maior. 14. annis, poſſeſſorio in iudicio eſſe poteſt Iure communi, ſine curatore. l. momentaneæ C. Qui legit. perſon. Vbi Baldus. Idq́ue Neapoli vſitatum ait Afflictus, Deciſ. 285. Sed in Francia, non item.

Taurina Hiſpaniæ

ſeſſione præſertim. Neque id naturali ſolùm deceſſoris morte procedit, apud Francos: verùm & myſtica ciuilíque, votum profeſſi Monaſticum. Vt Normanico in Conſeſſu forenſi pronuntiatum fuit, An. 1207. hoc idiomate. IN SCACARIO PASCHÆ, APVD FALESIAM, IVDICATVM EST, QVÒD FILIA ROGERII VERVEI HABEAT SAISINAM DE HOC, VNDE PATER SVVS FVIT SAISITVS, QVANDO IVIT AD RELIGIONEM. Ex antiquo Iuris Normanici Volum. autographo. Imo & mera in Legitima poſſeſſor habetur filius, extraneo hærede inſtituto, apud Gallos: nec eget ſupplice libello ad iuſtam ſibi ſupplendam Naturæ portionem. Molin. ad §. 3. De Teſtam. In Biturica, & ad §. 62. In Burgund. Ducali Conſuetud. Interdicto autem vti licet hæredum vni, non modò pro hæreditaria fundi parte, ſed pro reliquis etiam ipſi aduolutis, pacta cum cohæredibus diuiſione familiæ; quæ ad diem mortis retroducitur. l. Celſus l. cùm ſolus. ϖ. De vſucap. l. hoc quoque. ϖ. De acquir. hæredit. Molineus ad §. 36. Inſulanæ Flandrorum Conſuet. Quinimò per fratrem bonorum conſortem, quæ ſolus ipſe tractat, retinemus partis noſtræ poſſeſſionem. Bartol. & Caſtrenſis ad leg. Qui iure. ϖ. De acquir. poſſeſſ. Ex Reſponſo Domitij Vlpiani, in l. Communis ſeruus. D. eod. Poſſeſſorium itidem ius in bona vacantia competit Domino ſublimis Iuriſdictionis: cui nempe eadem, manu rebus iniecta, fas eſt occupare. §. 167. Pariſien. Conſuet. Ac Maſuerij relatu, in Tit. De hæreditat. §. item ſi nulli ſuperſint. Quò relabitur Tiraquelli opinio, in Tractatu Regulæ Iuris Gallici, *Mortuus ſaiſit viuum.* Si tamen vltimus poſſeſſor reliquerit liberos, qui Dominicæ bonorum occupationi intercedant, iis addicenda poſſeſſio eſt, plus quàm Carboniana: pendente ſtatus controuerſia, quæ in petitorium iudicium reiicitur. Ex Senatorio Lutetiæ decreto in cauſis agendis, 4. Kalend. Quintiles, An. 1583. de appellatione interpoſita à Pictauēſi Suppræfecto. Quùm Buyſſonius, pro dynaſta B. Mauræ, dudum oraſſet: Seruinus, contrà, pro Ioſſealmi defuncti liberis, quos à patre agnitos, ſummatim ſcripto liquebat. Quibus congruè attexitur vetus iuridici Neuſtriæ Concilij Placitum hoc, apud Faleſiam oppidulum, An. 1212. IVDICATVM EST, QVÒD QVERELA BASTARDIÆ, QVAM TENENS OBIICIT, NON POTEST DVRARE VLTRA ANNVM. Secus vtique, ſi de ſtatu contra liberos ſemel iudicio deciſum ſit. Iis enim prouocationem à Sententia non proſequentibus, transfertur in aduerſarium poſſeſſio, quaſi Iudicis auctoritate vallata. Argum. l. Si inſtituta §. de inofficioſo. ϖ. De inoffic. teſtam. l. iuſtè poſſidet. ϖ. De acquir. poſſeſſ. Quemadmodùm in Normanico illo Congreſſu forenſi definitum comperio, An. 1207. tali periodo. QVIA EPISCOPVS CONSTANTINENSIS PER SVAS LITERAS TESTIFICATVS EST, QVÒD TENENS, QVI SVPER BASTARDIA IMPETEBATVR, APPELLATIONEM AD

Legè. 45. Mortuo poſſeſſore Maioratus, ſtatim poſſeſſio omnium rerum ipſius tranſit abſque aliqua vera vel ficta apprehenſione in proximiorē agnatum cognatum vè, qui, ex conſtitutione Maioratus, vocatus Iure cenſetur, etiam ſi poſſeſſio rerum ab alio occupata ſit, ex traditione vltimi poſſeſſoris: Couarruuias Lib. 3. Variar. Reſolut. (Tom. 2.) Cap. 5. de Maioratu.

Filij ipſo iure ſaiſiti ſunt Legitima, nec tenentur venire per actionem ſupplementi. Quia Legitima ipſo iure teſtamentum reſcindit. l. quoniam in prioribus Cod. De inoff. teſt. Intereſt enim illorū, rectà petere diuiſionem, & ſequeſtrum in caſu moræ.

Conſt. de Liſle.

Hault Iuſticier.

Partis. 2. Declarat. 15. Art. 15.

Lutetiani Senatus Placitum, die. 28. Iunij. 1583. *Sur vng appel du Lieuten. de Poictiers.*

In Scacario Paſchæ, apud Faleſiam, An. 1212.

In Scacario S. Michaëlis.

Hinc obſerud, Francicas lites appellatorias, Romana iu Vrbe, Sedéque iam olim non tractari. Longè etiam

priùs, Galliæ Epiſcopi, rei, non, niſi petita ab Regibus venia, purgatum ſe, Romam iêre. Greg. Turon. Hiſt. Lib. 2. Cap 1. & Lib. 5. Cap. 20.

PAPAM INTERPOSITAM INFRA TERMINVM SIBI ASSIGNATVM PROSECVTVS NON FVERAT, IVDICATVM EST, QVÒD PETENS HABEAT TERRAM ILLAM. ITEM IVDICATVM EST SVPER HOC, QVÒD EXTRA NORMANIAM NON POTEST APPELLARI. Similiter filium, matris hæredem non fuiſſe eum decreuit Curia Pariſien., qui, exciſo vtero, nondum quinquemeſtris, editus eſſet. S. Conſulto poſtridie Kalend. Decemb. An. 1594. aduerſus patrem, qui hæreditario filij iure, ceu matri ſuperſtitis, mobilem huius hæreditatem ſibi aſſerebat. Meſmio litis expoſitore, in. 5. Claſſe Curiæ Inquiſitoria. Nec diuerſum de ſemeſtri, & octimeſtri partu cenſuit Parthenopæus Senatus: quaſi nunquam extiterit in viuis, qui vitales ſpiritus diu protrahere nequierit. Matthæi Deciſ. Neapolit. 26. cui, rogati tùm ſententiam Medici, plurimum momenti attulêre. Eòdem vergunt Baldi ſcripta, in l. vxoris Cod. De poſthum. hæred. inſtit. Et Socyni, ad l. cùm auus. ϖ. De condit. & demonſtr. Inde tractatum in Siculis illis tribunalibus, an decimo natus Menſe, cenſeretur primi filius, ſecundivè mariti. Deciſ. 461. Franciſ. Viuij, Aquilani. Quoniam tamen conceptionis partus certum tempus ignoratur, Neapolitanum illud Matthæi Decretum oppugnat Boërius multiplici rationum Iuris congerie, in Burdigalen. Deciſ. CCXX. Nóſque adeo in hanc partem ſymbolum contulimus Lib. 3. De PRIVIL. RVSTIC.

Lutetianum Areſtum die. 2. Decẽb. 1594. *entre Gilbert Prala, & Germaine Maillart. Qu'vn fils né à. 4 mois & demy, n'eſt reputé auoir eu vie, ores qu'il euſt remué vng bras, vne iambe, menton, & leures*, Ad effectum, *que comme ſuruiuant ſa mere morte en geſine, il aye tranſmis ſa ſucceſſion mobiliere au pere.*

Neapolit. Deciſio Franciſ. Viuij, Regij auditoris ſacræ Audientiæ Terræ Barri.

Tit. Si tab. Teſtam. nul. extab. Art. 5.

DE Monachi autem ſucceſſore in peculium, Ordine Monaſtico, 4
quæſitum eſt in forenſi Lutetiæ Baſilica, Nûm is, bonorum poſſeſſor haberetur, ritéque Interdicto contenderet, VTÌ POSSIDETIS. Qua de re conſulentibus reſpondi, ſacram Melitenſium Equitum Familiam, quæ ex facto eo proponebatur, hæredis nomine cenſendam, nec illicitè actionibus vti Poſſeſſoriis. Nam &, priſcis Legibus, Cœnobium, quod quis ingrediebatur, hæredis vice, carpebat profanas noui Cœnobitæ facultates, eiuſque propinquorum diem obeuntium. §. ſed & hoc præſertim Nouell. De ſanctiſs. Epiſc. In Authent. Niſi rogati Cod. Ad S. C. Trebell. Cap. in præſentia Vbi Panorm. De probat. Ac licet Gallicus Vſus tales Conſtitutiones aboleuerit. §. 337. Pariſien. Conſuet. Hactenus certè receptum eſt, Cœnobij Magiſtrum res peculiares ſibi quærere Monachi ſucceſſorio iure: qui ab Sacerdotio ſibi commiſſo Monachus peculium comparaſſet. Ex Synodo apud Alteum peracta, in Can. ſtatutum eſt Cauſ. 18. Quæſt. 1. Verſ. *Sed quicquid acquiſierat, vel viſus fuerat habere, Monaſterio relinquat.* Innocentiano item Reſcripto, Cùm olim. 2. De priuil. Vnde infertur, Monaſticum Hieroſolymitanæ Militiæ Ordinem, velut hæredem legitimum, bonorũ poſſeſſorem manere, nec inutiliter ius ſuum poſſeſſionis iudicio tueri. Inſtat Collegij cuiuſdam, ac Fiſci, priuatis ſuccedentium: qui hæredes planè exiſtimantur. l. recuſare §. item ſi Municipes §. ſi Fiſco D. Ad S. C. Trebel.

Nos de his copioſè, Lib. 3. Sacræ Polit. forenſ. Tit. 1. Art. 20. 21. 22.

Spolium Monachi mortui.

Cheualiers de Malte.

Digitized by Google

Trebel.l.ſi quis filio exhæredato §.eius qui.ff.De iniuſ.rupt.Vbi Bart. & Angelus, Leg.1.Cod.De hæred.decur.Lib.10. Eandem in ſententiā, præter Tiraquelli dictata, promo ſacras Equeſtris huiúſce Ordinis Conſtitutiones D.Iohannis Hieroſolymit., ita exaratas, auctore Fr. Claudio *de la Sengle*, STATVIMVS, QVÒD CV̀M PRIMV̀M PRIORES, CASTELLANVS EMPOSTÆ, BAIVLIVI, COMMENDATARII, ET ALII BONORVM NOSTRORVM ADMINISTRATORES È VITA DECESSERINT, VEL VIVENTES IPSI ADMINISTRATIONI CESSERINT, ET RENVNCIAVERINT, VEL EAM RESIGNAVERINT: RECEPTORES, ET PROCVRATORES NOSTRI ÆRARII DICTOS PRIORATVS, CASTELLANIAM EMPOSTÆ, COMMENDAS, ET BONA, SVA PROPRIA AVCTORITATE, ET SINE LICENTIA ALICVIVS IVDICIS, VEL CVRIÆ, EORVMQVE CORPORALEM POSSESSIONEM, NOMINE NOSTRÆ RELIGIONIS CAPERE, FRVCTVS COLLIGERE, SPOLIA, MORTVARIA, ET VACANTIA, ET ALIA DEBITA EXIGERE, EAQVE RETINERE, ET CONTINVARE PER SE, VEL PER ALIOS, VSQVE AD INTEGRAM SATISFACTIONEM NOSTRI COMMVNIS ÆRARII, DEBEANT. SI QVI VERÒ FRATRVM NOSTRORVM, QVAVIS OCCASIONE DICTOS NOSTROS RECEPTORES IN PRÆDICTIS FRVCTIBVS, ET SPOLIIS PERCIPIENDIS, ATQVE IN DICTIS POSSESSIONIBVS ADIPISCENDIS ALIQVO MODO IMPEDIVERINT, PRIORATIBVS, COMMENDIS, ET OMNIBVS ORDINIS NOSTRI OFFICIIS, ET BENEFICIIS PRIVATI SINT: ET SI FVERINT FRATRES CONVENTVALES, ANCIANITATEM PERDANT.

In Tract. *le mort ſaiſiſt le vif*. Declarat. 15 Partis.2.

Lib. Statutorum Ordinis Domus Hoſpitalis Hieruſalem, Tit.5.De communi Ærario.

Mendicantium etiā Monaſteria, in cōmuni, capacia ſunt profanarum poſſeſſionum quæ Diuino vſui & cultui ſpecialiter adſignentur. Vtpotè *l'Hoſtel de* l'Aue Maria, *donné aux ſeurs S. François à Paris.* Ex Regeſtô Curiæ, die.1.Mart. An.1479.

5 SED etſi huiuſmodi Peculiaris hæres, defuncti nomina debitáque exoluat: Ambigitur de iis, quæ extra peculij cauſam ſint contracta. Nempe ſi ſacer Eques, votiuo iam præſtito Iureiurando, vendiderit extero patrimonium ſuum: Cuius, frater venditoris, pretium, quaſi rei ſuæ, repoſcat dehinc ab Ordine, in peculium defuncti ſucceſſore. Eo caſu cenſui, minimè id, tanquam æs debitum, Monaſticos hæredes onerare, conflatum vtpote contra leges *regularis* Sacramenti. Diſcreta namque ſunt Eccleſiaſtici peculij ſeu Monaſtici onera, & profani ſeu patrimonialis. Cuius enim adminiſtratione peculij credita ſit pecunia, ex eodem lui, par eſt, non ex altero, longéque diſtincto. Leg.19. §. poteſt eſſe apud me duplicis iuris peculium. ff. De pecul. Sic Eccleſiaſtici prouentus à moriente Cœnobita relicti, peculiare ſuum habent debitorum onus nexum: quo defungantur, pro viribus facultatum. Bonifaciano Cap. præſenti §.porro De offic. ordin. In.6.Cap. quia ſæpe De election. Eod. Ac ſacræ quidem huic Militiæ B.Ioannis Hieroſolymit.ſeriò accommodatur, quòd, profana in Militia,

À die profeſſionis monaſticæ, profana bona profeſſi delata ſunt propinquis, tāquam hæreditaria: Quorum emptorē poſſeſſorémq; aliū ferre ipſi nō debuerunt, quaſi mala fide cum Monacho ciuilitérque mortuo contrahentem.

Digitized by Google

Caſtrenſium rerum hæres ſcriptus, non tenetur extra caſtra conflato ære alieno: Cui is ſolus obligatur, qui cæterarum rerum hæres fuerit inſtitutus. l. ſi certarum. ff. De teſtam. milit. Quo ſenſu accipiendam reor, puram & indefinitam Melitenſium Equitum ſanctionem de ære alieno defuncti, conditore Fr. Iano Vilerio, in hunc modum. STATVTVM EST, QVÒD DEBITA FRATRVM DEMORTVORVM, QVÆ LEGITIMÈ ATQVE AVTHENTICÈ APPAREBVNT, CREDITORIBVS EXOLVANTVR, EX BONIS TANTVM MOBILIBVS FRATRIS DEFVNCTI, SALVO STATV COMMENDÆ. ET SI BONA MOBILIA NON SVFFICERENT, TVNC DE BONIS STABILIBVS DE NOVO PER FRATREM RELIGIONI ACQVISITIS, IPSIS CREDITORIBVS SATISFACTIO FIAT, ET NON ALITER. Atque hanc adeo Ordinis Conſtitutionem ſecuta eſt Curia Pariſien., eximio Decreto. 13. Kalend. Apriles An. 1562. ſecundùm Fratr. Ianum Huraldum, Melitenſis Equitis demortui creditorem, ſacri Præceptoris *du Saulſay*: Quo vrgente creditore, damnatus fuit ſacer Conuentus, defuncti nomina debitáque peculio tenus diſſoluere: ſubducto hinc, præceptóque, quod Ordini ipſi à Cœnobita illo deberetur. Ac ſingula adeo eiuſdem Iura priuilegiáque Religionis monaſticæ Equeſtris deſcripſimus, Lib. 2. MONASTICŌN, ſeu de IVRE COENOBITARVM.

Statuta Ordinis domus Hoſpitalis Hieroſolymorum.

Iudicatum Curiæ, die. 20. Mart. 1562 pro iuſto creditore *du feu Commandeur de la Commanderie du Saulſay, iuſques à la concurrence toutesfois ſeulement de la deſpoüille dudit Religieux decedé, & ſur ce deduictes prealablement les Reſponſions annuellement deuës à l'Ordre ſur chaſcune Commanderie.*

Monaſticōn Libro. 2. Tit. 1. Art. 24. 25. 26.

INTERDICTO Vti poſſidetis, experiri licet de incorporeo iure, nedùm corporeo de fundo. §. 96. Pariſien. Conſuet. Maſuer. in §. item pro rebus De poſſeſſ. Nam, verbi cauſa, ſi fiduciarius Regiæ Fiſcaliſque ditionis emptor abdicet quempiam Regio loci Magiſtratu: huic Prætoria datur querela interturbatæ poſſeſſionis. Quemadmodùm Senatoriæ Decuriæ placuit in Iuridico Molinorum Conſeſſu apud Borbonios, Decimoquarto Kalend. Nouemb. An. 1540. Marliaco, appellantis: Et Seguerio, aduerſarij, patronis. Si Rebuffo credimus, ad Tomum. 1. Conſtitut. Regiar. Similia Aquitanici Senatus placita multa refert Boërius ibidem Præſes, ſecundùm Regiis præfectos Officiis. Burdigalen. Deciſ. 149. Ne refricem iſthîc, fusè tractata de eo, in noſtris Libris Francici CENSVS AVGVSTI, & hoc in Opere, ſuprà. Diuerſa autem Munerum publicorum conditio eſt, quæ precaria concedunt inferiores Rege Proceres ſuis in Territoriis, ac Nobilium primores. Talibus enim prædito Officiis non competit Interdictum, ſiue in Magnatem virum, qui ei collatum Munus id poſtea abrogarit, ſiue in ſucceſſorem, Officij donatarium. Quod ad eos productum eſt pariter, quibus onerosa ex cauſa publicum eſſet Miniſterium attributum. His quippe 6

In Ver. *ou droict réel.*

Decretum Curiæ Magnorum dierum Molinenſium, die. 19. Octob. An. 1540.

Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 20. Art. 14. 15.

Lib. 1. Tit. 1. Art. 34.

Pro Regijs quidem Officijs Iuridicis licet intentare querelam *de ſaiſine &*

Digitized by Google

Lutetiani PATRES poſſeſſoriam Formulam abnuerunt: ſalua promeritorum æſtimatione, penſationéque in eum repetenda, qui donatum Officium ad ſe reuocaſſet. Areſto. 9. Kalend. Apriles An. 1550. Cuius meminit Rebuffus, Tomo. 1. ſuprà relato. Poſteriore tamen Karoli. 9. Lege, adempta eſt Iuridicis dominis poteſtas mouendorum ordine Magiſtratuum ſuorum, Officialiúmve, qui id muneris, ceu * ἀντίδωρα, ab illis ſumpſerint. Permutationis enim genus hoc quoddam eſſe, ſubindicat Princeps, Edicto Ruſcinonenſi, An. 1563. §. 27.

nouvelleté. Sed præ ſubalternis & Dominicis inferioribus, non licet.

Pariſien. Areſtum, die 24. Mart. An. 1550.

Officiarij Dominorum ex cauſa remuneratoria vel onerosa, deſtitui non poſſunt.

* remunerationem.

7 SACRI ITEM ſpiritaliſque iuris ergò, inſtituitur apud regios Iudices Interdictum. Quale, diuinis de rebus, locíſque religioſis à Prætore datum Romæ, produnt Vlpianus, & Paulus. l. 1. 2. D. de Interdict. Spiritalis enim rei poſſeſſio, qua de agitur, temporaria eſt, profana, & meri facti, quod aiunt. Innoc. ad Cap. cùm dilectus De elect. Archidiac. in Cap. frequens De reſtit. ſpoliat. In. 6. Cap. Olim. 3. Eod. Tit. In antiq. Sic Luſitanica Lege regia, profanum merèque temporarium ducitur ſpiritalis iuris poſſeſſorium iudicium: modò intra annum, reo conuento, dicatur. Quod ab Vlyxipponenſi Senatu iudicatum, refert Aluarus Valaſcus, in Luſitan. Conſultat. xj. Idem in Caſtulonenſi Hiſpaniæ regno vſurpari ſolitum, prodit inibi Valaſcus, ex Lib. 1. Tit. 5. Conſtitution. Principalium. Similiter. Ioh. Gallus, ducentos ante annos pronuntiatum à Francica Curia, tradit ſecundùm interdicentem de publica Theoſophiæ profeſſione, ac Magiſterio: quod purè ſpiritale nemo non fatetur. Quæſt. 388. Extat pariter Apoſtolicum Martini. 5. Diploma Calendis Maijs An. 1427. de Querela rerum nouarum, quæ ſacerdotij controuerſi nomine agitatur in profanis Galliæ Tribunalibus; ab priſco Ritu patrio, quem ſummus Chriſtianorum Antiſtes comprobauit. Hinc ſacras quoque Decumas poſſeſſoria ex lite diiudicant Ciuiles Principis Iuridici. Gratianopolitanis Areſtis. 4. Idus Mart. An. 1454. 1455. 1459. & aliis, quæ ciet Vido Papa, Delphin. Deciſ. 1. 266. 284. 288. De profanis autem Decumis, quæ clientelæ iure tenentur, in rem agi poteſt, nedùm in poſſeſſionem, apud Præfectos Regiæ Iuriſdictioni. Sicuti in maiore Pictonum Seſſione forenſi deciſum comperimus, Sexto Kalendas Octobres An. 1531. Rebuffo ſcriptore, in Comment. Tomi. 2. Principalium Edictor. Quinetiam beneficiaria ceſſa Baroni Ditione à religioſo Cœnobio in cauſâ ſacræ Hieroſolymorũ militiæ, Senatus admiſit immunitatis poſſeſſionem decimarum ex ea Ditione, Conuentui oppoſitam à poſteris donatarij: Quaſi huic purè dato in clientelam latifundio, decumæ itidem fructuum, videatur tranſcriptę, condonatæ. Decreto in Senatoria prima Inquiſitionum decuria, ſexto Idus Februar. An. 1597. ſecundùm Ianá *Caillouet*, quæ prouocarat à Sententia Cõſiliariorum Curię Palatinos libellos dijudicantium, lata. 6. Kal. Quintiles An. 1595. In Archimandritá & Conuentum Maioriſ-

Leodienſis tamen Epiſcopatus & Territorij Iudices profani, non cognoſcũt de poſſeſſorio Beneficiorum Eccleſiaſtic., ſed Officialis Epiſcopi, aliíque ſacri Iudices: ſiue adipiſcendæ, retinendæ, ſiue recuperandæ iudicio agatur. §. 29. Statut. Leodiẽſium, ab Erneſto Epiſcopo approbatorum, An. 1582.

Ordinat. regiar. Lib. 4. Tit. 1.

Caſtellæ Regni Ordinationes.

Romanum Reſcriptum, die. 1. Maij. Pontificatus Anno. 11. Quod Vidus Papius, è Regeſtis Fori Regij Lugdunẽſis excerptum trãſcripſit. Quæſt. 1.

Delphinalis Curiæ decretum, die. 12. Mart. An. 1454.

Diſmes infeodées.

Placitũ Curiæ Magnorum dierum Pictauenſium, die. 26. Septemb. An. 1531.

Interlocutoriũ Curiæ Pariſien. Areſtũ, in. 1. Camera Inqueſtarum, ad relationẽ Dn. Menardi, die. 8. Februar. 1597. pro laico decimarũ immunitatẽ poſſeſſoria formula objiciẽte Religioſis Abbatiæ de *Marmonſtier* decimas petẽtibus, *ſur la terre noble du Mortier en la paroiſſe*

Digitized by Google

monaſterii, Turonen. Cæteroquin profanæ ſortis mortali cuiquam negatur prorſus immunitatis exceptio præſcriptióq; ſacrarũ decumarum in ſacerdotes. Gregoriano Canone.1. Cauſ.16. Quæſt.7. Cap. cauſam De præſcript. Cap. tua nos Cap. dudum De decim. Nec ideo tamẽ clientelares illę decimæ, in ſubclientelam ritè cedãtur priuato cuiuis: Tales licet à cedente priuatim poſſiderentur ante Chriſtianum Laterani Congreſſum œcumenicũ. Cap. cùm Apoſtolica De his quæ fiunt à Præl. Cap. quamuis Cap. ad hoc De Decim. Quod in Germania quidem contrario vſu obliteratum, queritur Zazius, Feudor. Parte. 4. *Quæ res in feudum dari poßint.* Ac improbabiliùs adhuc profanis denuò tranſcribantur reuerſæ ad Eccleſiã decimæ huiuſmodi, ab eáque plebeijs dentur Beneficiario iure. Vt Ioh. Andræas piè ſenſit, ad cita. Cap. cùm Apoſtolica, Ac Hoſtienſis, in Summa, Tit. De feud.

de S. Cyr lez Tours aultresfois infeodée par lesd. Relig. lors, du premier voyage d'Outremer de Godefroy de Buillon. Vnde reus laicales, & infeudatas ſuæ Terræ decimas eſſe proponebat.

Sententia Requeſtarum Palatij. die. 26. Iun. 1595.

Concilium Lateranẽ., habitũ An 1175.

Semel reuerſæ ad Eccleſiam decimæ, fiunt perpetuò Eccleſiaſticę, vt primitùs, ac inalienabiles. Etſi res infeudari ſolita, iterum poſſit ab Eccleſia infeudari. Cap. 2. De feud. In antiq.

Insvper, redintegrandæ poſſeſſionis gratia, condictio admittitur in rebus ſacris Galliarum. Qualis, ex Pontificio Iure, tralatitia condictio eſt, ad recuperandam rei poſſeſſionẽ. Exempli gratia, Syluius Cãdidus à Rothomagenſi pontifice creatus fuit Põtiſaræ Oppidi, Vicorúmque adiacentium Propontifex. An. 1575. Succeſſor deinceps Neuſtriæ Archiepiſcopus & Primas ratam habuit Propontificis deſignationem, ſubiuncta meritorũ huius in Eccleſiã cauſa mirè fauorabili. An. 1584. Decẽnio inde exacto, quùm obiiſſet Archipræſul, ſede gradúq; Cãdidus deiicitur, qui Archipręſulis Vicario munere apud Pontiſaram fungebatur. Hic, è veſtigiò, Interdictũ Vnde Vi promouet in Cæliũ Amarãthũ, Vicariæ dignitatis cõpetitorẽ, gemino ſubnixũ titulo, Regaliorũ nẽpe, & Archiepiſcopalis Canonicorum Collegij, vacua Kathedra Rothomagẽſi. Ego verò, apud Pretorianos Principis Cõſiliarios ita dixi pro Cãdido Archiepiſcopi Vicario, Regale ius in vicẽ demortui Præſulis ſucceſſoriũ, ad profanas modò poſſeſſiones pertinere, ac fructuarias collationes Sacerdotiorũ, qualeſcũq; defuncto cõpetiiſſent; nõ autẽ ad ſpiritalis exercitiũ Pontificiæque Iuriſdictionis. Id quod apertè deſignat vetuſta Regaliorũ Cõſtitutio, quam in Acta publicorũ Lutetiæ Ratiociniorũ regeſtam deſcripſimus alio loco. Fidelitatis enim ſacramentum, ex profanis Epiſcopatus fortunis Regi prętatur, nõ ex ſpiritalibus, quę nullo in mortales clientelæ obſequio, nexúq; deuinciũtur. Can. in Synodo Diſt. 63. & Alex. 3. Cap. ex diligẽti De Symon. Cũ Lucij. 3. Cap. vlt. De regul. iur. Atq; adeò tritum eſt, ſacros Sodales Archiepiſcopalis baſilicæ, in Iuridica defuncti Pręſulis munia ſuccedere: vti ſacratiſſima, nec Principi, vacuo Præſulatu, attributa. Quod reſis vtiq; pręſentiens, velut ſuccẽturiatũ adſciuit ſibi Flaminum Templi ſuffragium, ab iiſq; donationẽ elicuit cõtrouerſi Propõtificatus. Aſt donatoribus Canonicis ius eſſe negabã, de Vicaria iſta functione ſtatuere: quę nec Archiepiſcopi ſtetiſſet arbitrio, tãquã ordinarij Antiſtitis, ſed fiduciarij poſſeſſoris, ac ſequeſtri, pẽdente lite Diœceſani imperij Põtiſarę, mota olim inter finitimos tres, Pariſiorũ, Syluanecti, & Meldorum põtifices. Quùm igitur ſequeſtro nefas ſit, Officium, 8

Redintegrande, pour le Grand Vicariat de Pontoiſe, dependant de l'Archeueſché de Rouën. Auquel Vicariat eſt annexé inſeparablemẽt le tiltre d'Official, Archidiacre, & Chappelain de S. Marcel audict Pontoiſe.

Auctoris Oratoria diſceptatio, apud Regios Magni Cõſilij Senatores, diebus Iouis. 13. & Lunæ. 17. Octobr. An. 1594.

Ordonnance des Regales, enregiſtrée en la Chambre des Comptes a Nobis perſcripta Lib. 1. Sac. Polit. Tit. 5. Art. xi.

Alexander. 3. in Concilio Turonẽſi, An. 1164. de quo Nos ſuprà, Lib. 2. Tit. vlt. Art. 4.

Capitulum Eccleſię Andegauẽſis conſeruatum in poſſeſſione committendi nouos Iuſtitiæ Officiarios, Sede Epiſcopali vacante. Areſto Pariſienſi, die. 6. Auguſti. 1594. in magna Camera, *au rapport de M. Fleury.*

Officiũ gerẽtes, Eccleſięvè beneficiarios mouere ordine: multò magis, ſequeſtri in vices Archiepiſcopi ſuccedaneæ, Familiæ Canonicorũ. Quippe quæ, vacuo ſacro Solio, ea minimè tractet, quæ Antiſtiti Eccleſiæ competierint iure delegato, aut priuilegio ſingulari. Cap. ſcriptum, Et ibi Hoſtiẽſis, ac Ioh. Andreas De elect. Gloz. & Doct. in Clem. 1. De hæret. In ver. Capituli Et De priuil. Cap. vlt. Lib. 6. Quam pariter in ſententiam pedibus eunt Fridericus, in Reſpon. 30. Panormit. ad Cap. Cùm olim De maiorit. & obed. Ancharanus & Dominicus ad Cap. 1. De maiorit. & obed. Lib. 6. Alexander, Iuris Reſponſo. 110. Volum. 6. Ac Rebuffus in Praxi Benefic. His ego, variiſque aliis oppugnabam in Prætoriano Senatu aduerſarij iura in litigioſum Pontiſaræ Vicariatum. Quibus pro corollario addebam, Epiſcoporum Vicarios Iuridicos, Gallicis Inſtitutis, haud, temerè abdicari Officio poſſe, & abdicatos leuiuſculè, priſtino ſtatui ac ordini reſtituendos. Aquitanico bino Decreto, quod Boërius Præſes commemorat, lato ſecundùm Tutelenſem Lemouicum, & Burdigalenſem Magiſtratus Eccleſiaſticos, qui, mandata à patriis viciſſim Antiſtitibus poteſtate, Clero ius dicebant. Burdigalen. Deciſ. 149. Nec abſimile quicquam Lutetiana Curia priùs decreuerat, pro Iudice dato à Monaſticæ Ædis Præfecto B. Martini Campenſis, An. 1388. De quo, Ioh. Gallus, Quæſt. 173. Tametſi diuerſum pro Salernitano Archipræſule iudicarit Senatus Neapolitanus. Matthæi Deciſ. 101. CAVSAM biduo actitatam Prætoriani PATRES reuocarunt ad maturius deliberandi conſilium. 16. Kalendas Nouembr. An. 1594. quùm noſtris aduerſas partes Reginaldus, pro Reo, & Vuicquetus, pro Sodalitio Eccleſiæ Rothomagenſis, egregiè propugnaſſent. Supremo demùm Iudicio obtinuit cliens noſter, eique Vicarij muneris poſſeſſionem redintegrandam Iudices cenſuêre. Pridie Kalend. Octobres An. 1595. Quinimò temporaria Emphyteuſi ſoluta, fundo deiectus emphyteuta rectè experitur Interdicto VNDE VI, ex Pariſien. Areſtis: nec priùs in eum audiendus venit dominus proprietatis, quàm poſſeſſionem, qua depulſus ſit ille, in priſtinam cauſam reſtituerit. Iuxta Papiniani leg. Cùm fundum l. colonus. ff. De vi & vi arm. Quamuis enim, finita emphyteuſi, prædiorum vacua poſſeſſio redeat ad proprietarium. §. nunc aliqua Tit. De locato, apud Durandum Speculat. Vis tamen publicæ odio, vel priuatæ, redintegranda expulſis poſſeſſio eſt, quàmlibet exili antea poſſidendi iure præmunitis. Cap. in literis De reſtit. ſpoliat. Cap. cùm noſtris De conceſſ. præben. Atque ita, Nobis dicentibus, Senatorio Lutetiæ decreto pronuntiatũ fuit., 12. Kalẽd. Februar. An. 1564. pro ſacrorum fundorum emphyteutis, aduerſus Matthæum Longueioum, primatem monaſtici Conuentus D. Pauli, apud Sueſſionas Veromanduorum.

Antiquum Depoſitum à Sede Apoſtol. & ſequeſtratio Diœceſani Territorij Pontiſarę, in manibus Rothomagẽſis Archiepiſcopi, lite pendente inter tres vicinos Epiſcopos.

Quæ competunt Epiſcopo iure ſpeciali, ea non tranſeunt, vacãte Sede, ad Capitulum. Rebuff. in Tit. De deuolution. Num. 68.

Nũm ſequeſter Officiarios, vel Beneficiatos priuare poſſit officio, vel beneficio, Nos Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 19. Artic. 5.

Tulles, en Limoſin.

Iuge lay du Prieur S. Martin des Champs, à Paris.

Appoinćté au Conſeil die. 17. Octob. 1594.

Areſtũ Magni Conſilij Regij die. vlt. Septemb. An. 1595. pro Iac. *de la Saulſaye*, contra Rogerium *Deſchenet*, defenſorem.

Areſtum Curiæ. *en plaidant*, die. 21. Ianuar. 1564. in magna Camera *touchant la redintegrande des Emphiteotes des terres dependans du Prioré de S. Paul au Boys.*

9 CESSAT porrò retinendæ poſſeſſionis Interdictum, in præſtatione annua merè perſonali. Cuius ſpeciem oculis ſubiicit Ceruidius

Scæuola, in l. vlt. §. vlt. ff. De contrah. empt. Hoc ſentit & Iulius Paulus, l. 2. D. quor. bonor. Secus de annua penſitatione in rem, ac rebus diſertè impoſita. Qualis ſequitur fundi poſſeſſorem: & immobilium exemplo, poſſeſſoriæ obnoxia fit, petitoriævè actioni. Bartol. ad l. ſciendum D. qui ſatiſd. cog. Bald. in Cap. 1. §. ſciendum De feudi cognit. In Feud. Mouentium rurſus nomine, haudquaquàm interdici, docuimus antea. Sed mobilis hinc demitur & Hæreditas, & ratio Iuridici, inter confines Dominos, Territorij. Quod deſcripſit ad vnguem *Conſuetudinarius* Franciæ Liber. 2. hoc vernaculo idiomate. *Iaçoit ce que l'en die, que pour Meubles l'en ne puiſſe pas intenter le cas de Nouuelleté, toutesfois ſi faict bien en deux cas.* Primò *en cas de ſucceſſion vniuerſelle, ſuppoſe qu'il n'y ait que meuble.* Secundò, *ſe tu prens en ma Iuſtice vn pourceau, ou autre meuble en iuſticiant, tu me trouble en ma Iuſtice: A raiſon dequoy l'action de Nouuelleté me compete.* Hæredi tamen, Mouentium ergò, Interdictum non datur anno primo aduerſus Curatorem teſtamentarium, cui patrius Mos temporariam illorum poſſeſſionem addixerit. Vtpote Pariſienſis, §. 297. Idipſum enim Lutetiano Areſto deciſum Kalend. Septemb. An. 1376. percenſet Rebuffus, Tomo. 2. Ordinat. Principalium. Porrò vt mobilia, ſic poſſeſſoria vxorum iura, actionéſque viris competunt. §. 233. Pariſien. Legum, & Maſuerij §. item maritus Tit. De poſſeſſorio. Alia verò conditione, Petitoria habentur coniugum iudicia: niſi iis mulier ſimul actrix, reáve, cum marito, intercedat. Vti Senatum pronuntiaſſe An. 1380., ait Butelerius in *Summa Rurali.*

Lib. 1. ſuprà Tit. 1. Art. 4.

Executeurs teſtamentaires ſont ſaiſis durãt l'an & iour du treſpas du teſtateur des biens meubles d'iceluy.

Parlamentare Areſtũ, die. 1. Septemb. 1376. *Que l'heritier n'eſt receuable complaignant pour meuble de l'heredité contre l'Executeur teſtamentaire, ne auſſy l'executeur, opposant pour les immeubles.*

Senatorium decretum, An. 1380. *Entre Ieh. de Vãdereſſe, Bailly de Senlis, & Roch du Fay. Ex co que le propre de la femme eſt inalienable par le mary ſans l'expres conſentement d'elle.*

Fideicommissario, ad hæc, cui reſtituenda eſt hæreditas, nullum proponitur Interdictum, ſed fideicommiſſaria hæreditatis petitio. Accurſ. Bartol. Bald. Iaſ. ad leg. vlt. Cod. De Edic. Diui Hadr. toll. Nam etſi ille hæreditariis rebus abſque vitio incumberet, permittente hærede: hic tamen eſt in poſſeſſionem mittendus, vt hæreditarij Aſſis quadrantem deducat, ex notis Curiæ Conſultis. Leg. filiam fratribus D. Ad S. C. Trebell. & l. lineam margaritorum D. Ad leg. Falcid. Vnde Aquitanici Senatores, Interdicto fideicommiſſarium ſummouêre. Decretis poſtridie Idus Sextiles, An. 1521. Nono Kalend. Quintiles An. 1526. Et Octauo Kalendas Martias. 1536. Quæ Boërius Præſes Areſta retulit, Burdigalenſi Deciſ. 156. Aſt hæc quidem ita, niſi teſtator fideicommiſſario ſupremi iudicij ſui executionem demandarit. Tùm enim Executor is curatórque teſtamentarius à ſemetipſo fideicommiſſum accipiet, Decij Reſponſo. 424. Aliorum inſtar curatorum, geſtorumvè alieni negotij, quibus priuatim exigere licet ac domeſticis Ratiocinijs inferre, quicquid aliunde ſibi debeatur à minore annis, vel abſente, cuius negotia adminiſtrarint. L. ſi tutor poſt pubertatem ff. De tutel. ration. diſtrahen. l. quoties §. 1. ff. De adminiſtr. tut. l. diuortio. ff. De negot. 10

Burdigalenſis Senatus Placita, die. 14. Auguſti, An. 1521. die. 23. Iunij. 1526. &. 22. Febr. An. 1536.

Fideicommiſſarius poteſt à ſeipſo fideicommiſſum accipere, quando eſt Executor teſtamenti à defuncto conſtitutus.

Digitized by Google

got. geſt. Inſuper ad ſinuoſas litium ambages tollendas, fideicommiſſarius, cui mota ſit poſſeſſionis quæſtio, ſinitur, obiter fideicommiſſi reſtitutionem breui manu poſtulare. Baldi conſilio, ex Pontificia æquitate, ad Cap. in præſentia De probat. Cuiuſmodi æquitatem complexus Pariſiorum Senatus, Interdicto certantes, faceſſere foro ac lite iuſſit: & fideicommiſſam ſimul hæreditatem petenti adiudicauit. Luculento Decreto. 3. Idus Iulias An. 1560. inter Adelam Stuartam, Iani Stuarti hæredem ex inuentario, & Vilhelmum Stuartum, Sybillæ Cadieræ matris hæredem fideicommiſſarium. Neque ab hoc longè diſtat Tholoſani Senatus placitum, quod Benedictus recenſet, in Cap. Raynutius Verſ. ſi abſque liberis moreretur. In Verb. de æquitate autem. Cæteroquin illa eſt commentitia exceptio, Lege Regia apud Gallos celebris, ne, pendente poſſeſſionis iudicio, de dominio eiuſdem rei, petitoria lite, diſceptetur. Forenſi certè ex Vſu, nobis per manus traditum eſt, poſt redintegratam ſpoliato rei poſſeſſionem, necdum tamen redditis fructibus, quos reſtituere ei damnatus ſit alter, huic tranſgredi licere ad petitoriam controuerſiam, ſuis formulis ſeriatim ordinandam. Subiuncto eo, vt cunctis iam partibus inſtructæ controuerſiæ definitio ſuſtineatur, dùm æſtimati interea fructus illi, certúmque ad pretium æris redacti, perſoluantur. Quod valdè conducit ad interpretationem Regiæ Conſtitutionis iudiciariæ, An. 1539. De eo vtique, Nobis propalàm orantibus, Curiæ placuit Lutetianæ, ampliùs deliberari. Areſto. 5. Kalendas Quintiles, An. 1577. inter Ianum Meſtayerum, pro quo egi: Et Franſciſcam Baugeam, pro qua Chauuelinus, quæ ab Cenomano proprætore Senatum appellarat. Poſtmodùm autem Edicto perpetuo adhibita eſt perplexis illis Fori negotiis cautio eiuſmodi, vt qui Interdicto victor, deſidioſè moretur æſtimationem fructuum, quantiuè ſua interſit, adiudicati, is cogatur interea petitorium ſubire iudicium, ſponſore dato nummariæ illius æſtimationis, quàm primùm inita abſolutè fuerit, perſoluendæ. Ex Lib. 5. Henriciani Codicis regiarum Galliæ Conſtitutionum, Tit. 10.

Pariſien. Areſtum, die. 13. Iulij, An. 1560. *Sur appellations des Requeſtes du Palais. Par lequel, en la Complaincte, les parties miſes hors de Court. Et faiſant droict ſur la ſubſtitution fideicommiſſaire, l'appellante condamnée reſtituer à l'intimé heritier fideicommiſſaire de ſa mere, &c. en deduiſant les quartes Legitime, & Trebellianique appartenans au pere de l'appellante, &c.*

Curiæ Pariſien. decretum, die. 27. Iunij, An. 1577.

Tit. 10. *De l'Instruction des Proces ciuilz. Du Code Henry.*

11 Prætereа alieni fundi pretium ſoluenti, nihilò ocyùs datur Interdictum ad retinendam illius poſſeſſionem, quàm creditori miſſo in poſſeſſionem rei ſeruandę cauſa. De quo Iulius Paulus, in l. ſi duo §. creditores D. Vti poſſid. Exempli gratia, Alanus Iochetus, & Iana Fleuria coniunx mercati ſunt latifundium, nullo præſenti pretio. Emptoris dein vidua mulier, filiáque Denoalo nupta, adnumerant pretij ſortem venditori. Sublata poſthæc viuis filia, parentum hærede, ſuperſtes maritus, qui vxoriæ Mouentium donationi, ac Quęſtuum innitebatur, cōtendit de fundi poſſeſſione, ceu emptitij, & ab ſe, vxoréque communibus nummis comparati. Aſt vxoris, contrà, ſucceſſores, prædium, eius patrimoniale fuiſſe, & à paren-

Nec hypotheca quidem priuilegiaria in rem ſubnixus eſt, qui huius emptę pretium nummóſq; in eam cauſam emptori crediderit. Niſi eādem rem idcirco creditor ſpecialiter ſibi oppignerari ſtipulatus ſit. l. quamuis. C. De pign. l. licet C. Qui potior. in pign.

tibus ad eam tranſmiſſum, coniugali Quæſtuum liberalitate nō contineri. Nec quicquam mutare, quòd fundi pretium maritus filiæ appenderit. Quippe quùm ſola, de re, conuentio, non numeratio pretij faciat emptionem. In contrahenda rurſùm emptione, non ſpectatur, cuius pecunia, ſed cuius nomine, res coëmantur. l. etſi de tua pecunia C. De donat. int. vir. & vxor. l. nō vnde originem Cod. ſi cert. pet. l. ſi vt proponis Vbi Accurſ. Cod. de rei vindicat. Quùm igitur pretij numerator eat in creditum, meríq; creditoris partes ſuſtineat, immeritò certat de empti fundi poſſeſſione, quæ in creditorem minimè tráſfertur. Salua huic nummorum repetitione in emptoris hæredes, dominos proprietatis. Atque ita demùm cognoſcens decreuit Armorica Rhedonum Curia. 17. Kalendas Octobres, An. 1571. Referéte hæc Natali Failhio, in Collectaneis Areſtor. Celticæ Britanniæ. Quinetiam vidua coniunx, mariti donataria, iudicio ſuccubuit poſſeſſorio: obtinuitque donatoris hæres, vti poſſeſſor legitimus, ex vniformi Galliarum Conſuetudine. Senatorio Pariſiorum decreto, quod ſolenni purpura recitatum fuit in peruigiliis Reſurrectionis Dominicæ, An. 1550. Secundùm hæredes Philiberti Bellijoci, aduerſus Catharinam Amboëſiam eius viduam. Nam viro vtique demereri vxorem licuit tali viuorum liberalitate, quæ teſtamento firmata eſt, ab Romano Iure, quo, nobiles quatuor Ditiones, Bellijoci agri, donatæ regebantur. Verùm ideo lite cecidit mulier, quòd & Donationem in Actis teſtata eſſet à morte donatoris, nec fundos illos retinere poſſet, antiquis fideicommiſſis adſcriptos Bellijocæ gēti gradatim, in vicem Baronatus Bellijoci, longa ſubſtitutionum ſeriè, inalienabilis extra eam familiam. Etenim, Gallico fermè ritu, Interdicta rei perſecutionem continent ac proprietatis cauſam, nedùm temporariæ poſſeſſionis. Maſuer. in §. item in interdicto Tit. de poſſeſſorio Ver. *ſi in promptu conſtare poſſit de iure proprietatis*. Nonnulla etiam Interdicta prodidêre Romani Prætores, iuris tuendi ergô, magè quàm facti, & poſſeſſionis comparata. l. 2. §. quædam. ꝟ. De interdict. l. 1. §. vlt. ꝟ. De aq. quotid. Poſſeſſio enim, non tantùm corporis, ſed & iuris eſt, plurimumque ex iure mutuatur. Papiniani leg. Poſſeſſio quoque. ꝟ. De acquir. poſſeſſ.

Britonici Senatus placitum, die. 15. Septembr. An. 1571. *en emendant la Sentence du Seneſchal de Rennes, Denoüal vuydera l'heritage, eſtant præalablemēt rembourſé du prix par luy payé.*

Areſtum *en robe rouge, pour les ſieurs de Languet, & de Mombas heritiers de Philebert de Beauieu, ſieur de Linieres.*

Barōnie de Beauieu, en Beauiolois, ſubſtituée.

Poſſeſſoria Francorum iudicia habent dominij cauſam annexam, & plus iuris quàm facti.

Exinde conuentus interdicto Vti possidetis, ritè laudat 12
auctorem poſſeſſionis ſuæ, etſi huius anno iam lapſo: dùm à Principe modò aduerſus temporis lapſum reſtituatur. Sicuti Areſto Curiæ iudicatum An. 1394. tradit coætaneus ſcriptor Ioh. Gallus, Quæſt. 332. Butelerius certè eodem ſeculo obſeruauit, talis Interdicti reo auctorem inuitum non adeſſe, defenſorem controuerſæ poſſeſſionis, quá ille, contracta ante annum emptione, nanciſci tutaríque debuerit. Id quod Lutetianos Patres ait definiiſſe An. 1373. Præſide Ægidio *de Beſcot*. Huc pertinet Imperatoria Lex vlt. Cod. De act. emp. Quiſquis autem Interdicto Vnde vi appellatus ſit, auctoris, dominíque nominatione, non eximitur iudicio. Quia alieni maleficij iniuriæque

En Complainčte, ou Redintegrande, s'il y a lieu de garendie.

In Summa Rurali, Cap. *de Complainčte*, Art. item *peut & doit ſçauoir.*

quę nemo iuſtus defenſor exiſtimatur. Abbas,& Imol. in Cap. quoniam frequenter §.in aliis Vt lit.non conteſt. Nec diuerſum planè, Senatus,in rem Ludouici *de Maille*, pro quo agebam , iudicauit.4. Nonas Maias An.1565.Bruſſelio,contrà,aduerſarij patrono.Secus vtique,ſi violenti poſſeſſoris ſucceſſor vocetur in ius condictione ex Cap. ſæpe De reſtit. ſpoliat. Vel ex Can. redintegranda.3. Quæſt. 1. Tunc enim alienæ noxæ reo licet,auctorem ciere,mediúmque in Forum arceſſere. Vti Bartolo viſum eſt, ad l. 2. Verſ. quæro Cod. Vbi in rem act. Et Panormitano, vbi. ſ. Quorum in ſententiam coiiſſe, maiores Neapolis Iudices, aſſerit Matthæus eorum collega.Deciſ.217.

Areſtum Curiæ, *oui plaidant à la Tournelle* die.4.Maij 1565. *Que en matiere de Redintegrande n'eſt receu garend.*

Violenti ſucceſſor poteſt incidenter garendum vocare.

Neapolitani Conſilij Areſtum.

13 INVALVIT rurſùm Moribus apud quoſdam poſſeſſionis iudicium, quod *ſimple Saiſine* nuncuparunt: quo in iudicio,victoria potitur, qui maiore parte decennij nouiſſimi poſſederit. Atque id, poſt annum & diem à tempore inquietationis, dictari,eo More aſſolet. Pariſienſi nempe, §.98.,Borbonio. 92.,Meldenſi. 218.,Claromontano. 52.,Pictauenſi. 235., Valeſio. 118. Actionis ſanè genus iſtud, haud abſimile fertur Condictioni triticariæ, qua poſſeſſionem repetimus. Iuuentij Celſi reſponſo, in l. ſed & ei. ff. De cōdict.tritic.Eandem verò actionem ita diſcreuit à Retinendæ poſſeſſionis formula, Symo Bucius, Pariſien. Senatus princeps,Vt deciſo retinendæ Interdicto , locus ſuperforet illi poſſeſſionis condictioni. Rege Philippo. 6. Quemadmodùm Franciæ *Conſuetudinario* Volumine. 2. perhibetur. Tit. *Des cas de nouuelleté*. Cui intexitur ſimul geminum vtriuſque diſcrimen poſſeſſoriæ Actionis, materno hoc Scriptoris ſermone. *Au libelle de recouurer ſaiſine, comme cas de ſimple Saiſine, il eſt requis de monſtrer tiltre du droict , qu'on ha , en la poſſeſſion recouurer. Mais au libelle de poſſeſſion retenir, comme cas de Nouuelleté,il n'eſt point neceſſaire. Car la poſſeſſion vsée, & continuée par an, & iour publiquement, induict Saiſine ſans autre tiltre. Item iaçoit qu'il conuienne alleguer Nouuelleté dans l'an,ce n'eſt fors affin que la choſe contentieuſe ſoit miſe en la main du Roy. Car ſimple Saiſine peut eſtre intentée aprez l'an , & le iour, iuſques à dix ans.* Iſthæc deinde querela SIMPLICIS SAISINÆ mota eſt paſſim in Regiis Tribunalibus, ſacra etiam de re ac ſpiritali, ætate Ioh. Galli, Fiſcalis in Senatu cauſidici: teſte eiuſdem, Quæſtione. 388. In Parte. 5. Styli *Parlamentaris*. Verè autem propriéque, poſſeſſoria ipſa eſt canonis prædiarij condictio; non prædij, aut corporalis rei. Præd. Art.98. Morum Pariſien. Cui ſuccinit priſca Francici Fori , Vſúſque interpretatio , quam protulit in vulgus Auctor Summæ Ruralis. Cap. *De ſimple Saiſine, & Saiſine vuide. Simple Saiſine*, infit, *ſi eſt, de ioyr de la choſe fonciere par.10. ans, entre les præſens, & 20. ans, entre les abſens, &c. Et toutesfois qui a ioy de lad. charge fonciere par plus que d'vn an, & on le vueille troubler, & empeſcher à loy, Sachiés, que la ſaiſine, enquoy il ſera troué,il ioyra durant le procés, & tant que droit le deboutera.* Maſuerius porrò latiùs diduxit SIM-

Simple Saiſine.

Meſſire Symon de Buci,qui miſt ſus les cas de Nouuelleté, ne vouloit mie, que l'on miſt és Actes donnez eſd. cas, ces mots, Sauf la queſtion de la proprieté. Car il tenoit que l'on pourroit intenter le cas de Simple Saiſine. De hoc Curiæ Præſide ſummo, ſcripſêre Gallici Chronographi, Froſſartes , & Nic. Gillius, l. citati, in calce Lib. 3. vbi Pariſien. Protopræſides enumerantur.

Pour Rentes ſur heritage, ſimple Saiſine: Qualem Saiſinam intendere licet victo in caſu Nouitatis, *et de Complaincte.* Ex Lib.2.Conſuetudinario Franciæ. Cap. *Des cas de nouuelleté.*

Digitized by Google

Verſ. Si toutesfois des & depuis dix ans, & par la plus grande partie dudict temps de dix ans, il a ioy paiſiblement, ſoit continuellement, ou par interualle, &c.

PLICIS SAISINÆ condictionem ad poſſeſſa indiſtinctè, eo velut Interdicto, recuperanda. §. *item & ſuper interdicto recuperandæ poſſeßionis, quod nominatur interdum ſimplicis Saiſinæ, &c.* Tit. De Poſſeſſorio. Talem denique condictionem luculentè explanat Sedania Conſuetudo, Artic. 263. Sed raram hodie, ac propemodùm inſolitam hanc experiundi iuris Formulam tranſiliamus.

Titul. II.

DE ACTIONIBVS IN PERSONAM, VEL IN REM PIGNORI OBLIGATAM.

1. *Actio Seruiana, in tertios bonorum coloni obligatorum poſſeſſores.*
Pro annuis Reditibus datur perſonalis condictio ex lege Pariſiorum, contra ſingulares debitoris ſucceſſores.
Vbi autem nil de eo Moribus ſcriptum ſit, Ordo diſcußionis in debitorem, ſeruandus à creditore annui Reditus ære conſtituti.
Conſuetudine locorum, quæ tertium poſſeſſorem, perſonaliter *obligatum ſtatuat purè, non aufertur ipſi exceptio ordinis, diſcußioniſque bonorum debitoris.*
Fideiuſſor, quem, ſcripta Conſuetudo, *inſolidum, cum principali reo, obligari & teneri velit, vti non poteſt* Legali *beneficio ordinis, & diſcußionis.*
Bonorum debitoris excußio fieri debet per Sententiam, nec ſufficit Notorium, vel relatio Apparitoris bona perquirentis, illum non eſſe ſoluendo.
De cenſu, & reditu fundiario, *non ita: in quibus res, non perſona, obligatæ cenſentur.*

2. *Creditoris electio eſt, quem ex tertiis hypothecarum detentoribus perſequi malit: nec tenetur poſteriores priùs diſcutere.*
Aliter in reuocatione libertatis, pluribus ſeruis creditori obligatis datæ à debitore.
Fundi alienatio tranſit cum ſua pignoris cauſa, & onere.
Variæ parentum in multos donationes inualidæ, ſed morte confirmatæ, pro rata reuocantur à filio expoſtulante.
Quòd ſi priores validæ ſint, reuocatur vltima ſola, quæ inofficioſa reperiatur.

3. *Fiſco, debitoris bonis ſuccedente, ordo diſcußionis nil proficit tertio hypothecarum poſſeſſori contra creditores.*
Fiſcus, magis eſt bonorum poſſeſſor, quàm hæres.
Specialis hypotheca, priùs diſcutienda eſt à creditore, quàm generalis.

Ea

Digitized by Google

Eà tamen ordinis exceptione, debitor, hæreſuè ipſius tueri ſe non poteſt.

Nec exceptio iſta procedit, cauente primùm creditore, ne ſpecialis hypotheca deroget generali.

Ante ſpecialis hypothecæ diſcuſſionem, antiquior creditor auditur opponens ſe generalis hypothecæ bonorum diſtractioni.

Alij verò creditores, nummos ex ea venditione redactos præcipiunt, fideiuſſore dato, de ijs priori reſtituendis, poſt ſpecialem ipſius diſcuſſam hypothecam.

4. *Creditor anterior, aliis potior eſt, etiam in poſtea quæſitis à debitore communi.*

Præualet poſterior Fiſci hypotheca, in rebus poſtea acquiſitis: niſi cum priuilegiario creditore concurrat.

Bonorum hypotheca generalis includit tam futura, quàm præſentia.

Creditor venditoris fundi, in hunc hypothecæ iure præfertur anterioribus emptoris creditoribus cum hypotheca bonorum tam præſentium quàm futurorum.

Tertius creditor, qui primo ſoluit, ex conuentione ab illo facta cum debitore, præfertur, in pignore, ſecundo creditori.

Diuerſum, ſi tertij pecunia, debitor ſimpliciter ſoluiſſet primo creditori.

5. *An obligati prædij emptor, qui illud* meliorauit, *pretioſiúſque reddidit ſuo ſumptu, habeat ius offerendi veri pretij, eiuſdem creditoribus, deductis illis impenſis.*

Particularis ſucceſſor, fundum derelinquens vel domino Reditus fundiarij, *vel* volatilis *& hypothecarij, creditori, liberatur.*

Ipſi tamen licitum eſt, auctorem ſuum priùs citare, vt eum defendat, indemnémque præſtet.

Paria ſunt, fundi poſſeſſori, garendum *deeſſe, vel inutilem adeſſe & facultatibus lapſum.*

Idem, ſi difficultate conueniendi, huius bona diſcuti non poſſint.

Specialiter obligatos fundos pro ſecuritate fundiarij *Reditus, cuius onere præſtandi aliud ſit conceſſum prædium,* deguerpire *non eſt neceſſe, cum prædio in reditum dato.*

Tertio poſſeſſori partis fundorum, olim conceſſorum ſub annuo Reditu fundiario, *licet* deguerpire *eam ſolam portionem.*

Liberum eſt perpetuo aruorum conductori ad reditum annuum, ea conuertere in vſum vinearum, aliumvè frugiferum: Et ita nouata deguerpire *fas eſt ſingulari ſucceſſori.*

Exciſis tamen prædij grandibus Arboribus, Ædibuſuè in ruinam collapſis, non admittitur deguerpiendi *facultas, niſi refuſo priùs Arborum pretio, & reſtauratis Ædificijs.*

6. *Fundum, vectigalis annui lege accipiens, poteſt* deguerpire.

Non idem, ſi in lege fundi, redimibilem *eius fore Reditum conuenerit,*

ad rationem duodecimæ præſertim,quaſi vſuram pretij rei venditæ.

Conceßio fundi perpetua in reditum fundiarium redimibilem, *parit laudimia domino* feudi, *& ius retrahendi, propinquis concedentis.*

Vidua accipientis fundos ad perpetuum Reditum fundiarium, *nihilò magis recipitur ad eos* deguerpiendos,*quàm maritus:niſi toti bonorum, cum eo, Communitati renunciarit.*

7. *Prædium accipiens in perpetuum reditum, cum clauſula* de fournir & faire valoir,*illud* deguerpire *nequit.*

Dempto, ſi ob neceſſarios Belli caſus ipſum deguerpiat.

Fortuitorum caſuum exceptio,ac renuntiatio debet eſſe ſpecialis, & expreſſa: alioquin ijs renuncianti parum nocet.

*Deſtructis bello ædificiis,*libellarius *poſſeſſor,totum dimittendo,liberatur* fundiario *reditu,in futurum.*

8. Emphyteutici *canonis, ob Bella fit remißio.*

Suſpenditur etiam ob id Reditus annuus, quem Parœciæ Vicarius perpetuus debeat primitiuo *Rectori,&* Curato.

Altari ſeruiens, ex obuentionibus Eccleſiæ ante omnia alendus eſt.

9. Perſonalia *priuatorum debita, & obligationes, bellica calamitate non extinguuntur, ſed earum executio, ſolutióque differtur.*

Qualis fuerit Romanorum, & Græcorum Politia, in priuatis debitis perſequendis tempore Belli.

10. *Iudiciaria nummorum pupillarium ad tempus locatio,an valeat.*

Cuiuſmodi locatio, multis Franciæ locis vſitata eſt.

Pecuniæ quæſtus, ſolo Reditu annuo perpetuóque, licitus; non autem fœnoris vſu temporario.

*Leodienſe Edictum,*temporalem *pupillaris pecuniæ fœnerationem irritans.*

Cameracenſis itidem Synodus Eccleſiaſt., & Belgarum Principis Edicta.

Non reſtituitur Minor aduerſus Conſtitutionem nummarij Reditus ſua pecunia factam & partam: niſi grauißima ex cauſa.

An fideiuſſor hypothecarij Reditus,qui ceſſa ſibi à creditore actione, arreragia *exegerit cedentis nomine,poßit debitorem cogere ad Reditum eum redimendum.*

Fideiuſſor, qui ex Literis ſuæ indemnitatis perſonaliter *conuenit ſingularem debitoris ſucceſſorem,vt obligatione eum liberet,vel* deguerpiat *fundum, repellitur exceptione ordinis, & excußionis rei principalis.*

11. *Pigneratitius contractus,in formam venditionis fundi,perpetuò* reſolubilis *eſt,reddita ſorte, cum vſuris.*

Vniformiter quoque, hypothecarius emptor remanet creditor, nec inuitus, fundo,quaſi vendito, ſtare cogitur.

Binum de eo Areſtum Curiæ,pro emptore hypothecario.

12. *Nummarius*

Digitized by Google

12. *Nummarius Reditus, in dubio præſumitur* volatilis, *nudéque hypothecarius, non* fundiarius.

Secus, ſi antiquiſſimus ſit, in ſpecie bladi *conſtitutus, aliáve, quàm argenti.*

Frumentarius Reditus nummis creatus, reducitur ad pecuniariam æſtimationem, continuandus in pecunia, ad rationem duodecimæ.

13. *Monetæ valore Edictis mutato, redimi debet nummarius Reditus, ex noua illius æſtimatione publica, non ex ea, quæ fuit die* Reditus *conſtituti.*

Aliàs, in redimendo, ſequendus eſt Monetæ valor, tempore Conſtitutionis Reditus, vigens & communiter receptus.

De arreragiis *Reditus annui, non ita: quæ ſecundùm* vſualem *monetam, & pro tempore currentem, ſoluenda ſunt.*

14. *Mercatoribus vetitum, pro Mercis ſuæ pretio annuum Reditum emere,*

Niſi longo, poſt merces traditas, interuallo, nummarius Reditus conſtituatur.

Pactum legis commiſſoriæ, incontinenti appoſitum, in Pignore reprobatur: ſecus, ſi ex poſtfacto.

In alternatiua, *adiecta creditoris fauore, eiuſdem optio eſt.*

15. *Vſurarum vſuræ in eundem debitorem, improbantur.*

In diuerſas autem perſonas, & debitores, non ita.

Varia, & multiplex eſt per Prouincias annui Reditus penſitatio annua.

Siue ad rationem quindecimæ, duodecimæ, aut decimæ.

Francica noua Ordinatio, *volatilium Redituum moderatrix ad rationem ſexti & decimi nummi.*

Vſuraria nummorum commercia reprobãtur, ſed alicubi Iudæis Reſcripto Principum indulgentur.

16. *Conſtitutio, venditióque annui Reditus, Ciuitati illicita, & Reipubl., niſi publico tractatu habito, & cauſa cognita.*

Regiæ Literæ, de annuis Reditibus, publicæ Decurionum Domui Lutetiæ impoſitis.

Ob publicam neceſſitatem, fundiarij *etiam Reditus Eccleſiæ redimi poſſunt, vel alienari.*

Vſurarij debiti, cum alio ſimplici, compenſatio pro concurrentibus, ſortem extinguit, nedùm vſuras.

17. *Ceſſio annui Reditus hypothecarij, cum clauſula,* de fournir & faire valoir, *cogit cedentem* garentire, *debitorem tùm fuiſſe ſoluendo, & exigi debitum potuiſſe.*

Soluere tamen, vrgenti ceſſionario, *non tenetur cedens; niſi poſt diſcuſſionem bonorum debitoris.*

Nominis ceſſio pura & ſimplex, haud vltrà obligat cedentem, quàm vt debitum ſubeſſe, non, vt efficax, præſtet.

Debitum, quod cedens garentire *ſpopondit, inutile factum* ceſſionarij *negligentia, præſtare ille non compellitur.*

Curiæ Decreta, de ordine diſcuſsionis bonorum in debitorem ſeruando, à debiti ceſſionario; *antequàm cedens, ſoluere purè condemnetur.*

18. *Simplici nominis ceſsione, non dicitur* ſaiſitus ceſſionarius: *ſed ceſsionis Inſtrumentum debitori ſignificare tenetur, antequàm id reipſa exequatur.*

Debitor autem ſciens debiti ſui ceſsionem factam tertio, ſi cedenti creditori ſoluerit, etiam ante denunciatam ſibi, ſcripto, ceſsionem, non liberatur.

In pari cauſa creditorum, melior eſt conditio poſsidentis.

Fundi Titio ſpecialiter obligati, dein venditi à debitore, pretium aufert poſterior creditor, qui illud in emptoris manibus prior ſaiſierit.

Pretium fundi, venditi cum onere ſoluendi creditoribus venditoris, inter hos diſtribuitur pro ſuo cuiuſque ordine hypothecario.

19. *Emptor, re nondùm tradita, illicitè mouet querelam* Saiſinæ, *&* Nouitatis.

Ceſſionario *ius eſt, in debitorem exequi obligatorium Inſtrumentum, poſt ceſsionis Literas ipſi exhibitas.*

In debitoris hæredem executio Obligationis non eſt inchoanda, ſed contra defunctum inchoata, tranſit in ſucceſſorem.

Hæres debitoris, ex ſtricto etiam in illum Statuto, *non debet* incarcerari, *ante iudiciariam conuentionem & condemnationem.*

20. *Priuata debiti ſchedula, non quæritur ius hypotheca, niſi à die, quo, agnita ſit illa in Iudicio, vel coram Notario.*

Trino autem teſte ſubſcripta, induxit hypothecam, in praiudicium tertij, Iure Romano.

An coram Regis Secretario recognita ſchedula tribuat hypothecam.

Coram Apoſtolico Notario, vel Iudice Eccleſiaſtico recognita ſchedula, nûm hypothecam pariat creditori.

Inſtrumentis extra Regnum à Notario confectis non creditur Neapoli, totáque Sicilia, Aragonia, & in Francia.

Siculæ tamen mulieris, quæ cum Siculo marito poſtea Lugduni manſit, dos ſalua ſit, hypothecæ iure ex nuptialibus tabulis Siciliæ, ante poſteriores mariti creditores.

Auenionenſes, Francigenarum iure ac priuilegiis vtuntur.

Repetita die, cautiones interpoſitæ obligant paciſcentes, non autem alios.

21. *Donatarius bonorum, ſubiacet* hypothecariè *prioribus Creditoribus, non verò* perſonaliter.

Hoc ita, ſi alia reperiantur donatoris bona, huiuſque in ea ſucceſſores vniuerſales, *aut Curatores dati.*

Pares in data *Obligationum creditores, pariter concurrunt in bona debitoris.*

Niſi altera Obligationum, priùs regiſtrata *in Libro Notarij appareat; ex qua, vnus illorum alteri præfertur.*

22 *Impenſarum*

Digitized by Google

22. *Impenſarum in rem vxoriam factarum creditori marito*, hypothecariè *non reſpondet tertius ſucceſſor particularis.*

Actio pro ſocio ex lege Municipali, perſonalis eſt, nec hypothecam in tertium, habet annexam.

Notarius, qui multa vnius debitoris obligationum Inſtrumenta ſcripſit, non eſt garendus *vltimi creditoris, quaſi hypothecarias illas Obligationes ſciens tacuerit,*

23 *Debitoris reticentia priorum in res ſuas hypothecarum, plectitur crimine ſtellionatus.*

Longa ad ſoluendum dilatio, non datur creditorum fraudatori.

Nec in Priuilegiariis debitis, quæ Conſuetudine Pariſ. exprimuntur.

Pendente dilatorij Reſcripti inſtantia, non licet Obligationem executioni mandare.

Sed prouiſionalem *interim Sententiam* de garniſon de main *exequi, fas eſt.*

24 *Ciuile Lutetiani Fori Priuilegium, in defendendo.*

Occitanorum forenſe priuilegium, Delphinatium, Normanorum, Burgundionum.

Rupellanæ item vrbis, Cenomanæ, Andegauæ, Matiſconenſis, Niuernenſis, Petragoricenſis, Arelatenſis.

Scabinatus *Andegauæ ciuitatis forma Politiáque antiqua, prudenti Reſcripto mutata.*

25 *Pariſienſe, in* Requeſtis Palatij, *priuilegium.*

Regiæ Literæ de la grand Confrairie aux Bourgeois.

26 *In* criminalibus, *an priuilegio Fori locus ſit.*

Senatoris, in cauſa criminali, forenſe Ius ſingulare.

27 *Ordinis Senatorij Priuilegia & exemptiones à Fiſcalibus ſubſidijs & vectigalibus.*

Magni Conſilij regij Iudicum immunitas à publicis Indictionibus nummarijſque Tributis.

Britonici Parlamenti, *&* Cameræ computorum *exemptio Immunitáſque conſimilis.*

Sabaudici Senatus Camerini Priuilegia, cum eius Inſtitutione, & Subalpini Senatus Taurinenſis.

Des Actions personnelles, et d'hypotheque.

INTERDICTIS, & Condictioni poſſeſſoriæ Vectigalis prædiarij, confine eſt Saluianum Interdictum, aduerſus colonum debitorem, & Seruiana actio ſeu hypothecaria, in nouum fundi detentorem annuis Penſionibus opignerati: Quæ etſi in rem actio eſt, nudam tamen auocat poſſeſſionem. l.1. ff. De Saluian. l.1. Cod. De precar. l. ſi cùm venditor. ff. De euict. l. ſi quis ſeruum. ff. De noxal. act. 1

Verſ. *ſont tenuz perſonnellement* Item §. 101. Verſ. *ſans qu'il ſoit beſoin de diſcuſſiõ.*

Parilius autem, obnoxij prædij poſſeſſor, manet in perſonam obligatus creditori Reditus annui, condictione ex Lege patria, §.99.100. &.101. Alibi certè, Municipali *Statuto* nil cauente, ſola in rem hypothecaria competit creditori aduerſus nouum poſſeſſorem, annui Reditus ergô pecunia conſtituti. Vnde nec is præteritas huiuſce Reditus penſiones ſoluere damnatur, aut cogitur: niſi ſeruato ordine excutiendarum priùs obærati facultatum, aut eius hæredum. Vt Imperator Antoninus, Fiſcali etiam in cauſa, pronuntiauit. l. Moſchis Fiſci debitrix. ff. De iur. fiſ. Authent. hoc ſi debitor. Cod. De pignor. Imo &, ſanciente alio Prouinciæ More, fundorum emptores in perſonam obligari creditoribus auctorum ſuorum, haud ideo ab illis rectè petetur ante debitorem excuſſum, neque tolletur ordinis exceptio diſtrahendarum publicè opum rei principalis: Niſi huic exceptioni derogatum ſit nuncupatim verbis patriæ Legis. Ex dictatis Ioh. Fabri ad Authen. Præſente Cod. De fideiuſſ. Et ad §. fideiuſſores Inſtitut. Eodem Tit. Ita Lutetiani PATRES, in explicanda Trecenſi Campaniæ Conſuet. (Art. 73.), decreuêre. 7. Idus Septemb. An. 1597. Huberta Hennequina appellante à Præfecto Tricaſſium, & Ludou. Mourato, inuicem altercantibus. Deciſum quippe eſt, æris alieni nomine pignetanda vendundáque priùs obærati latifundia, quàm expreſſim adeo obligatorum comparator cedere his, aut ſoluere damnaretur. Poſthabita ſcilicet Molinei diſtinctione (ad d. Art. 73.) inter manifeſtum pignus, & generatim conſtitutum. Nec aliter ex Meldenſi, Briæ Municipio, Campanis finitimo, cenſuit Senatus, Meldorum Legis interpres, (§.68.) Gemino S. Conſulto, anteriore quidem., 3. Kal. Septéb. An. 1597. poſt litem ſuis partibus inſtructam ex ſcripto, creditorum Niuernenſis Ducis, hinc: & filiæ, ipſius, donatariæ Colummerij oppiduli ac territorij, inde, contendentium. Poſterius verò S. C. factum eſt quarto Kalend. Martias An. 1602. in præcelſo illo Tribunali, agentibus Paſquerio, pro appellante: & Thubeufio, pro creditore, diſertis Fori patronis. Haud eadem vtique videtur fideiuſſoris cauſa, quem ſolido iure, cum reo, teneri, ſtatuat ciuicus Mos, vtrum creditor priùs conuentum maluerit. Tùm enim illi ademptum exiſtimatur ordinis, diſcuſſioníſque beneficium: tametſi

Statuto omiſſa, reguntur Iure communi.

Si expromiſſor pro alio, conſtituat ſe principalem debitorem, haud propterea renunciat beneficio ordinis & diſcuſſionis.

Iudicium Curiæ, die. 7 Septemb. 1597. *touchant vne rente cõſtituee au Bailliage de Troyes:* quæ mobilis ſit necne ibidem, an immobilis, haud dum ſatis liquet Pithœo, ſcholiaſtæ Trecen. Conſuet. Art. 66. Et Gouſſeto, Caluimontanæ.

Areſtum Curiæ, die. 30 Auguſ. 1597. *entre la Ducheſſe de Lõgueuille, Dame de Colommiers en Brie appellant d'vne Sentẽce des Requeſtes du Palais, & Claude Cointreau, & Frãc. le Feure intimez.*

Aliud Curię Placitũ die. 26. Febr. 1602. inter Carol. Viuianũ, & conſortes, appellantes à Præpoſito Pariſien. Et Henrici Aduocati hæredes, intimatos.

Digitized by Google

inetſi fideiuſſoria Cautione repudiatum nõ fuiſſet nominatim. Molinei opinione, ad §.49. Conſuet. Burgundi Ducatus. Vbiuis autem locorum, debitoris excuſſio præuia, Lege imperatur, illa tranſlatitiè defungi non licet creditori, vtpotè nuda Apparitoris renuntiatione, Prætoriam exequentis in reum ſententiam, ſeu aperta Viciniæ totius profeſſione, cum ipſum Codro pauperiorem, non eſſe ſoluendo. Talis enim fortunarum diſcuſſio, Magiſtratus cognitioni reſeruatur, poſt præconias bonorum auctiones dijudicanda. Sicuti Bartolus notat, in l. ſtipulatio §. habet. ff. De nou. oper. nunciat. Et in l. Decem. ff. De verb. oblig. Felyn. ad Cap. euidentia De accuſat. Quod Luſitanico pariter Senatui placuiſſe, teſtatur Anton. Gamma, Deciſ. Luſitan. 99. Aſt longus iſte diſcuſſionum flexus, prolixáque ſeries ceſſat penitus in Solario, ſeu Agraria quauis debita penſitatione. Cuius ratione vtriuſuis, prædia, non perſonæ conueniuntur: tenentúrque ſingulares in fundum ſucceſſores, præteriti temporis vectigal indiſcriminatim dependere. Cæſareo Antonini & Veri Reſcripto, cuius meminit Papinianus, l. 7. ff. De publican. l. 5. §. vlt. D. de cenſib. Et l. prædiis. ff. De iur. fiſ.

Portugalliæ S. Conſultum.

Cens, ou Rẽte fonciere.

2 Alia quoque ordinis conditio eſt hypothecarũ, inter poſſeſſores. Nec enim creditor compellitur, inſtante primo fundi emptore oppignerati, poſteriores excutere aliorum itidem cõparatores, antequàm ad ipſum perueniat: ſalua in omnes hypothecaria creditoris formula. Sed huius planè arbitrio permittitur, ex pignoribus ſibi obligatis, quibus velit, diſtractis, ſuum recipere ſolidum. Vt cenſet Herennius Modeſtinus, l. 8. ff. De diſtract. pignor. Et Iulius Paulus, l. 47. ff. De iur. fiſci. Verſ. in reliquum poſſeſſorem omnem. Bartol. ad l. quamuis. 1. Cod. De pignor. Tum in l. Moſchis. Tit. præd. Queîs conſimiliter, iudicari ſolitum à Delphinate Senatu, refert Vidus Papa, Quæſt. 432. Contrariæ quidem partis aſſertor videtur Ægid. Magiſter (Lib. Deciſionũ) qui idcirco Præfecti Vrbi Sententiam ciet ſine Die & Cos., ac Terẽtij Clemẽtis legem Si quis habens creditores, plures manumiſerit ſeruos, nõ omniũ libertas impeditur: ſed qui primi ſunt, liberi erunt, donec creditoribus ſuum ſoluatur, &c. D. Qui & à quib. manum. Verùm ea Lex, nihil ad inſtitutum. Illîc quippe, extincta ſemel fuit in ſeruum hypotheca manumiſſione, quæ anteriùs iudicio reuocanda fuerit Pauliano, quàm ius pignoris fraudato creditori reſtitueretur. Iſthîc verò, alienati fundi dominium transfertur cum ſuo hypothecæ nexu, onere, ac conditione. Rurſus illîc agitur de mancipiorum pignore mobili: hîc de immobili, & hypothecario in prædium iure, quod tenaciùs hæret ipſa in re ſoli, ægriúſque ab ea diuellitur, creditorum detrimento. Ex paternis autem bonorum donationibus variis, vltima ſola reſcinditur à filio, quæ inofficioſa detegatur. l. ſi libertus In fi. ff. De iur. patron. Et Norman. Conſuet. §. 388. Sin verò omnes irritæ fuerint initio donationes, ſed eodem paterni obitus puncto firmatæ, tunc

Le creancier n'eſt tenu diſcuter les poſterieurs acquereurs, pluſtoſt que les premiers, encores que ceux-cy ayent leur recours ſur les autres ſubſequents.

In Cap. *Des crides* Artic. 12. In fi.

In fraudem creditorum datę libertates, alienatáque à debitoribus bona reuocantur Lege Ælia Sentia, & à Paulo prætore inſtituta Actione.

Digitized by Google

ſingulæ pro rata minuuntur, retractantur. Bartol. ad l. 1. Cod. De inoffic. donat. Argum. l. in donationibus Cod. Ad Leg. Falcid.

Neapolitana item Ferdinandi. 1. Conſtitutione, Vbi eſt precarium in obligatione bonorum, poteſt agi contra tertium detentorē abſque diſcuſſione debitoris. Afflicti Deciſ. 139.

RVRSVS Ordo ceſſat conueniendi priùs debitoris, quàm poſſeſ- 3
ſoris, in illo cuius bona publicata ſint, & ob crimen commiſſa Fiſco. Tunc enim, neceſſe non habet creditor, Fiſcum, ceu bonorum ex aſſe hæredem, priùs adire, quàm oppignerati fundi detentorem. Sicuti Ancharano placuit, Reſpon. 294. Fiſcus quippe, bonorum poſſeſſor cenſetur veriùs, quàm hæres, nec in eum tranſit lis cum defuncto conteſtata, quæ in hæredem vulgò tranſmitteretur. *Vlpiani* leg. ſi conſtante §. vlt. D. ſolut. matrim. Ita ære alieno priuati hominis non obſtringitur ſucceſſor Fiſcus, vltra vires priuatarũ fortunarum. l. tutoris Cod. Ad leg. Iul. de vi publ. Quæ item creditori Legibus præſcribitur ſeries diſtrahendi expreſſi pignoris, ante tacitum generatímque contractum, Obtinet certè creditores inter ipſos: ſed à debitore, vel hærede neutiquam opponi poteſt ſuum repoſcenti creditori. l. quamuis conſtet l. distractis Cod. De pignor. l. creditoris arbitrio. ff. De diſtract. pignor. l. vlt. Cod. De obligat. & action. leg. Moſchis. ff. De iur. fiſ. l. liberum l. omiſſis Cod. de fideiuſſ. Atque ita Mantuani Senatus decreto, aduerſus reum debendi, pronuntiatum eſt: teſte Pet. Surdo ibidem ſenatore, Mantuana Deciſ. 44. Poſt Molinei Notata in vetuſtam Pariſiorum Conſuetudinem, §. xi. Art. 13., Nouatíq; adeo Moris eiuſdem Artic. 100. Quoties, ad hæc, Obligatoriis tabulis diſertè receptum eſt, ne ſpecialis hypotheca generali deroget, Ordinis tùm exceptio minimè proficit ſequenti creditori, nedùm reo promittendi. Paul. Pariſius, in Cõſil. 103. Lib. 3. Chaſſen. in Catal. glor. Mun. (Parte. 12. Cõſiderat. 99.) Inſuper vendũdo publicè, obęrati prædio rectè intercedit primus creditor iure generalis hypothecæ: etſi aliud ſibi nominatim obligatum ſit latifundiũ. Vtcúnque enim, Iudiciaria hæc interceſſio parum obſtet poſteriori creditori, quò minùs interea ſibi debitum conſequatur ex pretio rei Haſtæ ſubiectæ. Hic tamen illi, ſponſore dato, cauebit, acceptos nummos tunc reſtituiri, quùm, excuſſa ſpeciali hypotheca, creditas pecunias recuperare non potuerit. Queádmodùm ex Regia Cõſtitutione elicitur, de auctionalibus fundorũ præconiis edita, An. 1551. Et Pariſien. Cõſuet. Artic. 180. Nec ideo ſanè is, cui deuinctũ ſit manifeſti pignoris nexu prædiolũ, lege aget in tertiũ eius emptorē ac poſſeſſorem, vt ipſa re cedat, aut ſoluat. Sicuti latiùs à Nobis ſcriptũ eſt, ANDEGAVEN. LEGVM Volum. 3. & à Taurinenſi Senatu definitum perhibet Antonin. Theſaurus, Subalpina Deciſione. 51.: Exploſa contraria Aymonis Crauettæ ſententia, Iuris reſponſo. 77. ac Iaſonis Mayni, ad §. item ſi quis in fraudem Inſtitut. De action. Queîs aptè ſubiungas geminum Francicæ Curiæ Decretum, ex Bleſenſi Municipio, cuius patria Lege cautum nil, de ſpecialis pignoris in rem perſecutoria actione, comperitur. Vtrobique enim deciſum fuit, creditori ſeruandum Iuris ordinem,

Siue ſpecialis hypotheca, ſiue generalis in Obligatione præcedat, locus eſt diſcuſſioni ſpecialis, antè generalem. Bartol. in l. 2. Cod. de pignor Sicque iudicatum à Subalpino Senatu ait Ozaſcus Præſes, Deciſ. 159.

Mantuani Senatus Areſtum.

Verſ. ou qu'il y a clauſe, que la ſpeciale ne deroge à la generale, ne la generale à la ſpeciale.

Verſ. *doiuent bailler caution de rapporter les deniers &c. au cas que leſd. biens ne ſuffiſent.*

Edictum *des Criées.*

Tit. De pigneratitia fundi poſſeſſione, Art. 9.

Pedemontani Parlamenti Areſtum, vi ſpecialis hypothecę nihilo priùs conueniendum eius detentorem nouum, vt ſoluat, quàm generalis hypothecæ, ante bona debitoris diſcuſſa.

Digitized by Google

dinem, debitorémque antea iudicio laceſſendum, ac excutiendum, quàm ſingularem eius ſucceſſorem in fundum ſpeciatim oppigneratum. Prius S.C.Pariſienſe, circa Nonas Septemb. An.1597.in.5.Claſſe Curiæ Inquiſitoria, Dn. Mallonio litem explanante. Poſterius verò, pridie Nonas Sextiles An.1602. Dn. Valla controuerſi negotij enarratore in Senatoria Inquiſitionum Decuria ſecunda.

Pariſien.Curiæ Areſtum, An.1597. pro Dn. Alamantio, magni Cõſilij præſide, *contre vn Eſleu de la Celle, en Berry*. Alterū Areſtum die.4 Auguſ. An.1602.pro N. Auberio, in Curia Aduocato, emptore, contra hæredes Dn. Magiſtri, Præſidis in Curia, creditoris *du ſieur de la Bourdaiſiere vendeur.*

4 QVIDAM dehinc in ea fuerunt hæreſi, vt, citra vllam ordinis prærogatiuam, creditores omnes putarint in bona concurrere, debitori quæſita poſt contractas illorum obligationes: æquo nimirum pignoris iure. Contra expromptum Scæuolæ iudicium, in l.vlt. D. Qui potior. in pign. hab. Mouentur illi quidem Vlpij Marcelli opinione, in l. idémque §.ſi tibi D.eod. Sed vbi creditorum in pignore concurſum induxit paritas duarum obligationum, quæ ſimul eueſtigiò vtrique creditori partæ ſint. Explicante Bartolo, in d.§. ſi tibi. Et in l.Titius D.eod. Cum leg. Si qui mihi obligauerat.ꝟ.De iur.fiſ. Fiſco autem indultum hoc, eximio iure, Papinianus ait, vt priori creditore potior maneat in rebus poſtea à debitore acquiſitis.d.l.ſi qui mihi. Quùm igitur hodie debitores, pura bonorum hypotheca, oppignerent tacitè quæ habent, habiturive ſint: Luſoria foret inaniſque anteriorum creditorum cautio hypothecaria, niſi futurarum nomine, vt præſentium facultatum obærati, cauſam præuenirent nouæ hypothecæ, alterius ſecundíque creditoris. l. vlt. Cod. Quæ res pign. Cum Æmilij Papiniani leg.1.D.de pign. Noſtrates certè Pragmatici non dubitant, in hoc quoque pignorum genere ac conſtitutione, ſeriem temporis obſeruandam. Quod bona pace ac venia dictum ſit clariſſimi I.Conſulti noſtræ ætatis, Legúmque profeſſoris admirandi: Qui aliud ſenſiſſe quodammodò, nec abſque graui rationum pondere, inuenitur. Aſt ſi pignori oppoſitus fundus poſſeſſorem mutarit Pactione aliqua dominij trāſlatitia, Incurrit hæſitatio, nûm prior coniugis hypotheca in emptoris bona mariti, futura æquè ac præſentia, ſuperet hypothecarium alterius creditoris ius in bona venditoris. Minimè herclè, vt rem ſummatim expediam: quùm res ad emptorem haud purè liberèque tranſilierit, ſed cum ſua pignoris cauſa ac conditione: alioqui inalienabilis, diſpēdio creditoris hypothecarij.l.alienatio.ꝟ. De contrah. empt.l.2.ꝟ.De reb.cor. l. ſi debitor Cod. De diſtract.pign. l.3.l.res pignoris Cod.De remiſſ. pign. Nec enim debitorū pactis iura creditorum ſubuerti, manifeſtum eſt.l.Inter debitorem ꝟ.De pact. Ac Prætoria vtique bonorum ſeparatione conſultum fuit defuncti creditoribus in peculiares hæredis, quàmlibet antiquiores,: ne aditione hæreditatis confuſum demortui patrimonium inuadant iſti, hæreditarijs illis poſt terga relictis.leg.1.§.ſciendum Et §.ſi filijfamilias.ꝟ.De ſeparat. Siquidem ex hæreditario Aſſe nihil ad ſucceſſorem legitimè peruenit, niſi alieno ære perſoluto. l. cùm vniuerſæ Cod. De legat.l.Papinianus §.quarta.ꝟ. De inoff. teſt. l. ſucceſſores

Prioris creditoris hypotheca prior, etiam in poſtea acquiſitis à debitore: niſi hic duobus ſimul ac ſemel ſe ſuáque obligarit.

Fiſcus iſtic præfertur antiquiori creditori, niſi cum priuilegiario debitore concurrat.l.vlt. D. qui potior.

Bonorū hypotheca generali, veniunt futura, vt præſentia.

Cuiacij Obſeruat. 10.Cap.22.

Alienatoris fundi creditor hypothecarius præfertur emptoris creditori etiam antiquiori.

Bonorum ſeparatio inter creditores.

Digitized by Google

Cod. Ad leg. Falcid. Simili ratione, venditoris creditor pigneratitius anteponi debet in re vendita emptoris creditoribus: cui videlicet nihilo plus iuris in ſuos transferre licuerit, quàm habuerit ipſe. l. ſi ſuperatus §. vlt. ff. De pignor. l. traditio. ff. De acquir. rer. domin. Cæterum, vt antecedentis locum creditoris ſubeat alter, & in ius pignoris ſuccedat, neceſſe non eſt, huiuſce ceſſionem ab illo ſtipulari. Sed nouo creditori ſufficit, cum debitore ita conuenire, vt ſua pecunia dimiſſo anteriori, eadem res ſibi maneat obligata. Nam eo caſu, tertius, qui primo ſoluit, ſecundo antefertur creditori: licet ab eo, cui debitum æs exoluerit, tranſcribendum in ſe nuncupatim hypothecæ ius non curarit. *Sicuti* PATRES Lutetiani iudicarunt Duodecimo Kalend. Quintiles An. 1592. In. 1. Claſſe Curiæ Inquiſitoria, ſecundùm Iacob. Giraldonem, aduerſus Ludou. Raquinum. Ex Martiani opinione, in §. à Titio mutuatus. l. creditor D. Qui potior. in pign. l. 1. Cod. eod. Et Alexandri Imper. l. penult. Cod. De his qui in prior. credit. loc. ſucced. Quòd ſi meis nummis abſoluatur creditor antiquior, nulla præuia, de pignore ipſius, conuentione, vel cum eodem, vel cum reo debẽdi: Tunc in priuilegium quidem ſuccedo perſonalium creditoris actionum, ſed in hypothecarium ius, nequaquam. Vlpiani leg. 2. ff. De ceſſ. bonor. Et Pauli l. Ariſto. D. Quæ res pign. Tali etiam diſtinctione, Senatus ordinem diremit hypothecarum inter creditores. Sextili Menſe, An. 1594. in. 3. Inquiſitionum Decuria. Midorgio Litis expoſitore, ad prouocationem à Sententia Prętoris Foreſiorum, dicta pridie *Nonas* Auguſti An. 1590.

Placitum Curię die. 20 Iunij, An 1592. In 1. Camera Inqueſtarum, *au rapport de M. Rubentel, pour Iacques Giraldon appelant d'vne Sentence des Requeſtes du Palais, du. 24 Feburier. 1592. ſur certaines Rentes conſtituées.*

Areſtum Curiæ, inter Petr. Coronem appellantem à Sententia Baillivi Foreſtenſis, apud Monbriſonem, diei. 4. Auguſti, An 1590. & Rollinam *De Labour veufue de Michel Limoſin, & conſors intimez.*

An tertius detentor habeeat ius offerẽdi creditoribus veri pretij Rei ipſis oppigneratæ, deductis impenſis, quas ille in meliorationem eiuſdem rei antea fecerit.

IN FVNDVM pariter obligatum ſucceſſori peculiari ſubuentum eſt Legibus, aduerſùm hypothecarios auctoris ſui creditores: Vt ſi rem prædiariam, cuius nomine conueniatur ab iis, grandi ſumptu adauxerit, reditúſq; ipſius ampliarit, eam, inuitis illis, retineat, oblato tantùm pretio, quanti res nunc, ſubductis eiuſmodi impẽdijs, iuſtè æſtimetur. Concedamus enim, fundi æſtimationem aliis debito æri minimè exæquari: Tertio certè poſſeſſori bonæ fidei meritò videtur indultum hoc ius offerendi pretij: Ne rei ſimul & pecuniæ ſuæ iacturam ſubeat grauiſſimam. Bartol. Bald. & Alexand. in l. 2. De præd. & omn. reb. Nauicular. Lib. xi. Cod. Idem Bart. ad l. ſi fundus §. ſi res ff. De pignor. Caſtrenſ. ad leg. Si conuenerit. ff. De pigner. act. Iuxta quæ, multoties iudicatum in regio Granatenſi Hiſpaniæ Prętorio, affirmat Senator ibidem, Couarruuias, Variar. Reſolut. Lib. 1. Aſt nondùm ego quidem, forenſi Gallica Praxi receptam, obſeruaui poſſeſſorum cautionem iſtam in hypothecas creditorum: Quæ nec ſcripto Iure ſoluantur, niſi illis, vel vltrò priuatim, vel publica fundorum addictione, reddito ære ſuo, cumulatè ſatisfiat. Neuſtriæ autem Ritu proprio, ſalua relinquitur hoc caſu priuatis emptoribus facultas redimendi à publico licitatore prædij, ipſis, antea Pacto diuenditi, refuſa pretij ſorte, cum acceſſionibus Iudiciariæ emptionis.

Hiſpaniæ Iudicata.

In Tract. De meliorationib. Hypothecæ & pignoris.

Clameur de Bourſe à tiltre de Lettre leuë, pour l'acquereur poſſeſſeur annal, ſur le poſterieur Adiudicataire.

ptionis. §. 457. 458. &. 459. Norman. Conſuet. Porro etſi vectigales in agros ſucceſſor ſingularis perſonali teneatur condictione ex lege Pariſiorum: eius tamen prędij ceſſione iu iure, liberatur annuo Reditu, cui illud obſtrictum ſit. §. 102. 103. &. 110. Sed ita demum videtur admittendus poſſeſſor ad fundum derelinquendum; ſi laudatus ab eo auctor, cauſæ patrocinium non ſuſcipiat, neque euentum ipſius præſtet. cita. Artic. 102. Ecquid ſi auctor liti adſit, ſed re anguſta domi, impar auctoritati reo præſtandæ? minúſve etiam huic, conueniendi facilitate, idoneus? Puto, vtrouis caſu, fundum dimittere poſſeſſori licere. Nec enim iſti cautum dicimus, niſi omnibus numeris idoneè cautum ſit. l. quoties. l. ſi fideiuſſor D. Qui ſatiſd. cog. Ac veluti locuples aſſiduúſque venditor, lite de prædio mota, ſatis non dat emptori pretium numeraturo. Bald. in l. cum Clericis Cod. De Epiſc. & Cleric. Ac Neapolitana Afflicti Deciſ. 171. Sic, èconträ, nullum auctorem ciere poſſe creditur emptor, cui propter illius inopiam ſit inanis actio, in eundem ſubſidiaria, poſt fundum euictum. l. Nam is. ff. De dolo. Cap. Olim vobis De reſtit. ſpoliat. Verſa itidem vice, prædij comparator, cui ſuppetat nimiopere præpotens auctor, difficillimúſque conuentu, liberè initio renunciat fundo: nequicquam obluctante auctore ſuo. Vti à Senatu pronuntiatum eſt, 3. Nonas Sextiles An. 1595. ſecundùm N. Freluam, Iacobi Faij in Curia Præſidis viduam coniugem: aduerſus Franciſ. Borbonium, Montiſpenſerij Regulum: abs quo, defunctus, Lutetiæ domum coëmerat, multis obæratam. Durando litis inſpectore. Ex Vlpiani ratione, in l. 2. D. Qui ſatiſd. cog. Et Caij I.C. Leg. 1. ff. De alienat. iudic. mutan. Nam reapſe paria ſunt, excuſſa fuiſſe debitoris bona minùs idonei, vel ea, præ difficultate potentioris ipſius conueniendi, excuti non poſſe: Quò creditor ſubinde in rem agat, perſequatúrque nouos pignorum poſſeſſores. Iaſonis opinione ad l. Decem. ff. De verb. oblig. Et Tholoſanæ Curiæ Archiepiſcopalis iudicio, in Quæſt. 196. Cum Luſitanica, Anton. Gammæ, Deciſ. 21. Cæterùm qui fundo cedit, quem annui Vectigalis lege acceperit, non cogitur ab aliis ſimul prædiis abſcedere, quæ expreſſim manifeſtéque ob penſiones locatori perpetuo oppignerarit. Tandiu enim hæc pignoris vinculo adſtricta cenſentur, quandiu perpetua fundi conductio ſubſiſtat: Qua nempe ſoluta, in perſonam obligatione prima ſummáque, euaneſcit hypothecaria in rem, quæ ſequelæ locum obtineat. Vlpiani leg. 6. §. qui paratus D. Quib. mod. pign. l. 1. 2. Cod. De luit. pign. l. eos Cod. De vſur. Nec, perpetuus item colonus, ſuppoſiti hypothecæ prædij dominium ab ſe vnquam abdicauit. l. pignori. ff. de vſucap. Quòd ſi ad Libellam dati latifundij portio dote, emptioneuè teneatur à ſingulari in eam ſucceſſore, hic iudicio ſe eximet Hypothecariæ formulæ domini proprietatis, ſi quam poſſidet, rei libello tranſcriptæ partem dimittat in iure, aut dimittere para-

Art. 102. Verſ. *apres qu'il à ſommé ſon garend, lequel luy deffant de garendie.*

Neapolitanum S. Conſultum, ad limitationē leg. Si poſt perfectam Cod. De Euict. l. habitationū §. vlt. ff. De peric. & comm. rei vend.

Areſtum die. 3. Auguſti. An. 1595.

Poſt litis conteſtationem, vectigalis agri dimiſſio in iure, non eſt immunis ſolutione præteritarum penſionum. Art. 102. 103. Pariſ. Leg. Fit autem Conteſtatio, tam in abſentes ex contumacia, *par vn debouté de deffenſes*, quàm inter præſentes inuicem altercantes. Art 104. d. Conſuet. Et Art. 16. Ordinat. An. 1539. Iuxta Petr. Perticēſem in l. edita C. de edē. & Alexand. Cōſil. 100. Vol. 5.

Deciſio Capellæ Tholoſanæ.

Fons baillé à Rente.

Digitized by Google

tum ſe profiteatur. Artic.201.Turonen.Conſuet. ſecundùm quem, Conscripti Patres iudicarunt ſexto Kalend.Nouemb.An. 1600. Chriſtophoro Angone, ſuorum tutore liberorum, qui à Turonenſi proprętore Senatum appellarat, & Mathurino Montaleſio, vtrinque, litigatoribus. Qua de partis fundi in iure ceſſione, Nos accuratiùs, Lib. 3. Andegaven. Legvm. Rei item perpetuò conductæ detentori liberum fit, ipſam, nouata Agri facie, locatori derelinquere, eiuſuè creditori: & quod frumentarium conductor ſuſcepiſſet, vitifero iam prædiolo cedere. Nam Agrariæ quidem formæ mutatio iſthæc Legibus interdicta eſt Fructuario paucorum annorum, temporarioue fundi emphyteutæ. l. Vſufructuarius nouum tectorium. ff. De vſufr. Bald. & Iaſ. ad.leg.1.Cod. De iur. emphyt. Sed perpetui coloni diuerſa longè cauſa eſt, qui re ſua pro arbitrio vti, illicitè prohibetur: modò vectigalis agri nomine in locatorem annua Penſitatione defungatur. Quare de eo aditus Senatus, iudiciariam fundi ceſſionem probauit noui poſſeſſoris, fruſtra obnitente auctoris ipſius creditore. Præſentaneo Decreto, in publica litium diſſertatione forenſi, xi. Kal. Maias An. 1597. pro appellante à Præfecto Vrbi, cui patronus adfuit Bignonius: in aduerſarium creditorem, pro quo Paſquerius egit. Sed hæc, ciuili quadam moderatione accipi oportet, niſi deterior proprietatis conditio facta pareat ante fundorum dimiſſionem: vtpote ſyluarum cæſura, ruinauè ædificiorum. Nam exciſis à poſſeſſore grandiúſculis, nec cæduis Arboribus, ita demum res derelinquens auditur, ſi publicæ auctioni proximas tanti licitetur, quanti plurimi, vnà cum arboribus ſyluâque non cædua, æſtimari væniréque potuiſſent. Sicuti prudens Senatus iudicio decidit æquiſſimo, vt indemnem proprietatis dominum ſeruaret, eiuſque creditores: Nonis Iunijs An. 1601. In Catalogo Pictauenſium cauſarum, quo, Oratores inuicem, Mornacus, appellantis, & Iayus, aduerſæ partis, decertarunt. Eum autem, qui emphyteuticas Ædes non fulcijſſet, nec minantes ruinam inſtauraſſet, Conscripti Cvriæ ſummouerunt optata ruinoſi prædij dimiſſione, quoad ædificia reſtituiſſet, priſtinæque formæ res Libello conceſſas reddidiſſet. S.Conſulto, xi. Kal. Iunias An. 1597. ex appellatione à regia Carnutenſi Prætura, inter cœnobitas Tyronenſis Monaſterij, & priuatum Monaſtici fundi vectigalis poſſeſſorem, pro quo, Lamethus dixit.

Areſtum die.27.Octob. 1600. *entre Chriſtof. Ange, et Mathur. de Montalais, Chappelain d'vne Chapelle, intimé.*

Tit.penult.Art. 3.

Iudicium Curiæ, die. 21. April 1597. *au Roolle de Paris.*

Placitum Curię, die. 5. Iun 1601. *au Roolle de Poictou.*

Senatus decretum, die. 22. Maij. 1597. *sur l'appel du Bailly de Chartres.*

Mira verò Legis æquitate Pariſienſis, fundo cedere ſinitur, 6
qui cum perpetuò fruendum conduxerit, nedùm conductoris ſucceſſor in fundum peculiaris. Artic. 109. Id quod alibi pluſculis executi ſumus. Nunc ex facto fertur, Manlium, cui præſens pecunia non erat, vt ea promercales agros compararet, vectigales ſumpſiſſe hos, redhibitoria annui Reditus pactione ſubiecta, quaſi vſurarum pretij ad aſſem redactarum. Quæro, nûm colonus iſtiuſmodi perpetuus, aruorum ceſſione, ſe eximat annua Penſione condicta?

Lib.3.Leg.Andeg. Tit. De iudic. Pigner.fundi dimiſſ. Art.1.& ſeq.

Digitized by Google

condicta? Non eximi, probabilius eſt. Hîc quippe, emptor potiùs, quàm conductor prædij vectigalis, ideo conuenit de annuo Reditu, ceu nummariæ ſortis fœnore, quòd æſtimatæ rei pretium non haberet in numerato. Interea ergo, dum coguntur pecuniæ, quæ alienatori inferantur, par eſt, cum qui fundo incumbit, fructibúſque potitur, vſuras pretij dependere, quantas maximas, nummarij Reditus nomine, non autem purè vectigalis prædij, vulgus creditorum ſibi paciſcatur. Argum. l. Curabit Cod. De action. empt. l. Iulianus §. ex vendito D. eod. l. vſuras emptor Cod. De Vſur. Ac ne longiùs à Municipali Pariſiorum More ſecedam, is perſpicuè diſcernit fundi Cõceſſionem perpetuam cum onere prædiarij ſimplicis, puréque vectigalis Annui, ab ea, quæ æſtimati fundi pacto Reditu contracta ſit, & reducta ad aſſem ſortis vncia quotannis, æréque nominatim luenda pro arbitrio poſſeſſoris. Nam conuentionis genus iſtud, Lex prouincialis venditionem eſſe definit, ac pro huius natura conditionéque, Dominicis laudimiis obnoxiam, (Art. 33. 78. 83.) gentilitiæ necnon redhibitioni prædiorum. Art. 137. Eiuſd. Conſuet. Quæ quidem patrij Iuris Capita, Ciuitate primùm donata ſunt, inſitáque ciuicis Conſtitutionibus nouis, aut emendatis. An. 1580. Sic perenni Legis. XII. Tab. elogio, QVOD POSTREMVM POPVLVS IVSSERIT, ID IVS RATVMQVE ESTO. Vbicunque verò, in perſonam obligatus, qui rem perpetuò fruendam conduxerit, ea cedere vetatur More prouinciæ, eiuſdem vidua coniunx pari ceſſione repellitur: niſi, vnà cum re, nuptiali opum conſortio vniuerſim abſtinere ſe profiteatur. Quùm enim maritus, coniugalis ſocietatis magiſter habeatur, ac communionis bonorum procurator legitimus, quicquid negotij gerit, id communi nomine cum ſocia vxore gerere creditur, contrahere, ſtipulari, acquirere. Ex argumento Leg. maritus Cod. De procurat., Ac eorum, quæ de correis duobus, bonorum cõſortibus, ſcripſit Bartolus ad l. penul. ff. De duob. reis. Quoniam igitur Syluanecti Inſtitutis ciuilibus, marito illi abnegatur vectigalis fundi derelinquendi facultas, (Art. 286.) eius quoque viduæ mulieri ſimilis poteſtas copiáque adempta eſt à Syluanectenſi Iuridico maiore, tùm à Senatu, appellatoriæ litis Iudice ſummo. In forenſibus cauſarum Actionibus Syluanectenſis Præfecturæ, Quarto Calend. Febr. An. 1602. Mornaco viduæ cauſidico.

Qualitas cõtractus *de Bail d'heritage à rente, ou de Vente*, diſtinguitur, ex pacta fundi æſtimatione, & annuarum penſionum quantitate ac proportione.

Rente fonciere au denier vingt, ou Rente au denier. 12.

Ventes, & Retraict lignagier.

Eius, qui prædia ſuſcepit ad onus perpetuj Redit⁹ annui, vidua nihilo faciliùs illa deguerpire poteſt. quàm maritus, niſi tori amborũ communitati renunciet.

Conſuet. *de Senlis.*

Curiæ Areſtum *par acquieſcemẽt, au Roolle de Senlis*, die. 29. Ianuar. 1602.

7 QVISQVIS perpetuò poſſidendum fundum ſumpſerit annua æris Penſione, quam præſcriptis verbis cauerit ab ſe *dari, præſtari*, Ei non licet, poſtmodùm fundo cedere: quò, libellarij contractus nexu ſoluatur. Art. 109. &. 110. Pariſien. Morum. Sed hoc de ſpontanea ceſſione intelligitur, non de neceſſaria, quam improuiſus Belli inteſtini caſus, ceu * θεομηνία, expreſſerit. Nam ſi conueniat, ne vlla exceptio obiiciatur, ita valet conuentio, ſi exceptionum cauſæ ſpeciatim explicitæ ſint, quibus vltrò promiſſor renun-

Prinſe à rente, auec clauſe de fournir, & faire valoir: Quæ clauſula, ſi verbis diſpoſitiuis contractus inſeratur, impedit *le deguerpiſſement du fonds*: Secus, ſi executiuis, quæ non augent diſpoſitionem. Clem. 1. De præb.

* Numinis ira.

Ambobus dominis res perit, vtili, & directo, ſeu fundiarij reditus proprietario: Aliter in re vendita, quæ perit emptori. l. vlt. Cod. De peric. & comm. rei vend.

ciarit. Vlpiani leg. 4. §. quæſitum. D. ſi quis caut. Nec vim maiorem præſtat, qui operis auerſione locati periculum conductor ſubeat. Florentini leg. Opus D. loc. Itaque dirutis hoſtili laſciuie ædificiis, quæ Libellæ formula acceperim, vnà cum ſolo, totum dimittere potero, vt annui Vectigalis iugum excutiam. Vtrique enim diſpendioſum eſſe rei excidium, verius eſt: domino ſoli nempe, ex quo ſolarium Reditum ſibi receperit, æquè ac ſuperficiario, emphyteutæ, aut libellario poſſeſſori. Quemadmodùm Faber animaduertit, in l. 1. Num. 4. Cod. De iur. Emphyt. Et Iaſon ibidem copioſè. Poſt Durandum Speculat. in §. nunc aliqua De locat. Id quod pariter tractauimus, in LEGE ANDEGAVORVM. Proinde Aulico in Prætorio decretum fuit, Pridie Kalendas Apriles An. 1595., perpetuis Suburbanarum Lutetiæ ædium conductoribus liberam fore earum dimiſſionem, hac lege, vt præteriti temporis Reditus appendant domino ſoli: aut, ſi domos retinere mallent, prædiariæ Penſionis reliquis ipſos abſolui, ita, vt prædiario iſto onere in poſterum defungantur.

Li. 3. Tit. De mulieb. dotalit. Art. 10. Et Tit De iudiciar. pignerati fundi dimiſſ. Art. 6.

Regium intimi, arcanique Conſilij Areſtum, vlt. Mart. 1595 *à la Requeſte des Habitãs des Forsbourgs de Paris, touchant les Rẽtes foncieres de leurs maiſons, apres auoir eu l'aduis de Meſſ. les Gẽs du Roy du Parlement, Lieuten. & Procur. du Roy au Chaſtelet, & oyz les Preuoſt des March. & Eſcheuins.*

INSVPER, ciuili perſtrepente Bello, remittitur annuus Canon 8
poſſeſſoribus eiuſmodi: qui arua interim colere nequeant. Iudicio Fabri, & Bartoli, in cita. l. 1. Ex Pauli I.C. ſententia, in l. cùm vnus. §. vlt. De bon. auct. iud. poſſid. l. is qui rem. §. cum qui. D. de Furt. Et leg. 3. §. Labeo. ꝛ. De acquir. poſſeſſ. Sed alij Legum anteceſſores negotio adhibent prudens temperamentum. Aut enim leuicula eſt, aut ingens grauíſque Penſitatio annua fundi. Prior quidem, ceu honoraria magis, quàm vtilis fructuariáque, non patitur oneris imminutionem: Poſterior, contrà, quaſi prædiariæ conductionis merces, ac pro fructuum modulo agri æſtimata. Baldus in præd. l. 1. Cod. de iur. emphyt. Ludouicus Roman. ad l. interdum. §. quod ex naufragio. ꝛ. De acquir. poſſeſſ. Card. Florent. in cap. vlt. De locat. Molineus vltimò, ad §. 62. Priſcæ Conſuet. Pariſ. Qua propemodùm diſtinctione vſus fuit in Belgicis ſuis Ditionibus Rex Hiſpaniarum, poſt ciuiles ſedatas Brabantiæ diſcordias. Edicto apud Bruxellam promulgato pridie Kalend. Nouemb. An. 1587. Rogo iam, quid ſi Vicarius Templi ſacerdos parœciaci, fruendos perpetuò conduxerit à primario Curione omnes Sacerdotij prouentus, qui ſacris tantùm libationibus populi conſtent? Hiſne temporum calamitate exinanitis, manebit obnoxiùs Sacerdos pactæ mercedi? Ita certè primo obtutu appareret, quùm incertam plebis erogationem, ſitámque in eius arbitrio redemerit Vicarius curio, ceu iactum retis, aleam, captúmve piſcium ancipitem: Vt Pomponiana phraſi vtar. Sed Procurionis huiuſce patronus ego, in Senatu diſſerui, haud temporariam ſolùm locatæ rei mercedem, ſed & fructuariam multorum annorum penſionem, quæ Sacerdotij loco ſubrogetur, eatenus modò exigendam, quatenus, deducta ea, presbytero conductori ſuperſit,

Num. 60. & ſeq.

Edictum die vlt. Octob. 1587. liberatoriũ ab arreragiis Redituũ fundiariorũ, ſubcẽſuum, realiúmque huiuſmodi onerum fundi pro tempore vltimi Belli: Excepto modico cẽſu honorario. Colonorũ item ab annua mercede abſolutorium pro rata impedimenti bellici in cultu terrarum. Sed de Reditib⁹ hypothecarijs perſonalitérque debitis, nulla remiſſa arreragia: niſi quòd in caſu iacturæ omnium, maioriſuè partis bonorum debitoris, fiet remiſſio pro rata temporis, & bellicæ ruinæ.

Oblations.

Pompon. in l. nec emptio. ꝛ. De contrah. empt.

Auctoris Oratio in Curia Pariſien. An. 1592. pro Vicario perpetuo, aduerſus Curatum, ſeu Rectorem primitiuum Eccleſiæ parochialis.

Digitized by Google

perſit,vnde ſe commodè exhibeat,oneráque perferat Eccleſiæ. Vt ſenſit Panorm. in cap. Conquerente. De cler.non reſid. Ac veluti coniugum irrita Pactio eſt,qua vir, dotis ergô, conueniatur inſolidùm, nec in id, quod facere poſſit. (Sexti Pomponij leg. Alia. §.eleganter, D. ſolut. matrim.) Sic myſticus ſponſæ Eccleſiæ maritus,Sacerdos neutiquàm alligatur eius vinculo conuentionis, quæ gnauiter ſacris operanti iuſta alimenta præripiat.Bartoli opinione, ad d. §. eleganter. Et in l. cùm hi. ff. De tranſact. Subdebam his, Templorum dotem prædiariam,Adminiſtris ipſorum alendis primitùs dicatam fuiſſe. Eccleſiaſtico Aureliæ Concilio, quod retulit Yuo, Decreti Parte. 3. Can. nemo Eccleſiam. De conſecrat. Diſtinct. 1. Exin quoties parochus ſummus vicaria vtitur opera Procurionis perpetui, qui hoc dietim munere fungatur: Huic in alimenta decernitur penſitatio annua, vel eius vice, obuentiones Eccleſiaſticæ,ſeu quæ à plebecula ſanctis Altaribus offerantur.Ex Decretali Pontificum Epiſtola.3.De Eccleſ. ædific.Quippe quùm Moſaïca etiam ſanctione, Aris oblata,libamináque Sacrificis ipſis adſignentur. Numer. Cap. 8. Quùm verò primarius Rector iis opponeret, ſterilis effœtique anni cum vberibus aliis penſationem, quæ, Romana vetere Prudentia, obtineat in profano colono,Senatus rem conſilij eſſe pronuntiauit:dictis interim pro clientuli noſtri immunitate libertatéque vindiciis. Pariſienſi Areſto Curiæ, in publica agitatione cauſarum. 6.Kalendas Sextiles An.1592.Inter Renatum Benedictum, Vicarium Rectorem Fani Euſtachij, pro quo egi: & Canonicos Ædis Germani Antiſſiodorenſis,apud Lutetiam, Parochos maiores: pro quibus, Chauuelinus.

Aurelianenſe Concilium, cap. 3.

Lutetianum Areſtũ, die.27. Iulij, An.1592. d'appointlé au Conſeil, & ce pendant defenſes aux Chanoines de S. Germain de l'Auxerrois, Curez primitifs, de contraindre le Vicaire perpetuel obligé à la ferme ou penſion.

9 Privatos porrò inter alios,debita exigere nécne liceat in medio Ciuilium armorum ſtrepitu, diſputatum eſt nouiſſimis annis, in Lutetiano Senatu. Patres Conscripti cenſuêre, alieni æris exactionem ſuſtineri poſſe: tolli aut prohiberi nec poſſe,nec debere. Subſimilis Romæ quæſtio mota quondam,exorto bello aduerſus Latinos: cùm plebs recuſaret ad delectum reſpondere, niſi ex S. C. alienum æs ipſi remitteretur. Quo de negotio in Senatu actum fuit. M. Valerius egenis condonandum illud exiſtimauit, & quam Solonis decreto obtinuerant Attici debitores,* σισαχθείας, Romanis poſtulantibus concedendam. Econtrà verò, Appius Claudius, remiſſo ære alieno, non deſituram ſeditionem: imò deteriùs ab inopibus ad diuites migraturam. Nec enim paſſuros iſtos, bona ſibi à maioribus relicta, vel labore parta, vænire propalàm, haſtæque ſubiici præconis. Item &, ſi quieſcerent obærati, nec tumultuarētur, inhoneſtè diſſolui contractus, deuinctámq; pactionibus fidem violari. Alij mediam ſententiam complexi ſunt, vt neque eximerentur æri alieno debitores,& in bona, non in corpus ipſorum, ius creditori poſtmodùm foret. Senſêre alij, ex Ærario ſoluendum creditoribus: vti publica largitione contineretur tenuiorum

** alleuationem oneris.*

Ad hanc partem ſpectant ſupraſcripta, Lib. 1. Tit. 3. Artic. 17. & 18.

fides: ditiorum, non alienaretur. Opinantibus aliis, nexos liberandos, & fœneratori cuique, pro nexis, mancipia totidem ex iis danda, quæ Reſpublica bellis comparaſſet, SENATVI placuit, nihil tùm vniuerſim definiri: bello autem confecto, vtì ea de re Conſules ad Senatum referrent: medio tempore ius de mutuo non diceretur: Poſtremò, plebis compeſcendæ cauſa, creari Magiſtratum, à quo non prouocaretur. Id quod Liuius ſcriptis mandauit. Rurſus quùm plebs ære alieno premeretur, multique ob mutuã pecuniam addicerentur, conſtitutum fuit ab Ordine Senatorio, ne, quoad debellatum eſſet, quis de credita pecunia ius petenti adminiſtraret. Rebus dehinc ab hoſte quietis & pacatis, de mutuo ſumpta cognitio eſt: iudicatíque, & addicti, fame ac corpore creditoribus ſatisfaciebant, cùm ex re nihil eis appendi poſſet. Tandem ergo C. Licinius, & L. Sextius Tribunipleb. rogationẽ tulerunt de ære alieno: vt ſubducto de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſuperforet, triennio æquis portionibus exolueretur. Cuiuſmodi Tribunitia rogatio accepta eſt. Quemadmodùm à Liuio perhibetur, Decad. 1. Lib. 6. Theodoricus verò Italiæ rex biennes inducias aduerſus creditores dedit Sipontinæ vrbis negotiatoribus: qui hoſtium depopulatione vaſtati fuerant. Vtì Caſſiodorus loquitur, Variar. Lib. 2. In Græcia denique, ſubtili commento Solon promouit debitorum liberationem pariter, & creditorum indemnitatem. Is enim, minuendo fœnore, augendóque nummo, debitores plus quadrante exonerauit debiti æris: & tamen creditoribus integram ſummam conſeruauit. Quippe qui minam, quæ erat drachmarum. 73., centum æſtimarit. Sicuti ex Androcione Plutarchus ait.

Dictator creatus eſt.

Epiſt. 38.

Improbum fœnus ſtipulantis redemptionem nummarij Reditus ſibi tùm ære conſtituti.

NVMMIS conſtituti Reditus luitionem ſimul ſtipulans creditor, incurrit fœneratitiam notã. Etenim priſci ſeculi caſtitate, vetita ſunt Pacta redimendi vectigalis ære creati: præterquàm ex libero debitorum arbitrio, citra temporis præfinitionem. Vt vetuſtis Curiæ monumentis proditum fuit, 10. Kal. Apriles An. 1424. Verùm de pupillari auro, hæſitatur, eiúſne temporarium in Reditum collocatio in iure decreta, ſubſiſtat. Nam pupillæ imprimis expedit, pro ætatis ſuæ modo, arctius nonnunquàm, aut longius in tempus, vtendum æs ſuũ poſtulantibus dari, condicto eius ſortis incremento. Quod priuata quidẽ tutoris pactione tractari non ſinit Chriſtianus Canon: auſpice tamen Magiſtratu factum, tulit identidem patrius Gallorum vſus. Huic licet Principis Conſtitutio Aurelianen. refragari credatur, (Artic. 102.) de re nummaria pupillorum, annuis Penſionibus deſtinata, fundiſuè perpetuò parandis. Ac vereor vtrique, ne cenſoria Morum diſciplina reſpuat pluſquàm ciuile iſtud fœnebris pecuniæ commercium. Quinimò vt vſurarius nummi quæſtus Diuino elogio damnatur: ſic nummariam quoque prædictorum Redituum emptionem Innocentius. 4. P. M. videtur improbaſſe. Ad cap. In ciuitate De vſur. Poſteriora certè Martini. 5. & Calyxti. 3. 10

Parlamenti Regeſtum vetus, die. 23. Mart 1424.

Atrebaticæ vrbis, de la Loy, Banlieuë, & Eſchevinage d'Arras. Conſuetud. locali, Artic. 35. licet tutoribus & curatoribus, pupillares nummos fœnerari, poſt tempus condictum reſtituendos, intra finem minoris ætatis. Quod inter maiores vetitum eſt, Artic. ſeq.

Reſcripta

Digitized by Google

Reſcripta admiſère pecuniarios Reditus, neceſſarium in vſum priuati cuiúſque, & ad communem mortalium tuendam ſocietatem. Qualia Paulus. 3. Reſcripta ſanxit, ac renouauit: Bullatis tabulis pridie Nonas Martias An. 1545. quæ Romano in Bullario extant. Sed qua dubios eiuſmodi Contractus lege modóque firmatunt Pontifices abdicandæ ſortis pretij, nec, vlla creditoris ſpe concepta, repetundæ: Eadem lege moderati creduntur pupillares æquè, ac maiorum annis pecunias, citra exceptionem. Pari enim Iuris vinculo tenentur pupillares, vt aliorum, vſuræ ſeu penſiones nummariæ ſortis. Vti admonuimus, REI DOMINICÆ FRANCORVM Lib. 3. Hinc Erneſtus Coloniæ Vbiorum Antiſtes, ac Eburonum, nuper edixit, Conuentu habito Leodienſis Pop., ne Magiſtratus quiſquam, nedum Tabellio, tempore circūſcriberet pupillaris æris locationem, quaſi, maiore impuberum ætate, repoſcendi. Temporariam enim fœnebris eiuſce nummi dationem, irritam ſtatuit, ſeu publicè in Foro, ſeu priuatim vltrò, contractam. Præclara ſanctione. 13. Kalend. Septembr. An. 1582. Idémque, ſacra Cameracen. Synodo cautum fuit apud Montenſem Hannoniæ metropolim, Octob. Menſ. An. 1586. & obſeruari iuſſum Regia manu Legéque Philippi. 2. Belgio dominantis, Kalend. Iunijs An. 1587. Concedo vtique, minori annis aliquando ſubueniri extra ordinem, Principali in integrum reſtitutione aduerſùs emptitium ſua pecunia Reditum: qua nimirum pecunia aliam in rem ſuam indigeret. Sed neque admittendum hoc cenſuit Molineus, niſi rebus integris & ſine captione venditoris bonæ fidei Reſtitutorium ſuffrágium imploraretur. Nam alioquin, ſi venditor vrgentibus ipſum negotiis impenderit æs ſibi traditum, haud facilè emptor, ætatis obtentu, nummos ſuos condicet, reſciſſa annui Vectigalis conſtitutione. Argum. l. quòd ſi minor. §. Scæuola. ff. De minor. 25. ann. Res eſt enim boni & æqui, reſtitutio in integrum, atque ita temperanda, vt neuter paciſcentium indebitè capiatur. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. l. patri. §. prædium. ff. De minor. Quin & pupillorum intereſt maximè, tales pactiones leuiuſculè ab iis non reſcindi, ſterilem alioqui pecuniam ſuam diu ſeruaturis. l. non omnia. ff. De minor. 25. ann. l. cùm plures. §. 1. ff. De adminiſtr. tut. In ſumma, conſimiliter iudicio deciſum fuit Senatorio, dicente Me, Hoſpitalis diuerſorij Lazaro ſacri Vectigal ære partum, redigi ad vulgarem vſurarum modum oportere, & redimi quandocunque debitoris arbitrio poſſe. Lutetiano Areſto in cauſis orandis, 18. Calend. Ianuar. An. 1580. de pecuniario Reditu annuo Stampenſis Leproſorum Noſocomij. Nûm autem fideiuſſor vſquequaque reum principalem luere cogat Vectigal iſtiuſmodi, hæſitatur, Nam ſi ille, tranſcribendum ipſum ſibi curarit à creditore: Viſum eſt nonnullis, talem ſponſorem redhibitorio ſortis penſionum iudicio deinceps inutiliter experiri: Quaſi tranſcriptitium ius creditoris, nominíſque ceſſio

Extrauag. Regimini. De empt. & vend.

Bulla Apoſtolica Pauli. 3. die. 6 Mart. An. 1545. In Lib. Collectaneo diuerſarū Conſtitutionum, & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio. 7. vſque ad Gregorium. 13.

Tit. 23. Art. 10. Lib. 3. De Doman. Franc.

Edictum Archiepiſcopi Coloniæ, & Leodienſis Epiſcopi. die. 20. Auguſti. 1582.

Prouincialis Synodus Archiepiſcopi Cameracenſis, *tenuë à Mons en Haynault.*

Placart du Roy d'Eſpagne faict à Bruxelles, die. 1. Iun. 1587.

Molin. in Tract. Commercior. & Vſurar. Quæſt. 14. Num. 169.

Curiæ Placitum, die. 15. Decemb. 1580. *entre les Poincts appellās du Bailly d'Eſtampes, & les Adminiſtrateurs de la Leproſerie d'Eſtāpes intimez, Que leur Rente au denier dix baillée en Iuſtice, ſeroit reduicte au den. 12. & rachetable ſeulement à la volonté des debteurs encores qu'il euſt eſté dict le cōtraire par led. Bail iudiciaire.*

Digitized by Google

Quæſt 29.

fideiuſſoriam obligationem peremerit. Molinei opinione, in Tract. commercior. Verùm enimuerò confuſione illa obligationis, reus principalis non eximitur pacta redimendi cautione. Tametſi enim, ſuccedente debitori creditore, liberetur expromiſſor: ſiue etiam rei promittendi hærede fideiuſſore, tollatur fideiuſſio: Si tamen creditoris locum ſubeat adpromiſſor, (vt hac in ſpecie facti) neutiquam nouatur debitoris obligatio, nec ſponſori competens actio extinguitur. l. Vranius. ff. De fideiuſſ. l. ſi reus promittendi. ff. De duob. reis. l. 2. ff. De pignor. Deterior quippe fieri non ſolet expromiſſoris conditio, qui ſuis rebus, creditoris iure ac nomine, proſpiciat, quem ſua pecunia dimiſerit. l. 3. Cod. ſi in cau. iudic. pign. capt. ſit. l. ſi is qui aliena. §. penult. & vlt. ff. De acquir. rer. domin. Porro ſi is, qui nummarij Reditus conſtitutioni interceſſit pro alio, eum ſibi mox cedi clanculùm procurans, exegerit multorum annorum penſiones, efficto cedentis titulo: probabilius eſt, debitorem minimè compelli ab eo poſſe ad pecuniarium Vectigal omnino diſſoluendum. Quùm enim gratuitum ab ipſo officium, ſyncerámque fidem præſtari, lege expediat: Iniquùm eſt, eundem ſimul, ceſſa creditoris actione, fœneratitium lucrum quæſtúmque in debitorem ſibi parare, & fideiuſſoria ex cauſa iſtum ad fœnoris ſortem inferendam adigere. Argum. l. ſi mandatu Titij. §. 1. D. mand. l. 1. Cod. De dol. l. 5. ff. De diſtract. pignor. A' commiſſoria item venditionis lege cenſetur receſſiſſe, qui, poſt diem legi huic præſtitutum, vſuras pretij petierit. Imperatoria Alexandri leg. Commiſſoriæ. Cod. De pact. int. empt. l. poſt diem. ff. De leg. commiſſ. l. Æmilius Verſ. dicebam. ff. De minor. 25. ann. l. 2. Cod. de iur. domin. impetr. Denique idonei non tam patrimonio, quàm fide æſtimantur, qui alienæ obligationis vinculum ſuſcipiunt. Pomponiana leg. Si quis ſtipulatus ſit Stichum. §. vlt. D. de verbor. obligat. Exin quoque Senatus Pariſiorum decreuit, adpromiſſori correo debendi, qui indemnitatem à debitore ſolennibus Tabulis ſtipulatus ſit, haud eodem iure experiri licere in poſteriorem rei emptorem ſibi obligatæ, ac creditori ipſi: qui hunc in perſonam obſtrictum Moribus teneat, inexcuſſo etiam reo principali. Placuit enim, Hypothecaria modò formula agere expromiſſori fas eſſe in ſingularem illum debitoris ſucceſſorem, vtì liberandæ ſponſioni ſuæ oppignerata agnoſcat, quæ recèns compararit. Quo à Iudice cognito, & impetrato, ſponſoris denuò cura diſtrahendæ ſunt priùs debitoris fortunæ omnes, quàm tertius poſſeſſor ſoluere iudicio damnetur, manúſque publica in res eius inuehatur. S. Conſulto facto, 3. Iduum Februar. An. 1584. ex lite ſcripto agitata, Heliæ Tilij, fideiuſſoris: & Renati Eſcoteri, emptoris, qui in Curiam prouocarat à Senatoria præfectorum libellis ſupplicibus Sententia, dicta. 15. Calend. Mart. An. 1583.

Nummaria autem condemnatio ſub fideiuſſore, in ea nominato, tanquam præſente qui tamen Actis non ſubſcripſerit, hunc non obligat. Art. 83 Edicti Aurelianen. In verſ. *tous actes*. Et Areſtis Curiæ, die. 21. Mart. An. 1595. in magna Camera, Relatore Dn. Thurino, inter Karolum Ralleum, ac Ianum Bertrandum actores, & Frãciſcum Cochelinũ, reũ. Item die. 17. Iãuar. An. 1596. in 1. Camera Inqueſtarum, interprete legis Cùm oſtendimus. §. vlt. ff. De fiduiuſſ. tutor. pro Ioh. *Lemeau*, contra Magdalenẽ, *de Breda*, viduam N. *le Picart*.

Decretum Curiæ, die. 21. Febr. 1584. *ſur proces par eſcrips de l'appel d'vne Sentence des Requeſtes du Palais du 15. Feburier. 1583. entre Helie du Tillet requerãt eſtre deſchargé d'vne Rente conſtitute par vertu de ſa Cõtrelettre. Et René Eſcotiere, tiers acquereur.*

VOLATILES

11 VOLATILES Reditus ſæpiculè titulo præteguntur & imagine venditionis prædiorum. At, detecta re ex circunſtantibus cauſis, Senatus decernit, alienis nudatam coloribus Hypothecam, lui perpetuò ac redimi poſſe: nulla tranſlati, in ſpeciem, rerum dominij ratione habita. Hæc vtique, in hypothecarium fundi comparatorem. Quid de venditore, cuius gratia vnius fauorèque, inducta videtur luendi pignoris libertas perpetua? Nummarióne vectigali immunis ſolutúſque abibit is, exceptione rei venditæ, quam pretio fortè imminutam, domeſticis Bellis, deprehenderit? Puto, hominis vafritiem & calliditatem, non eſſe commentitia hac exceptione adiuuandam. Quando enim par amborum ius eſt, emptoris & venditoris, Nemo dixerit, eundem contractum, huius intuitu, pigneratitium eſſe: illius verò, tranſlatitium dominij. l. vn. De cupreſſ. Lib. 12. Cod. Quippe & vna indiuiduáque Pactio, non debet multiplici, varióque eo, iure cenſeri. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. Nec debitori iam licet, fiduciariã & hypothecariam prædij ſui mancipationem, cautim detorquere in putam ipſius alienationem: contrarium haud poſtulaturo, ſi alioſum verſa fuiſſet res, nec antiquo ſuo pretio excidiſſet. Cæſarea ſententia, in Leg. cùm pro pecunia. De ſolut. Cod. Adde, quòd Fiduciæ lex adiecta contractui, receptáque venditori fundi poſſeſſio conductitia, ſatis indicant, emptorem tum, nihilo feruidiùs eiúſce dominium ſibi parare, quàm venditorem ab ſe abdicare, voluiſſe. Exin conuentionis effectum vlteriùs protendi, nefas, quàm ſinguli animo conceperint paciſcentes, Vlpiani leg. 19. D. ſi cert. petat. Quapropter Lutetiani PATRES, hypothecarium prædij venditorem damnarunt, emptori debitum æs intra annum perſoluere: ſin minùs, publicam illius addictionem pati, & aliorum deinceps fundorum, niſi ex priori redactis pretiis, omnimodò liberaretur. Areſto inſigni. 12. Kal. Iunias An. 1588. ex prouocatione à Sententia Prætoris Biturigum, lata An. 1587. quam N. Rozayus interpoſuit: Claudio Gentone, ediuersò, contendente. Cui Senatus Conſulto perſimile, factum pridie Idus Sextiles. An. 1595. pro Cæſare Rupeo, Baſtardæ dynaſta. Referente litem Vilmereo ſenatore: cuius etiam collega Iacob. Riuerius, gener meus iudicio adfuiſſe ſe, mihi aſſeuerauit. In prima Inquiſitionum Curiæ claſſe.

Rentes volantes, & créés à prix d'argent: Quas inertis otij creditorũ altrices, deſerto honeſtiori Mercaturæ exercitio, dixit Karolus. 9. vetãs eas deinceps conſtitui *à plus haut prix & intereſt que de ſix pour cent.* Edicto Menſ. Iun. An. 1572. In Curia Pariſ. publicato, die. 17. Iulij ſeq. Sed poſteriori Edicto, quod Senatus promulgauit die 19. April. 1574. *les Rentes conſtituées ſont remiſes au denier. 12.* Vt Nos. i. Art. 15.

Faculté de remeré, reconduction, & vilité de prix de la vente, induiſent le pignoratif.

Pariſ. Decretum, die. 21. Maij An. 1588 *ſur l'appel du Lieutenant du Bailly de Berry à Yſſouldun.*

Placitum Curiæ die. 12. Auguſti. 1595. in. 1. Camera Inqueſtarum. *Pour Ceſar des Roches, ſieur de Baſtarde, en Bleſois.*

12 IN cauſæ rurſùm cognitione verſatur, nummariámne Penſitationem, cuius origo non pateat, ſolariam mente præſumamus, an nũmis conſtitutã. In obſcuris, pro libertate reſpondent Iuris Interpretes: &, quùm initio libera fuerint prædia, liberationíque faueamus reorũ debẽdi, ſentiunt, pecuniarij Reditus conſtitutionem, ære pactam conijci debere Legum opinione, ſeu crebriorem vſu, leuiuſculam, faciléq; redemptioni paratam. l. in libertatibus. ff. De manumiſſ. teſtam. l. certi cõdictio. §. ſi nummos. D. ſi cert. pet. Verſ. cùm quotidie. l. ſi ita ſit adſcriptum. In fi. ff. De legat. 1. Et ibi Iaſon. l. qui concu-

Rentáne fundiaria, an volatilis, in dubio præſumpta ſit.

Redimibilis, Reditus pecunia conſtitutus.

Digitized by Google

binam.§.cùm ita.&c. De legat. 3. Huc appoſitè refertur Francicum Karoli.7.Edictum de annuis pecuniæ Vectigalibus redimendis, Nouemb. Menſ. An. 1441. cui Senatus calculum adiecit. 13. Kalend. Februar.ſequent.Eius quippe Art. 25. nominatim cauetur, annuam æris Penſitationem, nummario creatam pretio, facilèque ideo luendam exiſtimari: niſi creditor aliam conſtituendæ ipſius cauſam titulúmque obſignatis Literis adprobet Iudicanti. Quam ſimul in partem, de nummario Vectigali, inclinat Molineus, Tractatu Commercior. In Veneta autem Republica diuerſum Ius obtinere, liquet patrio S. Conſulto. 10. Kal.Ianuar.An.1451. ita concepto. *Qui vniformem Penſionem per annos. 50. ſoluerit, nec conſtare poſſit, an iure locationis id fuerit, in eo dubio præſumitur Liuellus, de eóque inueſtiri debet, vt liuellarius.* Sed noſtrate etiam Gallorum Vſu, quoties vetuſtiſſimus eſt, qui exigitur, annuus Canon, & ruſticis ex prædiis frumentarius: Tunc neque ære creatum fuiſſe coniectamus, nec pecuniariæ obnoxium redemptioni. De quo, prolixè diſſertantes audiui, Briſſonem pro Vilhelmo & Iuliana Pauinis, & Daneſium pro ſacro Collegio Ædis Turonum Martinianæ: quod à Sententia appellatat Turonici proprætoris, dicta. XI. Kal. Decembres An.1569. Hinc conſilio Re commiſſa.8.Kal.Febr.An. 1571., pronuntiauit demùm Senatus, rectè appellatum, & triticeam Penſitationem, velut prædiariam, exolui perpetuò iuſſit. Areſto. 12. Kal. Quintiles An.1573.Haud diſpari Curiæ iudicio damnata eſt Franciſca Meſnagera, Iacobi Perquinelli vidua coniunx, quotannis præſtare triticeum Reditum, ex Mola frumentaria debitum ſacris Sodalibus Fani Martini Turonenſis. Sexto Idus Iulias An.1574. ex prouocatione à Sententia Magiſtratuum Curiæ, qui Palatinis libellis præfecti ſunt. 16. Kal. Octobr. An. 1570. Sic Terrienus primarios Neuſtriæ ſuæ Senatores ait, perantiquum æris Vectigal, prædiarium cenſuiſſe, non volatile & hypothecarium. Iudicato. 12. Kal. Quintiles An. 1514. ſecundùm Eccleſiaſticos regij Valetudinarij Adminiſtros Rothomagen., aduerſus Matthæum Paſchalem, Principis Conſiliarium. Alia certè cauſa eſt frumentarij Reditus, quem pecunia conſtitutum, expeditè liqueat. Tunc enim adæratum ipſum, Frumenti reditum, nummariáque æſtimatione ac ſpecie pendendum quotannis, dum luatur, oſtendimus. 5. Quod Principali ſimul, & Pontificali auctoritate Eburonibus ſancitum fuit, Decimo tertio Kal. Septembres An. 1582. in hæc verba: *Que toutes Rentes conſtituées par argent en eſpece de grain, vin, huyle, &c autres fruicts, ſeront reduictes en argent au denier douze, ſelon le prix de l'argent du premier Contract. Que s'il n'appert par lettres, ou autrement, du prix de l'achapt deſd. Rentes conſtituées à prix d'argent en grains &c. ſe fera lad. reduction ſelon le prix commun du temps de la Conſtitution, &c.* Quinimò Belgica tota, partium Hiſpanicarum, interdixit Philippus. 2. rex frumentarij Reditus annui conſtitutione nummaria

Die.10.Ianuar.An. 1441.

Quæſt. 20. Num. 212.&.213.

Venetum S.Conſultum, die.23 Deceb. 1451.

In Calce Venetor. Statut., Tit.Conſulta ex Authenticis.

Plaidoyé & appoincté au Conſeil die 25. Iãuar.An.1571. Cum Areſto die.20.Iunij. 1573.deciſorio appellationis à Sentẽtia Bailiui Turonẽ. die.21.Nouẽb. 1569. *Au profit du Chapitre de S.Martin de Tours.*

Iudicatum Curiæ, 10. Iulij. 1574. *ſur l'appel d'une Sentence des Requeſtes du Palais*, die.16. Septemb. 1570.

Lib. 7. Comment. Cap.10. Vbi Areſtũ Rothomagen. die. 20.Iunij An.1514.

In hunc ſenſum à Nobis ſcripta euolue, Lib.3. Eccleſiaſt. Polit.foren.Tit. 6. Art.18.

Frumenti reditus ære cõſtitutus, in æs annuũ redigi debet.

Tit.De long. temp. præſcrip.Art. 4.

Ordonnances & Statuts du Liege, die.20. Auguſti An. 1582. compilata, Erneſti auctoritate Leodienſis Epiſcopi.

Placart royal faict à Bruxelles, le 5. Mars. 1571. Deffenſes de creer

maria, ſeu alterius Vectigalis cuiuſuis frugifera in ſpecie agrorum penſitandi. Qui autem hucúſque fructuarij Reditus huiuſmodi, pecunia comparati eſſent, hos in annuum æs conuerti imperauit. Lata Bruxellæ Sanctione., tertio Nonas Mart. An. 1571.

par argent rentes en bled, grains, vin, huyles &c. Et quant aux precedētes Rētes de grains, elles seront reduictes en argent, à raiſon du den. 16.

13 Extenvata autem, Edicto, numiſmatis æſtimatione, quo annuum ſit partum Vectigal, ſpectatur, in hoc luendo, Monetæ pretium, quantum, haud ipſa quidem Reditus conſtitutione taxatum ſit, ſed Regia Lege poſteriori. S. Conſulto Pariſiorum. 5. Idus Ianuar. An. 1584. Iuxta Scæuolæ Reſponſum, de pecunia etiam à debitore oblata creditori: qua vulgò tùm vtebatur Reſpublica, priuſquàm iuſſu Præſidis, ceu ærosa, tolleretur. l. creditor. ff. De ſolut. Ac multò iſtic fortiùs reijciendum in debitorem moræ diſpendium, qui, ante Principalem monetalis ſpeciei extenuationem, non obtulerit eam creditori, Vectigálque redemerit. Arg. l. qui decem. ff. De ſolut. Cæteroquin intuenda numiſmatis æſtimatio, qualis quantáque fuerit, obligationis die, non ſolutionis. Vt à Nobis fusè explanatum eſt alibi, & à Cæſareo Spiræ Nemetum Senatu deciſum. Suprema Germanorum Patrum Sententia. 10. Kal. Ianuar. An. 1552., pro Baſilienſi Rauracorum pontifice, in N. *de Schaunburg*. Teſte Mynſingero, ſacri eius Conſilij aſſeſſore. Centuria. 4. Obſeruat. 1. Quò alludit Gratianopolitana Vidi Papij Deciſio. 493. Haud eadem verò præteriti temporis penſionum conditio eſt, quæ vt dietim cedunt, ſinguliſque excurrunt Trimeſtribus ſenſim, ita temporario numûm valore, ac indies mutabili exoluuntur. Cuiuſmodi volubilem, in reliquijs annuorum Redituum, verſatilémque æſtimationem amplexa eſt Curia Pariſien. Inſigni Iudicato, in profeſtis Reſurrectionis Dominicæ, An. 1586., præſide Seguerio, more Maiorum, recitante. Nec aliter Eburonibus Lege cautum reperio, tali ſcriptura. *Quant aux canons & courans de toutes Rentes en argent, comme florins, ou liures de Liege, Brabant, &c. generique, & non en pecune ſpecifique, ils ſe payeront en Monnoye courant au temps du payement. Mais en faiſant les rachapts deſd. Rentes emptices à prix d'argent, ſera rendu le prix & ſort capital en la valeur des Monnoyes, qui auoit cours lors de lad. Conſtitution.* Ac perſimili equidem Lege tenentur Belgici Pop., qui Hiſpanico imperio ſubſunt. Edicto apud Bruxellam promulgato. 3. Nonas Martias An. 1571. Quùm igitur concordibus Nationum ſuffragijs, velut vno ore, probentur iſthæc, nolo plura de hoc argumento: ne in clariſſima luce, cum Diogene, lucernam accendere videar.

Decretum Curiæ Pariſ. Die. 9. Ianuar. An. 1584.

Lib. 3 Eccleſiaſt. Polit. foren. Tit. 6. Art. 15.

Spirenſis Cameræ Imperialis Areſtū, die. 23. Decemb. An. 1552. *pour l'Eueſque de Baſle.*

Solenne Areſtum Paſchatis An. 1586.

Leodienſium Statuta.

Placart du. 5. Mars. 1571. Que le remboursement des Rentes ſe fera ſelon la valeur des eſpeces eſtans lors de leur conſtitution: & le payement des arrerages ſelon le cours & vſage de la monnoye lors d'iceulx courant.

14 Cavtionibvs aliis ciuilibus coarctatur nummarius quæſtus, qui annui Reditus formula paratur. Nam mercium negotiator vetatur, pretij vice talem Penſitationem ſtipulari: ne iiſdem ex mercimoniis geminum corradat lucrum, & cariùs indicatæ rei venalis, fide habita de pretio, & fœneratitiæ ſortis.

Reditus creatus ex pretio Mercium tunc venditarum, non ſoluto.

Vetus Areſtum die. 2. Maii An. 1513.

Sicuti LVEETIANA CVRIA iudicauit poſtridie Kalend. Maias An. 1513., ſecundùm Ioh. Maillyum, aduerſùs Rollequinum Feronem. Cuius deſcriptor Areſti legitur Molineus. In Tract. Commercior. Aſt ſi nonnulla, poſt mercium venditionem, intercapedine temporis, contractum ſit æris Vectigal iſtiuſmodi, ratum id decreuit Senatus. Memorabili Placito, ex vocali diſceptatione cauſarum. 3. Kalend. Mart. An. 1564. quùm Auguſt. Thuanus pro Feraldo egiſſet, qui ab Vrbis Prætore Curiam appellarat: & Rauelus, pro vinario mercatore, Lulerio. Eandem temporis diſtinctionem Molineus obſeruauit inter mercium negotiatores, vbi. ſ. Quæ pariter in pignore dando reprobatur Pactio legis commiſſoriæ, aliquantò pòſt inita, valet. l. 2. l. vlt. Cod. de pact. pign. l. ſi fundus. §. vlt. π. De pignor. l. Titius. π. De pignerat. act. Ex hoc quoque temporum diſcrimine, PATRES Pariſienſes haud inelegantem diremerunt quæſtionem hanc, mobiliſne, an immobilis, pecuniæ creditæ. Frater à fratre mutuatur aureos mille nummos: próque his, ni intra quadrimeſtre reddantur, annuum vectigal, prædiolúmve, quaſi venditum, pollicetur. Elapſo die, mortui creditoris vidua coniunx, tutríxque filij, debitum æs repoſcit. Mox viuis erepto filio, defendit reus, matri ius non eſſe, gnati mobilium hæredi, immobile nomen debitúmque perſequi: ſed hoc in ſemetipſo dimidiatim confuſum vaneſcere, tanquam in patrimonia ſucceſſore defuncti. Nam quæ ſibi credita eſt à fratre pecunia, ilicò deſtinata fuit in comparationem annui Reditus, aut latifundij. Qua vel nuda deſtinatione, immobilis numus, ceu latifundium ipſum, tranſiit ad paternos pupillarium fundorum hæredes. l. 3. §. quid ergo. π. de contrar. tutel. & vtil. act. Cum Art. 93. & 94. Pariſ. Conſuet. Replicat ad ea mater, filij mouentium hæres, nomen ſolidum, ad ſe, velut mobile, inteſtatò redire: Quùm lex illa commiſſoria à Pignoribus explodatur. Necdum item Vectigali annuo, prædióue in ſolutum accepto, quod vnius fauore indemnitatéque creditoris dari conuenerit, eidem vni optionem competijſſe, vtrum mallet, alternatim promiſſorum. Bartolus nuncupatim, ad l. quamuis. π. de pignerat. act. P: Caſtrenſis in l. 4. §. ſi ex conuentione. π. de re iudic. Eapropter AMPLISS. ORDO æris ſummam, vtì mobilem, matri adiudicauit. Vndecimo Kalend. Mart. An. 1571. Poſt forenſem Marij actionem, pro appellante à minori Iuridico Melodunenſi: & Hamelij, pro aduerſa parte.

Quæſt. 22, Num. 125.

Decretũ Curiæ die. 27 Februar An. 1564.

In Tract Commercior. & Vſurar. Quæſt. 22. Num. 226. 227.

Non, vt hypothecaria fundi emptio, quæ rebus ſoli adſcripta, à Nobis dicitur alibi: Ita hypothecarium pecuniæ Mutuum cenſetur immobile. Sed, tanquam mobile, pertinet ad mobiliũ hæredes creditoris.

Placitũ Curiæ die. 19. Febr. An. 1571. *Sur l'appel du Preuoſt de Melun.*

Vſuræ vſurarũ quatenus reprobatæ.

NEFAS eſt inſuper, ex nummariæ Penſionis reliquiis nouam 15
conflare Penſitationem annuam, & fœnebre incrementum in ſortem conuertere. Iuſtinianea leg. vlt. Cod. de vſur. Et leg. antepenult. Cod. ex quib. cauſ. irrog. infam. At ſi præteritarum penſionum ergô, creditori tranſcribam pecuniarium Vectigal in debitorem meum, talis ceſſio Vectigalis, Iure non deſtituitur. In eundem

Priuilegiarij etiam debiti Vſurarũ ordo, inter creditores hypothecarios, ſumitur tãtùm, quoad

eundem vtique, Anatociſmus fœnoriſque renouatio illicitè exercetur. In diuerſos autem, probabili ſuſtinetur ratione. Nam, Scæuolæ verbis, id quod ab alio debitore, nomine vſuratum datur, ei qui ſumpſit, ſortis vice fungitur. l. qui negotiationem. §. ex duobus. π. de adminiſtr. tut. Item vt fundus, ſic reditus annuus in ſolutum accipi poteſt eius quod debetur. l. cùm dominam. Cod. de pignor. l. ſi prædium. Cod. de euict. Verùm, propoſita in hypotheſi ne hallucinemur, minimè paciſci licet creditori, vt delegato debitore non ſoluente, ad delegantem regrediatur, tranſcriptitij Reditus vſuras repetiturus. Fruſtrante autem, inopéue delegato, idipſum obtinebit creditor, auctore Prætore. Nec enim ſingulis conceditur, quod per Magiſtratum publicè poſſit fieri. Regula Iuris antiqui peruulgata. Quemadmodùm & de vſuris Edicto cautum eſt Aurelianenſi. §. 59. Ad hæc, legitimo modo coërcentur vſuræ, ſeu recurrentes quotannis penſiones Vectigalis ære creati. Apud Eburones, annui Reditus ad quindenum ſortis numum rediguntur. Lege perlata, Auguſti luce. 20. An. 1582. Gallis verò duodena Aſſis vncia æſtimatus eſt, nuper annuus Vectigalis pecuniæ vſus atque compendium. Regia Conſtitutione, cui Senatus Pariſiorum ſubſcripſit, Decimo tertio Kal. Majas An. 1574. Neuſtria dempta, quæ deno ſortis numo annuo volatiles Reditus emetitur, quaſi Maritimæ oræ largius nauticum fœnus. Vt diligenter exponit Terrienus, in Normanici Iuris Commentarjis. Princeps autem, abhinc ſeſquiannum, leuius fecit æs fœneratitium, & ad ſextam decimam numeratæ ſortis partem annuam reuocauit. Edicto perpetuo An. 1601. quod Lutetiana Curia Actis ſuis perſcribi iuſſit Duodecimo Kalend. Mart. An. 1602. Porro Mechlinienſes Brabantiæ, iampridem moderati ſunt nummarias veterum Redituum penſitationes: Municipali Lege, qua, illos Tulliano ore loquentes fecit Nannius Alcmarianus, in hæc verba. IN INSTRVMENTIS ANTE ANNVM. 1424. INDICTÆ VRBANO PRÆDIO PENSIONES REDIMI POTERVNT, SI PRO SINGVLIS NVMMIS ANNVIS, VICENOS BINOS SEMEL NVMERES, CVM INTEGRA PENSIONE PROXIMÈ CESSVRA. MONETA AVTEM, RATIÓQVE NVMMORVM ÆSTIMABITVR IN ID PRETII, QVOD TVM OLIM IN VSV FVIT. QVORVM AVTEM CONTRACTVS POSTERIORI TEMPORE INITVS EST VSQVE AD ANNVM. 1443., EORVM LIBERATIO CONTINGET, PRÆSTITIS IN SINGVLOS ANNOS DENIS OCTENIS, SOLVTAQVE INTEGRA PENSIONE PROXIMÆ DIEI. CENSVS AVTEM, REDITVSVE, POST ANNVM. 1443. CONSTITVTI, AVT QVI IN POSTERVM CONSTITVENTVR IN ÆDES, AVT AREAS, VBI INTRA. 40. RETRO ANNOS ÆDES FVÊRE, SIVE II TESTAMENTO FVERINT RELICTI, SIVE ALIIS RATIONIBVS INTRODVCTI, RE-

hypothecam, à die Sentẽtiæ vſuras adiudicantis, non à die Obligationis principalis: Etſi curſus vſuratũ incipiat & adiudicetur à die ipſius Priuilegiarij Contractus in debitorem. Areſto Pariſ. in Camera Edicti die. 18. April. 1598. *touchant l'ordre de diſcuſſion ſur le prix de la terre de Baugy decretee ſur le curateur aux biens vacans de François de Bart*. Secus de vſuris eodem Contractu authentico promiſſis cum ſorte, in caſu licito & priuilegiato. l. Lucius D. Qui potior. l. curabit C. de act. emp.

Vſuræ, quas priuatim ſtipulari non licet, à die Iudiciariæ citationis debẽtur.

Leodienſe Statutum.

Die. 19. Aprilis. An. 1574.

Nummariæ Conſtitutiones Redituum annuorum *à la raiſon du denier ſeze*. Regia Ordinat. publicata in Parlamento die 18. Febr. 1602.

Statutis verò *du Pays de Liege*, Art. 13 Tales Reditus volatiles conſtitui nequeunt *au deſſoubz du denier quinze*. Ab Anno. 1582.

Lib. 7. Cap. 13. *De vẽdue, ou conſtitutions de Rentes hypothequez*.

Cens, ou Rentes deües ſur les maiſons de la Ville de Malines.

Mechlinienſis Vrbis Conſuetudines recognitæ, literiſq; mandatæ ex Cæſareo Reſcripto An. 1535. E. Teutonico autem idiomate in Latinum verſæ An. 1552.

Digitized by Google

DIMI POTERVNT, SI PRO SINGVLIS NVMMIS DENOS SENOS PRÆSTES, ET INTEGRAM PENSIONEM PROXIMÆ DIEI. Præter hoc verò nummarij quæſtus Vectigal annuum, fœneratitia æris commercia Chriſtianis improbantur. Hæbreos tamen in radicibus Alpium fœnus exercere, ſiuerunt Philibertus Emanuel, ac Karolus filius Allobrogum Duces: Pontificijs Xyſti. 5. auſpicijs, ſacríque Reſcripti, quinto Nonas Octob. An. 1587. Teſte Anton. Theſauro, in Subalpina. Deciſ. 57. Quod illis vtique tolerabilius Iudæis videatur fortaſſe, quàm noſtris, quia fundorum poſſeſſione illi omninò arceantur. Vt à Nobis expoſitum eſt 8. Lib. 1., ac ECCLESIAST. POLIT. Volum. 3. Cæteroquin ethnici quoque Romani, pecuniæ compendium vtilius experti ſunt, Prædiaria re paranda, quàm Nummaria, multiplicanda. Id quod Tiberij Cæſ. S. Conſulto ſancitum memorat Tranquillus, vtì fœneratores duas patrimonij partes in ſolo collocarent, eóque debitores, totidem æris alieni ſtatim exoluerent.

Apoſtolica Bulla die. 5. Octob. 1587.

Lib. 1. Tit. 1. Art. 5.

Sacræ Polit. Lib. 3. Tit. 1. Art. 30.

Auguſtæ Hiſtor. Lib. 3., Cap. 46.

RESPVBLICA deinceps, aut Ciuitas, annui Reditus conſtitu- 16
tione non obligatur, exemplo minorum annis: Niſi obligatio contracta ſit Principali permiſſu, vel de communi Ciuium in id coactorum ſententia. l. ciuitas. ff. de reb. cred. l. ambitioſa. l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. fac. Qualis decreti ſententiæque exemplum patet memorabile, in antiquo Curiæ Regeſto, 5. Idus Iunias An. 1416. poſtulãte Decurionum Vrbis ordine Pariſien. Sic Flandricum Hiſpani regis Conſilium incolis permiſit Territorij *de Aſſenedambocht*, nummarios Reditus cuiuis adſignare, duodena ſortis parte annua taxatos, luendóſque perpetuò: vt ex ea ſorte Aggeres inſtaurarent, perneceſſarios maritimi fluctus impetui comprimendo. Scriptore Nicol. Euerardo, Mechlinienſis Senatus Præſide, in Reſpon. 150. Cæterùm Princeps noſter Karolus. 9. inquietari noluit Lutetianæ plebis Ædiles, annuorum Vectigalium ergô, quæ promunere publico priuatis identidem conſtituiſſent. Quùm enim creditores eorum, queîs adſignatum eſſet de publica Vrbis Menſa vectigal, huic quotidie manum iniicerent Viatoriam: Solebant ipſi in ius vocare Decuriones, vnà cum Ædilitiorum prouentuum Suſceptore & diſpenſatore: vtì pigneratos nummos ſibi adnumerarent. Itaque Rex diplomate vetuit, quenquam Ædiles, eorúmque Officiales, in Foro die dicta, laceſſere: ſed Ædilitium Exactorem redituum iuſſit, publicas in pecunias immiſſæ manus Regiæ Acta inſtrumentáque ſibi curare, & pignerantis debitori ex præteritis penſionibus reſidua, petentibus apertè expromere. Regios Codicillos. 7. Kal. April. 1569., probante Curia ſumma pridie Nonas Apriles ſubſequentes. Sed vt Reipublicæ eximio fauore prouiſum eſt debitis ab ea Vectigalibus annuis: ſic eiuſdem gratia bonóque publico, introducta nonnunquam ſolarij etiam Reditus abalienatio,

Die. 9. Iunij An. 1416. *Permiſſion à ceux de la Ville de Paris, de vendre mille liures de rente, pour employer aux fortificatiõs & reparations.*

Nec apud Valentianas Hannoniæ, Vrbiſque Banleucam ſitis fundis Reditus annuos licet imponere, niſi cum perpetua eorum redimendorum facultate, *au den. 20. les Rentes foncieres, & les aultres au den. 16.* quarũ pretij ſors non liqueat. Art. 66. Conſuet. *de Valenciennes.*

Literæ patẽtes, die. 26. Mart. 1569. Verificatæ in Parlamento, die. 4 April. ſeq. *De ne faire adiourner les Eſcheuins, & Receueur de la Ville par les ſaiſiſſans & arreſtans les arrerages des Rentes de la Ville deües à leurs debteurs, & que leſd. arreſtans ſe doibuent contenter de la declaration du Receueur, deſd. Arrerages deuz.*

Digitized by Google

abalienatio, & perpetui alioquin, luitio in vſum inuecta. Nam Paulus. 3. Pontifex, Turcicæ expeditionis ſtudio, liberam fecit poteſtatem vectigalium fundorum poſſeſſoribus, ac emphyteutis, redimendi canonis annuæq; penſitationis: cui prædia antiquitùs in SANCTISS. SEDEM obſtringerentur. Apoſtolico Reſcripto, xi. Kal. Ianuar. An. 1540. quod, ad verbum, inſeritur Collectioni Pontificiarum Conſtitutionum, & Literarum à Gregorio. 7. ad Gregorium. 13. Perfacilè autem liberantur volatiles Reditus penſatione mutua, nedum numeratione debiti æris. Quippe etſi particulatim ſoluta creditori, acceptoferantur vſuris, non ſorti, l. cùm & ſortis. ff. De pignerat. act. l. In his §. penul. l. Titia. ff. De ſolut. l. 1. Cod. eod. l. ſi vſuras Cod. De vſur. Si tamen alter alteri pecuniam ſine vſuris, alter vſurariam debeat, ſancitum eſt à Diuo Seuero, concurrentis apud vtrumque quantitatis vſuras non eſſe pendendas. Quandoquidem debiti & crediti inter ſe contributio perimit ſortis obligationem, nedum vſurarum, l. cùm alter. ff. De compenſat.

Bulla Apoſtolica: die. 22. Decemb. An. 1540.

Compenſationem debitorum inuicem liquidorum probat Mos Pariſienſis, Art. 105.

17 QVI aliis tranſcribit debitum ſibi Vectigal annuum, ſubiecta clauſula, REM DARI, PRÆSTARI, tenetur vtique bonum nomen ac efficax præſtare: nec debitum modò ſubeſſe, verùm & debitorem eſſe ſoluendo. Sed an is prætereà obligatus maneat exoluendis, quæ ſua die cedant, Reditus annui penſionibus, inexcuſſo debitore, controuerſum eſt. Arbitror ſanè, promiſſorem, reo locuplete dato, ſoluere non cogendum. Nam & reus promittendi, ſeu qui pro alio conſtituerit reum ſe primum ac ſummum, habetur ſponſoris vice ac fideiuſſoris: Qui damni tantùm uicarius ſubſtituitur, nec inuitus ad ſolutionem adigitur debitæ pecuniæ, niſi côuento priùs ac excuſſo debitore. l. vlt. Cod. De Côſtit. pecun. l. reos promittêdi. ff. De duob. reis. l. tutor. §. vlt. ff. De adminiſt. tutor. Proin, aſſiduo debitore dato, promiſſor liberatur. Antiſtij Labeonis ſententia, in §. 1. Leg. vlt. D. ſi cert. pet. Neque ideo otioſa ac inanis cenſetur, adſcripta ceſſioni nominis clauſula vulgaris, *de fournir & faire valoir*. Quùm, omiſſa ea, tranſcribens alteri nomen, vt ſit, non vt exigi etiam poſſit, dolúmque modò præſtare compellatur. l. ſi nomen. ff. De hæred. vel act. vend. l. ſi plus. §. vlt. ff. De euict. Qui verò admittit alium debitorem pro alio, ſuæ imprudentiæ expenſum ferat neceſſe eſt, quòd magis idoneum non acceperit. l. 1. §. item quæritur. ff. De ſeparat. l. qui ſatiſdare. ff. De fideiuſſ. l. 5. §. nunc videamus. D. Iudic. ſolui. l. ſi ab arbitro. D. qui ſatiſd. cog. At quiſquis in ius alterius nomen transfert, hoc cautionis vinculo, vt præſtet HABERE LICERE, ſuccedaneus fit alienæ obligationis: Niſi debitor, qui erat tùm opulentus, deſide poſtea, nec ſibi vigilante nouo creditore, deducatur ad egeſtatem. Secuti enim temporis periculum ad eum pertinet, qui rem poſſideat tabuláſque Obligatorias, quibus experiri in iure potuerit. l. pupilli. §. ſoror. ff. De ſolut. l. 3. in fi.

Clauſ. de fournir & faire valoir.

Fundi autem permutatori cum Reditu annuo, ius eſt, poſt diſcuſſas Reditus eiuſce hypothecas, ad fundum ſuũ reuerti, ſi ab altero permutantium poſſideatur Secus, ſi hic tertio fundũ alienaſſet: In quem, condictio ob cauſam non trãſit. l. cùm precibus C. de rer. permut. Nec perſonalis actio ſequitur fundum. l. vlt. ff. De contrah. empt. Niſi rem tibi tradiderim ſub immediata ſpe, quòd omnia ſtatim impleres Baldi verbis in l. 1. & 4. C. de rer. permut.

Lib. 3. de re ruſt. Cap. 7.

Nantiſſement, pour acquerir hypotheque, en Vermandois.

Parlamenti Areſtum die. 12. Decemb. 1594. *entre Regnault Feret, François le Lieur, & conſors appellans d'vne Sentẽce du Bailly de Vermandois à Reims, du. 13. Mars. 1589. Et Agnes Cauchon veufue de René Bouthier intimée.*

Areſtum Curiæ die. 2. April. 1602. in. 5. Camera Inqueſtarũ ad relationem Dn. *Garrault*, inter N. Gottofredum appellantem à Præpoſito Pariſien. Et N. *Guillon*, intimatum. *Apres en auoir communiqué à toutes les Chãbres de la Court.*

Areſta Curiæ, die. 21 Mart. 1591. *entre Pierre Combes, & Frã. Boüette, & Katherine Verſoris.* Item. 11. Mart. 1591. *plaidans Du marché, pour Germain Herlemant appellant, & Chauuelin pour Guill. Oliuier intimé. Autre Arreſt du. 25. Iuin. 1591. entre Charlote Regnault, & Françoiſe L'archer veufue Euſtache Oliuier. Autres du. 14. Aouſt. 1591 30 May. 1592. & . 4. Febur. 1593. entre Guy Paillart, & M. Henry de Meſmes.*

Cod. De nouat. l. 2. Cod. Arbit. tut. Nam vel optima nomina, non appellando, fieri mala dicebat Alphius, apud Columellam. His congruè aptatur Æmylij Papiniani reſponſum, actioni redhibitoriæ locum non eſſe, ſi mancipium bonis conditionibus emptum fugerit, quod antè non fugerat. l. 54. ff. De ædil. edic. Haud diſpari ratione, annui Reditus debitorem alteri delegans, non ſubit ignauiæ periculum iſtius: qui idcirco delegati creditoribus iudicio poſtpoſitus ſit hypothecariis, quòd in bonorum poſſeſſionem debitoris non iiſſet, ex formula Hypothecis ſtatuta Veromanduo More. Quocirca PATRES CONSCRIPTI eundem actione ſummouerunt, in auctorem ſuum inſtituta, vt eius diſcrimen euentus ſuſciperet. Decreto in publica Foridiſceptatione, pridie Idus Decemb. An. 1594. quùm Nauarrotus, pro appellante: & Chauuelinus, pro aduerſariò, egiſſent. In Catalogo cauſarum Veromanduarum. Atque huic planè conſentaneum S. C. propalàm recitauit Anton. Seguerius Præſes conſpicua in purpura, poſtridie Kalend. Apriles An. 1602. concordibus omnium Curiæ Claſſium ſuffragijs. Ex quibus indubiè etiam conſequitur, eum, qui nomen diſtraxerit, adiecta ſponſione, *de fournir & faire valoir*, minimè conueniendum anteà, vt ſoluat, quàm à Iudice damnatus ſit debitor, eiúſque bonorum auctio facta. Quemadmodùm variis Senatus placitis pronuntiatum fuit, quinto Idus Martias, 12. Kal. Apriles, 7. Kal. Quintiles, & poſtridie Idus Sextiles An. 1591. Tertio Kal. Iunias. 1592: ac pridie Nonas Februar. An. 1593. Queîs diſertè concinit ſolenne illud Curiæ Iudicatum, in profeſtis Paſchalibus An. 1602. Quo præterea adiectum eſt nominatim, expreſſas, cum tacitis generatimque conceptis, bonorum hypothecas priùs excutiendas ab eo, cui tranſcriptum ſit æs debitum ab alio, quàm is auctorem ſuum iudicio vrgeat ad eius ſolutionem pecuniæ. Iuxta Molinei ſcripta, in Tractatu Commerciorum, Quæſt. 46.

NOMINIS ceſſione non transfertur poſſeſſio in eum, cui ceditur. §. 108. Pariſien. Conſuet. Sed tranſcriptitiæ Nominis Tabulæ, debitori edundæ ſunt confeſtim, ac exhibendæ: Ne intereà ſoluens creditori bona fide, exuatur Obligatione, huiúſq; ita ceſſio eludatur. Gordiani leg. ſi delegatio. Cod. De nouat. l. vlt. ff. De trãſact. l. Nomẽ Cod. Quæ res pign. Et cita. §. 108. Quòd ſi ceſſionis aliunde certior priuatim factus ſit reus debendi, nec teſtatò conuẽtus, cedẽti ne ſolueret, Vix eſt, vt huic numerata pecunia, eximatur nexu obligationis. Iudicio Baldi, in Reſpon. 383. Volum. 2. Iuxta Accurſium in cita. l. vlt. Et Cynũ ad l. 3. Cod. De nouat. Alia porrò cauſa eſt illius, qui publicam debitoris ſui Nomini manũ iniecerit, in obæratum ei, abſq; priuata & pactitia talis nominis ceſſione. Cæteris enim potior fit creditor, pignore in iſto Prætorio, captóque, iuſſu Magiſtratus. Vlpiani leg. 10. D. qui potior. in pign. l. cùm Rẽpublicam. Cod. eod. Et l. 3. §. 1. ff. De reb. eor. 18

Cui

Digitized by Google

Cui adſtipulatur Pariſiorum Mos, Art. 178. Conuentum itidem pignus poſſidentis melior efficitur conditio, in pari cauſa creditorum: l. ſi debitor. π. De pignor. l. ſi tibi notarium. Cod. eod. Haud diuerſum quicquam Lex cauit Pariſienſis, Art. 181. Quinimò Iudiciis definitum eſt, poſteriorem creditorem, qui iniecta manu velut apprehẽdiſſet prior venditi pretiũ latifundij, quod ſpeciatim obligatũ erat antiquiori creditori, huic anteferendum, & ſatiſdatò dandam illi pecuniam: donec anterior, pigneratis aliis obærati bonis, ſibi debita executum ſe gnauiter, in iure oſtendiſſet. Celebri Curiæ Lutetianæ Decreto, 4. Kal. Nouemb. An. 1557. inter conflictantes duos Stampenſis Ducis creditores: quorum ſecundus, penes Niuernenſem Regulum, qui à debitore illo coëmerat, fundi pretium pigneratus fuerat Regia manu. Nec enim, in rei locum immobilis peculiaris, ſuccedit nummus ex ea redactus. Vlpiani l. qui vas. §. vlt. π. De furt. Simili modo, antepoſitus fuit nouiſſimè hipothecario creditori priori, is qui debitum in pretium obligati illi prædioli Viatoriam manum anteriùs inuexiſſet. Areſto pridie Idus Ianuar. An. 1596. ſecundùm Almericum Barbezieram, aduerſus Ludou. Ancienuilleum. Si tamen hac lege vænierit latifundium, vt eius ſors pretij creditoribus vẽditoris tribueretur, tunc horum cuique ſigillatim numeranda eſt ex ordine hypothecarum pecunia, non ex verſutiorum quorumdam præoccupatione, debitum æs ſequeſtrãtium penes emptorem. Sicuti à PATRIBVS. C. iudicatum fuit Decemb. Menſ. An. 1597. inter creditores ipſos Franciſ. Borbonij, Monpenſerij Ducis, qui Vilboſiam, Engoliſmenſis agri, Caſtellaniam grandi ære mancipiarat Spernonio Duci. Dn. *Deſlandes* controuerſi huius negotij expoſitore in Auditorio Curiæ ſanctiori:

19 EODEM verò ex fonte illo dimanat, quod à Senatu, nobis adſtantibus, pronuntiatum fuit, eum cui annuus Reditus à creditore in debitorem tranſcriptus ſit, nec ab iſto tamen, ſed ab auctore ſuo penſiones quotannis cedentes ſumpſerit, minimè audiendum, Reditus auctioni intercedentem, quam auctoris ſui creditores in Foro proſequerentur. Extemporali Areſto. 3. Idus Maias An. 1572. poſt Brebarti cauſidici actionem, pro appellãte à Præfecto Vrbi: & Marij, pro aduerſario litigatore. Similiter nuda prædij emptione poſſeſſionem non tranſire, iudicatum eſt: nec tali emptori cõpetere Interdictũ VTI POSSIDETIS. Grauiſſimo Curiæ decreto Menſ. Iun. An. 1531. ex lite à Maigreto enatrata, & paribus antea diuiſis Iudicum ſententiis. Porro cui nomen diſtractum ſit, ei protinus licet, Inſtrumẽti exemplo debitori tradito, id exequi pignoribus captis. cita. Art. 108. Pariſ. Conſuet. Nam exquendæ ius Obligationis, mutato creditore, non tollitur, amittitur. In debitore, ſecus: quo mutato, priùs vocantur hæredes, vt obligatoriæ chartulæ ad exitum in ipſos perducãtur. Panorm. in Cap. Quia. V. De iudic. In Antiq. Et Molineus nuncupatim, ad §. 263. Bleſenſ. Morũ. Quinetiam Rom. Legis profeſſores di-

Vn ſimple Tranſport ne ſaiſiſt point. Art. 108. Pariſ. Mor.

Areſtum *en robe rouge*, die. 29. Octob. 1557. SantAndræa Præſide pronuntiante.

§ In particularibus, pretium non ſuccedit loco rei: In vniuerſalibus, ſecus.

Placitum Curiæ Pariſ. die. 12. Ianuar. An. 1596. *pour Mery de Barbezieres, ſieur de Chemerault, arreſtant le prix des terres vinceces deu à Charles de la Haye par ſon vendeur & garend. cõtre L. d'Ancienuille, ſieur de Reueillon, ancien creancier hypothecaire dud. de la Haye.*

Areſtum Curiæ, in magna Camera, *ſur la diſtribution du prix conſigné de la Chaſtellenie de Villebois, en Angoulmois, vendue au Duc d'Eſpernon: Contre les premiers ſaiſiſſans & arreſtans leſd. deniers.*

Iudicium Curiæ *en plaidant*, die. 13. Maij. 1572. Item die. 14. Nouemb. 1595. ad relationem Dn. *de la Grange* in. 3. Camera Inqueſtarum, *pour N. le Comte Procur. au Chaſtelet, ſaiſiſſant les arrerages d'une rente deuë à N. Normant ſon debteur par Moreau, contre N. Beſançon precedant ceſſionaire dud. Normant, qui n'auoit faict ſignifier ſon tranſport de lad. rente aud. Moreau debteur.*

Arreſt ſur procez party, au rapport de M. Meigret. Iuxta leg. Si ex ſtipulatione. l. fundi. π. De acquir. poſſeſſ.

Debitor ſi ex forma Statuti poſſit capi,

Digitized by Google

& eius hæres pro debito, oportet antea citato hærede fieri liquidationem, quòd ipſe ſit hæres, quàm exerceri ius executiuum contra eum.

ſtrictam hác moderátur patriæ Cõſtitutionis formulá, de reo debendi, eiúſq; hærede vinciẽdo, Ne hæres vinculis cogi poſſit, niſi iudicio prædamnatus, alienũ æs à defuncto conflatũ perſoluere. Fràciſ. Aretini reſpon. 32. ex ſentẽtia Baldi ad leg. Per diuerſas Cod. Mád. Quòd ſi viui dùm debitoris res prehenderit apparitor Magiſtratus, vis cœptæ publicæ poſſeſſionis exeritur, proferturq; aduerſus hæredem. Seposito eo, vt ſi defunctus pignerationi huic ſuũ qualecunq; ius oppoſuiſſet, hæres appelletur, ad eam velut hæreditariam litem, ſuſcipiendam. Inquit idem Molineus, ad §. 343. Legis Aureliorũ Prouincialis. Obſerua interim, hæreditaria bona, non tamẽ hæredis *propria*, ſtatim pignerari licere in viduam defuncti coniugem, & ſucceſſores, poſt nudum ſoluendi præceptum. Nempe vt ſuum creditor ſaluum Nomen incoluméque tueatur, inuocato publico iure. Art. 169. Pariſ. Conſuet., & Bartoli dictatis, in l. poſtulante. D. Ad S. C. Trebellian.

Reprinſe du procez d'Oppoſition du deffunct pourſuyuie contre l'heritier.

Quand ſimple Cedule emporte hypotheque.

* propria manu ſcripta.

De re, pecuniauè mobili, valet hypotheca ex priuatis Syngraphis in iure agnitis etiam reſpectu tertij. Sed de re prædiaria, ſi alienetur, annuuſuè reditus conſtituatur, talis hypotheca non quæritur, niſi inter ſecretò contrahentes, nec in præiudicium tertij: Cuius intereſt, publicè nota fieri rerum ſoli cõmercia & onera; ne horum ignarus circumueniatur. Vt innuit. §. 107. Leg. Pariſ., ſub Rubr. De Action. perſonal. &c.

* ſua ipſius manu facta.

PIGNVS, aut hypotheca non contrahitur priuato Chirographo: 20
niſi qua ex die, reus iſtud vel agnorit, vel abnegarit coram Iudice: ſi modò negantis * ἰδιόχειρα, teſtibus fide facta, adprobentur. §. 92. 93. Regiæ Conſtitut. An. 1539. Cui ſubiungitur, ex More Pariſiorum, res chirographarij debitoris ſubinde obligari, ab edita Syngraphæ ſuæ profeſſione apud Notarios, & Tabelliones. Art. 107. Cum ſimilibus Ægid. Magiſtri Notis ad §. 15. Edicti Francici de Auctionibus prædiorum. Peræquè enim coram Notariis pacta, hypothecam inducunt, lege Leonis Imp. Scripturas. Cod. Qui potior. in pign. hab. In ver. CONDITIONALES, QVOS VVLGÒ TABVLARIOS APPELLANT. Quatenus verò à debitore compar hypothecæ vinculum adijcitur priuatæ ſyngraphæ, cui trinus teſtis ſubſcripſerit, non vtimur Cæſareo illo Iure. Tametſi Iuſtinianus in ſimilem Leoninæ ſententiam coierit. Authent. ſi quis vult cautè. Eod. Tit. Gallicis quippe ſanctionibus, nullam creditori hypothecam tribuit * αὐτόχειρ ſcriptura obligati, antequàm publicitùs cognita ſit. Vt ſuprarelatum eſt. In Germania etiam inferiore vſurpatum, tradit Euerardus Mechliniæ Brabantinæ Præſes, vt expreſſa, anteriori chirographo, hypotheca poſtponatur authenticis tabulis adhibitæ poſteriori. In Reſpon. 18. Ecquid autem de priuatis ſponſionibus, queîs ſubſcripſiſſe ſe, fateantur paciſcentes coram regio Amanuenſi? Taliſnè ſcribentium profeſſio Hypothecariam formulam pariet, quaſi edita apud Tabellionem? Ita forſan primo intuitu reſponderetur, quùm Principis familiares à ſecretis, libellis ſeu Epiſtolis, Notariorum pariter titulo inſigniantur. Quin & ipſi Iuridicis Prouinciæ honorario gradu ordinéque adæquati ſunt, Burdigalen. S. Conſulto: Quod Boërius Præſes memorat. Deciſ. 222. Sed quia Principalium id genus Scribarum munia, Regiis publicíſque addicta ſunt Diplomaticæ Officinæ negotiis, non, gregariis illis priuatorum Cõtractuum ſcriptionibus, Ideo probabilius eſt, ſupràcitatum Morem Pariſiorum de ſyngraphæ coram Notario agnitione, populari ex vſu ſen-

Cedularum recognitio coram Secretario Regio.

Notarij & Secretarij Regis.

Digitized by Google

vſu ſenſúque intelligi de vulgaribus Pactorum Scribis, non, regiorum Diplomatum, ac Epiſtolarum. Vtì Municipales Conſtitutiones, vulgi ſermone triuialíque Plebeiorum verborum dialecto, interpretari ſolemus. Hoc ampliùs, noſtra in Gallia, agnitæ apud ſacrum Magiſtratum cautiones priuatæ, non quærunt pigneratitium creditori ius in bona debitoris. Quod ſubnotat Faber, ad l. 32. Cod. De donat. Et Molineus, ad §. 70. Stampenſ. Conſuet. Tametſi aliud peculiari eo More introductum ſit, (d. §. 70.) ac Mõtfortiano, Art. 72. In vtrauis item Sicilia, nullæ ſunt Apoſtolici Notarij partes de re profana: demptis teſtamenti tabellis, maximè pias in cauſas. Sicuti ab regio Ferdinandi. 1. Conſilio iudicatum, prodidit Afflictus, in Neapolit. Conſtitut. De fide & auctorit. inſtrum. Ibidem quoque, omnis abrogatur auctoritas peregrè exarato Inſtrumento, priuſquàm eius Scribam publicum, ac Notarium eſſe conſtiterit ſolenni ſubſcriptorum teſtium examine & inquiſitione. Matthæus, vbi. ſ. Num. 20. Nec, Tarraconenſis itidem Regni Inſtitutis ciuilibus, partam habent executionem Obligationum Literæ alibi conſignatæ. Aragonia Deciſ. 9. Monteri à Cueua, regij Conſiliarij in Foro maiore Tarraconenſi. At Francicus Senatus æquiſſimè priuilegiarium hypothecæ ius ſeruauit Siculæ coniugi viduæ: Quæ poſt dotalia Pacta, Siculo Panormi in oppido contracta An. 1554., commigrarat in Lugdunenſem Galliam, vnà cum viro, Siciliæ pariter indigena, An. 1562. Quùm enim hic nuper Lugduni ſupremum vitæ diem exegiſſet, irrueréntq; certatim in eius fortunas creditores ſinguli, ſingula credita petentes, Interceſſit vidua mulier pignerationi bonorum, dotis nomine in Sicilia cõuentæ ac perſcriptæ: quæ poſteriorum Galliæ creditorũ cauſam dos antecedebat. Nam etſi nulla, expreſſa Tabulis hypotheca fuiſſet pro dote, tacita ſuberat, Legéque ſupplebatur Iuſtinianea, Aſſiduis Cod. Qui potior. in pign. L. vn. §. Et vt pleniùs dotibus ſubueniatur Cod. De rei vxor. act. Quinimò de dote actio, eſt Iuris Gentium, nedùm ciuilis Romanorũ: eòque, nec, ciuilis ratio noſtræ in exteros Galliæ, poteſt naturalia dotis iura corrumpere. Gaij I. C. leg. Eas obligationes. ff. De capit. diminut. Quibus, velut cumulo, accedit Lugdunenſis incolatus priuilegium, ex quo, peregrinæ conditionis homines adſciſcuntur in ciuium iura Gallicorum: Principalibus Reſcriptis, quæ alio Opere percenſuimus. Imò & Siculi ipſi, ab antiquo noſtratium Andegauiæ Ducũ in eos imperio ac dominatu, haud peregrinæ omninò ſortis apud Frãcos ſunt habendi: quorũ Legibus Francorum vtuntur illi etiamdùm in Municipiis quibuſdam, vt Longobardorum, in alijs. Quod Neapolitan. Cõſtitut. Volumine, ac Cõmentarijs liquidò patet. Quamobrem Francica Pariſiorũ Curia Siculæ Siculi coniugis viduæ dotalem hypothecæ prærogatiuã dedit, dixit, addixit: vtì, præ alijs creditoribus, cum re vxoria æquiùs meliùs ageretur. Decreto in Senatoria Edictali decuria, ad Idus Sextiles An. 1601. Dn. Menardo litis inſpectore.

Staturorum verba, populariter & communiori ex vſu, accipienda.

Iudices Pontificij vt prædiarias in res, poſſeſſioneſq; profanas nullum ius habent: ſic neque realibus fundorum hypothecis creandis auctoritatem præſtare poſſunt.

Martini Monteri à Cueua, Deciſiones Regiæ Aragonum Audientiæ cauſarũ ciuilium: in qua, is Conſiliarius erat.

Lib. 1. De Doman. Franc. Tit. 11. Art. 13.

Francicis Annalib., & Neapolit. Hiſtoria conſtat, Andegauos dudum Principes, corúmq; ſucceſſores Karolum. 8. & Ludouicum. 12. Franciæ Reges Siculis imperitaſſe.

Areſtum in Camera Edicti, circa. 13. diem Auguſti. 1601.

Sanè extra Regnũ Frãcic. ſcripta Obligatione, non quæ-

Digitized by Google

conferenda : quibus accuratè diſpunctis , impendiorum reputatio exorbeatur, ac euaneſcat. Vtut ſit, talium impenſarum tempore, nulla inter ſocios purè nata fuit actio, minùs etiam hypotheca, donec ſocietas diſtraheretur. l. tandiu Cod. pro ſoc. Et Paulina leg. 38. D. eod. Quare Senatus, mariti hæredes hypothecaria ſummouit actione : perſonali autem , vxoris ſucceſſores , in rem impenſa reſtituere damnauit. Inſigni Decreto. 15. Kalend. Maias An. 1564.

Parlamentare Areſtum ſolenne *auant Paſques* die. 17. April. 1564. pronuntiante Ch. Harleyo præſide.

ſed & ſi quis. ϖ. De pignerat. act. l. Et quæ nondùm. §. vlt. ϖ. De pignor. Callida enim illa debitoris diſſimulatio æquipollet libertatis fundorum aſſertioni. Vt Iulius Paulus notat, l. Tutor. §. 1. ϖ. De pignerat. act. l. Statuliberum §. 1. ϖ. De ſtatulib. Verſ. ſi tamen ſuppreſſerit cõditionem ſtatuliberi. l. Qui duobus D. Ad leg. Cornel. de falſ. Ciuilis item illa X. Virûm philoſophia poſtmodùm diſplicuit S. P. Q. Romano : quam & commerciorum peſtem eſſe videbat, & fraudis cuiuſuis ſeminarium. Hinc viri Prudentes, quicquid eſſet in prædio vitij, ſi creditor ſciret, niſi nominatim dictum fuiſſet, præſtari voluêre. Aquiliana doli formula, apud M. Tullium, in Officijs. Ac propterea debitorem, ſtellionatus reum peractum, ex eo cenſuit ſuprema Curia Pariſiorum, quòd creditorem ſyncerè candidéque non præmonuiſſet, alteri ſe res oppigneraſſe : Tametſi liberas ipſas, nulliſque obnoxias, Tabulis obligatoriis minimè affirmaſſet. Decreto in cauſis orandis, 7. Kalend. Iunias An. 1536. ſecundùm Iohannem *de Beaulieu*, creditorem, aduerſus Franciſcum *de Larche*, debitorem, qui à Præfecto Vrbi ad Senatum prouocarat. Morlone, appellantis : & Daneſio, aduerſæ partis cauſidicis. Itaque nec creditorum fruſtratori quicquam confert moratoria præſcriptio anni, vel quinquennij : quæ æri alieno obſtrictis identidem irrogatur. l. vlt. §. vlt. D. quæ in fraud. credit. Eximio pariter iure debita quædam, omnes circumcidũt moras, ſolutioníſque in tempus aliud prorogationem reſpuunt. Qualia enumerat *Conſuetudinarius* Franciæ Liber. 2., Mos item Pariſienſis, (Art. 111.) variáq; de ſingulis ipſorum S. Conſulta. Iſtud potiſſimè, in colonos prædiorum, qui ab Ordine Ampliſſ. bonorum ceſſione excluſi ſunt, nedùm dilatione ſoluendi. Areſto luculento, ad Natale Chriſtianum, An. 1579. Ex Africani ratione, in l. ſi ſeruus communis. §. locaui. ϖ. De furt. Reis, ad hæc, iudicio victis non ſuffragatur Codicillaris dilatio. Curiæ Conſulto. 12. Kalend. Apriles An. 1526. &. 16. Kalend. Apriles An. 1540. In prima Inquiſitionum Decuria Senatoria, vbi Dn. Matthæus litem denarabat. Rebuffo auctore, Conſtitution. regiar. Tomo. 2. Nimirum Prætor edixit, CONDEMNATVS VT PECVNIAM SOLVERET: Edictíque Prætorij interpres Vlpianus ſignificat, iudicatum, qui ſatiſdare paratus ſit, haud ideo liberandum. Aliquod tamen olim tempus humanè conceſſum fuit debitoribus ad conquirendam pecuniam & explicandam. Pauli I. C. opinione, in l. quod dicimus. ϖ. De ſolut. Et Vlpiani l. ſi domus. §. in pecunia. ϖ. De legat. 1. l. ſi debitori. ϖ. De iudic. Condemnatis certè tricenos dies iuſtos dedit Lex * δώδεκα δέλτων. Hoc poſteà tempus Romani duplicarunt, bino Menſe reis poſt condemnationem indulto, ad nummos penſitandos. l. 2. l. debitoribus. ϖ. De re iudic. Alios necnon duos Menſes adiecit Iuſtinianus, & quadrimeſtre ſpatium, iudicati æris ſolutioni præſtituit. l. vlt. C. de vſur. rei iudic. Confeſſis item debitoribus eadem, quæ damnatis, tributa dilatio : ne prodire vſquequaque co-

natus non cõtrahi, videtur Fabro & Angelo, ad l. 1. Cod. De crim. ſtell. Et Parlamento Maiorum, ex Areſto pridie Idus Mart. An. 1535. pro N. *de Lautrer* : ſed cui tamen præfinitum, eodem iudicio, tempus fuit exonerandi annuo Reditu prædij ab eo venditi, quem Reditum à ſe priùs conſtitutum venditione prædij non expreſſerat.

Areſtum Curiæ, *en plaidãt*, die. 26. Maij. 1536. *entre Franç. de Larche, Notaire au Chaſtelet de Paris, appellant du Preuoſt de Paris, Et I. de Beaulieu, creancier de l'appellant, intimé.* Sed alio Decreto Curiæ *du.* 21. Ianu. An. 1589. *entre Ieh. le Carrelier, & Claude le Peuſtre ſa femme appellans d'vne Senten. du Preuoſt de Paris du.* 10. *Decemb.* 1586. *& Magdelaine de Mariaual veufue de Robert Ton intimée, ſont condamnez les appellans à bailler caution de payer ſolidairement la rente auec eux. Autrement & à faute de ce, à racheter lad. rente par corps, ainſi que lad. Sentence auoit ordonné lad. rachat par empriſonnement.*

Reſpits que le Roy donne, ne ſ'eſtendent pas aux debtes priuilegiez, cõme depoſt, debtes du Roy, de mineurs, de loüage de maiſon, de marchandiſes de forains priſes en plein marché, ſans terme, &c. Du grand Couſtumier de France.

En maiſon de gr ius, nulle ceſſion de biens, ny reſpit.

Areſta Curiæ *ſur lettres de reſpit.* die. 21. Mart. An. 1526. Et. 17. Mart. 1540.

A. Gellij Lib. 20. Cap. 1.

* XII. Tabul.

Saxonico Iure, cõdemnatis dãtur ſolùm. 14. dies ad ſoluẽdum: etſi de More, ſex hebdomadæ, cum. 3. diebus. *Lãdtrecht* Lib. 3. Art. 5. & Lib. 2. Different. Iur. Ciuil. & Saxon. Art. 83.

Parlamenti Areſta die. 26. April. &. 4. Febr. An. 1537.

Iugement prouiſional peut eſtre executé, pendant l'inſtance du delay de payer requis.

Pendente nullitate Obligationis vel Sententiæ, executio poteſt fieri in bonis, non in captura perſonæ.

Vbi aliàs non admitteretur exceptio nullitatis ad impediendam executionem, tamen admittitur, quando executio eſſet irreparabilis. Argum. l. 2. ꝥ. De appell. recip. l. penul. Cod. Qui bon. ced. l. ſi creditores In ſi. ꝥ. De Priuil. credit. l. ſi verò §. 1. D. Qui ſatiſd. cog.

gantur cum ſacco & marſupio, quo pecuniam ſtatim concludant. Vlpiani leg. 6. §. vlt. D. De confeſſ. Ac Iulij Pauli Lib. 5. Receptarum. Tit. 5. De effectu Sentent. Quamuis autem Legitimarum huiuſmodi dilationum vſus obſoleuerit pridem, Gallico, & Saxonum Vſu contrario: Si tamen lite pendente ex moratorio Reſcripto Principis, vinciatur debitor, eiúſve pignora capiantur, extemplò ſoluendus eſt carcere ipſe, ac bona interim reſtituenda, dùm forenſis quæſtio illa iudicio dirimatur. Senatoriis Decretis. 6. Kalend. Maias, & pridie Nonas Februar. An. 1537. quæ Rebuffus citat, in Notis ad Tomum. 2. Principalium Galliæ Sanctionum. Enimverò creditori licet, poſt Iudicatum dilatione petita, *vindiciariam* Prætoris Sententiam ad exitum perducere pigneratione bonorum. Supradicto Curiæ Placito. 12. Kalend. April. 1526. Ac vniuerſim adeo hoc in genere duplex conſtitui regula ſolet, iſthæc. Aut debitor à fiduciaria Sententia appellauit ſuperiorem Iudicem. Tunc pendente quidem appellatione, creditori fas erit, bonorum prehenſionem & ſequeſtrationem curare: ſed vlteriùs progredi ad eorum licitationem, minimè. Sicuti mota Obligationis reſciſſoria lite, vel retractatione Sententiæ, vtramuis exequi ius eſt in res fortunáſque debitoris, non autem vinculis & carcere in perſonam & corpus: quùm probroſa liberi capitis comprehenſio, diſtrictióque ſeuerior, nullo ſit reparabilis Iudicato poſteriore. Vt cenſuit Baldus, ad leg. 1. Cod. in integ. reſtit. poſtul. Et in l. ab executione Cod. Quorum appell. non recip. P. Caſtrenſis ad leg. 4 §. *condemnatum* ꝥ. De re iudic. Alexander, Iuris Reſponſo. 17. Volum. 1. Decius, in Reſponſo. 73. Verùm ſi à vindiciaria illa Sententia neutiquam prouocatum ſit, nil vetat, ipſius executionem, Senatoriivè Decreti fiduciarij, ad vltimam vſque porrigi fundorum licitationem & addictionem pigneratorum. Saluo tantùm debitori regreſſu ad magiſtrum auctionis, qui, finiente dein amborum litem Iudicio, ſuccubuerit: vt quanti ſua interſit, ob amiſſas vi publicæ Haſtæ poſſeſſiones, ſibi refundat, reſtituat. Quòd ſi ille bonorum pignerator, minùs fuerit ſarciendo victoris damno *idoneus*, ſubſidiaria huic cautio eſt in fundum, eiúſque licitatorem, qui ob æs indebitum perperam Regia manu poſſeſſus, diſtractúſque reperiatur.

Ludouici. x i. priuilegiarium Reſcriptum forenſe, ſuprà relatum, in Præfat. Oper. Art. 6.

Romana itidem Eccleſia, communis omnium eſt: cuiúſque, Chriſtiani omnes ſunt diœceſani.

COGNITO, de Actionibus: Vbínam agi oporteat, diſquirendum. 24
Lutetiani ciues, ab ſingulari Principũ Indulgentia, vnum agnoſcunt Præfectum Vrbi, in petitoriis Iudiciis, quæ aduerſus eos inſtituantur. Hi enim, in reliquis Actionum generibus, ſatis ſupérque adiuuantur communi aliis Iure, quo ſequitur Actor forum Rei. Ciuile autem iſtud Priuilegium, de quo Nos anteà, in Legem traductum eſt Municipalem. §. 112. Quippe quùm Franci etiam, Lutetiæ, litigatores omnes, Patrio in ſolo agere, litigaréque videantur. Qualiter fermè Romano in Orbe qui erant, ciues Romani effecti ſunt conſtitutione Antonini

Digitized by Google

Antonini Imperat. Ex quo, Sidonius Apollinaris ſcripſit, in ea vnica totius Mundi Ciuitate ſolos barbaros & ſeruos peregrinari. Eóque minùs nouum aut graue cenſeri debet noſtrorum Ciuium forenſe Ius reuocandi domum, quòd Gallicis minoribus Oppidis, ac Municipiis quibuſdam, haud diſparia propè tribuerínt humaniſſimi Reges noſtri. Nam eo ſe priuilegio Fori iactitant Occitani, Narbonenſis Galliæ coloni, ab regiis Karoli. 8. Codicillis, Mart. Menſ. An. 1483. Quos Tholoſana Curia promulgauit, tertio Nonas Quintiles poſteri Anni. Secundùm vetuſtiores Raymundi Tholoſæ Comitis de eo cum Regibus pactiones, initas circa annum. 1230. Sic Delphinates Allobrogum, in ius aliò non trahuntur inuiti. Priuilegiariis Ludouici. XI. tabulis, Luce. 11. Iunij An. 1463. Quas, præter Codicem LIBERTATVM DELPHINALIVM, adnotauit Franc. Marcus, apud Gratianopolim ſenator, Deciſ. 1092. Tomo. 1., ac Deciſ. 222. 620. &. 865., Tom. 2. Neuſtriæ item Municipes, patrij Fori tutelare produnt Reſcriptũ Ludouici. XI. pridie Nonas Ianuar. An. 1461. quod Normanico in Conſeſſu Iuridico maiore publicatum fuit poſtridie Nonas Maias An. 1462. Iuxta ea, quæ Ludouicus. 10. iampridem ſtatuerat, Normanica Charta An. 1314. Vnde ij tantùm demuntur, qui Aulico in Miniſterio & comitatu verſantur. Atque vnam hanc Aulicorum ſuorum exceptiunculam attexuit Princeps Ludouicus. XI. forenſi Rupellanæ Santonum, ac Cenomanæ Vrbium Priuilegio, Septemb. Menſ. An. 1461. &. 16. Kalend. Sextiles An. 1483. Quod poſtmodùm Ludouicus. 12. ratum manere iuſſit Mart. Menſ. An. 1498. &. 1504. Erricus. 2. nepos, Ianuario Menſ. 1547. Franciſcus. 2., Ianuar. An. 1559. Cenomanum deinde ius iſtud reuocandi domum Senatus decreuit, in alumnos Academiæ locum habere. Iudicato. 10. Kalend. Decemb. An. 1582. poſt aduerſarias Grignonis, pro appellante, & Daguei, pro alia parte, diſſertationes. De Andium pariter ciuitate, Cenomanis propinquorum, vetuſtius ſimile attexui Principum Diploma, Lib. I. ANDEGAV. LEG. Sed noſtra memoria immutatus eſt * πολιτικῶς Decurionum Vrbis Ordo, &, antiquorum vice Ædilium. 24., perpetuorum, creati in poſterum biennes Quatuoruiri, apud Andes, vrbaníque Tribunorum Plebis Conſiliarij. 12. Inſignibus Karoli. 9. Codicillis, ſeptimo Iduum Februar. An. 1561., Curiæ ſummæ probatis vndecimo Kalend. Maias An. 1584. Quos Erricus. 4. Rex Codicillos, Epiſtola aperta, conſtabiliit Ianuar. Menſ. An. 1600. & Senatus executioni mandari præcepit. 4. Kalend. Apriles proximè conſequentes. Burgundis inſuper ſanxit Ludouicus. XI. patrium Fori ius eximium, ne extra Prouinciam, alienáque in Tribunalia litigaturi traducerentur. Solenni Reſcripto An. 1477. cuius meminit Petrus San Iulianus, in Cap. 33. Antiquitatum Burgundiæ. His verò finitimi Matiſconenſes, longè antea pari beneficio à Regibus cohoneſtati ſunt, ne, ex Pactis apud Matiſconem conuentis, externi Magi-

Vt D. Bernardus Lib. 2. De Conſiderat. ad Eugenium. 3. ait.

Patentes Karoli. 8., verificatæ in Tholoſana Curia, die. 5. Iulij. An. 1484. *Suyuant la Charte Raymondine, de ne tirer hors du pays ceux de Languedoc, pour quelque priuilege que ce ſoit.*

Delphinalium libertatum & immunitatũ Literę Humberti Delphini Viẽnenſis die. 1. Septembr. An. 1341. & die. 14. Mart. An. 1349. Quas Philip. 6. poſteríque Reges confirmarunt: ac demum Erricus. 4. Menſ. Septemb. An. 1595.

Liber Delphinalium Libertatum. Quo, ne Rex quidem Delphinus poteſt inter ſubditos Delphinales extra Patriam ius dicere, niſi ipſius perſona eſſet intra Delphinatum. Id quod refricat Franc. Marcus (in Delphin. Deciſ. 920. Tomo. 2.) & ad Delphinalem Clerum extendi debere, ait Deciſ. 1092. Parte. 1.

Literæ Ludouici. XI, die. 4. Ianuar. 1461. publicatæ in Scacario Normaniæ, die. 8. Maij. 1462.

Ludouici. XI. Literis priuilegia Rupellæ confirmantibus cautum eſt, ne Rupellani extra ſuę Vrbis mœnia litigaturi trahãtur in vim priuilegij Scholarium, alteriuſvè, exceptis Officiariis commenſalibus Regiis.

Cenomanæ Ciuitatis priuilegium forenſe, die. 17. Iulij An. 1483.

Decretum Curiæ die. 22. Nouembr. An. 1582.

* ciuili modo.

Cap. 75. Art. 4.

Patentes die. 7. Febr. 1561. Verificatæ in Parlam. die. 21.

April. 1584. & renouatæ, cum Regiſtro earum in Curia, die. 29. Mart. 1601. Nõobſtantibus intermediis Literis contrariis. 1. Maij. An. 1589. publicatis in Curia, apud Turones, die. 8. eiuſdem Menſ.

ſtratus iudicium ſubire cogerentur. Diplomate Philippi. 6., Februar. Menſ. An. 1346. Iani. 2., Nouemb. Menſ. An. 1360. & Iunio. 1363. Tum Ludouici. xi., Mart. Menſ. An. 1476. Franciſci. 1. Septemb. Menſ. An. 1542. Quorum munificas Principum tabulas PATRES. C. propalam recitari iuſſêre Decimo octauo Kalend. Februar. d. An. 1542. Iam forenſe compar Nouioduni ad Ligerim munus Regium prætereo: cuius oculatum ſe teſtem lectorémque aſſerit Boerius, Burdigalen. Deciſ. 29. Vbi idem, pro ciuibus Petragoricæ vrbis, pronuntiatum ab Aquitanico ſuo Senatu, Præſes aſſeuerat, Decimo Calend. Ianuar. An. 1518. Denique, præter communia Narbonenſis Prouinciæ priuilegia, (de cognitione cauſarum forenſium,) quorum meminimus cita. Volum. 1. LEGVM ANDEG. Extat peculiaris Arelatenſium ciuium Conuentio. 2. cum Siculo rege & Hieroſolymorum Ludouico. 2. Comite Maſſilienſis Prouinciæ, exarata. 4. Idus Decembr. An. 1385. Cuius cap. 15. hæc continentur. NVLLVS CIVIS, AVT ALIVS QVILIBET REPERTVS IN VRBE ARELATENSI, POSSIT PRO QVACVNQVE CAVSA, EXTRA DICTAM VRBEM EXTRAHI: NISI à CRIMINALIBVS SENTENTIIS OFFICIALIVM ARELATIS APPELLARETVR.

Anteriorum Matiſconẽſis vrbis Priuilegiorum auctor cietur Philippus. 4. rex. Literis Menſ. April. An. 1309. Plura de his vide noſtro Lib. 1. Domanij Francici, Tit. 6. Artic. 6. quæ Priuilegia Senatus comprobauit die. 15. Ianuar. 1542.

Neuers, Perigueux.

Simile Fori priuilegium adeſſe Ferrarienſi ciuitati, refert Gloza in l. Quis ſit fugitiuus. §. idem Celſus ſcribit π. De ædil. edic.

Lib. 1. Andeg. Conſuet. Cap. 75. Art. 4.

Arelatenſium Pactio die. 10. Decẽb. 1385. Ex Lib. Conuentionum Arelaten. vrbis, cum Comitibus Prouinciæ.

SED ne Vrbis ſummæ pomœria longiùs nunc tranſgrediar, 25
præſtò eſt, Lutetiana in Baſilica, iuridiciale Tribunal, de ciuium litibus, qui, ab publico ſuo Munere, ſelectos illìc Iudices adeant, à Palatinis libellis dictos: præter ordinariam vrbanæ Præfecturæ Sedem. In hoc Albo, priuilegiarij numerantur, regij Conſiliarij in ſupremis quibúſque Pariſienſium Iudicum Decuriis, *Parlamentares* cumprimìs Senatores: quorum controuerſias ab Vrbano foro ad peregrina transferri, vetuit numinis ſanctio Theodoſiani. Vt Symmachus loquitur, Præfectus Vrbi. Lib. 1. Epiſt. 48. Eandem in ſeriem referuntur, qui Tribunitio Plebis Magiſtratu perfuncti ſint (vtì Ædilium Conſiliarij) ab Regio Errici. 3. beneficio Menſ. Ianuar. An. 1577. Quinetiam Karolus. 6. Lutetianæ piæ Sodalitatis, Phratriæque litium diſceptationem mandauit Senatoriæ Claſſi, quæ priuilegiariis in Baſilica ius dicit, primaria cognitione. Authenticis Chartulis Februar. Menſ. An. 1403. in hunc modum. KAROLVS DEI GRAT. FRANC. REX, &c. *Nos ad ſupplicationem dilectorum noſtrorum, Abbatis, Decani, Præpoſiti, &* CONFRATRVM *magnæ* CONFRATRIÆ *B. Mariæ ad presbyteros & Burgenſes Pariſius fundatæ & ordinatæ: Conſiderantes etiam, ac fauorabiliter attendentes, quòd Nos, chariſſimúſque patruus, ac conſanguineus noſter Dux Burgundiæ, & Comes Niuernenſis eius filius primogenitus, necnon quàmplures Conſiliarij noſtri ex magno Conſilio noſtro exiſtentes, ac alij Officiarij noſtri, & potentes viri, tam Eccleſiaſtici, quàm ſeculares, ex dicta Confratria confratres ſumus.* IPSOS ABBATEM, DECANVM, PRÆPOSITVM, CONFRATRES ET SORORES DICTÆ MAGNÆ CONFRA-

Committimus des Requeſtes du Palais.

Priuilege iuriſdictional des Requeſtes du Palais, donné aux anciens Preuoſts des Marchans, & Eſcheuins, inſtar des Conſeillers de Ville.

La grande Confrairie aux Bourgeois de Paris.

Ex Lib. rubro vetere Caſtelli Pariſiorum.

TRIÆ

TRIÆ, SINGVLÓSQVE IPSIVS CONFRATRIÆ CLERICOS ET SERVITORES PRÆSENTES ET FVTVROS; *cum eorum famulis & ſeruitoribus, bonis etiam, rebus, poſſeſſionibus, reditibus, deueriis, & iuribus vniuerſis ad dictam* CONFRATRIAM *pertinentibus nunc, & quæ in futurum ſpectabunt, ad ſuam bonorum iuriúmque prædictorum conſeruationem & ſecuritatem, in ſalua & ſpeciali Gardia noſtra ſuſcipimus & ponimus per præſentes, pro Nobis & ſucceſſoribus noſtris, in ipſa Saluagardia perpetuis temporibus permanſuros. Mandantes, committendo dilectis & fidelibus Gentibus Requeſtarum Palatij noſtri Pariſius præſentibus & futuris, quatenus de omnibus cauſis, quæſtionibus, & querelis realibus & perſonalibus, motis & mouendis, dictos Abbatem, Decanum, Præpoſitum, Confratres, & Sorores eiuſdem Confratriæ, agendo & defendendo, ratione tamen & occaſione bonorum dictæ Confratriæ præſentium & futurorum quorumcunque in Villa, Præpoſitura, & Vicecomitatu Pariſien. ſituatorum, & contra perſonas in dictis Villa, Præpoſitura, & Vicecomitatu commorantes duntaxat, tangentibus cognoſcant, & eas fine debito terminent, &c. Eiſdémque, de perſonis in dictis* VILLA, PRÆPOSITVRA, ET VICECOMITATV PARISIEN. *commorantibus, de quibus aſſecuramentum habere voluerint, iuxta Patriæ conſuetudinem fieri faciant & præſtari: Ac penuncellos ſeu baculos regios in ſignum dictæ Saluægardiæ in & ſuper rebus & poſſeſſionibus ac iuribus dictæ* CONFRATRIÆ *apponi, & remotos renouari. Iſtámque Saluamgardiam, ac omnia in præſentibus contenta, cùm ſuper hoc fuerint requiſiti, vbicunque expediens fuerit, publicari faciant indilatè, &c. Volumus inſuper, & de ampliori mandato ſuper hoc obtinendo, dictis* CONFRATRIÆ *Abbati, Decano, Præpoſito, & Confratribus eiuſdem, de debitis ſibi, & eorum cuilibet ad cauſam eiuſdem* CONFRATRIÆ *debitis, de quibus competenter liquebit ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij ſatiſfactionem condignam fieri faciant indilatè: Debitores eorum ad hoc per bonorum ſuorum captionem, venditionem, & explectationem, corporúmque detentionem, ſi ad hoc fuerint obligati, & aliàs viriliter & debitè compellendo, &c.*

26 CRIMINVM autem reis de Ciuibus quæſtio, vbínam habenda ſit, certatum apud Quinqueviros reſtitutores Pariſienſis Conſuet. An. 1580., inter vtrúmque Municipij ordinem, Equeſtrem, & Plebeium. Vt conſtat Renunciatione actorum in reponenda ea Lege Municipali. Regia quidem, de Lutetiano Foro, aperta Epiſtola comprehenduntur perinde Accuſationes criminoſæ, ac pecuniaria de re Actiones. Nec ciuili huic Priuilegio derogare ſe vllatenus velle, conteſtati ſunt patrij Moris Emendatores. Aſt vereor admodùm, ne perpetúo Edicto ſtandum ſit hodie, quod Pariſiis latum An. 1563., nulla exceptione, reuocarit in vſum Græcam Iuſtiniani Nouellam QVA IN PROVINCIA Cod. Vbi de crim. agi oport. Ex quo tamen, Senatorium Lutetiæ non tam priuilegium, quàm Ius

Proceſſus verbalis Conſuet. Pariſ. in Artic. 112.

Parentes Literę *de priuilege Iuriſdictional des Bourgeois de Paris.*

Edictum *ſur le Reiglement de la Iuſtice*, An. 1563. deinde ampliatum à *Roſſillon*, An. 1564.

commune aliorum Popul., ſecluditur. Haud alij enim de Senatorum dignitate, vita, vel exiſtimatione decernunt, quàm collegæ ipſi, & in idem Collegium cooptati. Vt oſtendimus Lib. 3. FISCALIS GALLORVM PATRIMONII. Elegans quippe fuit Mecœnatis hæc ad Auguſtum Oratio, prudenter ſuaſoria, vtì Senatores, horúmque adeo liberos ac coniuges, ſi quid deliquiſſent, Senatus iudicio relinqueret. Illius vtique Muſarum patris, apud Dionem, ſententia ſic exprimitur. Tertium eſt, vt Senatores, liberóſque & vxores eorum, ſi quod crimen contraxerint, ignominia, exilio, aut morte plectendum, nullo facto præiudicio, in Curiam adducas, integrâmque de re cognitionem permittas Senatui: vt & ſontes citra tuam inuidiam, rei peracti, coram ſuæ ſortis hominibus puniantur, & cæteri metu publicorum iudiciorum meliores euadant. Lib. 52. Inde Vlpio Traiano laudi datum, quòd omni eius ætate, vnus tantùm ſenator damnatus ſit, & quidem per Senatum, ignorante Traiano. Sicuti apparet ex hiſtorico Eutropij Lib. 8. Id quoque Senatoribus detulit Antoninus Philoſophus, vt quoties de eorum capite iudicandum eſſet, ſecretò pertractaret, nec pateretur, Equites Romanos talibus cauſis intereſſe. Quemadmodùm aſſerit Iulius Capitolinus in Marco Philoſ. Per hunc modum, Seuerus Imper. faciundi Senatuſconſulti auctor fuit, ne liceret Cæſari, inconſulto Senatu, occidere ſenatorem. Spartiano teſte, in Seuero. Ita noſtratium Francorum Ritu priſco receptum eſt, vt ſenator quiſquis facinus aliquod publica dignum animaduerſione commiſerit, eius coërcitio Senatui, in quem allectus ſit, competat. Vſqueadeo, vt nullus capitalium rerum Quæſitor, in eum inquirere, ſtatueréve ſinatur, tanquam Patribus Conſcriptis obnoxius. Quinimò Franciſcus. 1. Lege cauit, ſi quis libello Principi porrecto, ad transferendam litem à Senatu ad alium Iudicem, complectatur aliquid, quo Senatoris cuiuſquam pudor ſuggilletur, tranſmittendum eſſe ilicò libelli eius exemplum ad Ordinem illum, in quem adſcitus ſit is, cuius nomen vellicetur: Qui, vocato Procuratore fiſci, quæſtionéque de eo habita, in ſontem animaduertat. §. 2. Principalis Edicti de euocatione cauſarum. Nec regiis ſolùm Franciæ Conſtitutionibus nititur Senatoria illa Collegarum noxæ caſtigatio pura, ſed Iudicatorum etiam auctoritate, & vſus præſcriptione pluſquàm ſecularis. Nam, vt res exemplis illuſtretur, patrij Annales tradunt, Hugonem Couciacum, Pariſienſis Curiæ Præſidem, qui ſordidè Magiſtratum geſſiſſet, laqueo vitam finiiſſe. Decreto Senatus. 14. Kal. Sextiles An. 1336. quod Nicol. Gillius monumentis prodidit. Conſimili mortis genere interiit Alanus Hourderius, eques, in Senatoria Inquiſitionum Decuria Conſiliarius: qui teſtium dicta coram ſe prolatorum nouarat contra veri fidem, & adulterarat. Decimotertio Kalend. Auguſti An. 1348. Eodem

Tit.7. Art.15.

Inde Senatoria de Moribus in gerendo Magiſtratu Cenſura, *la Mercuriale*, excitata Regiis Edictis Karoli. 8. An. 1493. §. 110. Ludouici. 12. An. 1498. & 1499. Franciſci. 1. An. 1539. Karoli. 9. An. 1566. §. 3. Et Hērici. 3. An. 1579. §. 144.

Edict faict à la Bourdaiſiere, die. 18. Maij An. 1529.

Hugo *de Coucy*, aliàs, *de Crecy, executé à mort*, die. 19. Iulij An. 1336.

Alanus *de Hourdery* capitis damnatus die. 20. Iulij An. 1348.

Eodem Gillio ſcriptore. Chauureuſio itidem, falſarum tabularum reo, Lutetiani PATRES abrogarunt Senatorium munus, eúmque togatis ſummæ Purpuræ Inſignibus exuêre. Decretum recitante Vacaria, Senatus Antiſtite. 10. Kalend. Ianuarias An. 1496. Vt diurnis Curiæ Actis liquet. Deinceps, eius cenſura Ordinis, exauctoratum legimus Petrum Leydetum, ſenatorem (Iun. luce. 20. An. 1528.) circumſcriptúmque è Collegio, quòd Officij religionem, auro corruptus, fœdè polluiſſet. Nec cuiquam ignotum puto capitale Raynerij Gentilis, Itali, ſupplicium, ductoris Inquiſitoriæ claſſis Curiæ: qui cruci addictus eſt, ſuffixúſque, de Collegij ſui ſententia. An. 1543. Aſt Vilhelmo Poieto, Regij anuli Magiſtro, delecti ſunt è Senatoribus nonnulli à Principe, per quos, de obiectis illi ſordium & compilationum flagitiis iudicium ſtatueretur. Quorum Sententia PATRVM, reus ordine dignitatéque motus fuit, Aprili Menſ. An. 1545. Ei quoque pergrauis inflicta æris mulcta ob peculatum, diuenditóſque regios Magiſtratus, & complura ad quæſtum nundinationémque inhoneſtè patrata. Is aperto dehinc capite adeſſe iuſſus fuit, dum Sententia in eum lata recitaretur, in Tribunalitia Senatus Decuria Pariſiorum. Nono Kalend. Maias Eod. An. Vt Ferronus literis mandauit, Rerum Gallicarum Lib. 9. Dicam interim, cum bona Maiorum venia, ſelectos particulatim è Curia, Senatorij criminis Iudices dari non ſolere, nedum eius ipſius, qui ſupremo Franciæ Magiſtratu Præfecturæ Iuris fungeretur. Quippe licet, Karolo. 6. Rege, erepſerit Edictum, quo, Curiæ Conſcripti ſontes, ab eiuſdem Præſidibus quatuor caſtigari poſſent, aut, re ita poſtulante, Albo eradi Senatorio: Cenſuêre tamen PATRES, Edicto non parendum, neque Senatorem, niſi in panegyrico Ordinis conuentu, exiſtimationis cauſam dignitatiſque dicere, oportere. S. Conſulto. 13. Kalend. Martias An. 1406. quod I. Lucius percenſuit.

Areſtum die. 23. Decemb. An. 1496. contra *M. Chaureux.*

R. Gentil, Preſident aux Enqueſtes, de quo, Epigramma vulgatum. Inſubres ortum, cui cultum Romula tellus, Galla Magiſtratus attulit, inde Crucem.

Die. 23. April. An. 1545. publicè in Senatu lectum Areſtũ, in Gulielmum Poietum Franciæ Cãcellarium, nudo capite ſtantem.

Decretum Curiæ die. 17. Februa. 1406. Ex Lib. 4. Placit. Curiæ. Tit. 1.

27 VERSA etiam vice, probi Senatores, qui ſumma religione, tanti Officij munia pertractant, eximijs ornantur Priuilegijs, Magiſtratúſque ſui prærogatiuis, auctore Principe. Quas Nos quidem prærogatiuas deſcripſimus, Lib. 2. REGII FRANCORVM PATRIMONII, AC, DE LEGIBVS ANDIVM, Volum. 1. Nummarijs enim Regum Indictionibus plebeijs liber immuniſque eſt Senatorius Ordo, tùm auguſta Rationum publicarum Curia, & ſacri Prætorij Aſſeſſores. Hanc Prætoriano imprimis Conſilio immunitatem adſtruunt Reſcripta Principum An. 1527. 1547. 1559. & 1567. Quæ in id Conſilij cooptatos, Aulicæ familiæ adſcribunt, Regiæque familiaribus ac comitibus parem tribuunt munerum vacationem patrimonialium. Inde contradicto iudicio pronuntiatum fuit ſecundùm liberalem Prætoriani ſtatum Conſiliarij, Steph. Bonneti: in ſeruiles tributariáſque æris penſitationes, quas Pictonici Tribuniplebis in illum propugnabant. De-

Lib. 2. De Domanio Franciæ Tit. vlt. Art. 7. ac Lib. 1. Andeg. Conſuet. Cap. 31. Art. 4. & 6.

Camera computorum.

Magnum Regis Conſilium.

Digitized by Google

Areſtum Curiæ Iuuaminum, apud Lutetiam, die.28. April. 1580. pro exēptione Cōſiliarij in Magno Conſilio, à popularibus ſubſidiis, & Impoſitionibus nūmorum Fiſcalibus.

creto Curiæ Max. vectigalium regiorum, 4. Kal. Maias An. 1580. poſt forenſem Fabri, pro priuilegiario illo, Actionem: & Buſcheti, pro Decurionibus Vrbis Pictauenſis. Extra ordinem tamen impoſito Vectigali quodam eximerentur necne Prætoriani PATRES, deliberandum ampliùs duxit illaipſa Fiſcalium indictionum Præfectura, ſexto Idus Auguſti An. 1571. Thorodeo, Collegij Iudicum iſtorum patrono forenſi: Eſcorceueo, contrà, Mancipis publicorum: & Briſſone, Ædilium Pariſien. Simili modo, Rhedonū Curiæ ſummæ priuilegia, à Regibus irrogata recenſet Natalis Failhius, in Collectaneis Areſtorum Britonicæ ſuæ Patriæ: Quæ à collegis ipſius Senatoribus promulgata ſunt, tertio Iduū Iāuar. An. 1556. Rationales pariter Armoricæ Britanniæ, profeſſus eſt Henricus. 3. rex vacuos ſolutóſque populari quauis intributione pecuniæ, imperatáque Plebi æris collatione publica. Diplomate inſigni pridie Nonas Maias An. 1580. quod ſupremi vectigalium Iudices ſua in Acta propalàm regeſſêre. 17. Kal. Octob. 1582. & Ratiociniorum Magiſtri Nannetenſes, ſeptimò Iduum Februar. 1583. Iuxta quæ poſtremò, obtinuit Ioh. Ærodius, Præſes Armoricę Rationalium, apud Nannetas, Decuriæ. Iudicato pro libertate, Nouembris Luce. 28. An. 1584. quùm Robertus, Ærodij: & Toublancius, Decurionum Andegauæ vrbis, cauſam vtrinque peroraſſent. Quinimo Erricus. 2. Rex, in Allobrogici ſui auſpicatu Imperij, donauit pleniſſima immunitate Allobrogicos Camerini Magiſtratus: de qua Nos alibi. Hunc quippe Camerini Senatorium *cœtum* inſtituit Amedeus. 7. Dux Sebuſianorum, circa Annum. 1430. Ac eius deinceps Ludouicus filius, Subalpinam Taurinenſis prouinciæ Curiam Max., An. 1459. Sicuti ex Hiſtoricis veteribus Alpinæ gentis Monumentis obſeruauit Antonin. Theſaurus, in Præfat. Deciſionum Pedemontani Senatus Auguſtæ Taurinorum.

Appointé au Conſeil, en la Court des Aydes. die. 8. Auguſt. 1571. *touchant l'impoſt de 4. ſols & 2. portant la clauſe, exemptz, & non exemptz, &c.*

Verificatio in Rhedonenſi Parlamēto, Regiorum eiuſdem Priuilegiorum. Die. xi. Ianuar. 1556.

Patentes Regię, die. 6. Maij. 1580 Regiſtratæ in Curia Iuuaminum die. 15. Septemb. 1582. Et in Camera computorum *à Nantes* die. 7. Febr. 1583.

Placitum Curiæ Iuuaminum, *à Paris, touchant l'exemption & Franchiſe d'un Preſident des Comptes de Nantes.*

Nos præd. Lib. 2 de Doman. Franc. Tit. vlt. Art. 7.

Parlemens de Chambery, & de Thurin.

Titul. III.

Digitized by Google

Titul. III.

DE PREHENSIONE, ET DISTRACTIONE PIGNORVM.

1. *Aliena bona, perſonáſve* ſaiſire *& apprehendere, nefas.*

Niſi ex authentica Obligatione, Condemnatione Iudicis, aliáve Priuilegiaria ex cauſa.

Pariſiis licet, peregrini debitoris res, etiam ſine Obligatorio inſtrumento, vel ſchedula, areſtare.

Similis eſt, Meloduni, Rothomagi, Ambianæque vrbis vſus.

Bituricarum ſimul Vrbium regiarũ, & Brageraci, in Petrocorijs, oppidi.

2. *Flandricæ ciuitates, præter hoc, habent ius* ſaiſiendi *corporis, nedùm rerum debitoris* foranei.

Maximè ſi de fuga ſuſpectus ſit debitor, nec Immobilia poßideat in Flandria.

Sed idonea cautione ab eo præſtita, leuatur areſtum.

3. Priuilegiata *eſt locatarum ædium merces, eiúſque nomine hypotheca: non tamen* realis *executio, & diſtractio pignorum ſine authentico Inſtrumento certæ pecuniæ.*

Finitæ etiam conductionis renouatione tacita, locator directò exequi in bona non poteſt Inſtrumentum primæ conductionis.

Funeris cauſa potior eſt iure debitæ locatori penſionis.

Operę merces refectarum ædium, pręcipitur ex penſione ab Inquilino debita, ante locatorem, alióſque huius creditores priuilegiarios.

4. *Locatori competit pignorum in rem perſecutio, extra ſuas ædes aliò traductorum à debitore.*

In colonos, Interdicta, & poſſeſſoriæ actiones dantur, ad debitas penſiones tuendas.

An Inquilini coniunx, pro dote concurrens in pignore Mobilium mariti, potior ſit locatore.

Mulier, pro debitis viri, propriorum ſuorum diſtractionem non patitur, ſed bonorum modò communium.

Niſi in rem mulieris ipſius verſum ſit debitum illud.

5. *Mouentium alienatione facta à debitore, euaneſcit creditorum in iis pignus conuentionale.*

Si tamen naturaliter adhuc rem poßideat debitor, ſeu precariò, ſequeſtrò, vel ex conducto, pignus creditorum manet.

Depoſitarij Mobilium publicè prehenſorum, exonerari cuſtodia debent, poſt duos menſes à deciſa oppoſitione, *pignerationi bonorum ipſo-*

rum interpoſita.

6. *Obligationes* ſigillo *Regio* ſigillatæ, *ſunt in Regno vbique executoriæ.*

Authenticæ pariter aliæ, inter commorantes, Obligationis tempore, in Territorio, vbi ſigillum authenticum *ſit.*

Ex ſimplici etiam ſchedula, ante recognitionem, mobilia areſtare *licet peregrini maximè debitoris.*

Eccleſiaſtici Notarij *Inſtrumenta non ſunt* executoria, *nec hypothecam præbent.*

Delphinalis *libertas, & Conſuetudo vetus, ne* ſeruientes *faciant executionem in domo Nobilium, pro re ciuili.*

7. *Notariorum Caſtelli Pariſienſis priuilegia.*

Lutetianis Notarijs Contractus, Inſtrumentáque alia ſcribere licet per totam Franciam: eorúmque lites commiſſæ ſunt Præpoſito Pariſien.

Areſta Curiæ, pro Notariis, in Commiſſarios, *&* Examinatores Caſtelleti *Pariſien.*

Examinatorum in Caſtello *Pariſien. iura, & priuilegia.*

Antiquiſsimus Tabellionum vſus, & Notariorum.

Recentiora Francorum Regum, de Notariis, Edicta.

Dominico die, Notariis feriandum, Forenſiáque iurgia intermittenda.

8. *Primò capientis pignora debitorum, prærogatiua.*

Exceptis mercibus venditis, quarum pretium debeatur.

Harum venditor, non ſolùm creditori ſaiſienti *præfertur, ſed emptoris quoque ſucceſſori particulari.*

Secus in venditore fidem habente de pretio: qui alium vincens creditorem, à tertio bonæ fidei emptore excluditur.

Sed manente re vendita penes primum emptorem, venditor qui habuit fidem de pretio, in illa, emptoris creditoribus alijs præfertur.

Nullum eſt priuilegium nummos credentis in emptionem mercium, niſi has ſpecialiter illi pigneratas eſſe conuenerit.

Architectus, ædium reparator *anteponitur in earum hypotheca, creditori ſpecialiter mutuanti in emptionem ipſarum.*

9. *Vnius creditoris preuentio in capiendis pignoribus, non nocet locatori.*

Affectis Prętorio pignore Mobilibus, quę poſtea deferantur in domum conductam, ceſſat locatoris priuilegium.

Pignorum venditionem negligens pignerator, amittit ius prælationis.

Priſcorum creditorum ſęuitia, vi commorantium in domo debitoris, eiuſque cibaria abligurientium: donec debitum recepiſſent.

In priuatis debitis Mos iſte abolitus.

In publicis nonnunquam, ſed rarò, retentus.

10. *Depoſiti fauor, reddendíque ipſius ęquitas ſumma.*

Publici

Digitized by Google

Publici Depoſiti priuilegium extenditur in omnia depoſitarij bona, nedum in res depoſitas.

Priuato in Depoſito, ſecus: niſi res depoſita extet, quæ ante omnes vindicari poteſt.

Inter plures deponentes, non ſeruatur ordo in depoſitarij Mobilibus: aliter in Immobilibus palàm diſtrahendis.

11. *Stabularij, & Hoſpitis prælatio, in equis, & aliis ſuum in Diuerſorium inuectis, pro hoſpitij mercede.*

Pauperi viatori, veſtis, pro victu ſubminiſtrato, non auferenda ab Hoſpite.

Cedenti bonis ordinaria veſtis relinquitur, & neceſſaria quædam.

Veterum Gallorum, & Germanorum Hoſpitalitas laudata.

Annonariæ Leges, & Annonæ cuiuſque pretium, ad reprimendam Stabulariorum, Hoſpitúmque auaritiam.

12. *In caſu* de deſconfiture, *Præuentio vnius creditoris pignora capientis, alios non excludit.*

Venditi Officij in pretio debito, locus eſt contributioni inter omnes creditores.

Vendendas in res publicè ſumptus factus, primo loco deducitur.

13. *Mobilis pignoris poſſeſſor non ſubijcitur ordinariæ inter creditores contributioni,* en deſconfiture.

In Luſu illicito accepta pignora, & ſponſiones factæ, non tenent.

Francica *Edicta, & Areſta in Luſores, eorumque ſuſceptores.*

Pilæ palmariæ ludus honeſtus, ac liberalis.

14. *Immobilium prehenſio non, vt Mobilium, prehendentem, aliis creditoribus potiorem reddit.*

Fundi pignus Prætorium, eſt in rem; & cunctis creditoribus prodeſt.

Secus in hypothecaria forma de Nantiſſement, miſe de faict, & Decret de droict: *quæ ſoli in poſſeſſionem eunti proficit.*

Sed hæc forma Hypothecæ quærendæ in Patria de Nantiſſement, *non requiritur in* priuilegiato *debito, cui tacita inſit* Legaliſque Hypotheca.

Poſt bona publicè ſaiſita, *non eſt locus priuatæ creditoris in poſſeſſionem miſsioni hypothecariæ.*

Solennitas de Nantiſſement, *Pariſien. creditoribus Edicto quondam præſtituta.*

Creditori *neceſſaria non eſt Hypothecaria forma* de Nantiſſement, *in debitorem & eius hæredes, qui ſola conuentione Hypothecaria ſatis obligantur.*

At neceſſaria ſolùm illa eſt, reſpectu aliorum debitoris creditorum, & Domini directi.

15. *Aratoria Ruſticorum animalia, Inſtrumentaque à creditoribus capi, & pignerari nequeunt.*

Quod Brageraci, in Lotharingia, Bearnio, Boioaria, Sicilia, & Lu-

ed by Google

cenſi vrbe Italiæ cuſtoditur.

Excepto, ſi alia debitoris bona non extent.

16. Diſtributiones quotidianæ *Canonicorum*, areſtari *à creditore non debent.*

Eadem, in fructibus Beneficij *propriè non computantur.*

Beneficij *Eccleſiæ fructus reddere condemnatus, an reſtituat* diſtributiones quotidianas.

Fructus ſacri Beneficij ſolo cohærentes, licitè ſaiſiuntur *à creditore.*

17. *Pro debito ciuili, Domus debitorum non diſcooperiendæ.*

Aliud, ex criminoſa condemnatione.

Ad pugni amputationem obligare ſe, debitori non permittitur.

Calicutani, Indiæ: Hiſpani, Saxones, Pedemontani, *quo rigore perſequantur non ſoluentes debitores.*

Sub pœna Excommunicationis Obligatio contracta, non valet, reſpectu pœnæ.

Ciuitas, Caſtrum, Villa, Territorium, rectè non ſupponuntur Eccleſiaſtico Interdicto.

18. *Mercator bonis cedens, alicubi ferre tenetur viride Pileum.*

Foro cedentes, depelluntur Ceſſione bonorum, & extra ordinem plectuntur.

In Flandria, rarò receptum Ceſſionis bonorum ſubſidium.

In Sabaudia, ceſſio bonorum à debitore nudo fit ſuper lapidem publicè & ignominiosè.

19. *Domicilij electio,* ſaiſienti *bona debitoris ſui, neceſſaria.*

In captorum pignorum venditione, ſufficit, debitorem in ſuo Domicilio citari.

Frumentorum æſtimatio, à Mercatoribus referenda in Tabularium Fori, tam ſubalterni *& Dominici, quàm Regij.*

20. *Expulſi vrbe creditoris debitor, qui ſoluere cogitur ſeditioſæ Plebi, liberatur.*

Niſi in debitoris iniuriam, potiùs quàm creditoris, exactum fuerit debitum.

In rebelles Flandriæ, Græciæ, Siciliæ, animaduerſio publica.

21. *Mulier cum marito vendens fundum, ſibi, ab eo, pro dote aſſignatum, non priuatur ſuo prioris hypothecæ ordine in aliis mariti bonis.*

Anterior creditor, nouatione facta, cum repetitione pignorum, non amittit ordinem prioritatis.

Vxor, pro compenſatione patrimoniorum ſuorum à marito venditorum, habet hypothecam à die contractus matrimonij, nedum venditionis poſterioris.

22. *Par eſt ratio ordóque hypothecæ, pro fructibus hæreditariæ portionis, vt pro corporibus ipſis hæreditariis.*

Confiſcatorum donatarius, venditor, reſtituto in bona ſua antiquo domino, tenetur emptori de euictione.

Digitized by Google

23. *Capitis damnationi adiuncta eſt bonorum priuatio, apud Pariſios.*

Fiſcalis mulctæ, & priuatorum aliorum Nominum ordo in bonis debitoris.

Regius Fiſcus ſibi olim vindicauit omnia damnatorum ex crimine Mobilia.

Sed hæc communiter altis Iuſtitiariis *adplicantur, præterquàm in maioribus criminibus, &* priuilegiariis.

24. *Principalis damnatorum in bona reſtitutio, an inferioribus Dominis præiudicet* Iuſtitiariis.

Bonorum confiſcatorum pars, liberis damnati reſeruata apud Saxones, & Hungaros.

Normanica vetus ſeueritas in procreatos du ſang damné, *abolita.*

Romanæ Leges, ex bonis cõfiſcatis, Legitimam detrahunt pro liberis punitorum.

25. *Dempto crimine læſæ Majeſtatis.*

Paternæ perduellionis, in liberos etiam, ſupplicia.

Perduellium Ædes funditùs euerſæ.

Nouo Principis in Vrbem introitu, liberantur rei ſcelerum, dempto crimine læſæ Maieſtatis.

Quænam Reginæ, maioreſuè Duces, ius habeant, ſuo primo in Ciuitates aduentu, criminoſos vinctos liberandi.

ARRESTS, EXECVTIONS, ET GAGERIES.

1 DECISIS IVDICIO Actionibus ſuccedit iudicati Executio, nonnunquàm & Obligatorij Inſtrumenti, in perſonam, aut res debitoris. Huic enim manum iniicere, eiúſve pignora capere, non licet cuiquam, niſi Prætoris Sententiam exequenti, vel authenticas Obligationum literas. Artic. 160. 164. 165. 166. Pariſien. Conſuet. Et §. 1. §. item executio De execution. & ſubhaſtat. Apud Maſuerium, in Praxi. Sed inde excipiuntur peregrini debitores in Vrbe deprehenſi; quorum bona pignerati, ciui ius eſt, nullis etiam tabulis, aut ſyngrapha illius, præmunito. §. 173. 174. eiuſd. Conſuet. Vetuſtum ſanè Ciuici iſtius priuilegij vſum, ritúmque exſcripſimus antea. Similem quoque pignerandi exteri debitoris prærogatiuam dedit Karolus. 7. Meloduno Senonum oppido, ſyncerae fidei Opidanorum in Regem præmium, aut ſymbolum: ab noua tùm Ciuitatis deditione officioſa, Anglico præſidio pulſo. Vt liquet Principali Diplomate, pridie Kalend. Mart. An. 1432. Cui Senatus Pariſiorum calculos adiecit pridie Idus Majas An. 1507. Idque priuilegij Erricus. 2. ſanxit Reſcripto An. 1556. quod Melodunenſis Supplæfectus pro tribunali iuſſit recitari, luce. 4. Iunij

De hac Mobilium extranei pigneratione priuilegiaria ſolus cognoſcit Præpoſitus vrbi Pariſ. d. §. 174. Nonobſtante oppoſitione aliorũ Domin. Iuſtitiariorum, quæ extat in Proceſſu verbali huius Conſuet.

In Prologo Operis, Artic. 6.

Melun, ville d'arreſt, inſtar Lutetiæ, Rothomagi, Ambianorum, MontiſArgi, & aliarum Vrbium, de quibus, Nos Lib. 1. Leg. Andeg., Cap. 76, Art. 7.

Melodunum de Anglis receptum, circa Paſcha An. 1429 De quo, Nos in Panegyrico Errici. 4. Reg.

Regiæ Patẽtes, die. vlt. Februa. An. 1432. Verificatæ in Parlam. die. 14. Maij. An. 1507.

Digitized by Google

Bourges, Yſſoudun, en Berry.

Statuta de Bragerac, en Perigort.

An. 1557. Ex quibus deſumitur patriæ Legis caput.331. Ac compar quidem in debitores non ciues Ius ſingulare tributum fuit Auarico Biturigum, Yſſoduno, Regijſque alijs, Biturici agri, Oppidis: Quod ciuicam in Legem eius Prouinciæ tranſcribitur. Rubr. De execution. Art. 7. Brageraci itidem Petragoriorum oppidi Conſtitutionibus intexitur caput.9.de comprehendendo Oppidani reo debendi extraneo, quoad ſoluerit, aut debiti æris ergô idoneè cauerit creditori.

Auenionis Statutũ, de ſuſpectis debitoribus detinendis, donec cautionem, vel pignora dederint.

Lib. Conſuetudinũ *de Malines.*

Confuet. *de la Ville, Banlieue, & Eſcheuinage de l'Iſle, en Flandres.* Tit. *Des Arreſts.*

Conſuet. *de Tournay, & Tourneſis,* Tit. *Des Arreſtz.*

Conſuet. *de Namur,* Tit. *Des Arreſtz.*

2 Eadem fermè exterorum debitorum prehenſione vtuntur Belgicæ Flãdrorum Ciuitates. Auctore Damhouderio, *Brugenſi,* qui Flandrico tamen Cõſilio ſolenni abrogatum infit Moré hunc pignerationum: vno caſu dempto, ſi obæratus, fugæ ſuſpicione prægrauetur, nullâſque res ſoli in Flandria poſſideat. Cap. 64. Praxis rer. ciuil. Nec alienum ab hoc *Statutum* Auenionenſe percenſet Franciſcus Ripenſis, Reſpon. 13. Lib. 1. De Legib. In Brabantina verò Mechliniæ vrbe, viget etiamdùm priſca Lex Municipalis: Qua lege, creditor, qui peregrinum debitorem Mechliniæ nactus ſit, poteſt, eum per Apparitorem comprehendere: vt ita eum in ius ducat. Sed bona ciuis, aut inquilini nondum profugi, detinere vetitum nomine æris alieni, alteriúſve obligationis: Niſi id Decemvirûm Sententia decretum ſit, aut qui detentionem poſtular, illa ſibi, vt propria vindicet. Patriæ Leg. Tit. *De ſequeſtrationibus, ſiue de bonis, quæ publicè iuſſa ſunt poſſideri.* Inſulano pariter Ritu literis conſignato, ius eſt vrbano creditori, obæratum ſibi, nec ciuem, adito Prærore, vinculis coercere. Art.118. Rubr. De iure prehenſionis. Sic Tornacenſi Neruiorum Conſuetudine receptum fuit, ciuis poſtulatu, reum debendi in Vrbe deprehenſum vinciri, donec ei ſatiſdederit. Sepoſitis modò hinc ſacrati Ordinis viris, quorum in bona duntaxat publicæ manus inuehendæ copia ſit Officiali Magiſtratus. Namurcenſi item More ſcripto, nuptis mulieribus laxatur carceris rigor hoc nomine: ni publicitùs Mercaturam exerceant, aut ſyngraphis debitæ pecuniæ ſubſcripſerint. Ac in vniuerſum, de Iure ſiſtendi apud Belgas Tractatum edidit Petr. Peckius, Brabantiæ Senator Mechlinienſis.

Statutum Taurinẽſe, *en Piedmont.*

Areſtum Parlamẽti, *de Thurin.*

Grand Couſtumier de France, & Inſtruction de Practique.

Duriuſcula certè mihi videtur Taurinenſis Alpinorum Conſtitutio, ciuibus Auguſtæ Taurinorum prohibitoria, fideiuſſorij, pro debitore non ciue, officij pij. Abs qua proin Conſtitutione in Iudicijs receſſum eſt, contrariúmque à Subalpino Senatu pronuntiatum An. 1570., fauore liberi commercij, tuendæque ciuilis inter homines ſocietatis. Vt Antonin. Theſaurus memorat, cum in Senatum allectus, Pedemont. Deciſ. 166. In Gallia porro, ſi exter ciui obligatus ſponſorem offerat idoneum, debitíque æris expromiſſorem, tunc ipſius bonis iniectam manum, tollendam exiſtimo. Tametſi Legis verbis Pariſiorum nil de eo cautum ſit. Artic. 173. Veteri enim Francicarum Conſuetudinum Volumine. 2.

hæc

Digitized by Google

hæc referuntur. *Si l'arreſt eſt faict d'vn Bourgeois contre vng Forain, qui vueille donner caution des choſes arreſtées, il l'aura. Ce qu'il ne ſeroit mie, en cas d'execution.* Cap. *De l'execution des Lettres.* Idem de fideiuſſore ſeruari, in Belgio, tradit Damhouderius: Et Auenioni Volcarum, Ripenſis, vbi ſuprà. Talia enim cautionibus explicanda, innuit Vlpianus, l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum l. inter omnes. D. Qui ſatiſd. cog. l. ſi creditores. π. De priuileg. credit. Hannonum rurſus Valentianis, peregrino debitori liberum ſit, ciuilem Vrbis immunitatem ſibi adſciſcere, ne in carcerem coniiciatur; ſalua pignorum capione. Artic. 128. Valentian. Conſuet. Nam alioqui Belgicæ illæ ciuitates, obærati exteri in corpus, perinde ac bona, prehenſionem exercent. Vt eſt apud Damhouderium, Cap. 3. cit. Porro in Francia, mitiùs agitur cum peregrino debitore, qui publicis vinculis diſtringi non ſolet. d. §. 173. Pariſien. Leg. Nec ſeueriùs item Cameracenſes ſe gerunt in exteros ſibi obnoxios, populari hac Conſtitutione. *Creancier peut faire clain ſur la debte de ſon debteur forain.*

Ibidem fertur, *que en cas d'arreſt faict par vertu du priuilege ſur vn Forain, il eſt tenu d'eſlire domicile dans la ville.*

A Valenciennes, permis au debteur forain, prendre la franchiſe de la Ville, pour demeurer frâc de ſon corps, &c.

Cameracenſes Cõſuet. omologatæ, Die. 28 April. An. 1574. à Ludouico *Barlaymonte*, Archiepiſcopo, & Duce Cameracenſi.

3 DOMVS inſuper locatori ius eſt, inquilini bona pignerari, in illam inuecta. Artic. 161. 162. Pariſien. Conſuet. Quod ita quidem accipiendum duco, ſi proprietatis dominus conſignatione Literarum adiuuetur, quæ partam habeant executionem, aut, petita à Iudice venia, penſionum ſecuritati proſpectum velit, citra pignorum venditionem. Quamuis enim vrbanum in prædium inducta, pignori eſſe credantur tacita conuentione: illicita eſt tamen bonorum prehenſio, ac diſtractio præceps, ob incertam vrbanæ habitationis mercedem, nec liquidam authenticis chartis. §. 166. præd. Conſuet. Propone autem, impleto conductionis tempore, quod ſcriptis comprehenſum ſit, remanſiſſe in conductione inquilinum, & taciturnitate vtriuſque partis reconduxiſſe videri: Anteriúſne locationis Inſtrumentum exequetur ille, pignoribus captis? Locationem certè aliquantiſper renouatam arbitror: ſed non ita fauorabilem in bona manus iniectionem, reor alio inconceſſam tempore, quàm quod eo Inſtrumento præſtitutum fuerit. Dempto, ſi iis Tabulis nominatim ſoluere pollicitus ſit conductor, quandiu poſt finitum conductionis luſtrum ædes poſſederit. Alexand. in Conſil. 132. Lib. 5. Iaſon, Reſpon. 49. Lib. 3. Ac Molineus, ad §. 124. Burbonenſium Morum. Quin & Romanæ Legi neutiquam probatur domus ſcripto locatæ reconductio, cui ſimilis Literarum teſtatio non interuenerit. l. ne cui Cod. De locat. l. item quæritur. §. qui impleto D. Eod. Demus præterea, locatorum fundorum penſiones eximio ſingularíque iure præcipi. Artic. 171. Pariſien. Conſuet. Placuit vtique Sexto Pomponio, colonum, aut inquilinum mortuum, ſi non ſit, vnde funeretur, ex illatis in prædium funerari: & quod ſuperfluum remanſerit, hoc pro debita penſione teneri. l. At ſi quis. §. ſi colo-

Tacita bonorum hypotheca, pro ædium locatore. l. item quia. π. De pact. l. eo iure D. ex quib. cauſ. pign. l. 5. Cod. De locat.

Funerariæ actionis priuilegiũ obtinet, non modò ex funere defuncti, ſed alterius etiam, cuius funerandi onus ad eũ ſpectaret. Vlpiani. l. 17. D. de bon. auctor. iud. poſſid.

Digitized by Google

nus. π. De relig. & ſumpt. fun. l. Quæſitum. π. De reb. auctor. iudic. poſſid. Nûm verò, qui pharmaca ægro præbuit locatori inquilinus, Mercedis retentione præferetur cæmentario, Ædium inſtauratori? Minimè, quùm priuilegio ſubnixus ſit, ille quidem pharmacopœus, in perſonam: ſed hic, in rem, cuius cauſa penſio debeatur. Argum. l. creditor. D. de reb. credit. l. 1. π. De ceſſ. bon. Atque ita Senatus, ex Forenſi Actione cenſuit, Decimo Kalend. Sextiles An. 1592. Garnerio, appellantis pharmacopolæ: & Chezelleo, architecti partes tuentibus Cauſidicis.

Areſtum Curiæ, *en plaidant*, die. 23. Iulij, An. 1592.

Ei quoque licet, cōductorum inquilini ſui pignora capere in ſuis ædibus extātia pro iſtarum penſione: Sed quæ in eā duntaxat ſummam tenebuntur, in quā illi cœnaculum cōduxerint, non ad vniuerſam inquilini penſionem. l. ſolutū §. ſolutam. π. De pigner. act. Et Art. 162. Pariſ. Conſ.

LOCATORI, ad hæc, debitæ mercedis præcipua *cauſa eſt in* res coloni, vel inquilini ſe mouentes, alióque tranſlatas extra *illius* domum, aut villam. §. 171. Pariſien. Morum. l. in prædiis ruſticis. D. ex quib. cauſ. pign. l. quamuis Cod. eod. Quùm enim is ſemel pignorum poſſeſſioni incubuerit, ſuas in ædes inuectorum: ea poſſeſſione nec exui potuit à debitore, & reliquis creditoribus antefertur. Ex ratione §. 181. eiuſd. Conſuet. l. penult. Cod. De remiſſ. pign. Inde & locatori ſpeciatim lege prodita ſunt Interdicta, poſſeſſoriæque Actiones: (de quibus, Nos Tit. præcedenti.) Quæ aliorum hypothecariam Formulam ſuperant creditorum: ita, vt locatori nil neceſſe ſit, oppigneratæ rei dominum, at poſſeſſorem modò fuiſſe debitorem, quo die rem obligarit, oſtendere. Nuda autem hypothecaria ſuffultis expedit, dominium debitori adſerere, eiúſque fidem dominij facere iudicanti. Bartol. in l. ſi *rem* alienam. π. De pignerat. act. Et Steph. Bertrandus, Iuris *Reſponſo*. 213. Lib. 2. Proin Lucenſi Thuſcorum Conſtitutione, potiores habētur generatim locatores creditoribus aliis colonorum ſuorum. Cui Lotharingius affinis Mos, locatorem reliquis anteponit in bonis inquilini, licet aliò tranſuectis, alienáque manu poſſeſſis. Artic. 17. Rubr. De cenſibus, &c. Concurrente porrò muliere, dotis creditrice, cum locatore ædium, Vter, mobili ex pignore mariti debitum æs priùs exiget? Dubitandi anſam præbet muliebris promiſcua Mouentium, cum viro, poſſeſſio, in Ædibus ab eo conductis: quæ dotali Legum priuilegio acceſſerit. Vnde *coniunx*, vergente ad inopiam marito, dotis nomine interceſſit bonorum prehenſioni, in eas ædes inductorum: quòd dotali cauſa ſimul prior foret, ac pignorum poſſeſſione. l. 2. l. creditor. 12. D. Qui potior. in pign. hab. Aſt locator, èdiuerſò, ius quidem in res viri anterius vxori adſtitiſſe, ſed quia eaſdem inuehi ſuam in Domum paſſa eſſet, hánceque pariter domum cum viro incoluiſſet, mulierem excludi debere. Quaſi iſtuc illata, conſenſerit, locatori obligata manere. Pauli ſententia, in l. inſulam D. qui potior. in pign. hab. l. aliena. π. De pignerat. act. Accurſ. in l. certi In fi. Cod. De locat. Ferronus vtique, ſi deeſſent alia bona, coniugem prætulit, tempore ſcilicet dotíſque titulo ſuperiorem, & virum ſequi coactam, quòcunque immigraret. Ad §. 4. Burdigalen. Conſuet.

4

Art. 1.

Statutorum Lucanæ ciuitatis, in Tuſcia, Lib. 2. Cap. 126.

Conſuet. *de Lorraine, ès Bailliages de Nancy, Voſges, & Allemaigne*, redacta & omologata Principis Literis, Die 17. Mart. An. 1594.

In Francia Conſuetudinaria nō cuſtoditur muliebre dotis priuilegium, de quo in l. Aſſiduis C. qui potior. in pign. Nam quoad Mobilia pignora, priùs capiens & occupās, aliis creditoribus preponitur. Saluo in Immobilia hypotheçe iure ſecūdùm ordinem temporis, & cuiúſque antiquitatē hypothecæ expreſſæ, etiam in Patria Iuris ſcripti. Auffer. in Deciſ. 117. Cap. Thol. Sed pro dote iudicatum indiſtinctè à Senatu Tholoſ. in anteriores creditores, ait G. Maynardus, Cap. 51. Lib. 2 Quæſtion. Iuris. Deficientibus autē rebus ſoli, mulier tantùm venit cū aliis creditoribus *ſur les Meubles en deſconfiture au ſol la liure.*, in Patria Conſuetudinaria, De quibus, V. Art. 11. & 12. Ac Lib. 3. Leg. Andeg. Tit. De pignerat. fund. poſſeſſ. Art. 14.

Digitized by Google

Conſuet. Tit. De locat. Sed quominùs huic aſſentiar opinioni, facit re contractum vxoriæ obligationis vinculum, ab communi alienæ domus, cum marito, habitatione. Hinc', dimidia ſaltem ex parte, res vtrique communes tacita pactione obſtringuntur locatori. l. item quia conuentiones tacitæ valent. π. De pact. Quòd ſi poſtmodùm dote contenta mulier, bonis cedat coniugalis ſocietatis, haud ideo eximitur ſua propriáque in creditores obligatione: ſed ad mariti bona ſubſidio regreditur, ſalua creditorum huiuſmodi cauſa potiore. Cæteroquin coniux, bonorum licet ſocia, cum marito, lege communium, ex ijs ſolis defungitur ære alieno ſocietatis, non ex proprio dotaliuè Patrimonio: quod tali contracto ære liberum ac immune eſt. Vt inquit Romanus, in Singul. 210., & Cepola Veronenſis, in Cautel. 246. Idémque Luſitanis vſitatum perhibet Anton. Gamma Luſitaniæ ſenator: ſalua modò creditori in mulierem eius mutuæ pecuniæ cauſa, quam vir alendæ vxori impenderit, nec præ inopia reſtituere valeat. In Luſitan. Deciſ. 366.

Portugalliæ Obſeruatio, de oneribus, debitiſque coniugalis bonorum ſocietatis.

5 MOBILIVM pignorum in rem perſecutio non datur creditori, aduerſus bonæ fidei emptores, queîs ea debitor diſtraxerit. Artic. 170. Pariſien. Legum. Contra Ius Romanæ Ciuitatis, quo Iure, pignorum nexus alienatione non ſoluitur, clanculum pacta à debitore. l. res pignoris Cod. De remiſſ. pign. Nam etſi pignus ſine traditione conſtitutum valeat. l. non ſolùm §. ſi rem. π. De vſucap. Alterius tamen intuitu mobilem rem poſſidentis, quàm debitoris ipſius, intercidit pigneratitium ius creditoris. Vt expoſuimus accuratè, in Legibus noſtrorum Andegauiæ popularium. Quod obtinet ita demùm, ſi tertius Mouetium cõparator, aut creditor Prætorio pignore, bona traduxerit è domo debitoris, naturalémque iſti rerum poſſeſſionem abſtulerit. Secus herclè, ſi ciuilem ſolùm poſſeſſionem adeptus ſit emptor, aut pignerator: vtpote bonis ſequeſtrò dimiſſis, precarióve, penes debitorem, donec aliò tranſuehantur. Tunc enim diutiùs retenta apud eundem, perſequi alteri licet creditori. Molineo teſte, ad §. xi. Montargiuæ Conſuet. Tit. De execution. liter. obligat. Quinimò Subalpini Senatus iudicio definitum eſt, eum, cui, res pignori tradita fuiſſet, quæ ad alium peruenerit bona fide, in hunc actione carere. Præſidis Cacherani Deciſ. 40. Ne autem creditor, pignoribus captis, in captionem incidat ipſe, Apparitorum culpa, qui penes debitorem illa ſequeſtrò deponant, iis interdictum fuit à Lutetianis PATRIBVS, poſtulante Aduocato Fiſci Boucherato, debitores, pignorum cuſtodes ſtatuere, at eorum vicinos idoneos, qui penes ſe depoſita, quandòlibet poſcenti creditori exhiberent. Decreto. xi. Kalend. Ianuar. An. 1564. quod legi recitaríque Senatores iuſſêre in Foro Caſtelli Pariſiorum. Depoſitarius rurſùm, vt officij ergô minimum ferat diſpendium, onerandus non eſt diutina alienarum

Mobilia diſtracta, ſequelam non habent hypothecario iure. Quod Tholoſanus etiam Senatus probauit Nouemb. Menſ. An. 1594. aliiſque Decretis à Geraldo Maynardo ibidem Senatore citatis, Lib. 3. Quæſt. Iur. Cap. 8. Inibi tamen captorum Mobilium venditioni intercedens quiſq; creditor admittitur.

Lib. 3. Tit. De pigneratitia fundorũ poſſeſſione. Art. 13.

Pedemontani Senatus Areſtum.

Placitũ Curiæ Pariſ. 22. Decemb. 1564.

S.Conſultum, die. 24. April. An. 1592.

rerum cuſtodia: ſed poſt Bimeſtre harum venditioni condictum ab Interceſſoria lite finita, depoſito liberatur. Celebri Curiæ Areſto. 8. Kal. Majas An. 1592. pro Nicol. Sauario, ſequeſtro, actore: contra Nicol. Meſnardum, creditorem, reum. Quod ex præſcripto Senatus promulgatum eſt, in iuridiciali Sede Prætoris Regiæ Vrbis: vtì pro lege in poſterum coleretur. Ad interpretationem ciuici Moris Pariſiorum, §. 172. Ac priſcis ſanè I. Conſultis meritò diſplicuit diuturna pignorum cuſtodia debitoris: qua minimè grauandum creditorem cenſuêre: quantò minùs alium, bonis curatorem datum, in rem creditoris? Romani enim vſi ſunt eo Iure, vt etſi non conueniſſet de vendundo pignore, nihilò ſeciùs venundare creditori liceret. Vlpiani leg. 4. De pignerat. act. Quòd ita ſolùm moderatus fuit Iuſtinianus, vt interpellari priùs debitorem, quò ſolueret, edixerit, indéque biennio ceſſantis res à creditore alienari. Nullo autem reperto emptore, idem ſanxit, admoneri debitorem, eóque porrò cunctante, ius dominij à creditore impetrari. l. vlt. Cod. De iur. domin. impetr. Cæterùm vbi pepigiſſet cum creditore debitor, ne oppigneratus fundus diſtraheretur: libera tamen creditori extitit ipſius diſtractio, quùm debitori ter denunciaſſet, vtì lueret pignora, neque hic propterea alieno ſe ære eximeret. l. ſi conuenerit. ff. De pignerat. act. Multò igitur fauorabiliùs ſubleuandi veniunt bonorum ſequeſtri publici, & poſt aliquantum temporis, ſequeſtraria functione abſoluendi. Sic Pariſiorum Inſtitutis, abdicare ſe eo Miniſterio poſſunt iudiciales clientelarium fundorum Curatores, qui Dominica manu in clientes prehenſi fuerint ante triennium. Artic. 31. Cui appoſitè ſubditur Aureliorum Conſuetudo, §. 51. Rectè igitur, de Mouentibus à regio Viatore captis ob æs alienum, More cauetur Pariſienſi, ea vænire propalàm intra pauxillum tempus, deciſa litigatorum Interceſſione, oportere. Alioqui, vel neglecta quidem ac dimiſſa rerum mobilium Cuſtodia, veteris poſſeſſionis damnum adferre conſueuit; quamuis illas nemo alius occuparit. Reſponſo Æmilij Papiniani, in l. ſi rem. ff. De acquir. poſſeſſ. Vix eſt ergo, vt penes quem verbo tenus depoſita dicetur res mobilis, ab Apparitore pignerata, ipſe teneatur depoſiti, poſt longum temporis interuallum. At ſi pignora capta, ad eum perueniſſent, exhibitis ipſis, liberatur.

Les ſaiſiſſans de Meubles, ſont tenus les faire vendre dedans deux mois apres les Oppoſitions iugées, ou ceſſées.

Pignora mobilia, in domo depoſitarij combuſta, pereunt debitori, non creditori: niſi hic iniuſtè bona pigneratus iudicetur. l. pignus Cod. De pignerat. act. Et Lib. 2. Cõſuetudinario Franciæ, Tit. De execut. literar.

Commiſſaires eſtablis aux ſaiſies feodales.

Verſ. *Et pour l'aduenir demeureröt les Cõmiſſaires deſchargez.*

Cameracenſi Conſuet. *Si apres le claim faict ſur les biens d'vn debteur, le clamant ne faict adiourner ſon debteur ſur iceluy dans. 6. ſepm. apres le claim, tel claim eſt tenu deſert, &c.*

In bona debitoris exequi ſummatim licet Obligatorias tabulas, quæ Principali anulo obſignatæ ſint, vel authentico Iuridici inferioris Domini; cuius in Territorio degerent tùm paciſcentes, quùm Obligatio contraheretur. Artic. 164. 165. Pariſ. Conſuet. Idem Regia Karoli. 8. Lege ſancitum fuit An. 1493. §. 54. Et Franciſci. 1. Edicto, An. 1539. §. 65. 66. Ex eóque, Notariis, ac Tabellionibus iniunctum, ſuis Inſtrumentis domicilium eorum adſcribere, qui inuicem Pactiones inirent. §. 67. huiuſce Conſtitutionis. 6

Obligation paſſée ſeuz ſeel Royal, ou autre authentique, executoire ſur les biens de l'obligé.

Digitized by Google

nis. Ex Chirographo autem debitor, non priùs fit bonorum pignerationi obnoxiùs, quàm iudicio damnetur, ſibi creditas pecunias reſtituere. Sed apud Florétiam Hetruſcorum, priuata ſyngrapha ilicò partam habet executionem in corpus, fortunáſque debitoris perinde, ac publicũ Obligationis Inſtrumentũ. Florentino *Statuto*. 42. (Lib. 2.) quod ſigillatim explicat Decius, Iuris Reſponſo. 73. In Gallia item, Chirographarius creditor ſinitur, Viatoriam manum mobilibus obligati rebus iniicere, dùm hic ſuam apud Acta ſcripturam recognorit. §. 144. Aurelianen. Edicti An. 1560. Apoſtolici porrò, ſeu Epiſcopalis Notarij Chartulæ obligatoriæ, nec rectà mandantur executioni, nec hypothecæ ius creditori tribuunt. Maſuerius in §. item virtute literarum. Tit. De execut. & ſubhaſtat. Idem ſenſit Boërius cõcinnè, in Burdigalenſi Deciſ. 242. Vbi nonnulla Aquitanici Senatus in id placita profert: quibus ſimilia anteriora, Septimo Kalend. Februar. An. 1522. Et Sexto Idus Maias, An. 1524. His ſubnecto Lutetiæ S. Conſultum, in prima Inquiſitionum Decuria factum Nono Kalend. Iunias An. 1534. quod Rebuffus memoriæ prodidit, Regiorum Edictor. Volum. 2. Omninò autem, Delphinatium apparitores prohibentur, de More, pignora capere in ædibus Nobilium virorum, ex re pecuniaria. Cuiuſmodi patriam Conſuetudinem, ſeu veriùs corruptelam, refert Franciſc. Marcus, Gratianopolit. Deciſ. 51. Tomo. 2.

Permis aux creanciers proceder par voye d'arreſt ſur les Meubles de l'obligé par cedule, iuſques à ce qu'il l'aye recõgneüe: A la charge des deſpens dõmages & intereſts, contre les temeraires, arreſtans.

Burdigalen. Curiæ decreta, die. 26. Ianuar. An. 1522. &. 10. Maij. 1524.

Pariſienſe Areſtum, die. 24. Maij An. 1534.

7 Verum, ne Lutetiæ noſtræ ſepta tranſiliamus, Pariſienſi Notariorum Collegio indulsêre Principes noſtri, vt per Gallias ſcriptæ ab iis Pactorum tabulæ, vbiuis etiam ad exitum perducerentur. Quod Municipalibus abnuitur Regum Notariis extra ſuum Municipium, ac Territorium. Sicuti à Nobis explanatum eſt, in Regio Galliæ Censv. Quam ad rem expreſſum voluitur Ludouici. 12. Diploma, ſecundùm Lutetianos Pactorum Scribas, April. Menſ. An. 1510. Vt Gallos inter omnes, & in omnibus Gallicis oris geſta contractáque Negotia liberè perſcriberent; nec alienum ab vrbana Pariſiorum Prætura Forum ſubire cogerentur. Lutetianis quoque hisalia irrogarunt priuilegia Philippus. 4. An. 1300., Ludouicus. 10. An. 1314., Philippus Longus Nonis Iuniis An. 1317., Valeſius Septẽbri Menſ. An. 1330., Ianus. 2. Februario, An. 1350., Karolus. 5. Octobri An. 1373., Karolus filius Sextili, An. 1381. Contradicto, ad hæc, iudicio Curiæ multa obtinuerunt Pariſienſes Contractuum Scribæ, quæ ad ſtabilienda Officij ſui munia pertinerent. Senatus Conſultis nempe An. 1351. 1354. ſpeciatímque in teſtium Inquiſitores Præturæ Pariſienſis, Tertio Kalendas Decembr. An. 1382. Decimo tertio Kalend. Sextiles An. 1384. Quarto Nonas Martias An. 1390. Vndecimo Kalend. Martias An. 1406., &. 13. Kalend. Maias An. 1423. Quæ excerpſi è vetuſto Codice forenſi Præfecturæ Vrbis, manu exarato. Primi quidem Decreti Curiæ in vrbanos Conquiſitores ſumma eſt iſthæc. Dictvm fvit,

Notaires du Chaſtelet de Paris.

Literæ patentes Priuilegiorum *des Notaires du Chaſtelet de Paris*, deſcriptæ *au Liure blanc doux-Sire, du Chaſtelet de Paris.*

Lib. 3. De Domanio Franciæ. Tit. 22. Artic. 4.

Lutetiana Areſta, *entre les Notaires, & Cõmiſſaires du Chaſtelet*, die. 29. Nouẽb. 1382. die. 10 Iulij, 1384. die. 4. Mart. An. 1390. 19. Febru. 1406. 19. April. 1423. ante Paſcha.

De Commiſſariorũ, & Examinatorum Caſtelli Pariſienſis

Officio, ac priuilegiis, extat Liber typis impreſſus, An. 1589. iam inde ab Regio Phil. Pulchri. Reſcripto. diei. 18. Decembris An. 1311. Cum multis Curiæ Areſtis de eorumdē functione Officiariorum.

QVÒD AD DICTOS NOTARIOS, AD CAVSAM EORVM OFFICII NOTARIATVS PRÆDICTI, SPECTABAT, ET SPECTAT, FACERE INVENTARIA, NECNON PARTAGIA ET DIVISIONES BONORVM: ET NON AD EXAMINATORES PRÆDICTOS. ET DE IIS VTENTVR, ET GAVDEBVNT DE CÆTERO DICTI NOTARII, IVXTA FORMAM ET TENOREM EORVM CHARTÆ, SEV ORDINATIONIS INFRASCRIPTÆ, &c. Quinimò in vrbanas Pariſienſis Epiſcopi regiones territoriúmque exerit vim ſuam publica functio Regij *Notariatus*: quam Ordo Clariſſ. pergraui Sententia aſſeruit in Antiſtitem Pariſiorum, Sexto Idus Iunias An.

Curiæ Decretum, die. 8. Iunij. 1397. pro Notarijs Caſtelleti, cōtra Epiſcopum, in ſeculari ſuo Vrbis territorio.

1397. tali ſermone. DICTVM FVIT, EXPLECTVM PER PRÆNOMINATOS NOTARIOS NICASIVM, ET STEPHANVM FACTVM, FVISSE, ET ESSE VALIDVM, ET TENEBIT; REMANEBIT, AC PERFICIETVR: REMOVEBÍTQVE, VEL FACIET PRÆFATVS EPISCOPVS REMOVERI SIGILLA POSITA PER SVOS SERVIENTES, ET GARDIATOREM SVPER BONIS DICTI PETRI, ET EIVS VXORIS PRÆDICTÆ, DVM VIVEBAT. ALIOQVIN EADEM CVRIA FACIET REMOVERI: DICTOS NOTARIOS A CÆTERIS IMPETITIONIBVS EIVSDEM EPISCOPI ABSOLVENDO. &c. Ac in vniuerſum Reipublicæ intereſt, ciuilia mortalium Pacta, publico Tabellionum calamo & Notariorum exarari, fulciri. De illis quidem commemoratio fit, Leonis Nouella * περὶ πλωτικῶν συμφωνιῶν διαπράξεων. Qua ex Nouella intelligitur, fuiſſe certum Tabellionum corpus ſub Primicerio: abs quo, de Collegij ſententia, creabantur Tabelliones fidei probæ homines, ac ſcribendi loquendíque vſus callentiſſimi, vnà & Iuriſperiti, qui tenerent Libros. 60. βασιλικῶν. Atque adeò Tabelliones ad Decurionum munus vocari poterant. l. ſi quis decurio Cod. Ad leg. Cornel. de falſ. Tametſi decuriones Tabellionum officio fungi pro dignitate non debuerint. Conſtantiniana Lege, Vniuerſos De decurion. Lib. 10. Cod. Tabellionum item munia exequitur Iuſtinianus, Græca Conſtitut. nona. 44. * περὶ συμβολαιογράφων. Nec minùs rerũ peritia, moribúſque conſpicui, NOTARIATVM geſſere vetuſtiori æuo. Nam, vt Alexandrum Perſei Macedoniæ Regis filium ſileam, qui NOTARIATVS munere obeundo ſe aluit Romæ, ferunt, Proclum D. Iohannis Chryſoſtomi amanuenſem, mox Attici Epiſcopi, qui ſecundus à Iohanne fuit, ſcribam, prouectum fuiſſe ad Byzantiorũ Pontificatũ. Hunc Paſtorem bonum, eloquentem, ac eruditum perhibent Zonaras, & Nicephorus, ſacræ Hiſt. Lib. 14. Cap. 37. Selenas, Vlphilæ Gotthorum Epiſcopi amanuenſis, ſucceſſit in eum Præſulatum. Valente Romani Orbis moderatore. Sicuti ait Socrates, Eccleſiaſt. Annalium Lib. 5. Cap. 33. Sed, vt redeam ad patrias & domeſticas Notariorum Officij Leges,

* De publicarum tabularum Ordinatione, ſeu Tabellionum Statutis.

* de Contractuum ſcriptoribus, ſeu Tabellionibus.

Aurelianenſes Notarij, Areſto diei. 21. Decemb. 1579. *à l'audience* recepti ſunt ad ſuppreſſionem *par remhourſement du Garde Notes nouuel. Dont toutesfois ceux de Bourges*, minùs priuilegiati, *ont eſté exclus en cas pareil*. Areſto die. 22. April. 1595.

Digitized by Google

Leges, En tibi Francica Octaui Karoli Conſtitutio Decemb. Menſ. An.1490., Ludouici.12. An.1498. & An.1510. §. 62. 65. 76. Has conſequuntur eiuſdem argumenti Leges à Franciſco.1. conditæ, politiorum ſimul Literarum Mecœnate ſummo, An. 1525. 1539., Nouembri. 1542. & Aprili. 1545. Neque iis diſſonant poſteriora Edicta Karoli. 9. An. 1560., atque Henrici. 3. An. 1579. Inter hæc, obſeruatu dignum, Patres Conscriptos Lutetianis inhibuiſſe Notariis, ne contractuum Schedas vnquam de manibus deponerent, priuatíſque dimitterent paciſcentibus, aut commodarent. Iudicato Idibus Martiis, An. 1567. quod Senatus iuſſu promulgatum fuit in iuridiciali Foro Caſtelli Pariſiorum. Denique ſacra profanis ſubtexens, adduco pium hoc religioſúmque Galli Regis Interdictum, NOTARII IPSI, ET EORVM SVCCESSORES CASTELETTI PARIS. AMODÒ IN ANTEA CESSABVNT, ET AB EXECVTIONE SVORVM OFFICIORVM, ET OPERE SCRIPTVRÆ PERAGENDO IN HVIVSMODI CASTELLETTO, ET SEDIBVS IBIDEM CONSTRVCTIS, NECNON IN COENOBIO, SEV ECCLESIA, TABERNAQVE, VEL LOCIS CIRCVMVICINIS DIE DOMINICA SVPERSEDERE TENEBVNTVR, &c. APRILI MENS. AN. 1363. Quæquidem Sanctio, antiquiſſimi Edicti veſtigiis inhæret Guntchramni Principis Franci, quod ad patrios Antiſtites emiſſum fuit. 4. Idus Nouembres Anno. 24. Regni, & Synodo Matiſconenſi. 2. aſſuitur, tali periodo. VT IN OMNIBVS DIEBVS DOMINICIS, IN QVIBVS SANCTÆ RESVRRECTIONIS MYSTERIVM VENERAMVR, VEL IN QVIBVSCVNQVE RELIQVIS SOLENNITATIBVS, QVANDO EX MORE AD VENERANDA TEMPLORVM ORACVLA VNIVERSÆ PLEBIS CONIVNCTIO, DEVOTIONIS CONGREGATVR STVDIO, PRÆTER QVOD, VICTVM PRÆPARARI CONVENIT, CORPORALE OPVS OMNE SVSPENDATVR, NEC VLLA CAVSARVM PRÆCIPVÈ IVRGIA MOVEANTVR, &c.

Karoli. 8. Artic. 20. 21. Ludouici. 12. Art. 63. 65. 66.

An. 1525. Cap. 19. An. 1539 §. 67. 179. An. 1560. §. 82. 83. 84. 85. An. 1579. §. 165. 166.

Placitum Curię, die. 15. Mart. An. 1567.

Regiũ Guntchrãni Edictum Francicum die. 10. Nouẽb., tẽpore Matiſconẽſis. 2. Concilij Gallici, cuius Decreta ferũtur Tomo. 2. Concil.

8 CREDITORVM quiſquis alterum anteuertit in pigneranda communis debitoris ſupellectile, anteponitur aliis. §. 178. Pariſ. Conſuet. Vnde quadruplex Lege hac demitur Nomen, æſque debitum: putà venditæ pretium Mercis, penſio Habitationis vrbanæ, ruſticorúmve prædiorum, Reſtitutio depoſiti, & Hoſpitij merces pandocheo ſoluenda. §. 171. 175. 176. 177. 182. In extrema item obæratì bonorum clade, peræqua fit creditorum conditio, poſthabita pignorum capiendorum præuentione. §. 179. 180. præd. Leg. Singula autem vt exequar ordine, condictum propolæ rei pretium ita diſcernito. Aut venditor, quaſi recepturus ab emptore cominùs pecunias, diſtraxit mercimonia. Quo caſu, non modò ea prehẽdenti penes debitorem creditori antefertur, ſed cuiuis etiam priuatim à reo

En Meubles, le premier ſaiſiſſant & arreſtant, preferable.

En cas de deſconfiture, tous creanciers eſgalez au ſol la liure.

Idem, ſi pretium rei in diem ſoluendum ſit vẽditori, & lapſo iam die, res ab emptore alteri emancipetur. Tunc enim perinde eſt, ac ſi initio porè conuẽtum ac debitum pretium fuiſſet.

Digitized by Google

debendi ipſo mercanti, & diſtinenti. Suæ enim rei vindicatio in omnes, tali ſuppetit venditori, nedùm crediti æris petitio in primum emptorem. Quia venditæ merces non aliàs fiunt accipientis, quàm ſi vel pretium numeratum ſit, vel ſatis eo nomine factum. l. procuratoris §. ſed etſi dedi. ꝟ. De tribut. act. Tum Pomponiana Leg. quod vendidi. ꝟ. De contrah. empt. l. 4. D. de pignerat. act. l. ea quæ. ꝟ. De precar. Aut verò fidem habuit emptori venditor ſine vlla ſatiſdatione.

Tit. De pigneratitia fundorum poſſeſſione, Artic. 14.

Et hoc caſu, rei apud debitorem iniecta manu, potior manet venditor illã pignerãte. Vt ANDEG. LEG. Volum. 3. edocuimus, & Pariſienſi More exploratum eſt. §. 177. Vſquequaque enim alienator reliquis prefertur creditoribus in pretio rei ſuæ. Alberic. ad l. ſi fundum D. Qui pot. in pign. Speculat. in Tit. De oblig. & ſolut. §. 1. Verſ. ſed quid ſi primo obligatur. Ac Verſ. quid ſi vendidi fundum.

Solenne Areſtum Curiæ. die. 12. April. 1588. Cui conformis eſt Neapolitana Deciſio. 155. Franciſci Viuij Aquilani, Regij Auditoris in ſacra Audientia Prouinciæ Barri.

Nec diſſentaneum his Lutetianæ Curiæ decretum extat, conſpicua in purpura recitatum à Seguerio, Præſide, profeſtis diebus almæ Reſurrectionis Dominicæ, ſeu pridie Idus Apriles An. 1588. Quamuis diuerſam in ſententiam vergant Angeli Peruſini ſcholia, ad leg. In rebus Cod. De iur. dot. Et Ferroni, ad §. 3. De dote, Burdigalen. Conſuetud. Alia porrò cauſa eſt rei, ad tertium iam titulo aliquo tranſlatæ, poſſeſſæque bona fide. Quùm enim Mouentia iure pignoris ſequi non liceat, inuerecundum eſt primi venditoris deſiderium, inuadi rem cupientis, ob pretium ipſius, quod creditam in pecuniam transfuſum ſit.

Rei pretium, cuius nomine in creditũ itur.

§. 170. &. 177. Pariſien. Conſuet. Quò recidit elegans Alfeni Vari lex, Quidam fundum colendum. ꝟ. De in rem verſ. Nota quoq; Iuris regula, vetatur creditor Iudicatum rectà exequi, ſeu Obligatorias chartulas, in extraneos bonorum poſſeſſores damnati, ſeu obligati. Bartol. ad l. 3. Cod. De pignor. Ac Steph. Bertrandus expreſſim, in Reſponſo. 213. Lib. 2. Poſt Accurſium, in l. ea lege Cod. De condict. ob cauſ.

Pariſienſe Areſtum, *en plaidant*, die. 10. Mart. An. 1587. *contre Fl. Dargouges, marchant tapiſſier appellãt du Preuoſt de Paris.*

Idem demùm Lutetiana Curia iudicio definijt. 6. Idus Martias An. 1587. in Florentem Dargougium tapeta aulæáque vendentem, cui patronus aderat Gottofredus: Bauſſantio, aduerſarij cauſidico, noui earum detentoris mercium, quas I. Lucius emptor ipſi tranſcripſerat. His tamen contrario Ritu Lotharingi reguntur, apud quos, mercium propolæ, in has perſecutoriũ ius eſt, earúmque detentorem quemuis, pretij nomine non ſoluti. Lotharing. Morum. Tit. De cenſib. Art. 17. Cæterùm creditori, cuius ære comparata res ſit, nulla ſubeſt in eam prærogatiua: quantam proprios in nummos, ſi extarent, iure ſibi aſſereret. cita. l. procuratoris §. planè De tribut. Nam res etiam ex aliis partæ, ac ſubrogatæ, non eandem cum iis ſortiuntur conditionem inter creditores. d. l. quidam fundum. ꝟ. De in rem verſ. Baldus & Alexander, ad l. ſi cùm dotem D. ſolut. matrim. Decius, & Alciat. in l. ſi cum ſeruum D. ſi cert. pet. Aſt ſi mercimonia, alterius ære coempta, huic oppignerarentur, prima eius ratio haberetur. cita. §. planè. Quod ad ipſum pariter Vlpianus produxit, cuius pecunia,

debitor

Digitized by Google

debitor extemplò, rem mercatus ſit. Leg. ſi ventri §. vlt. π. De priuil. credit. Cæſareis tamen Reſcriptis, præcipua non eſt creditoris cauſa, in fundos ſuis nummis acquiſitos: niſi eos quoque ſibi obligatos manere, ſpeciatim conuenerit. l. quamuis ea Cod. De pignor. l. licet Cod. qui potior. in pign. hab. Sed & hic, ſi præcauerit ſibi expreſſa in vrbanum prædium hypotheca, quod ſuis loculis paretur, Architecto poſtponitur Ædium ipſarum inſtauratori; priuilegiario. Vt diſertè opinatur Dionyſ. Gotthofredus, (ad l. Interdum D. qui potior.) Senatuíque placuit, poſt variam & ancipitem opinionum conflictationem. Decreto Pariſienſi, in. 4. Claſſe Inquiſitoria, 13. Kalend. Ianuar. An. 1597. ſecundùm Petr. Puteanum, qui diurnis Artificij ſui operis ſumptibúſque in reſtitutionem ædificij, ſaluam fecerat omnium rem pignúſque creditorum. Iuxta leg. 1. π. De ceſſ. bon. l. creditor. π. De reb. cred. Leg. 24. §. 1. π. De priuil. credit.

Gottofred. in Commentariis Legum Roman.

Iudicatum Curiæ, die. 10. Decēb. 1597. *ſur proces party en la. 4. Châbre des Enqueſtes, & departy en la cinquieſme*, in confirmanda Sententia Præpoſiti Pariſien., à qua N. *de Beauuois* appellarat.

9 Privilegiario iure vtitur domus locator in prehenſam à creditoribus aliis habitatorum ſupellectilem: cui nimirùm ſuas in Ædes inductæ, ceu pignori, incumbere iampridem exiſtimetur. §. 171. Pariſien. Conſuet., ac ſolenni Curiæ Placito, in peruigiliis Dominicæ Natiuitatis An. 1590. Pignorum enim poſſeſſor aliis creditor anteponitur. l. 5. §. planè. π. De tribut. act. l. ſi tibi notarium Cod. De pignor. Et §. 181. Pariſien. Morum. Enimverò ſi ante ædium locationem, pignora capta ſint, quæ, intercedens pignerationi debitor, conductitiam in domum traduxerit: Non putò, interceſſione deciſa, Prætorium pignus, noui locatoris priuilegio tolli, vel minui. Res enim tranſit in alienas ædes, cum ſua pigneratitiæ poſſeſſionis cauſa. Id quod toto Iure Ciuili ita obtinere, ait Pomponius., Leg. alienatio. π. De contrah. empt. Imò nec aliena res, publicéve prehenſa ac poſſeſſa, alteri efficaciter obligatur. l. aliena l. non eſt mirum. π. De pignerat. act. Si tamen pignerator moras nectat diſtractioni pignorum, iaceréque ea apud debitorem oſcitantiùs ſinat, in eandem cum aliis ſortem redigitur creditoribus, qui pignora non poſſidentes, à locatore domus ſuperantur. Vt admonuimus ſuprà. Neque verò noſtris viciſſim Maioribus probata eſt quorumdam vigilantia, dicam, an ſæuitia creditorum; qui permiſſu Prætoris in poſſeſſionem ibant Ædium obærati; ac domeſtica ipſius veſcebantur penu tantiſper cum famulis & comitibus, dùm, perſoluta ex fide pecunia, creditor dimitteretur. In priuatis enim nominibus exigendis, abrogata pridem fuit hæc quaſi manus militaris vſurpatio, priuatæque poſſeſſionis, & expilationis rei penuariæ debitoris. Inſigni Gallicæ Curiæ Conſulto veteri, quod perſcribitur in Lib. Olim (fol. 70.) Iuxta Edictū Diui Marci. Publicè autem conflatis debitis, Ritus priſci veſtigia retenta patent Actis Lutetiani Senatus. xi. Kalend. Iunias. An. 1402. Kalēdis Iuniis An. 1416. Et poſtridie Kalendas Octobres An. 1418. Quo-

Decretum Senatus, die. 22. Decemb. An. 1590. à Briſſonio Præſide ſolenniter pronuntiatum, *pour le bailleur à loyer, côtre autre creancier de ſon locatif, premier ſaiſiſſant ſes meubles.*

Garniſon en la maiſon du debteur.

Parlamentare Areſtum, *Que deſormais on ne mettra és maiſons des debteurs les mangeurs pour debtes. Toutesfois ilz y ſeront mis en cas de crime, & pour ſubterfuges du debteur.*

De hoc Edicto, l. penult. D. Ad L. Iul. de vi priu. Et l. 8. D. quod met. cauſ.

Regeſta Curiæ, die. 22. Maij An. 1402. Die. 1. Iunij. 1416. Die. 1. Octobr. An. 1418.

Digitized by Google

rum poſtremo ita cauetur. *Deux Conſeillers, & vn Huiſsier, enuoyez en garniſon en la maiſon du General des finances, pour le manger: par faulte qu'il n'auoit payé les gages de la Court.* Extat ad hunc fermè modum Karoli Mag. Lex Francica, decimo Kalendas Apriles An. 789. ſcripta in Aquiſgranenſi Palatio, VT SI VVASSVS NOSTER IVSTITIAS NON FECERIT, TVNC ET COMES, ET MISSVS AD IPSIVS CAVSAS SEDEANT, ET DE SVO VIVANT, QVOVSQVE IVSTITIAS FECERINT. Lib. 4. Leg. Franc. Cap. 44.

Die. 23. Mart. An. 789.

DEPOSITI inſuper cauſa eximia eſt, eóque agentem, priori anteponit, priúſve ſibi advigilanti creditori pignoribus captis. §. 182. Pariſ. Conſuet. Stagiritarum enim Lege vetitum, à quoquam auferri, quod non depoſuiſſet. Auctore Æliano. Et ſanctiſſimam adeò depoſiti legem, formulámque tuendam, oſtendit Demoſthenica forenſis Defenſio ancillæ depoſitariæ, quam Valerius Max. denarrat, Lib. 7. Cap. 3. Hinc depoſiti priuilegium exercetur Papiniani iudicio, non in ea tantùm quantitate, quæ in bonis argentarij ex pecunia depoſita reperitur, ſed in omnibus fraudatoris facultatibus. l. 8. D. depoſ. Exceptis iis, qui depoſito ære, vſuras à Menſulariis acceperint: quales, à cæteris creditoribus non ſeparantur. Niſi depoſiti extent nummi, quos licet illis vindicare: vt priuilegiarios anteuertant. Vlpiani opinione, l. ſi ventri §. 1. ꝥ. De priuil. credit. Et l. ſi hominem §. quoties D. depoſ. Indiſtinctè tamen, patrio Ritu Pariſiorum, æqua ſtatuitur deponentium cum aliis conditio, ni depoſita ipſa res coràm proferatur: quam veluti ſuam petentes, vincunt reliquos, qui ſibi debita repoſcant, cita. §. 182. Optimè, quùm fauorabilior ratio videatur publici depoſiti, de quo Romanæ leges, quàm priuati. Illud enim propter neceſſarium vſum Argentariorum ex vtilitate publica inductum eſt: Nec temerè iis imponendum, qui apud Menſam nummos ſuos, fidem publicam ſequuti, obſignarint. l. quod priuilegium. D. depoſiti. l. 24. ꝥ. De priuileg. credit. Cæteroquin pecuniam numeratam ita deponens, vt neque clauſam, neque obſignatam tradiderit, ſed adnumerarit, cenſetur abiiſſe in creditum, & à depoſitario tantumdem æris exigere duntaxat poſſe, nec rem vindicare. Vlpiani leg. 1. §. ſi ciſta ſignata §. ſi pecunia in ſacculo ſignato depoſita ſit. ꝥ. Depoſ. Cum Alfeni Vari leg. 31. Verſ. idem iuris eſſe in depoſito D. locat. Item plures viciſſim deponentes, quùm depoſitarij Mouentia væneant, ſimul admittuntur: nullo ſpectato ordine, quaſi rebus eorum permixtis atque confuſis. Præd. leg. ſi hominem §. vlt. D. depoſ. Et l. in naue Saupheij D. locat. Prædiorum verò in auctione publica, locus datur ordini hypothecarum inter deponentes, à die Obligatorij cuiúſque inſtrumenti, & obſignatæ de ſcripto pecuniæ. Sicuti alio in Opere, Pariſienſes PATRES, retuli, decreuiſſe poſtridie Kalendas Septembres An. 1581. Litigatoribus

Quod non depoſuiſti, ne tollas. Ælian. Lib. 3. De var. Hiſt.

Nec creditori ſufficit præoccupanti, debita debitori ſuo mortuo, ſequeſtrare generaliter, & ſaiſire huius, cum Mobilibus, Inſtrumenta debitorum, & tabulas hæreditarias: Niſi hę Oligationes ſaiſitæ debitoribus denuncientur, cum interdicto, ne alteri ſoluant. Arg. §. 108. Pariſ. Conſ. Aliàs, creditores alij, arreſtantes in manibus debitoris ſui, præferrentur. Quùm Prætorij pignoris perſecutio tota ſit in rem, eiúſque poſſeſſionem naturalem, nedùm ciuilem. Vt ſuprà. Art. 5. l. non eſt mirũ. ꝥ. de pign. act.

Andegauen. leg. Lib. 3. Tit. vlt. Artic. 5.

Digitized by Google

Litigatoribus Nicol. Durando, Ludou. *Baudeſſone*, cum ſacris Sodalibus Fani Mederici, qui à Prætore Vrbis Senatum appellarant: & Nicol. Martino, cum Kathar. Gobelina, Leonis Daniſij vidua coniuge, qui, ex aduerſo, diſceptabant.

Decretum Curiæ, die. 1. Septemb. 1581. *apres auoir aſſemblé les Chambres.*

11 In DIVERSORIIS quoque, expenſorum ab hoſpite potior cauſa eſt: ac eorum nomine, pandocheus, ex illatis ſuam in domum, quaſi locator, præfertur cuiuis alij creditori. §. 175. Pariſien. Conſuet., & Lotharingiæ Art. 14. Rubr. De pigneratione bonorum. Quòd ſi pedes viator, nullis ſarcinulis ac viatico inſtructus, diuerſetur alicubi, non eſt inopi viatorium ſagum, pro ſumptu victúque, abripiendum. Nam & cedenti bonis relinquitur quotidiana veſtis, ac pannicularia. Accurſ. & Bartol. in l. penult. ꝟ. De ceſſ. bonor. l. Diuus. ꝟ. De bon. damnat. l. obligatione. ꝟ. De pignor. Verſ. item veſtis relinquenda eſt debitori. Nec lectulum modò ei reſeruari oportet, in quo recumbat: ſed artificij etiam ſui inſtrumenta, quibus dietim cibum ſibi quærat. Maſuer. in §. item debitor, ſi velit Tit. De obligat. & renunc. Eòdem pertinet humanum Domitij Vlpiani Reſponſum, Qui bonis ceſſerit, eum diurno alimento non eſſe fraudandum. l. 6. ꝟ. De ceſſ. bonor. Imprimis verò hoſpitalem priſcorum Gallorum pietatem laudauit Diodorus Siculus: quos benignè hoſpitem excipere ſolitos ait, & ad epulas vocare. Nefas pariter Germanis viſum, hoſpites violare, quos &, quacunque de cauſa ad eos veniſſent, iniuria prohibebant illi, ſanctos habebant, iiſque omnium domus patebant, cibariáque communicabantur. Iulij Cæſ. verbis. Sic, Taciti relatu, conuictui & hoſpitiis non alia gens indulget effuſiùs: quemcunque mortalem tecto arcere, barbarum putatur: pro fortuna quiſque, apparatis epulis excipit: cùm defecère, qui modò hoſpes fuerat, monſtrator hoſpitij & comes proximam domum haud inuitati adeunt: nec intereſt, pari humanitate accipiuntur. Notum, ignotúmque, quantùm ad ius hoſpitis, nemo diſcernit. Abeunti, ſi quid popoſceris, concedere, moris: Et poſcendi inuicem eadem facilitas. Quapropter, vt noſtros repetam, Lutetianus Senatus mulctatitio in egenos ære damnauit pandocheum, qui hoſpitalis officij immemor, rigida bruma, thoracem ademiſſet pauperculo viatori, ob mercedem hoſpitij non ſolutam. Pio Decreto in cauſis criminum agendis. Quindecimò Kalendas Apriles An. 1595. Secundùm Procuratorem Fiſci, aduerſus Cæſarem Cherouſtum, Stabularium, & Mathurinam Courcellam vxorem: A quibus veſte nudatus hoſpes, ſæuo algore interierat. Quò relabitur Vlpiani ſententia, in l. qui ſeruandarum D. de præſcrip. verb. §. ſed & ſi ſeruum quis alienum ſpoliauerit, íſque frigore mortuus ſit. &c. Viatoribus, ad hæc, variè proſpectum fuit in eorum rapacitatem, apud quos diuerſarentur. Cenſorio enim Munere curari iuſſit Platonica Nomotheſia, vt annonariæ res ſingulæ iuſto congruóque pretio diſtrahantur:

Conſuet. de Lorraine; Tit. *Des arreſts, ſaiſies, gaigeries, &c.*

Mulier autem, in dote, vel doario, aliis non præponitur creditoribus, *en cas de deſconfiture*. Areſto Turonenſi, die. 2. April. 1591. inter Petr. *Touuoye*, & litis conſortes, appellantes à Suppræfecto vrbis Turonen. pro quibus, Buiſſonius: & Margaretã *Touuoye*, viduam Guill. Renardi, alióſque, pro quibus Robertus, egẽre. Ita lex Si ſponſa. ꝟ. De iur. dot. nõ cuſtoditur in Patria Conſuetudinaria Franciæ.

Bell. Gall. lib. 6.

De Morib. German.

Areſtum Curiæ, die. 18. Mart. An. 1595. *en plaidãt à la Tournelle.* Theodoro Paſquerio dicẽte pro Hoſpitibus & Stabulariis, qui à Vindocinẽſi Baillиuo, *au Siege de Mõtoire*, ad Curiam prouocarant.

Digitized by Google

Annonæ ſtatuta precia, ad reprimendam Stabulariorũ, Hoſpitúmq; auaritiam.

Edictum Pretiorũ, per Flaminiam.

immodicè verò, aut contumelioſè exacta, caſtigentur. Lib. 3. De Legib. Verbera item ei inflicta propolæ, narrat Caſſiodorus, qui Annonarias merces alio, quàm definito pretio vendidiſſet ſeu ciuibus, ſeu hoſpitibus, qui per agros commearent. Variar. Lib. xi. Ac de Stabulariis concinnè quidem iſtud, TVRPIS AVCVPATIO EST, TERRERE ENORMITATE PRETII, ET BLANDIRI SVSCEPTIONE. PRÆDONI SIMILIS EST, QVI SVB INIQVA CONDITIONE CVPIT DISTRAHERE. AMBO ENIM VOLVNT DIRIPERE ALIENA, ET CONSIDERATIONEM IVSSITIÆ NON HABERE. SI DE CIVIBVS HONESTA LVCRA NON SVFFICIANT, CVR NON TANQVAM A LATRONIBVS OBSESSA ITINERA VIDEBVNTVR? Eamobrem vetus Politicãn Magiſtratuum ſedulitas emicuit in cohibenda maximè, & compeſcenda eorum auaritia, qui meritoriis Tabernis, ſtabulíſque ad compilandos hoſpites abuterentur. Nam vt Romani Ædiles cocta vendentem contra Edictum, iuſſerunt flagellari, auctore Tranquillo. Sic variis Terrarum oris cocta obſonia non væneunt in Diuerſorio, nec viatoribus à Pandocheo porriguntur. Quippe quùm iuſtiùs, ſynceriúſque vendi credantur, quæ in Foro publicè proſtent: quo in Foro duntaxat res vænum exponi, lege Platonis cauebatur. Hinc, Claudio & Nerone Principibus, ſancitum fuit, ne quid in popinis cocti, præter legumina & olera, diſtraheretur. Ampelius rurſùm Præfectus vrbi, ſub Valentiniano, permiſit cocta edulia diuendi, ſed præfinitum vſque diei ſpatium ſolum. Vt tradit Marcellinus. Ariſtonici, contrà, Lege ſinebatur quiſque, apud Athenæum, pomeridianis etiam horis eſculentas merces palàm venditare: ita tamen, vt ſi poſt meridiem minore pretio venundaret, quàm manè proſcripſiſſet, in carcerem abduceretur. Ex eo namque fiebat, vt lanij, coqui, piſcatores mallent ocyùs vendere moderato pretio, quàm huius magnitudine deterritis emptoribus, veſperi corrupta iam, & inquinata obſonia domum reportare. Attica

De Attica iſta Lege, Theophraſtus in Lib. de Legibus.

inſuper lege præſcriptum erat Agoranomis, vt quùm Emporii venalia inſpectarent, binam curam gererent, modeſtiæ ſcilicet in Mercatu publico, & fidei veritatíſque dictorum tuendæ, quæ à mendació alieniſſima eſt, tùm venditoris, tùm emptoris. Quod

** in Foro non mentiri.*

illi, * κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν, dixêre. Cuius Legis apud Demoſthenem mentio habetur, in Orat. aduerſus Leptinem. De ea quoque, Hyperides contra Athenogenem, Arpocratione teſte. Sed, ne diutiùs externis Politiis immoremur hoſpites, En nobis patriæ Leges de cauponibus, & pandocheis compluſculæ, déque ſtatuen-

Politica Edicta, touchans le taux, & prix des denrees, & viures, que les Hoſteliers, & Cabaretiers, peuuent fournir pour les hommes, & cheuaux.

do Hoſpitii rebus promercalibus æquo pretio ab Municipali iudice, adhibito in id peritorum æſtimatorum conſilio. Voluitur enim Francicum idcirco Ludouici. 12. Edictum An. 1508. Franciſci. 1., Nouemb. Menſe An. 1519. Iunio. 1532. Octobri. 1542. Nouembri.

Digitized by Google

bri.1546.Item Errici.2. Ianuario. 1549. Quintili. 1551. Septembri. 1557.Quibus & ſubduntur Karoli.9.Conſtitutiones,Septembri.1562. Ianuario.1563.Februario. 1567. Cum ſtatutis ab Errico,3. Nouembri Menſe An.1577.Quæ omnes Franciçæ Leges, diſtincta Capitum ſerie,Henriciano Codici inſperſæ lectitantur.

Lib.10.du *Code Hẽry*, Tit.13.

12 Deinceps, ex tractandarum rerum ſerie,ceſſat vnius præuentio creditoris in capiendo pignore pluribus obærati, quoties ſola huic Mouentia ſuppetunt, vel Immobilia non ſufficiunt hypothecariis: quos Mobilium pignerator anteuerterit. Tunc enim concurrunt omnes pariter creditores velut agmine facto,& in tributum vocantur ex re perdita,ac pigneratione auctionéque decernenda. Quam vulgò,*deſconfiture* appellamus.§.179.&.180.Pariſien.Conſuet. Sic illis, apud Senecam, pecuniæ malè creditæ exactio fuit, quúmque minùs idoneus debitor Foro ceſſiſſet,portionem laturum ſe quilibet ſibi perſuaſit. Lib.4.De benefic. Cap.39. Singulis itidem creditoribus pro rata contribuitur pretium venalis Muneris publici, quod debitor, aliàs locuples,cuiquam diſtraxerit: ſiquidem huius miſſioni in poſſeſſioné Officij interceſſerint illi,donec pretiũ ſibi perſolueretur. Artic.95.Pariſien. Morũ. Ac.S.C. eximio, poſtridie Kalendas Septẽb. An. 1600. Diuerſa vtique videtur hæreditarij Muneris cauſa, ſeu regij apud Acta Miniſterij forenſis perpetui: Cuius nempè in pretio, Haſtæ ſubiecti,ob æs alienũ poſſeſſoris, anteriores creditores habẽtur in pignore potiores, quaſi rei prædiariæ multis obligatæ. Vt enim talem Fori Scribatum, ceu patrimonialem Fiſci, libero quiſque commercio licitatur hodie palàm ſibi ac hæredibus: Ita cum liberè ac ſecurè ſuis creditoribus oppignerat,deſinítque iam hoc in genere perfrequẽs illa regiorũ Officiorum collatio ac diſpoſitio Principalis: quæ, temporarij Officialis morte ceſſioneuè,reuoluto ad Principem iure,in ipſa,Dominico, reſoluat ſimul priuatas omnes in rem hypothecas.Ex Sceuolę Leg.31.De pign.Et Pariſienſi,§.95.Atq; vt Iuridicum Regis territorium,ſic forenſe Actuarij Munus ei nexum,rei accenſetur Immobili apud priuatum huius emptorem,puræque capax Hypothecæ fit:donec iſtud tandem redhibitoria lege Fiſci, Regiam in ditionem reuocetur. Extrema autem Mobilium in diſtractione pignorum,audiuntur cuncti,ac veniunt in tributum ſeu Chirographarij,ſeu Hypothecarij creditores, quoad ſuum quiſque receperit. Vt *Conſuetudinario* Franciæ Lib.2.continetur. Vbi tamen, diſertè excipiuntur ſumptus in rem vendundam facti, qui primo ordine refunduntur acceleranti commune negotium. Hinc,confluctibus eòdem priuilegiariis creditoribus, ſemper antecedit ſumptus cauſa, neceſſariò impenſi: Quo nimirum deducto, bonorum calculus ſubduci ſolet. Papiniani reſponſo,l.quod priuilegium D. depoſ.Similiter hæres ex Repertorio bonorum,creditores anteit hæreditarios, pecuniarum nomine, quas in rem hæreditariam legitimè prærogarit. Iuſtiniani lege vlt. §. in computatione Cod. De iur.

Cas de deſconfiture.

Etſi vxor à viro ſeparata bonis, communia repudians,ea retineat mobilia pro dote,& nuptialibus pactis: Tamen venit in tributum cum aliis creditoribus,ob fraudis ſuſpicionem coniugũ ſimul habitantium, & promiſcuam vtriuſq; poſſeſſioné, quæ impedit priuilegium *d'vn gage retenu,en deſconfiture.* De quo,Nos Art. ſeq.

Lutetianæ Curiæ Areſtum die.1. Septemb.An.1600. in. 4.Camera Inqueſtarum, Dn.*Leſcalopier* relatore,pro Nicol. *de Brie* appellante à Sententia Locumtenentis *de la Mareſchaucee*, quam emẽdans Curia, admiſit oppoſitionem illius factam iudiciariæ receptioni Iani Bourdini *en l'Eſtat de Lieuten. du Preuoſt de l'Iſle de France à luy reſigné par le debteur dud.de Brie.Et ce faiſant ordonne par la Court,que tant led.opoſant,que aultres creãciers dud.reſignant ſeroyent payez ſur le pris dud. Office par contribution au ſol la liure.* De quo, vide ſ. Lib. 1.Tit.1.Art.35.

Eſtatz de Greffiers, ou de Clercs & Commis aux Greffes royaux,venaulx & hereditaires. Vt aliæ quæuis res Dominicæ Principis, vænum expoſitæ priuatis, ſub facultate redimendi perpetua.

Cap. *De l'execution des Lettres.*

Pariſ.Conſuetud. Verſ.*parauãt reſignation admiſe et prouiſiõ faicte au proffit d'vn tiers.*

delibe r.l.in reſtituenda l.de hæreditate Cod.De petit.hæred.l.1.§.de impenſa.D.Ad Leg.Falcid.

Promiscva rurſus Mouentium pretij tributio inter credito- 13
res, non tenet priuilegiarium, qui rem mobilem antea pignori acceperit,eíque incumbat pignori ſuo. §.181.Pariſien. Conſuet. Et l.ſi debitor l.grege.§.1.π.De pignor.Aſt ſi pigneratæ rei cauſam Lex improbet,ex ludo putà inhoneſto ac illiberali,eadem tùm facilè ſoluit pignoris vinculum. Nam hoc nomine,Titia & Publicia Leges conditæ,ne quis in pecuniam luderet,ſponſionémve in ludo faceret,niſi qui virtutis cauſâ ſuſceptus eſſet. Vt ait Ælius Martianus,l.penult.π. De aleatorib. Romanum, ad hæc, S. Conſultum vetuit nummarios ludos: præterquàm ſi quis certaret diſco, vel Pilo iaciundo,currendo, ſaliendo, luctando, pugnando : quod virtutis ergô conſieret. Iulij Pauli teſtimonio, Lib. 19. ad Edictum. Inde Alexander Magn. quoſdam ex amicis mulctauit, quòd in ludo Aleæ ſenſiſſet eos non ludere. Sunt enim permulti, qui hoc in ludo, ceu in re maximè ſeria verſentur: nec verè ludunt, qui fortunas ſuas omnes dubiæ Aleę permittāt arbitrio. Id quod Plutarchus in Apophthegm. Regum & Imperat.refert.Quinetiam Plato Athenienſis adoleſcentem, quia luſiſſet Alea, grauiter increpuit: prȩfatus, Aleam, inertis otij ſuſtentaculum exiſtere. Laërtio auctore, De vita Philoſoph. Lib. 3. Alea nempe, eſt rei familiari, quod cultura agro, in quo peſtilentia ſit, Varronis ſententia. Proin Licinius Lenticula quadrupli damnatus fuit ex crebro Aleæ luſu : quem poſtea reſtitutum ab Antonio, queritur acerbè Tullius in Philippicis.Atque, vt his noſtratem Politiam ſubiungamus, ita prudenter edixit Ludouicus. 9. Galliarum Rex. Decemb. Menſ. An. 1254. PRÆTEREA PROHIBEMVS DISTRICTIVS, QVÒD NVLLVS OMNINO AD TAXILLOS LVDAT, SIVE ALEIS, SIVE SCACCIS: SCHOLAS ETIAM DECIORVM PROHIBEMVS, ET TENENTES EAS DISTRICTIVS PVNIANTVR. Huic conſentanea Reſcripta voluuntur Karoli. 5., tertio Nonas Apriles, & Decimo Kalendas Iunias An.1369. In Lib. albo paruo Caſtelli Pariſiorum. Secundùm hæc, Francicus Senatus multa decreuit in colluſorum ſuſceptores, ac domeſtica * κυβεῖα, ſeu ludentium receptacula: Placuit eidem, talis Domum ſuſceptoris, proprietarij, Fiſco committi. Publico Areſto Pariſienſi, quod Regiis Franciæ Legibus interſeritur, prolato. 6. Kalend. Apriles An. 1547. Nec longa pòſt annorum ſerie, Principalis Aureliorum Conſtitutio omnibus interdixit Aleæ luſu, trunculorúmque, pariter & colluſorum receptione. §. 101. Exin quod aleæ luſu quis vicerit, eius actio non datur : Et ſi ſeruus, filiúſve famil.victus fuerit, patri, vel domino competit repetitio. Pauli leg. vlt. π. De aleator. Gallico itidem Molinorum Edicto, An.1566. §. 59. Deinde ſi in alea rem vendam, vt ludam, & euicta re, conueniar,

L.1 Cõtribution en deſconfiture n'a lieu,quãd le creancier eſt ſaiſy d'vn meuble, en gage.

Gageures, & Gages baillez pour Ieu de hazard.

L. 2. π. De aleat.

Ludus enim genuit tetricum certamen, & iram:Ita truces Inimicitias,& funebre bellum.

Literæ patentes Regię, die.3.April.&.23. Maij.An.1569. *de deffenſes de ieux de dez, de tables,de quilles,palet,boules, billes. Mais pourront iouer de l'arc, ou arbaleſte.*

* *Brelans.*

Lutetianum S. Conſultum,die.27.Mart. An. 1547. Extat in Tomo.2.Ordinat. Regiatum,quas Rebuffus Notis illuſtrauit.

Edictum Aurelianenſe,& Molinēſe.

Digitized by Google

uematur, exceptione ſummouebitur emptor. l. ſi filiofamil. D. quar. rer. act. Enimverò Pilæ palmariæ ludus nullo Iure inhibetur, vtpote honeſtus & ad ſalubrem corporum exercitationem comparatus. Vlpiani argumento, in l. item Mela. D. Ad leg. Aquil. Vnde & ſponſorem pro eo, qui Pila luderet, in ius vocare licuit: vt quod ludo deberetur, victori adnumeraret. Vetuſto Aureliorum Ritu, Artic. 322. Quinetiam Plato, Euſtathiuſq; Regem eum appellatum produnt, qui ſphera viciſſet: alium, contrà, qui ſuccubuiſſet, aſinum. Regius enim Sphæriſterij ludus oſtenditur familiari vitæ ratione Alexandri Seueri Imp., qui poſt Librorũ lectionem, Sphæriſterio, aut paleſtræ vacabat. Si Lampridio fidem habemus. Galliarum quoque Regem ferunt Karolum. 8., dùm pila ludentes in Sphæriſterio ſpectaret, fatali morbo correptum occubuiſſe. An. 1497. Vt ſupprimam interea, quod à Iulio Polluce, de quadriformi ſphæræ luſu, memoratur: cuius ſtudioſos veteres fuiſſe, ex eodem Scriptore colligimus. Feriatis tamen diebus nemini patere Sphæriſterium, decet, pilæque ludum iis horis aperiri, quibus, Diuini cultus ſolennia in Templis peragantur. §. 25. Aurelianen. regiæ Sanctionis. Palmarij item ludi locator, illicitè pignora, vel cautiones debiti æris à minore. 20. annis corraſerit, à famulis, ſeu vilis Artificij cultoribus: Quos nec, iudicio perſequi, fas eſt illi, vt pilarum pretium ſibi dinumerent. Melodunen. Conſuet. Art. 329. & Normanicæ. 521. Noxij demùm vetitíque ludi, & Iure conceſſi diſtinctionem profert M. Tullius. 1. Offic. Sed iam, miſſis ludis, ſeria noſtra, Iudiciorúmque pignora repetamus.

Pilæ ludo, omnes corporis partes æqualiter exerceri, ait Galen. De parua Sphæra.

Aurelianen. Conſuet. *Vne perſonne, qui à reſpondu pour autruy au ieu de Paulme, eſt tenu de la perte, ſans qu'il ſoyt beſoing à celuy qui a gaigné, de faire appeller le principal perdant.*

14 SI PIGNORA CAPIENTE vno, aliis creditoribus ſuperſint debitoris bona idonea, illius præoccupatio ac poſſeſſio iſtos repellit. Vt ſuprà dictum fuit, ex §. 178. & 181. Pariſien. Legum. Aſt de re ſoli prehenſa, diſſimile iudicium eſt. Nam ſi vni, in prædia debitoris mitti ſe, permiſerit Prætor, non tam perſonæ ſolius petentis, quàm aliis creditoribus, & in rem permiſſum videtur: Omnibúſque aditum fore, Paulus & Labeo cenſuerunt. Leg. 12. ff. De bon. auct. iudic. poſſid. Alio tamen loco & conditione habetur ſolennis in fundum manus iniectio, prehenſióque hypothecaria, quam de More vſurpant noui creditores Belgici, Peronenſes nempè, Royenſes, Veromanduíque pluſculi: Bononiæ maritimæ Municipes, Ambiani, Pontiuenſes. Qualis pigneratitia poſſeſſio non alij confert creditori, quàm in poſſeſſionem eunti. Quemadmodùm Prætorio in pignore, qui priùs in poſſeſſionem miſſus ſit creditor, antiquiori etiam antefertur, ſeriùs prehendenti fundos debitoris. leg. 2. Cod. Qui potior. in pign. Hâc verò, in priuilegiaria debiti cauſa, minimè neceſſariam præoccupationem, arguit inſigne Senatus decretum poſtridie Kalendas Quintiles An. 1551. De quo nuncupatim Molineus, oculatus teſtis, ad §. 65. Ambianæ Conſuet. Ac ipſemet adeo reſtituti Moris Ambiani contextus, An. 1567.; excipit à pa-

En ſaiſie, & arreſt d'Immeubles, preuẽtion n'a lieu, cõme de Meubles.

Pays de Nantiſſement.

Hypotheque par Nantiſſement, & miſe de faict; quaſi antiqua prædiorum Fiducia ſeu fiduciaria creditorum poſſeſſio: De qua, Paulus, Receptar. Lib. 1. Tit. vlt. Et Lib. 2. Tit. 13.

Curiæ placitũ, die. 2. Iulij An. 1551. *Qu'vne Rente retenuë, ou cõſtituée pour ſupployement de partage, n'a beſoing de Nantiſſement, ou realization.*

Digitized by Google

trijs vulgaribus Formulis tacitas ex Lege hypothecas. Artic. 139. Cui planè contrarium vſurpatur Flandrico Inſulanæ Ritu vrbis & regiunculæ. §.3.Rubr.*Des Hoſtigemens*, *&c.* Item publicè poſſeſſis iam fundis, vt auctione proſcripti væneant, inefficax redditur poſterior ipſorum Hypothecaria poſſeſſio vnius creditoris: quominùs alii, qui hypothecaria iſta Formula ſibi non proſpexerint, cum eo in rem confluant illi oppigneratam. Quùm enim, poſt bona poſſeſſa, debitum ſuum fecerit, in portionem quidem vocandus eſt: ſed præcipere cæteris nequit poſt curatorem bonis datum: pari modò creditorum omnium facta conditione. l.6. §. ſciendum. D. Quæ in fraudem credit. Quippe nec duorum inſolidùm poſſeſſio, dominiúmve eſſe poteſt, aut duæ poſſeſſiones ſimul concurrere. l.ſi vt certo §. ſi duobus D.commod.l.duo inſolidùm.ff.De precar. Cæteroquin Hypothecaria fundi prehenſio, poſſeſſióque priuata vnius creditoris, plus habet energiæ, ad debitoris technas fraudéſque detegendas, quàm purè conuenta Hypotheca. Vnde Britanni etiam Celtæ pactitiis emptionibus ſolennes adiiciunt ‖ latifundij empti auctiones, & proſcriptiones. Quod ius aſſerendi rerum dominij congruit aliquantulùm cum Iuſtinianea Nouella. 167. quæ eſt ἐπαρχικὸν. Nec multò aliter cautum reperitur Italicis Ferrariæ, ac Cremonæ Conſtitutionibus, annalem fundi poſſeſſionem, bona fide empti, cum publicis rei geſtæ contractæque præconijs, emptori parare quietum conſtanſque prædij dominium, ac perpetuum omninò contradictori cuiuis ſilentium imponere. Alexandri relatu, Iuris reſponſo. 35. &. 212.Volum.6.Ob éandem fermè rationem, Gallico cum Anglis bello, iuſſi ſunt olim Pariſienſes cuncti, hypothecariæ manuum iniectionis formam obſeruare, qualem Belgæ creditores: ſtatutúmque, prædia haud aliter hypothecæ ſupponi Pariſiis, quàm ſi nouus creditor in eorum poſſeſſionem immitteretur. Edicto Regiis verbis concepto, 6. Kalend. Iunias An. 1424. quod in Acta Curiæ regeſtum fuit luce. 30. eiuſd. Maij. Tùm enim pactarum Hypothecarum mole, obruta Lutetiæ Ædificia, Vrbem ſua peſſundabant ruina, dùm nudis Pactis hypothecarij creditores, in Foro inuicem altercarentur. Vbiuis autem ciuico Ritu, etiamdùm miſſione in poſſeſſionem ſola contrahitur pignus, (vtpote in Belgio,) ea reſpicit ius tertij duntaxat: cuius potiſſimùm interſit, onera fundorum cuique patefieri. Nam præter cauſam recti Domini, & creditorum clientuli poſſeſſoris, idoneè quæritur ibidem hypotheca authenticis priuatarum conuentionum tabulis, non modò in debitorem, ſed eius hæredes. Quippe qui hypothecario iudicio conuenti, ſinguli ſolidum exoluere vulgò damnentur: Etſi vnicuique, hæreditaria pro parte ſolùm, præſtatio incumbat. Rem ita dirimente Molineo, ad §. 119. Veromanduæ Conſuet. Quod Ambianæ quidem Legis verbis apertè ſatis indicatur. §. 137. &. 159. Cum eiuſdem Molinei Notis ad §. 66. vetuſtæ

De tacitis huiuſmodi & priuilegiarijs Hypotheeis in Patria *de Nantiſſement*, Nos Lib. 1. Legum Andeg. Cap.79.Art 7.

Conſuet. *de la Salle, Baillage, & Chaſtellenie de l'Iſle*, ſolenniter emendata An.1565.

Hypotheca ex Iudicato, inducta Molinenſis Edicti Art. 53., non extenditur *au pays de Nãtiſſemẽt*, cuius Conſuetudini ſpecialiter derogatum non eſt. Cap.1. De Conſtitut.In. 6. Nam Rom.Lege, ex Iudicato nulla hypothecaria, ſed perſonalis in factum actio ſolùm dabatur, & Gallico Vſu. De quo, Magiſter in Tract. *Des Criées* Cap.32.

‖ *Miſe de faict, & decret de droict.*

Bannies, & Appropriances d'heritages. Briton. Conſuet. Cap.14.*Des Appropriances par bannies, & praeſcriptions.*

Statuto Ferrariæ, qui rem acquiſiuit iuſto titulo, cámque poſſedit per annũ, poſt tempus Cridarum pacificè, tutus eſt, & cuique impoſitum ſilentium intelligitur.

Cremonenſe Statutum, de venditione facienda, cum beneficio Cridarum.

Literæ patentes, die. 27. Maij An.1424. *que Nantiſſement ayt lieu en la ville, Preuoſte, & Viſcomté de Paris: & que ſans Nantiſſement actuel, hypotheque n'y pourra eſtre conſtituée.* Ex Lib. nigro Caſtelli Pariſienſis.

tuſtæ Conſuetud. Ambianorum. Secundùm quæ, Lutetiani PATRES nuper litem adiudicarunt Dionyſio Symoni, hæreditario creditori, in debitoris hæredem quemq; agenti Hypothecaria formula, ex nudo Obligationis Inſtrumento, nec Iudiciaria bonorum poſſeſſione veſtito, pro Moribus Bononię Belgicę. Decreto, 16. Kal. Apriles. An. 1601. in. 4. Claſſe Curię Inquiſitoria: apud quam, Dn. Pinon eam Fori controuerſiam ſigillatim recenſebat.

Areſtum Curiæ, Die. 17. Mart. 1601. pro Dionyſ. Symone, Dn *de Marquemōt*, Regis Secretario, intimato, contra Franciſ. *de Vvicquet* appellantem, & alios hæredes Magiſtri Aquarum & Syluarum Bolonienſium, *tenuz hypothecairement, comme le deffunct debiteur, nonobſtant le deffaut de nantiſſement dud. creācier.*

PVBLICI rurſus commodi intuitu, bona quædam hypothecis eximuntur, non ſolùm priuatim contractis, ſed iudiciariis quoque, ac Prætorio pignore. Neceſſaria enim Agrorum culturæ Animalia, Inſtrumentáque pignerari vetantur, prætextu Fiſcalis etiam æris debiti, nedùm priuati cuiuſuis. Regia Lege poſtridie Idus Martias An. 1595. cui Senatorius Ordo ſubſcripſit, Duodecimo Kalendas Apriles ſequent. Nam & olim, Ruſtico operi glebæque addicta ſupellex Aratoris, tegebatur publica fide, præſidio, immunitatéque capiēdorum pignorum, ex creditis pecuniis. Quod nos quidem peregrinis æquè, ac indigenis Legibus Francorum adprobauimus dudum. Lib. 1. De PRIVILEG. RVSTICOR. Nec Agreſte ius iſtud ſilentio tranſmiſit Maſuerius, Aruernus, (in §. item executio, per quam impeditur Agricultura. Tit. De execut. & ſubhaſtat.) Nec Benedictus, in Repetit. Cap. Raynutius Verſ. & vxorem nomine Adelaſiam. Sic ciuica Brageraci Conſtitutio, Petragoriorum oppidi, vindicat expreſſim à Præconia bonorum prehenſione auctionéque Boues aratores, & animata fundi Inſtrumenta. Artic. 28. Idem præterea Lotharingis Mos inoleuit. Cap. 20. Rubr. De pigneratione bonorum. Bearnenſes itidem Aquitani, patriis Inſtitutis cauerunt, Viatoriam manum aratoriis Animalibus minimè iniiciendam, fundúmque inſtruentibus aliis: priuſquàm debitoris Agricolæ pignora reliqua excuſſa eſſent, & à Præcone diſtracta. In Codice Bearnenſium Conſuetudinum. quas reſtitui, ſcriptíſque mandari præcepit Erricus. 2. Nauarræ Rex, & Bearnius Princeps An. 1551. Haud diſpari Noricorum veterum lege, SI QVIS OVES IN PIGNVS INTVLERIT, TACEAT DE CAVSA, PRO QVA PIGNVS TVLIT, ET CVM SOLIDO COMPONAT. NISI FORTÈ ILLE HOMO ALIAS RES NON HABET, PER QVAS POSSIT PIGNVS TOLLERE, NISI IPSAS OVES. Tit. De Ouibus in pignus ablatis. Ex priſco Volumine Legis Salicæ, Alemanor., Saxon., Boioarior. In Sicilia verò, tùm demum pignerantur aratorij Boues, quùm Pacto nominatim ita obligati ſint, vt liberè prehendantur. Principali Conſtitutione Karoli. 2. (quæ incipit, *Boues aratorios.*) alterius moderatrice, qua primus Karolus omnimodò prohibuerat, talia pignora à creditoribus capi. In Rubr. VT BOVES DOMITI NON PIGNORENTVR. De quibus, fusè Matthæus, ad Neapolit. Conſtitut. Vt nullus Officialis &c. In media necnon Italia, Lucenſis, Hetruriæ, ciuitatis Iure proprio, immunia ſunt pigneratione bonorum, non modò inſtruentia fundos anima-

Errici. 4. Edictum *pour les Laboureurs*, die. 16 Mart. Verificatum in Parlamento die. 21. Mart.

Cap. 7. Partis. 1. Lib. 1.

Verſ. & vxorem Num. 905. & ſeq.

Statuta de Brageraij en Perigort.

Lotharingiæ Conſuet. ſcriptæ Tit. *Des Arreſts ſaiſies, gageries &c. En priſe & execution de meubles ne doruent eſtre prins gages paſturans, ſur tout les cheuaux & beufz tirans à la charrue, ny les Ouſtilz d'vn Ouurier, &c.*

Lós Fori & Coſtumas de Bearn. In Rubr. *Deus Recebedors,* Artic. 2.

Normani Ruricolæ idem Priuilegium à Franciſco. 1. ſumpſerunt. Edicto Menſ. Decemb. An. 1540. Art. 29.

Boioariorum Lex priſca.

Vtriuſque Siciliæ Lex Regia.

Digitized by Google

> Lucanæ ciuitatis Statuta antiqua, quæ, reformatis nõnullis, omologata ſunt in publico Vrbis Cõſilio, An. 1539.

lia, ſed *Marrones, Vangæ, Marrellæ, Sartoria, Pennata, Putatoria, Vomeres, falces, & alia Ferramenta, ad Agri culturam deputata. Item feriato Vindemiarum tempore, tina, barilia, ſeu bigongiæ: Nec eo tempore prehendi poſſunt equi, muli, & aſini. &c.* Statutor. Lib. 3. Cap. 159.

> Diſtributiones quotidianæ Canonicorum.

> Cap. vlt. De Magiſtr. Verſ. quùm denario fraudari nõ debeãt, in vinea Domini operantes.

> Sic nummaria ſtipendia familiarium Principis, eiúſque Militum ordinariorum, areſtari vetantur pro debito *entre les mains de leurs Threſoriers, & Payeurs, fors pour raiſon de leur viures, harnois, & chevaux*. Ordinat. regia. 20. April. 1553. in Senatu publicata, die. 4. Maij ſeq.

DIARIA item Flaminum Templi, ſportuláſque diurnas inuadere, nefas profano creditori: ni forſan, deficientibus bonis aliis, eò decurratur, grauiſſima de cauſa. Vt piè ſenſit Ioh. Andræas, ad Speculat. in §. vlt. De hæret. Ex Pontificio Honorij. 3. Reſcripto, ſuper ſpecula De Magiſtr. Contra ancipitem de eo Vilhelmi Durandi opinionem, in cita. §. vlt. Diurnæ enim Operæ non ſunt in fructu, nec ipſarum merces in bonis deputatur pignori obnoxiis. l. 3. ff. De oper. ſeru. l. ſpem præmiorum Cod. Quæ res pign. l. ſtipendia Cod. De execut. rei iudic. Bartol. ad l. commodis præmiorum D. de re iudic. Exin Sacerdotij fructibus non accenſentur quotidianæ ſacri ſtipendij erogationes, quæq; Eccleſiaſticis Sodalibus indies tribuuntur. Cap. licet De Præben. In antiq. Extrauag. Suſcepti Eod. Tit. Cap. de cætero De cler. non reſid. Huc accedunt Hoſtienſis Notæ, ad Cap. vlt. De pecul. cler. Et Cap. vlt. De Magiſtr. Guymerij pariter, Scholiographi Pragmat. Sanctionis. Ad Tit. De Annatis. In ver. fructus. Vnde ſacri Beneficij fructus reddere condemnatus, non reſtituit diurnas Annonas. Boërij Deciſion. Burdigalen. 340. At Sacerdotales alios reditus capi iure pignoris poſſe, innuit Lucius. 3. Pontif. in Cap. conſtitutus De fideiuſſ. Tales enim perceptiones temporariæ libero diſponuntur Sacerdotis arbitrio, & abalienantur. Innocentij. 3. Epiſtola Decretali. 2. De locat. Et Cap. vlt. Ne Præl. vic. ſuas. Magiſter autem ſcribit, annuos Eccleſiaſtici prædij fructus, qui ſolo cohæreant, pignerari, ius eſſe creditori: ſed à ſolo reſectos, tanquam Mobiles, ius non eſſe. Quaſi Philippinum Cleri, de Mouentibus, priuilegium, ad alia protrahatur, quàm ad domeſticam Clerici ſupellectilem, ordinariáque domus Inſtrumenta. 16

> Ægid. Magiſt. in Lib. Deciſion. Tit. *Des Crides*. Cap. 45.

> Huius Priuilegij tenor exſcriptus eſt ſuprà Lib. 1. Tit. 1. Art. 8.

> *De ne deſcouurir les Maiſons pour debte ciuile.*

PRÆTEREA ciuilis decoris gratia, ſplendidíque cultus Ciuitatum, vetantur Apparitores, qui creditorum rogatu Obligatorias tabulas exequuntur, Iudiciſve Sententias, detrahere quicquam & abradere ex debitoris Ædibus obligatis. Etenim Diuorum fratrum eſt Reſcriptum ad libellos Prócliani & Epitynchani, ob debitum publicum deſiderantium, vt ſibi diſtrahere Ædificia, demolirique permitteretur: Qui eis diſtrahendi copiam denegarunt. l. cætera §. hoc Senatuſconſultum. 1. D. de legat. 1. Et Pauli lege. 52. ff. De contrah. empt. Quòd ſi Reipublicæ debitor latiter, nec eius proſcriptarum Domuum licitator occurrat, has nihilò ocyùs diruere licebit: vt tigna, tægulæq; væneant in cauſam publicè debiti æris. Rempublicam enim ſuo carere præſtat, quàm Vrbes ædium ruinis deformari. Iuxta ea, quæ Romanus Senatus cenſuit, 17

Digitized by Google

cenſuit, Auiola & Panſa Coss. Ac Vlpianus, lib. 37. ad Edictum. Diuerſum tamen, P. Caſtrenſis queritur ſua tempeſtate receptum vſu Romano. Annotation. ad præd. §. hoc Senatuſconſultum. In Gallia ædepol, quauis ex re pecuniæ, demoliri prohibitum ædes debitoris. Regia Philippi. 4. Sanctione Mart. Menſ. An. 1302. Philippi. 6., An. 1338. Et Karoli. 6. An. 1408. Ex ſcelere autem & flagitio, domus tecta reuelli poſſe, declarat vetus S. C. *Parlamentare* Diualium, An. 1283. Quod Parte. 7. Senatorij Styli deſcriptum eſt. Cui aptè conſonat Bonifaciana Lex, de crimine perduellionis, Cap. Fœlicis De pœn. In. 6. Reliquis verò in noxis ac maleficiis, domuum euerſionem improbant Neapolitani. Afflictus in Neapolit. Conſtitut. *De literis citatoriis*, Num. 6. Speciatim vtique Namurcenſi Belgarum Magiſtratui ius eſt, ab inueterato More patrio, ciuium Ædificia ſolo adæquare, ob violatum fidei tutelæque publicæ præſidium, ſeu ob vim muliebri pudicitiæ illatam, parricidium, furtum, aliáque id genus atrociora: de quibus antea multorum teſtationes probationéſque erutæ ſint. Atque, vt tetricos rigidóſque creditores perſequat, horum duritiem nonnihil emolliit vis ratióque humanitatis. Si quis putà mutuas dederit pecunias hac lege, vt non reddentis die dicta promiſſoris pugnus abſcindatur, Ratúmne eſt pactum iſtiuſmodi? Nam ita ſuo æuo conuentum aliquoties, narrat Vido Papius, ſed tanquam bonis moribus aduerſum reprehendit. Quæſt. 278. Tametſi enim liber homo ſit quiſque, non tamen dominus membrorum ſuorum. Priſca certè Lex, de nexis, iniquiſſima viſa eſt: quid hæc membrorum ob æs alienum partitio? ſeu potiùs carnificina? Eam planè ſecandi, partiundíque humani corporis immanitatem exhorruit Phauorinus philoſophus, in Decemuiralium legum diſceptatione cum Sexto Cæcilio Iuriſperito. Cap. 1. Noctium Attic. Lib. 20. Quin & Othomanicus Princeps deteſtatus legitur talem fœneratoris Turcæ, cum Chriſtiano debitore, ſtipulationem, illúmque ab huius ſcindenda carnis vncia abſterruiſſe: indicto capitali ſupplicio, ſi plus, minúſve pacta vncia ſecuiſſet. Vt Turcicæ Hiſtor. monumentis conſtat. Calicutanis quidem ſancita Lex eſt barbara ac immanis, apud Ludouicum Patritium Romanum: qua Lege, debitor à creditore incluſus anguſto terrę circo, exponitur quibuſq; dilaniādus, nedùm creditoribus, niſi debita nomina diſſoluat: aut illìc omnibus exoſus, fame enecatur. Aſt tolerabilior ſanè Hiſpanica in reum debendi coerctio, vt inops iſte, quaſi mancipio & nexu, tranſeat in herile creditoris imperium, eique ſeruiles tandiu præſtet operas, quoad, inita harum æſtimatione, ſatis credito factum ſit. Quo de More Iberico, poſt Didacum, ſcripſit Antonin. Theſaurus, Deciſ. Pedemont. 153. & Aluarus Valaſcus, Luſitaniæ ſenator, in Conſultat. Luſitan. 30. Tomo. 1. Eodem quoque Saxonas Iure vti, refert Matth. Colerus, in Tract. De Proceſſib. executiu. Parte. 1. Cap. 3. Quòd ſi benè

L. 1. ff. De tig. iunc. Verſ. ne ædificia ſub hoc prætextu diruantur.

Areſtum in Parlamento omniū Sanctorum, An. 1283. Quòd Baillious Ambianen. iuſtè deſtruxit domū clerici de Frotis, ſitā in feudo laïcali, quia hic trāſgrediendo bannum Regis, receptarat bannitos Regis.

Conſuet. *de Namur*, Tit. De Iuriſdictione, *que Officier pourra briſer & rompre maiſon des Bourgeois pour treues briſees, qui eſt Infraction de ſauuegarde, membres affolez ou perduz, homicides, meurdre, larcin, force de femme, ou aultres cas enormes paraument veriffiez.*

An homo ſe ad pugni amputationem obligare poſſit.

Quid videri efferatius poteſt, inſit, quā membra & artus inopis debitoris ſæuiſſimo laniatu diſtrahi, ſicut nunc bona vænum diſtrahuntur?

In Itinerario rerum Indiæ, Lib. 1. Cap. 9.

In Regno Caſtellæ, debitor incarceratus, datur ad ſeruiēdum creditori. Sed ibidem Nobiles, quos Hidalgos vocant, in carcerem mitti non poſſunt pro debito ciuili, ex regio Nobilitatis priuilegio, niſi huic in Obligatione ipſa renuncient. Couarruuias in Cap. Quāuis De Pact. In. 6.

Pedemontani Senatus Areſta.

prædiato debitori præſens tantùm deſit pecunia, Subalpinus Senatus prudenter aſſolet, illum, oblatis creditori, quæ optare maluerit, fertilibus prædijs, ære alieno penitus liberare. Theſauri Deciſione præd., ex Iuſtinianea æquitate, in Authen. Hoc niſi debitor Cod. De ſolution., deprompta, ab Authent. De fideiuſſor. §. quod autem. Quæſitum rurſus fuit de pecuniaria Obligatione hoc modo contracta, vt ſponſor, niſi promiſſis ilicò ſtetiſſet, Diris ſe imprecationibus deuoueret, ſacraque execratione obſtringeretur.

Nûm ſub pœna excommunicationis obligatus quis Pacto rectè dicatur.

Sed hoc pariter ſponſionis genus exploſère Pontificij Canones, corúmque Scholiaſtæ, Hoſtienſis, Innocent. ac Panormit. in Cap. P. & G. De offic. deleg. Priuata nimirùm cautione neutiquam labefactatur Ius publicum, nec ſocietate piorum amoueri poteſt quiſquam, niſi ritè cognita cauſa, & præuia monitione canonica. Cap. contingit. 2. De ſenten. excomm. Can. illud Can. nullus. XI. Quæſt. 3. Can. nemo. 2. Quæſt. I. Cap. cùm æterni De re iudic. In. 6.

Conſuet. *de Malines*, Tit. De contractib., conuention. & fideiuſſion.

Quam in ſententiam conſpirant Mechliniæ Belgicæ leges Municipales, Romana lingua ſic expreſſæ. NEMINI, NEC CIVI, NEC INCOLÆ MECHLINIENSI FAS EST, IN LEGIBVS PACTI, POENAM EXCOMMVNICATIONIS PRÆSCRIBERE. His ſubnecto Apoſtolicos Clementis. 7. Codicillos Nono Kalendas Iunias, An. 1530. hac verborum ſumma. QVÒD NVLLA CIVITAS, CASTRVM, VILLA, LOCVS, TERRITORIVM, VEL DISTRICTVS, PRO DEBITO PECVNIARIO, ECCLESIASTICO INTERDICTO SVPPONI POSSIT.

Bulla Clementis. 7. die. 24. Maij. 1530., ſumpta ex Lib. Collectaneo diuerſarũ Conſtitution. & Literarum Rom. Pontif. à Gregorio. 7. vſque ad Gregoriũ. 13.

Quinimò grauioribus tantùm ex flagitiis Pontificio fulmini locum eſſe, indicat D. Paulus., 1. Corinth. 5. Nec qualibet ex noxa, tametſi lethali, ferendum anathema, ſæuáque deteſtatio: niſi tenaciſſimo quodam errore animi inemendabilis fiat, qui maleficium admiſerit. Paulina Epiſt. 2. ad Theſſalonicenſes Cap. 3. Vnde B. Cyprianus ait, ſpiritalem hunc Gladium, publico in crimine duntaxat, maximíſque de cauſis diſtringendum. Quibus congruit Agathenſis Synodi ſanctio, Cap. 5., cum Francica lege Karoli Mag. (Cap. 136. Lib. 1.) Verſ. VT EXCOMMVNICATIONES PASSIM, ET SINE CAVSA NON FIANT.

In Can. Epiſcopi. 11. Quæſt. 3.

Haud diffitemur hercle, ſacra ECCLESIÆ vincula á nemine contemni oportere. D. Chryſoſtomi iudicio, in Epiſtol. Paul. ad Hebræos. Ipſis necnon Hebræis, Monitorij libelli, Diuinæque prænuncij iræ deſpectu, comminatus eſt Hieremias graue excidium. Aſt leuicula pecuniæque de re, vetuit Aurelianenſe Concilium. 5., ſacri Magiſtratus faſces exerceri ſeueriùs, Chriſtianóque cœtu quenquam abdicari. Childeberto Gallorum rege.

Cap. 36.

Cap. 2. circiter tempora Pelagij. 1. P.

QVOCIRCA, cedente bonis debitore, nil reliqui eſt credi- 18
tori, quo in illum duriùs agat. Sepoſito eo, quòd mercium negotiator, qui bonis cedat, tenetur alicubi, fuluum ſeu viride pileolum geſtare. Ex vulgari Lauallorum Cenomaniæ mercatorum ritu,

Digitized by Google

ritu, Senatui probato. 6. Kalendas Quintiles An. 1582. Decreto ſecundùm creditorem, Marinum Monachum, aduerſus Vilhelmum Buhiquium, debitorem; qui prouocarat à Lavalli Iudicis Sententia, dicta. 5. Idus Septembres An. 1580. Cui haud ineptè adplicatur pontificium Pij. 4. Diploma Sexto Kalendas Nouembres An. 1561. DE BIRETO VIRIDI DEFERENDO A PETENTIBVS CAP. ODOARDVS. Quod vtique Diploma extat in Collectione diuerſar. Conſtitut. & Literar. Roman. Potif. à Gregorio. 7. ad Gregorium. 13. vſque. Decoctores tamen, & fraudatores creditorum, qui foro cedant, puniendi ſunt extra ordinem, nec publica cuſtodia, pœnáque ſoluendi, ex ceſſione bonorum. Edictis Franciſci. 1. tertio Idus Quintiles An. 1533. Karoli. 9. An. 1560. §. 144. & Henrici. 3. An. 1579. §. 205. Queîs affinem in Belgio ſuo Conſtitutionem tulit Karolus. 5. Imp. pridie Idus Octobres An. 1531. tum Quarto Nonas Octob., An. 1540. Ac Flandri quidem ipſi perrarò vtuntur bonorum ceſſione, quòd in fraudem creditorum exquiſita, plurimùm officiat Mercaturæ. Vt inquit Damhouderius Brugenſis, In Praxi rer. Ciuil. Cap. 70. Allobrogibus certè, pura bonorum ceſſio, ignominioſa creditur ac propudioſa. Qualem Edicto præſcripſit Sebuſianorum Dux Amedeus, Idibus Maijs An. 1477., graphicèque expreſſit Antonin. Theſaurus, in Subalpina Deciſione. 34. Humanitatis demùm gratia, reis vinctis indultum eſt Lucana Hetruriæ Conſtitutione, vt ab ijs dietim alantur, quorum poſtulatu vinculis publicis diſtricti ſint.

Areſtum Curiæ, die. 26. Iunij. 1582. confirmans Lavalli Iudicis Sententiam, die. 9. Setembris, An. 1580. *à l'audience de la cauſe.*

Bulla Pij. 4. P. die. 27. Octob. 1561.

Banqueroutiers.

Edictum, die. 13 Iulij. 1533.

Karoli 5. Cæſ. in Flādria Edictum, die. 14. Octobr. 1531. & 4. Octob. An. 1540.

Sabaudiæ Ducis Ordinatio, quòd bonorum ceſſio publicè fiat ſuper lapidē à debitore nudo in camiſia, & veſtibus exuto, ad cæteros profuſos homines deterrendos.

Lucēſium Statutor. Lib. 1. Cap. 124. De alimentis præſtādis carceratis, ab eis, ad quorum petitionē, in carceribus detinentur. Iuxta Gloz. in l. vlt. Cod De erogat. milit. anno. Lib. 12. Et Bart. in l. ſanctum. ff. De rer. diuiſ.

19 QVVM debitoris pignoribus regia manus iniicitur, creditor tenetur, ibidem domicilium conſtituere, vbi bona pignerentur. Antiquiſſimo Franciæ, ac Pariſiorum More, quem vulgò promit Liber. 2. Gallicarum Conſuet. Tit. De executione literar. Vice verſa, debitoris laribus domeſticis nunciari ſufficit captorum pignorum diſtractionem, nec eundem compellare & alloqui, neceſſe eſt Mobilium pigneratori. Lege Regia, Nouemb. Menſ. An. 1527., relata in Commentarios Curiæ, Nono Kalend. Apriles An. 1528. Secundùm *Parlamentare* Decretum poſtridie Martinalium, 1392. quo, Pictonicus Mos ritúſque contrarius obliteratur. Auctore Ioh. Gallo, qui ea ætate Iuriſperitus Lutetiæ effloruit. Quæſt. 269. & 270. Etſi verò obligati res inuadere non liceat, iudicióve damnati, niſi certa ex re ac liquida. (§. 166. Pariſien. Legum). Inæſtimatos tamen aruorum fructus reddere condemnatus, licitè cogitur pignoribus captis. Artic. 79. Franciciæ Conſtitut. An. 1539. Et d. §. 166. Morum Pariſien. Quippe quùm annua fructuum ipſorum æſtimatio pateſiat actutum Tabulario Regij Fori, ex quo lata Sententia ſit. §. 94. 102. 103. 104. præd. Sanctionis regiæ. Nec Principalium modò Tribunalium Actis renunciari oportet à Mercatoribus identidem, adſcribíque præſens frumentorum pretium Regiun-

Regia Ordinatio in Senatu regiſtrata, die. 24. Mart. An. 1528. Et in Caſtelleto Pariſ.

Inter Areſta expedita in Parlamento cœpto in craſtino S. Martini, An. 1392. non recepta Conſuetudo Pictauen., quòd nil valebat executio in bonis alicuius, niſi primò perſonaliter ſummaretur de ſatiſfaciendo.

Pariſ. Conſ. Verſ. *Et neantmoins ſi l'eſpece eſt ſubiecte à appreciation, on peut executer, & adiourner à fin d'apretier.*

Digitized by Google

culæ cuiuſque (vt cita. §. cauetur) ſed forenſibus etiam aliis Regeſtis maiorum Vicorum, & Oppidorum , in quibus emporia publicíque mercatus habeantur. Sicuti AMPLISS. ORDO, regij Cognitoris poſtulatu, decreuit Nonis Februar. An. 1543., Rebuffo memorante: Et Quinto Kalendas Decembres, An. 1593. apud Turonas facto S. Conſulto, ad prouocationem à Salmurio Andium proprætore: Inter Martin. Peguinellum, actorem, & Petr. Poiſſonem, Laurent. Arcambaldum, cum litis conſortibus, reos.

Placitũ Curiæ, die. 5. Februar. An. 1543. Ex Tomo. 2. Ordinat. Regiar. In Rubr. De Fructibus.

Iudicatum Curiæ, die. 27. Nouẽb. 1593. *ſur l'appel du Iuge de Saumur. Touchant le rapport de la valeur des gros fruicts par les marchans au Greffe de Fayclaunneuſe, ſubalterne, ou y auoit gros Marché ordinaire.*

20 VSVVENIT, ad hæc, Ciuilibus diſcordiis, proceres Ciuitatum, à Plebeia fæce, domo vrbéque pelli, ac eorum Nomina à debitoribus proteruè exigi. Pacata dein Prouincia, reduces creditores ſuum à reis debendi intrepidè repoſcunt: quòd mutata tempeſtate, mutandam ſibi velificationem proponant. Quæritur, an debitor, qui ſemel exoluit concitatæ Plebi, nunc legitimum repellat creditorem. Id namque Italicis Vrbibus obtigiſſe, enarrat Bartolus in l. creditor. ff. De ſolut. Ac Phil. Decius, in Reſpon. 25. de Communi Piſarum, in Florentinos: quorum ſeruile iugum, mota ſeditione, Piſani excuſſère An. 1495. Quo tempore, Karolus. 8. Rex noſter Italicam expeditionem obibat. Tali ergo controuerſiæ Fori diſtinctionem hanc adhibeto. Aut partium duces Oppidani debitum æs extorſère in obærati iniuriam, aut creditoris, aut purè abſolutéque, neutrius odio vel contumelia. Primo caſu, obligati periculum eſt, d. l. creditor. Et Publij Mutij iudicio, in l. penult. D. ſolut. matrim. Vbi de Licinia Gracchi, qui in ſeditione cæſus fuerat, vxore, creditrice. Sinautem creditori inimica Ciuium factio perſequatur eius Nomina ac debitores, Rei tùm diſcrimen impendet illi, nec in caput iſtorum quicquam deriuatur. Titi Caij leg. Si merces §. culpæ D. loc. l. Paula Callinico §. vlt. ff. De leg. 3. l. liberto §. Lucius. ff. De ann. leg. Quòd ſi Plebs, nulla cuiuſquam ſimultate aut inuidia, exegerit alienum priuati nomen, ac debitum; Tunc nummariæ quantitatis iactura redundat in creditorem: ſpeciei verò debitæ, in reum promittendi. l. lectos. Et ſeq. ff. De peric. & commod. rei vend. l. vlt. ff. De pignerat. act. In hunc ſenſum ritè trahuntur à Nobis ſcripta, Lib. 2. De PRIVILEG. RVSTIC. Atque hæc notatu digna præſcribunt Italici ambo Legum Interpretes ſuprà relati, ob frequentes quondam patriarum Vrbium Motus. Nam, Saluiani dicto, hæc honorum prærogatiua eſt in magnis Vrbibus, vt quantùm præcellant cæteris magnitudine, tantùm præſtent peccandi licentia, & impuritate. Lib. 8. De ver. iudic. & prouid. Dei. Exempli cauſa, Gandauum Gordunorũ, Metropolis Flandrię, quò pluribus donata fuit olim Priuilegiis à ſuo Principe, eò contumaciùs in eum tumultuari conſueuit. Subinde tamen, ſedata rebellione, ſupplicibus ignouit ciuiliáque reddidit priuilegia Philippus Burgundiæ Dux, qui ex Flandrico

Principatu

An Communitati Vrbis ſoluens debitor priuati creditoris, ea per ſeditioné depulſi, eximatur obligatione. De quo Baldus, in Conſil. 128. Volum. 2. Nûm debitores expulſorũ vel bannitorũ, ſoluentes Fiſco, liberẽtur à creditoribus.

De hoc Piſanorum tumultu & proclamatione in libertatem aduerſus Florẽtinos, Phil. Comminius in vita Karoli. 8. Cap. 12.

Huc facit Paoli lex, Si maritus minùs facere poteſt, & dos publicata ſit, Verſ. ne in perniciem mariti mulier punita ſit. D. ſolut. matr.

Cap. 9. Partis. 2.

... Gantois.

Digitized by Google

Principatu Gandauenſibus imperabat. Venialibus Codicillis. 15. Kalend. Ianuarias An. 1385. quos ad literam deſcripſit Froſſartes, Hiſt. Volum. 2. Cap. 178. Quùm autem illi, vertente ſeculo, rediiſſent ad ingenium, armatique in Flandricum Comitem, manu conſerta, dimicaſſent, acie victis impoſitæ leges fuêre; & antiqua Vrbani ſtatus forma quadantenùs immutata. Quintili Menſe An. 1453. Vti Monſtreletus infit, Gallicar. Rer. Lib. 3. Nec longè aliter, in Brugenſes rebelles ab eo ipſo Regulo actum, voluitur Lib. 2. Scriptoris eiuſdem. Circa annum. 1437. Stante porrò Quiritum, Martiæ gentis, Republica, Tit. Didius eorum Dux ſolo æquauit Termiſi Vaccæorum oppidi muros, ciuiúmque cæſis ad. xx. millia, qui peruicaces factioſóſque aduerſus Rempubl. animos geſſiſſent, reliquos iuſſit eo loci ſine mœnibus habitare. Si Appiano in Iberica fidem habemus. Cyzicenos item capite minutos refert Dio, & in ſeruitutem ab Auguſto redactos, quòd ſeditione concitata, Romanos ciues interfeciſſent. Hiſt. Lib. 54. & 57. In Byzantios necnon ſeuerè animaduertit Seuerus Imp., bonis ipſorum publicatis: Vrbémque captam, euerſis mœnibus, libertate, ac iure ciuitatis adempto, tributariam eſſe pronuntiauit. Quam dehinc, vnà cum vicino agro, Perinthiis illuſtri munere attribuit. Dione ipſo teſte, & Herodiano. Antiochiæ rurſùm iura ciuitatis abrogauit Theodoſius Cęſar, & Laodiceæ obnoxiá illam idcirco decreuit, quia Antiocheni, coorta ſeditione, ob indictionem nouorum Tributorum, ſtatuas vxoris eius deieciſſent, quæ eminentiùs in Foro poſitæ viſebantur. Vt eſt apud Theodoritum, Lib. 5. ſacrorum Annalium. Cap. 19. 20. Et Zonaræ Tomo. 3. Haud abſimili ratione, Mediolanum diruit Fridericus. I. Imp. ſaléque conſperſit: auctoribus defectionis ſecuri percuſſis. Sub annum. 1160. Ne ex vetuſtiori Græcorum memoria Thebanos repetam, qui, Platæenſibus capite mulctatis, corúmque coniugibus in ſeruitutem adactis ex decreto Lacedæmoniorum, Platæam totam demoliti ſunt, agrúmque publico commiſſum, in annos decem locauêre. Sicuti Thucydides narrat, Græcæ Hiſt. Lib. 3. Himeram demum Siciliæ vrbem Hannibal pœnæ cauſa ſubuertit, ac funditus deleuit. Cuius rei Diodorum Siculum laudamus auctorem. Biblioth. Lib. 13. Longè verò mitiùs Pannones, priſco Iure ſuo Moribus conſtituto, in hæc verba. *Ciuitas quando capitali Sententia condemnatur, ſoli Iudex & Iurati perdunt bona, & plectuntur.*

21 DVO CREDITORES inuicem de pignore certant ſeu hypotheca fundi. Mulier, cui maritus hunc adſignarit dotis nomine, antiquiorem ſe contendit altero, Legúmque fauore, potiorem. Alter, contrà, ipſam, cum viro, prædium aliud diſtraxiſſe, dotalibus Pactis eidem adſcriptum, iuréque ſuo ceſſiſſe, in rem emptoris. Paucis quidem inde diebus, latifundium, quo de agitur, à marito emptum, ſuffectúmque fuiſſe in alienati vicem, ex quo ſua v-

Authenticæ tabulæ Burgūdi Ducis, Flādriæ Comitis, ad preces Gandauenſium ſubditorum. Die. 18. Decemb. An. 1385.

Pœnalia rebellium Ciuitatū exempla, præter ea, quæ recenſuimus, Lib. 1. Domanij Gallici; Tit. 7. Art. 16.

Scabinorum Collegium Lauduni, in Veromāduis, quod munificè inſtituerat rex Ludouicus. 6., perpetuò ſublatum & abolitum fuit ex publico ciuium crimine inſigni. Decreto Senatus Phil Pulchri regis, quod poſteri Reges comprobarunt. Vt ſcripſimus Lib. 1. Legum Andeg., Tit. 1. Art. 3.

Les portes de la Ville de la Conteſſe de Valētinois en Dauphiné abatuës l'an. 1390. par Arreſt, pour rebellion, & excez faict par les citoyens aux Officiers du Roy Ex Deciſ. 204 Ioh. Galli.

De Mediolanenſi hoc excidio, Bergom. Lib. 12.

Solius quoque dotis nomine, & propriorū [illegible]oris bonorum ex donatione ſucceſſioneuè propinquorum, nō pro Doario, aliouè lucro in res mariti Nuptijs conuento, ſaluum ſit eidē mulieri ius hypothecæ & præferentiæ in bona viri, apud Belgas Hiſpanicæ ditionis, contra mariti creditores: Qui aliàs in d. bonis, & cōqueſtibus eiuſdem vxori prçferuntur. Edicto Caroli. 5. Imp. apud Bruxellas, Die. 4. Octob. An. 1540.

Digitized by Google

xori dos conſtaret. Verùm pactitiam hanc ſubrogationem, minimè hypothecis nocere creditorum, medio tempore partis in bona, quæ haberet ille, habiturúſve eſſet. Quùm enim vltrò coniunx rem abalienarit, ſpecialiter doti obligatam, recèns conſtituta ei hypotheca non retroducitur ad diem anterioris, cuius in locum ſubſtituatur, aliorum diſpendio creditorum. l. potior. l. qui balneum. D. Qui potior. in pign. Bartolus exactè ad leg. 1. Eod. Tit. Nihilò ſeciùs arbitror, mulieris cauſam maiore niti æquitate. Hæc quippe, fundi alienationi interpoſito conſenſu, neutiquam renunciauit hypothecæ dotali generatim contractæ in bona mariti tùm præſentia, tùm futura. l. iubemus Cod. Ad S. C. Velleyan. Proin ſecunda Conuentione repetito ab ea pignore, ac nouatione facta prioribus addito, Placuit, ſuperioris temporis ordinem manere priori creditrici, tanquam ſuum in locum ſuccedenti. Vt Æmilius Papinianus notat, leg. 3. D. Qui potior. in pign. l. item quæritur §. qui impleto. D. locat. l. nouatione Cod. De fideiuſſ. Sic multis Legum Anteceſſoribus viſum eſt, vxorij prædij nomine, res viri obligatas coniugi manere, ab ipſo iam die initi primùm inter eos connubij, nedum à die venditi poſtea ab vtroque fundi muliebris, pretijque à marito recepti. Egregio Bartoli Reſponſo. 124. Nummaria itidem dote viro cauta, in huius fortunas competit mulieri pigneratitium ius non modò ex die numeratæ dotalis pecuniæ, ſed nuptialis Pacti multò anterioris. Cynus ad l. Aſſiduis Cod. Qui potior. in pign. Boerius nuncupatim, Deciſ. Burdigalen. 331. ex l. Cùm oportet §. vlt. Cod. De bon. quæ liber. Cum Afflicti Deciſ. Neapolit. 402. Caſtrenſis & Alciat. ad leg. 1. D. ſolut. matrim. Quò alludit Veneta Conſtitutio vetus, de muliebri hypothecæ iure in patrimonia viri. Quare diſſentanea ijs Conſultorum Fori noſtri opinio minùs probabitur, quam Nos deſcripſimus in Commentar. LEGVM ANDEGAVEN.

> Subrogatio nouæ hypothecæ, in locũ prioris ſpontanea alienatione remiſſę, intelligitur fieri cũ ſuo iure prioritatis, etiam in præiudiciũ tertij.

> Venet. Statutor. Lib. 1. Cap 34. Bona viri obligata ſunt mulieri à tempore quo eſt tranſducta, & ab eo die eſt prior creditoribus poſtea cõtrahentibus.

> Lib. 3. De Legib. Andium Tit. vlt. Art. 25.

22 MVLIER rurſus in fratris filium donatarium experitur Hypothecaria formula, fructuum ergô Legitimæ portionis hæreditariæ, quos frater poſt donationem perceperit. Hic putà, in coëundo matrimonio, ſplendidæ Ditionis munere affecit primigenium marem ex coniugio naſciturum. Dein ſolida parentum liberalitate diu potitus, iudicio damnatur, ſorori debitam Naturæ portionem appendere, vnà cum fructibus ab eo perceptis. Aſt eiuſdem donatarius filius, nec hæres, mordicùs defendit, ſibi data, petitis fructibus non teneri, hypothecæ nexu. Nam etſi paternam in ſe largitatem præïret antiquior cauſa hæreditariæ partis amitæ: fructuum tamen diuerſum ius videri: quorum nempe intuitu, amita in creditum iret, ſua poſterius donatione. Siquidem Iudicantis officio fructus debentur, potiùs quàm Obligationis iure & actionis. l. Ædiles §. item ſciendum. ꝟ. De ædil. edic. l. ex diuerſo. ꝟ. De rei vindicat. Ego autem ex facto conſultus reſpondi, cum

> Fructus hæreditarię partis, etſi lõgo poſt delatam hæreditatẽ tempore naſcantur, habent effectum retroactiuum ad diem mortis ejus, cui ſucceditur.

Digitized by Google

cum Vlpiano, fructus omnes augere hæreditatem: ſiue ante aditam ipſam, ſiue poſt acceſſerint. l. item veniunt §. fructus. π. De petit. hæredit. Nam vt iuſta Naturæ portio, ſic eiúſce fructus debentur à die obitus parentum communium. Authen. Nouiſſima Cod. De inoffic. teſtam. l. Papinianus §. vnde ſi quis D. eod. Singulæ item cohæredum portiunculæ, inuicem obligatæ manent, mutuóque euictionis periculo obnoxiæ hęreditarij fundi, ſeu fructuum eiuſdem, qui in parte latifundij cenſentur. Quando & permutationis vicem diuiſio obtineat hæreditatis. l. ſi familiæ Cod. famil. herciſc. l. cùm pater §. hæreditatem. π. De legat. 2. Tales igitur atuorum reditus multùm ab iis diſcrepant, qui poſt acceptum modò iudicium actori quæruntur ex petitoria certi prædij actione. Iuxta harum diſtinctionem Legum. 1. Cod. De iudic., 4. Cod. Depoſ., l. in bonæ fidei Cod. De vſur. Aſt ſi quis in rebelles publicatum à Principe fundum, quem Regio beneficio nactus ſit, diſtrahat alteri, is prę̨ſtabit huic euictionem rei, cum omni fructuum acceſſione, poſt reſtitutum in ſua iura veterem poſſeſſorem Tractatu publicę Pacis: Nequicquàm obſtante Iulij Pauli ſententia, in l. Lucius π. De euict. Quùm enim iſtîc euictionis cauſa, Iuris fictione, contractum antecedat, illius periculum ad venditorem pertinet, non ad emptorem. Angelus in l. 1. Cod. De peric. & comm. rei vend. His perbellè accommodatur lex Africani, Si fundus quem mihi locaris, publicatus ſit D. locat. Verſ. Nã & ſi vendideris mihi fundum. Atque ita Subalpinus Taurinorum Senatus pronuntiauit, ex bonorum confiſcatione decreta à Ludouico. 12. Galliæ Rege in Vermenſes Comites, Sfortianarum partium, An. 1501. quùm Inſubribus dominaretur. Ozaſci Deciſion. Pedemont. 48.

Fructus, vel vſuræ, quæ actionis iure debentur, firmiùs conſeruãtur iis, quę nudo Iudicis officio per litis cõteſtationẽ deberi incipiant. De quo, in l. Centũ Capuæ. π. De eo quod cer. loc.

Pedemontani Senatus Areſtum in hæredes Sebaſtiani *du Ferrier, Threzorier du Roy à Millan, ayant acquis, & puis diſpoſé des biens des Sfortiades proſcripez, & reſtabliz l'an. 1519. par Traicté du Roy, auec l'Empereur.*

23 Extremvm igitur nunc Fiſco locum dabimus, priuatorum creditori ab ſcelere & noxa. Nam Pariſiis quidem, capitis damnato bona adimuntur. §. 183. patriæ Leg. Verùm alibi municipatim capitalem pœnam ſola ſequitur Mouentium publicatio, qua, Iudicũ fraudi obuiam itur. Hi enim, quùm, ciuico More, bona in Fiſcum non redigi, viderent, reos mulcta arbitraria in immenſum damnabant, quę eorum fortunas omnes exhauriret. Vt argutè obſeruauit Eguinar. Baro, in Feudalium Benefic. Commentariis. De priuati autem, & Fiſci, ex mulcta, creditorum ordine, legitur peruetuſtum Francici *Parlamenti* Decretum, his verbis: Notvm facimvs, qvòd cvm Iohannes de Bretolio, bvrgensis Royæ, filiæ svæ, qvam extra dictam Villam maritaverat, magnam partem bonorvm svorvm dedisset, et Villa Royæ peteret, evndem Ioh. compelli ad solvendvm exitvm Villæ de dictis bonis, aliiqve creditores dicti Iohannis peterent, sibi satisfieri de bonis prædictis, et Bail-

Qui confiſque le corps, confiſque les biens.

Lib. 3. De abalien. & amitten. Benefic.

De mulctæ Fiſcalis, cum creditoribus aliis, ordine, Nos Lib. 3. Domanij Frãcici. Tit. penul. Artic. 1.

Ex albo Codice paruo Caſtelli Pariſien.

LIVVS VIROMANDEN. PROPONERET, QVÒD IPSE DICTA BONA VOLEBAT PRIÙS EXPLECTARE PRO QVADAM EMENDA, QVAM NOBIS DEBET IDEM IOHANNES. TANDEM AVDITIS PROPOSITIS, PER ARESTVM CVRIÆ NOSTRÆ DICTVM FVIT, QVÒD DE DICTIS BONIS, SI AD HOC SVFFICIANT, SATISFIET VTRISQVE. ALIOQVIN PRO SOLIDO ET LIBRA PRIÙS SATISFIET ILLIS, QVI REALES HABEBANT OBLIGATIONES, ANTEQVAM IDEM IOHANNES INCIDISSET IN EMENDAM PRÆDICTAM. ET DE RESIDVO, SI FVERIT, CAPIETVR EMENDA NOSTRA, ET SATISFIET PRO SOLIDO ET LIBRA, INQVANTVM SVFFICERE POTERVNT ILLIS, QVI PERSONALES HABENT OBLIGATIONES. CVIVS EMENDÆ NOSTRÆ PERCEPTIO SEQVENTIBVS REALIBVS, ET OMNIBVS PERSONALIBVS OBLIGATIONIBVS PRÆFERETVR, &c. DIE IOVIS IN VIGILIA HYEMALIS FESTI B. MARTINI, AN. 1300. Quoniam verò in his Finibus, reo capitis, cum vita, auferuntur opes, Fiſcus ſucceſſor alienum æs vniuerſum diſſoluit, ex mobili primùm, deinde immobili damnatorum ſubſtantia, quam ille occuparit. Francica Lege Karoli Mag. Inde & Carolus. 6. ex Armeniacorum bonis Fiſco addictis præcipi iuſſit priuatim debita ab iis Lutetiano cuique ciui. Regiis Codicillis Quinto Idus Apriles, An. 1420. queîs Senatus calculos adiecit Decimo Kalend. Februar. ſubſeq. Regius porrò Fiſcus Pariſiorum, ſibi aſſeruit pridem mouentes ſe res damnatorum omnes, poſtpoſitis inferioribus Iuridicis: Vnde tamen, Senatus, dominos excepit Iuriſdictionis ſibi donatæ piam in cauſam à Principe: Vtputà cucullatis ſacerdotibus Templi Germani, ad Lutetiam. Sententia *Parlamentari* lata, Martij luce. 20. An. 1343. Verſ. PROCVRATORE NOSTRO IN CONTRARIVM PROPONENTE, QVÒD SECVNDÙM VSVM, STYLVM, ET CONSVETVDINEM NOTORIAM PER TOTVM REGNVM NOSTRVM, SPECIALITER IN VICECOMITATV PARISIEN. ET IN VILLIS VICINIS, QVOTIES ALIQVA PERSONA PER NOS IVSTITIATVR, BONA MOBILIA IVSTITIATI, IN QVACVNQVE IVSTITIA SINT IN DICTO VICECOMITATV, SEQVVNTVR CORPVS DICTI IVSTITIATI, ET DEBENT DICTA BONA NOBIS TRADI, ET DELIBERARI.

In Capitulis à Karolo Imp. additis Legi Longobard. Cap. 12. De Proprio in Bannum miſſo.

Factiones cõtrariæ, d'*Armignacs, & Bourguignons.*

Literæ Regię, die. 9. April. 1420. poſt Paſcha, publicatæ in Curia, die. 23. Ianuar., poſterior.

Priſci huius Areſti ſummam voluito, Lib. 1. Doman. Frãc. Tit. 12. Artic. vlt.

ILLVD ſanè eſt exploratum, Principalem damnati in bona re- 24
ſtitutionem minoribus Dynaſtis officere, quàmlibet Fiſcali iure præditis, meríque Imperij. Vetere S. Conſulto gemino, pridie Nonas Apriles An. 1327. pro Margareta *de Hasbrouc*, in Flandrorum Comitem: Et Quarto Kalendas Iunias, An. 1328. ſecundùm Nicol.

Parlamenti Decreta die. 4. April. An. 1327. Et die. 29. Maij An. 1328.

In hãc partem vide à Nobis ſcripta Lib. 1. Domanij Frãcici, Tit. 8. Art. 13. & 14.

Digitized by Google

Nicol. Flacogneum, aduerſus Comitem Antiſſiodorenſem. Quin & exteris in Regionibus multis, damnatorum proli reſeruantur gentilitia prædia, auitáque gentis ceu fideicommiſſa. Vtpote apud Saxones, Pannonas, & alios qui ab Germano ſcriptore, Andr. Fericio percenſentur. In Orat. de Homicidio. Id quod Gallico etiam Vſu admittendum, ſuadet Molineus, ad §.24. Senonenſis, &c. 184. Montfortianæ Conſuet. Iádudũ certè Normani patriũ Ritũ aboleuêre, quo Ritu, proſcriptorũ liberi alia quauis arcebãtur propinquorũ hæreditate. S. Cõſulto Rothomagẽſi. 7. Kal. Septẽb. An. 1558. quod Neuſtriæ Moribus ſcriptis attexitur. §. 277. Antiquati enim Moris barbariẽ indicat vel cõtextus ipſe Iudicati in SCACARIO PASCHÆ apud Rothomagum An. 1235. QVÒD FILIA SVSPENSI NON HABEBIT ESCAETAM PATRIS SVI, NEC MATRIS SVÆ. Forenſi item Neuſtriæ in Conuentu apud Cadomum, An. 1244. decretum, QVÒD HÆREDES FORBANNITI NON HABEBVNT TERRAM MATRIS SVÆ, SED PROPINQVIOR HÆRES MVLIERIS. Ex bonis verò damnatorum ipſorum, liberis ſeruandam portionem, edixêre Romani Principes: Et, quo caſu, ob parentis pœnam, auferret bona damnatio, eodem liberorum rationem habendam. Ne alieni ſcilicet admiſſi pœnas darent, quos, nulla ſua culpa contingeret, ſummam in egeſtatem deuolui. Eóque Paulus I.C. monuit, opum ademptionem ex paterna noxa, ſic moderandam, vt qui ad illarum vniuerſitatem venturi erant iure ſucceſſionis, ex ea portiones conceſſas obtinerent. Lib. ſingulari, de portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur. Sed & Diuus Hadrianus voluit, numeroſam Albini capite puniti ſobolem in paterna ſua reſtitui omnia: cùm ampliari Imperium, hominum adiectione, quàm pecuniarum copia mallet. l. vlt. §. ſi plures. ff. De bon. damnat. Ac Iuſtinianus dehinc, Nouella. 8. liberaliſſimê reliquit filiis, cognatíſque damnatorum patrimonia vniuerſa, nedùm præfinitas portiones: vetuítque, ex iis quicquam in Fiſcum redigi. Quinimò ſtatuta patrijs Legibus bonorum publicatione ex noxa capitali, dempta cenſetur Legitima portio, liberis Naturæ Iure ſancita. Vſqueadeò, vt ſi tenuis res ſit addicta Fiſco, vixq; vnius alimentis ſuorum hæredum idonea, totam vel vnico relinqui filio oporteat. Subalpinis Auguſtæ Taurinorum Decretis. 15. Kal. Quintiles An. 1585. & ſeptimo Iduum Septemb. 1588. Quæ Antonin. Theſaurus, in Taurinenſi prouincia Senator literis mandauit. Deciſ. Pedemont. 104. Ac priſca certè Hunnorum Conſuetudine, quæ etiamdùm viget, SENTENTIATI DE BONIS, ANTE OMNIA, PORTIO FILIORVM ET FILIARVM (SI VTRVMQVE SEXVM CONCERNANT) ET FRATRVM INDIVISORVM EXCIDITVR: ET TVNC PRÆCISE SOLA CONVICTI PORTIO ADSIGNATVR IVDICI, ET ADVERSARIO. Alia rurſus Pannonum Conſtitutione pro-

Que les Propres de la ligne ne ſe confiſquent au preiudice de lad. Ligne.

Rothomagẽ. Curiæ Placitũ, die. 26. Auguſti. 1558 contra vetuſtam Norman. Cõſuetudinem. *Que les enfans procréez de ſang damné, ne ſuccedoyent à leurs autres parens, ayant leur pere confiſqué.*

Areſta de l'Eſchiquier à Rouen, & à Caen.

Stante Statuto, vt bona confiſcentur, Legitima nihilo minùs filiis debetur.

Pedemõtani Parlamenti Areſta die. 17. Iun. 1585. &. 7. Septemb. 1588. pro liberis crimínoſi damnati, contra Fiſcum.

Hæc item Hungaris ſcripta Lex eſt Conſuetudinaria. *Capitali ſententia dãnatus quando euadit mortem, bona eius non tantùm hæredes, ſed & vicini redimunt in termino, tempore executionis Sententiæ aſſignando, de manu Iudicis, & partis aduerſæ.*

uinciali, FILIVS POST PATRIS SENTENTIAM NATVS, POTEST REDIMERE PATERNA BONA A IVDICE, ET ADVERSA PARTE, PER COMMVNEM ÆSTIMATIONEM BONORVM. In Gallia tamen, cunctas ſupplicio affecti res confiſcari, nec Italus ignorauit Oldradus, in Reſponſo.17. Sepoſita hinc complurium Municipiorum Lege ciuica, quæ Fiſcalem bonorum proſcriptionem exploſit, præterquàm in crimine minutæ Maieſtatis. Quo in genere exiſtit Conſtitutio vetus Brageraci Petrocoriorum oppidi, Artic. 132.

Gallicas Prouincias, quæ bonorum confiſcationem non admittunt, notauimus. Lib.1. Domanij Frãcici, Tit. 8. Art. 9.

Statuta de Bragerac, en Perigort, pacta a ciuibus cum ſuo Domino *de Bragerac* An. 1327. & a Regibus viciſſim confirmata. Queîs, filius, filia, frater aut ſoror, neptiſuè ex filio vel fratre damnatorum capitis manent hæredes immobilium, ſola Mobiliũ ſtante confiſcatione. Sed in crimine Maieſtatis omnia fiſco obueniunt. De his Statutis Nos in Præfat. Lib. 1. Andeg. Conſuet.

ENIMVERÒ perduellium opes Fiſco vindicabantur vbique olim, 25
nulla reorum ſtirpi recepta portiuncula. Honorij, & Arcadij lege. 5. Cod. Ad l. Iul. Maieſt. Quæ perduellionis damnatorum prolem, non modò bonis exuit paternis, ſed iure etiam arcet legitimarum hæreditatum, capiendíque ex teſtamento : quaſi ciuitatem ſimul amiſerit ipſa. Iuſtinianus ſimiliter, vbi damnatorum bona publicari vetat, iſtud diſertè crimen excipit. Nouella. 134. Nam & Imperator hic, aurei Principatus initio, cùm animaduerteret in ſeditioſos, qui Conſtantinopoli excitarant horridas turbas, multorum bona Fiſco commiſit: Hypatij imprimis, qui eo in tumultu ſibi Diadema imponi paſſus erat, compluriúmque Senatorum, qui vnà capite luerunt. Sicuti à Zonara perhibetur. Sanè M. Tullius, Pro domo, dixit aliquando, mulctationem bonorum cum ſupplicio capitis non coniungi: Sed in hac tamen cauſa coniungi, fraudatis liberis, alibi oſtendit: huiúſque ſummi, & acerbi vtrique Iuris rationem aperit. Lepidus, quia Antonianam factionem ſectatus eſſet, iudicatus fuit Reipublicæ hoſtis, eiúſque idcirco fortunæ in publicum redactæ. Brutus, qui filiorum Lepidi auunculus erat, ægrè ferebat, paternis eos facultatibus nudari. Cicero, etſi Bruto tribui omnia vellet, præſertim cùm eius auxilio Reſpubl. opus haberet, ſeueritatem certè ea in cauſa defendit. Is enim, quadam ad Brutum Epiſtola, ait, ſibi illud videri crudele, quòd ad liberos immerentes pœna perueniat: verùm id antiquum eſſe, cunctarúmque adeò Ciuitatum : putà Themiſtoclis etiam liberos eguiſſe. Nec eò ſeciùs auctor fuit, ad extremum, Tullius in Bruti gratiam, vt Lepidi liberis benignè conſuleretur. Generali autem Lege Romana, excluduntur perduellium filij paterna hæreditate, Fiſco prælato, nec familiatium quidem ſepulchrorum iura retinent. Vlpiani leg.1.§.3.ff.De ſuis, & legit. Cum Papiniani leg. Pannonius Auitus §.penult.ff.De acquir. hæredit. Ita apud Perſas Fiſco adplicabantur eorum bona, qui aduerſus Regium decretum quid feciſſent. Vt Cyri Reſcripto patet, quod Ioſephus retulit: cuius ſanctione, iuſſit, eos qui ſecus agerent, in crucem adigi, *καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἶναι βασιλικάς.* Lib. 12. Iudaïc. Antiq. Cap. 1. & 4. Imò & Perſica lege, vnius ob noxiam, propinqui omnes crebrò plectebantur. Qua de Lege nuncupatim Ammianus, legíſque pœnam capitalem exegit Darius Rex ab inſontibus liberis, & familia ſceleſti Intaphernis. Quemadmodùm

Obiter nota, Karolũ.6. Codicillis, die. 12. Februar. An. 1396. (quùm antea, in Frãciæ partibus quibuſdam, non ſoleret capite damnatis adminiſtrari Confeſſionis ſacramẽtum) iuſſiſſe, iſtud eis adminiſtrari, &, non petentibus etiã, dari ſacerdotem, qui ipſos ſuæ ſalutis admoneret. Ex Lib. rubeo veteri Caſtelli Pariſien. Iuxta Viennenſe Concil. in clem. 1. De pœnit. Et can. quæſitum. 13. Quæſt. 2. Cap. ſuper eo De hæret. In. 6.

* Et ſubſtantiam ipſorum, eſſe Regiam.

Hiſt. lib. 23.

modùm Herodotus ſcripſit, Lib. 3. Nec minùs ſæuæ animaduerſionis exemplum edidit Alexander in Perſide, victo Dario, quùm Mileſiorum transfugarum, quos, Fano Apollinis Xerxi prodito, in Perſicas oras ſe recepiſſe didicerat, poſteros interfecit omnes, nouámque ab iis conditam Vrbem funditùs ſubuertit. Ex Curtij Hiſtoria. De priuatis ſanè perduellium ipſorum Ædibus, quin diruerentur, veteres nulli dubitarunt. Index facti citatur domus illa Sp. Melij, Rom. Regnum appetentis: quam exinde complanatam aſſerit M. Tullius, ac Sp. Caſſij ædes ob eandem cauſam euerſas. Fuerunt & hac in Vrbe Lutetia æquatæ ſolo ædes Dionyſ. Mercerij, Ducalis Aureliorum *Cancellarij*, auita memoria: qui perduellionis reus peractus fuerat, quòd Aureliæ Duci affuiſſet, res nouas molienti aduerſus Regem Karolum. 8. Principali huius Diplomate, 10. Kalend. Maias An. 1487. Demus autem, fauſto Principis in Vrbes ingreſſu primario, ſolui reos vinctos capitalium flagitiorum. Quod Auguſtæ pariter tributum, Gratianopolim introeunti, An. 1502., teſtatur ſenator illîc Franciſ. Marcus, Delphinali Deciſ. 18. (Parte. 1.) Et Deciſ. 153. Tomo. 2. Quale itidem Ius ſingulare Hetruſco Duci adſcribitur, Florentiam, aliauè Hetruriæ oppida primùm adeunti. Bald. in l. Huic ſcripturæ §. ſi ſeruus D. Ad leg. Aquil. Haud puto tamen, effuſa latiùs ſcelerum Abolitione eiuſmodi, perduellionem contineri, affinéque huic crimen adulteratæ Monetæ, Raptus virginum, & atrociora id genus. Cæſarea leg. vlt. Cod. De abolit. Id quod Galliæ Rex ipſe luculento Reſcripto apud Delphinates ſtatuiſſe perhibetur. Franc. Marci Deciſ. 624. Volum. 2.

Cic. Pro domo ſua.

Patentes Literæ, die. 22. April. 1487.

De hoc Regum priuilegio, captiuos liberantium, iocundo ſuo in Ciuitates aduentu, Nos Lib. 2. Loman. Franc. Tit. 7. Art. 21 Et Volum. 1. Legum Andeg. Cap. 48 Art. 6.

Gaudet quoque immunitate, qui in domū Epiſcopi confugit. Can. id cōſtituimus. 17. Quæſt. 4. Et. Franc. Marci Deciſ. 764. Parte. 2.

Digitized by Google

Titul. IIII.

DE AVCTIONALIBVS FVNDORVM PRÆCONIIS.

1. Cridarum, & Proclamationum *Forma, Iudiciario primitùs Stylo introducta eſt.*
Talem Stylum Regia dehinc Edicta, & Conſuetudines ſcriptæ partim adprobarunt, partim reformarunt.
2. *Pariſien. Fori Stylus, de lite in abſentes contumaces iudicanda.*
Stylum quendam à Præpoſito Vrbi conditum aboleuit Curia Parlamentaris.
Borboniæ, & Aureliorum Sedis Iuridicæ Stylus, à Parlamento *reiectus.*
Principalia Reſcripta, forenſem Curiarum Stylum conſtituentia.
3. *Edictum particulare, de forma publicè vendendorum bonorum in* Caſteletto *Pariſien.*
Generales Ordination. *de ſolennitate* cridarum *fundi* ſaiſiti *venalis.*
Diplomate aliquando ſuppletur ſolennitatum defectus auctionalis Præconij.
Núm, Ciuilibus in Bellis, creditores cogantur, æſtimata communis debitoris prædia in ſolutum accipere.
Creditorum poſtremi licitatio publica non admittitur cum hac conditione, vt ſibi debitum faciat partem pretij.
4. *An decretum adiudicationis fundi debeat fieri, cum onere conuenti* Doarij *Reditus annui, ceu* Rentæ foncieriæ: *an verò tale* Doarium, *quaſi redimibilis Reditus, ex fundi pretio ſolui.*
Publici emptores fundiario *Reditu onerantur, impoſito rei ſibi adiudicatæ: non autem* ſubfundiatiis *alijs Reditibus.*
Sed iſtorum ſortem ex pretio adiudicatæ rei ſumi oportet.
5. *Conuentionale* Doarium, *eiuſdem eſt naturæ conditioniſque, cum eo, cui ſubrogatum eſt,* Conſuetudinario Doario.
Vtrumuis amborum, tanquam liberis proprium, ſi ab his alienetur, retrahere licet iure propinquitatis.
Legitima item liberorum hæc, Doarij *Reditus nummarij titulo,* Statutaria, *non videtur argento redimibilis in eoſdem inuitos: ſed permanere in corporibus hæreditariis.*
Fundorum ſubhaſtatio *& venditio, regulariter tranſit cum onere* Doarij *mulierum fructuarij, creditoribus antiquioris.*
Diuerſum de poſteriori Doario, *quod nummis æſtimatum redigitur in ordinem*

Digitized by

ordinem pretij rei, creditoribus diſtribuendi.

6. *Prædij* cridæ, *&* proclamationes *faciendæ, affigendæque pro foribus Eccleſiæ* parochialis, *vbi ſitum illud ſit.*

Mobilium autem hæreditariorum venditio, publicanda ante fores Templi Paræciæ, in qua, defunctus reſideret.

Regia conceſſio perpetua de la place de Greue, Burgenſibus *Lutetiæ facta.*

Publica Vrbis Domus, à Karolo. 6. Rege Scabinis *Pariſ. adempta, & poſtmodùm reddita.*

7. Oppoſitio *creditorum ad* cridas, & proclamationes *fundi, quandocunque recipitur ante decretum adiudicationis* ſigillatum, *& emptori traditum.*

Nouus autem licitator non admittitur poſt dilationes plus offerentibus præfinitas.

Vltimo licitatore non ſatisfaciente, an præcedens liberetur.

Subſtitutionis futuræ ius opponens publicæ bonorum venditioni, eſt audiendus.

Fideicommiſſum, vel ſubſtitutio in caſum mortis alterius, intelligitur de naturali tantùm morte, non de ciuili.

Pro Doario, *viduæ fructuariæ, eiuſuè liberis proprietarijs licet, appellare à bonorum Adiudicatione: etſi horum* ſubhaſtationi *ſe non* oppoſuerint.

Electio Domicilij curanda ab opponentibus ſe auctioni creditoribus, & à bonorum licitatoribus.

Computorum *publicorum debitores tenentur, domicilium in vrbe eligere, in qua, ſit* Camera computorum.

8. *Præpoſitus vrbi Pariſien., eſt ordinarius Iudex publicæ Addictionis prædiorum.*

Bailliuus Palatij *Regij, quanta Iuriſdictione præditus ſit.*

Hic grauiora etiam crimina dijudicat: ſalua capitalis Sententiæ executione penes Præpoſitum Vrbi.

Areſta de reiglement, *inter* Præpoſitum vrbi, *&* Bailliuum Palatij.

Auditorum Caſtelleti, *quænam poteſtas cognitioque Iuridica.*

S. *Conſultum* de reiglement, *inter* Locumtenentem, *&* Conſiliarios Caſtelleti *Pariſ.*

Adiudicationis fundi Decreta fieri expedit ab ordinario locorum Iudice.

9. *Integra, & completa debet eſſe quindecim dierum dilatio, ad continuandas, poſt primam, fundi licitationes.*

Dies termini, quo caſu non computetur in termino, & quando computetur terminus de momento ad momentum.

Creditor debitum recipiens ex pretio ſubhaſtati *fundi, an huius poſtea Retractu lineari excludatur.*

Nùm fideiuſſor venditionis repellatur à venditi prædij Retractu.

Qui pretium ſuſcipit rei alienatæ, renunciat legi commiſſoriæ & reſolutoriæ, *alienationis.*

10. *De euictione fundi in Foro venditi, creditor, cui ex pretio ſolutum eſt, non tenetur.*

Tutor, Iure ſanguinis retrahit proprio nomine, quod tutorio diſtraxit.

Iudex ſubhaſtationis *fundi, venditum eum repetit iure propinquitatis.*

Legalis, *&* Statutariæ *euictionis caſum venditor, permutatórve non præſtat.*

11. *Decreta adiudicationum fieri ad* extinctionem candelæ, *vetitum.*

Ea item expediri, in Camera Conſilij, auec eſpices, *nefas.*

Pupillorum matrimonialia *Pacta, quòad perſonas, à loci Iudice* omologari, *res mali exempli.*

Secus de filiæ minoris bonis matrimoniali *contractu alienatis, vel marito communicatis, ex cauſa.*

12. *Veteres domuum Lutetiæ* adiudicatarij, *non tenebantur præcisè, hypothecarios Reditus illis impoſitos redimere, ſed annuatim eos penſitare.*

Id quod poſterioribus Edictis abrogatum eſt.

Antiquum Priuilegium Lutetianæ Ciuitatis, de cridis, & proclamationibus *ruinoſarum Ædium, Reditúſque ijs indictos redimendi poteſtate.*

Generalia duo Areſta de reiglement, *quoad* cridas ſaiſitorum *fundorum, aliaſque Decreti publici eorumdem ſolennitates.*

Vrbanam ſeruitutem habenti viſibilem *&* apparentem, *neceſſe non eſt, ſeruientis Domus* cridis *&* ſubhaſtationibus ſe opponere.

13. *Fiſcalium* Receptorum *Officia* ſaiſita, *publicè proclamanda, in paræcia S. Bartholomæi, apud Lutetiam.*

Debitores Fiſci, publicíſve Rationibus obnoxij, nequeunt Regium Officium priùs adipiſci, quàm rationes, & reliqua reddiderint.

Varia, de eo, Græcorum, & Romanorum exempla.

14. *Charta Regia, fundationis prædictæ Eccleſiæ D. Bartholomæi enarratrix.*

Tertiæ Francorum Regum familiæ Capetianæ pietas in Deum, cumprimìs religioſa, ac memorabilis.

15. *Prædia minorum annis, cum decreto, alienari poſſunt ob æs alienum.*

Ætatis veniam impetranti Curator in litem datus, non eſt publicæ rerum illius alienationi idoneus auctor.

Pupilli Cuſtos nobilis, minimè legitima perſona eſt in adiudicatione proſcriptorum ipſius prædiorum.

Adiudicatio bonorum ſaiſitorum, *non retractatur ob defectum redditionis rationum à Curatore bonis vacantibus dato, nec ob enormem leſionem.*

Poſſeſſor partis fundi ſaiſiti, *non admittendus ad poſſeſſoriam querelam, poſt Decretum addictionis totius fundi, à quo non ſit prouocatum.*

Sententia

Sententia Iudicis, ipſo iure transfert rei dominium.

Res pignore Prætorio affecta, non vſucapitur.

16. *Ordinis inter creditores diſcuſſio; fiebat olim in* Parlamento, *ante bonorum licitationem.*

Hæc deinde diſcuſſio, Edictis reiecta eſt vbique in executionem publicæ Venditionis fundorum ſaiſitorum.

Creditor ex cauſa tutelæ, non excluditur oppoſitione *facta nouæ bonorum auctioni: licet in aliis ordine collocatus fuiſſet, nondum tunc* liquidato *tutelari debito.*

Hypotheca pupilli in bonis tutoris, incipit à die datæ tutelæ.

Mora creditoris in examinando, & liquidando *tutelæ debito, ſibi imputatur: Ne poſt adiudicati prædij diſtributum pretium, ad alia bona recurrat, in præiudicium alterius Creditoris.*

Minor, tanquam creditor hypothecarius in rem ſubhaſtatam, *non reſtituitur aduerſus publicum ipſius Decretum, cui minime antea ſe* oppoſuerit.

17. *Ius conductæ in nouennium poſſeſſionis rei Fiſcalis, eſt purè mobile: &* ſubhaſtati *ipſius pretium, tanquam mobile, diſtribuitur inter creditores.*

Regiæ mercium Tabernæ venditæ, ſunt iura immobilia, & hypothecis idoneè ſubijciuntur.

Eædem, ab emptoris hærede pretio diſtractæ, retrahuntur ab eius propinquis.

Pretium Regij Greffariatus *in emptorem* ſubhaſtati, *à creditoribus, diuiditur ex ordine hypothecarum.*

Res empta, ſub facultate redimendi perpetua, licitè oppigneratur ab emptore.

Vſusfructus, & Superficies, quaſi pars fundi, hypothecæ ſupponitur.

A Decreto appellatoriæ litis ſumptus, adiudicati cridas *perſequenti vni creditori, omnibus imputantur: condemnato nil in bonis habente.*

In rem impenſæ factæ & communem in cauſam, à cunctis, quorum intereſt, primo loco deducendæ.

18. Officiariorum *ſtipendia* Caſtellaniæ ſaiſitæ, *debent expenſa ferri, &* allocari *à ſingulis creditoribus.*

Creditores, in dubio, donatariis, & legatariis præferuntur.

19. *Fictitia pretij conſignatio à licitatore facta, eum non liberat ab vſuris.*

Idem, in pretio Fiſcalis rei venditæ.

Depoſitis priuatorum nummis in Foro caſus emergens, nocet iis, ad quos nummi venire debuerint, non autem deponenti, vel depoſitario.

At ſi debitoris facto & impedimento, depoſitæ pecuniæ, creditori traditæ non ſint, earum iactura in caput illius recidit.

Confeſſio de recepto, facta à procuratore ad recipiendas pecunias dato, non valet.

Officialis Fiſci, confeſſione ſua de recepto, emptorem liberat.

20. *In Comitatu Prouinciæ, debitori licet,* ſubhaſtatum *fundum ſuum, & publicè venditum retrahere intra annum.*

In Sabaudia, *& Patria* Breſſiæ, *datur obligato ſemeſtre ad recuperandum prædium, à die miſſionis creditoris in poſſeſſionem ipſius.*

Iure communi, debitoribus biennium conceditur, ad redimendum fundum creditoribus adiudicatum.

Apud Venetos, quinquenne ſpatium indulgetur ad reſoluendam publicam fundorum venditionem.

Retrahens primi venditoris propinquus, non reſtituit ſecundo emptori pretium maius ſuæ emptionis, ſed primæ leuioris.

Secundus tamen, hoc caſu, regreſſum habet contra auctorem ſuum, pro reſiduo pretij à ſe ei numerati.

In fundi euictione legali, non eſt locus ſubſidiariæ actioni contra venditorem.

21. *EPILOGVS OPERIS.*

DES CRIEES.

MOBILIVM PIGNORVM diſtractionem ordine conſequitur rei Prædiariæ Auctio, venditióque publica: Quæ prædiariis ſimul Pariſiorum Legibus metam, ceu Colophonem, imponat. Nam etſi primitùs, auctionum Solennia non tam Lege prodita ſint Municipali, quàm Vſu Iuriſdictionum, qui Stylus appellatur: Senſim tamen, huic ſuffragantibus Edictis Principum, tranſlata ſunt in Municipales Conſtitutiones. §. 345. Pariſ. Conſuet. 1

Hic Artic. 345. ſic orditur, *Par la Couſtume & Styl de la Preuoſté & Viſcomté de Paris.*

VENALIVM quippe fundorum inclamationes & programmata, olim ſolis conſtitêre Forenſibus regulis ſine ſcripto apud Gallos: Qualis emicuit apud Romanos interpretatio Fori. Ioh. Faber in l. ſi eo tempore. Cod. de remiſſ. pign. Pomponiana leg. 2. π. De orig. iur. Idem Faber, ſummus quondam Galliæ pragmaticus, ciuilem retulit vrbani Pariſiorum Tribunalis Ritum: quo, lites definiri, contumace etiam litigatore altero, ſolebant. In l. cunctos populos. Cod. De ſumma trinit. Tales verò Iudiciorum formulæ ex cauſa mutabantur identidem: vtpote ea, quam Vilhelm. Gourmontius Vrbis Prætor Foro condixerat, ne iſthuc, certa hora ſeriùs, veniente aliquo, edictum circumduceretur. Prætoriam enim hanc Regulam albo expunxit Curia Max., decreuítque, Styli poteſtatem condendi, penes vnum eſſe Principem, vel Senatum. Vt vetuſto Francicæ praxeos Codice perhibetur, manu exarato, hac epigraphe. *Pour monſtrer & apprendre à vn chaſcun, quel ordre de proceder eſt en* 2

Guillel. *Gourmont, Garde de la Preuoſté de Paris,* An. 1345.

en Cour laye. Similiter Lutetiani PATRES Stylum quendam exploſere Caſtelli Pariſiorum, de pignoribus captis ſummatim diſtrahendis, oblato emptore, loco fideiuſſoris. Areſto. 4. Kalend. Mart. An. 1515. quod Parte. 7. Senatorij Styli continetur. Haud aliter Borboniæ Iuriſdictionis Vſum peculiarem à Senatu damnatum notat Molineus, ad Rubricam, De cremodicio, Burbonenſ. Legum. Curiæ itidem Conſcripti Aurelianenſem Stylum abrogarunt, quo, Iudices vſquequaque interloquebantur, nullóque cauſarum diſcrimine, de iis inquirendum quæ refutandis teſtibus vtrinque obiecta eſſent. Decreto poſtridie Idus Quintiles An. 1543. quod ciet Rebuffus, Principalium Sanctionum Volum. 2. Ne Tornacenſem Nerviorum morem iudiciarium recenſeam (*de Cherquinmange*) cui Senatus minimè ſtandum pronuntiauit. An. 1392. Ex Ioh. Galli Quæſt. 269. 270. Itaque Reges priſci, Lutetianæ cumprimis Præturæ Foro dictarunt leges, aut priuatim dictatis auctoritatem ſuam accommodarunt. Karolus Quintus, Epiſtola aperta, 16. Kal. Februar. An. 1367. ac Sextus, 3. Nonas Iunias An. 1391.

Placitū Curiæ die. 26. Februa. An. 1515. *contre le Styl du Chaſtelet, de donner promiſion en baillant acheteur aux executez, au lieu de bailler caution, veu qu'il peult mourir.*

Stil de Bourbon. In Tit. *De deffauls.*

Areſtum Curiæ die. 16. Iulij An. 1543. *contre le Stil du Chaſtelet d'Orleans, d'interloquer touſiours indifferement ſur faits de reproches de teſmoings.*

Literæ patētes die. 17. Ianuar. An 1367. *ſur le Stil & reglemēt du Chaſtelet de Paris.*

Patentes die. 3. Iunij. 1391. *touchant le Stil & commune obſeruance des Cours, & ſignamment du Chaſtelet de Paris.*

3 ATQVE, vt propiùs accedam ad ſolennes auctionalium præconiorum Formulas, quæ præſentis ſunt inſtituti, de iis ſanxit articulatim Franciſcus. 1. Rex, Magiſtratuum rogatu Præfecturæ Vrbis. Conſtitutione edita Nouembr. Menſ. An. 1527. quam Senatorius Ordo comprobauit, Martij luce. 24. An. 1528. Poſtmodùm autem, perpetuo Edicto definitur ſeries ac forma proſcriptionis huiuſmodi, publicæque Addictionis prædiorum. A Franciſco. 1. Sextili Menſ. An. 1539. Errico. 2. Septembri. 1551. & à Karolo. 9. Februar. 1566. Vnde etiam Curia Ampliſſ., Senatuſcōſulto præcepit, in adiudicationis fundi Inſtrumento cuncta referri ſigillatim programmatum Solennia, quæq; ſeriatim fundorum licitationi præſcribantur. Decimo ſexto Kal. Nouembr. An. 1576. Nimirum vt, Iudiciorum auſpicijs ſecurus, emptor pacatè fruatur re ſibi propalàm addicta, nec Haſtæ publicæ fides in poſterum conuelli poſſit. Primæ quidem partes iuſtorum fundi programmatum ſtatuuntur, dierúmque interualla auctionalium, Municipali quaque ſcripta Conſuetudine. Sed poſteriorem adiudicandi prædij formulam ritumque deſumimus ex Edictis Principum: quem ideo ritum expedit, vbique Galliarum, ſedulò cuſtodiri. Lorriacenſes tamen, ac Melodunenſes, Diplomatis ſuffragio fulciunt, de More, auctionum præconia; quæ alioqui, ſingulis in Territoriis, vbi res eſſent, minimè peracta, infirmarentur. Lorriacenſ. Conſuet. Art. 5. De proſcriptionibus bonorum. Et §. 333. Melodunenſis. Quoties item promulgatæ ſunt ritè in quaternum nundinum auctiones, ſed diutino feriatum ſilentio, iubere ſolet Prætor, quinto trinundino auctionem inclamari, bonáque proſcribi ad emendandam temporis moram. At ſi, exhauſtis fortè Bello inteſtino priuatorum loculis, rari appareat fundorum licitatores, nouo tùm commento, proſpexit Romana Po-

Generale Areſtum Curiæ, die. 17. Octob. 1576. Ex Volū. 3. *des Bannieres, du Chaſtelet de Paris.*

Lorriaci, & Montiſargi Cōſuetudines, à Ludouico. 7. & Philippo. 2. Regib. cōfirmatæ, An. 1159. & 1187. tùm publicitùs repoſitæ ſcriptæque, die. 14. April. An. 1494. Mandatis Karoli. 8. die. 28. Ianuar. 1493. Quas ſigillatim calamo exaratas habeo, reformatas quoque An. 1531.

Vne cinquieſme ſuperabondante Criee.

Digitized by Google

De Romána iſta poſſeſſionum datione in ſolutum neceſſaria, Vide Lib. 3. Eccleſ. Polit. foren. Tit. 6. Art. 18. Et ſuprà Lib. 1. Tit. 3. Art. 17. Audio etiã, interiori Galliæ in Conſilio regio adſignatã a Principe, æris alieni, quod ante regium Frãciæ titulum contraxiſſet, ſolutionem priuatis ſuis Ditionibus æſtimatis in ſingulos creditores ex ordine hypothecarum. Areſto die. 2. Augus, An. 1600.

litia obæratorum ſimul liberationi, & indemnitati creditorum. Quibus enim deforent mobiles res, vnde ſatis creditoribus facerent, illi hos vrsêre ad immobiles in ſolutum capiendas, iuſto priùs ipſis adſcripto pretio. §. penul. & vlt. De fideiuſſ. In Nouell. Iuſtin. Cuiuſmodi poſſeſſionum æſtimatio datióque primùm inoleuit, ciuilibus Martiæ Gentis Diſcordiis, auctore Caio Cæs. Id tamen, ad noſtra tẽpora exemplo productum, necdùm deprehendi, nec facilè cogendum reor creditorem, qui ære ſuo egeat, aliud pro alio, minùs ſibi futurum vſui, recipere. De vltronea autem, pro ſoluto, acceptione æſtimatorum prædiorum, extat Gallicus Andium Mos, §. 491. & Cenomanorum, 495. Præter vulgatum Diui Seueri & Antonini Reſcriptum, de quo, Ælius Martianus, Lib. ſingulari ad formulam hypothecariam. §. poteſt ita fieri datio hypothecæ. Verſ. iure emptionis poſſideat rem iuſto pretio tunc æſtimandam. Rurſus tepeſcente nonnunquam forenſium licitatorum feruore, aut venalis fundi æſtimatione tenui ad paucos peruentura creditores, cautio fuit poſteriori ex his aliquando, ne ſuum amitteret, promercales res plurimo liceri, cum hac lege, vt parti pretij æs ſibi debitum imputaretur. Quod in Neuſtria vſurpatur identidem, ab patrijs Inſtitutis, Cap. 568. 569. 570. & 574. Sed vix alia in Prouincia Gallica, fundi pretium ita condictum, & acceptolatum, Iudicijs probaretur: quùm Edicto perpetuo, An. 1551. præſtituta ſit emptionum publicarum formula ac ſeries, cum iuſto temporis interſtitio ac ſpatio, intra quod purè liberèque ſinguli prædia palàm mercarentur. Nec in media quidem Normania, poſtremus creditor ad captandam huiuſmodi Addictionem fundorum admittitur, niſi poſt extraneas priuatorum licitationes, & communem in rem omnium creditorum. Vt nouiſſima ſolenni Normanicæ Legis reſtitutione prouiſum fuit. Quinto Idus Octobres An. 1600. ex Reſcripto pridie Kalend. Ianuar. anteriores. Quocirca Senatus talem creditoris vltimi licitationem exploſit. Decreto Pariſienſi Nonis Iuniis An. 1601. in Catalogo Pictauenſium cauſarum, Oratore Choarto, Renati *Deſalleux*, qui ab Andium Proprætore appellarat: & Boſſantio, Iuuiniani Pennei, creditoris poſterioris.

L. ſi fundus §. vlt. ff. De pign.

Enchere miſe par le dernier creancier oppoſant aux Criées.

Normanica Conſuetudo ſcripta.

Edictum *ſur le faict des Criées.*

Tiltre Des executions par Decret, en la Couſtume de Normandie, reformé le .XI. d'Octob. 1600. (ſuyuant la Patente du dern. de Decemb, 1599.) Vbi des Creanciers encheriſſeurs, Art. 582. & ſ. ſeq.

Lutetianæ Curiæ Areſtum *en plaidant de Roolle de Poictou,* die. 5. Iunij. 1601.

PATERNÆ ditionis auctioni interceſſit filius ex pactitio nummarij reditus Dotalitio, quod liberis Lege competeret Pariſienſi: Ita certè, vt latifundium, perenni cum onere Vectigalis huiuſce prædiarij, ad licitationem perduceretur. Creditores verò paterni negarunt, fundum licitationi paratum, conuento eo DOARIO purè onerandum, quaſi ſolaria Penſitatione: aſt nummarium hoc DOARIVM, intenderunt, pigneratitij Reditus inſtar, luendum iudiciali pretio fundi, reducta ad aſſem vncia. Quippe quùm, vulgari almæ Ciuitatis ritu, adſignari ſoleat mulieri *Dotalitiũ*, pro trientis modulo pecuniariæ dotis: longè aliter ac prædia, lege annui vectigalis, æternùm fruenda concedantur. Nam quod ſancitum eſt à Principe, 4

Dotales nummi trifariam diſtribui ſolẽt Pacto matrimonij inter Pariſienſes coniuges: Vt triens mulieri proprius, alter communis vtrique, tertius dotalitius, ſeu in doariũ adſignetur.

fundiarios

Digitized by Google

fundiarios Reditus publicum fundi emptorem ſequi debere: Id de primigenio, ſecundùm nobilem Cenſum, Reditu accipiendum, non de aduentitiis, & ſuperpoſitis aliis. Edicto An. 1539. & §.101.354. Pariſ. Morum. Nec enim duo inſolidùm rem eandem poſſident recto dominio, receptáque vniformis Reditus proprietate. l. 3. §. ex contrario. ff. De acquir. poſſeſſ. Pari ratione, Karolus. 7. ſtatuit, annuas Penſiones, quæ vetuſtiori cunque alij ſenſim adiicerentur in vrbana Lutetiæ prædia, ære lui poſſe: tametſi horum in traditione prædiorum à nouis viciſſim poſſeſſoribus pactas. Regia Lege perlata Nouembri Menſ. An. 1441. Alioquin forenſes nulli occurrerent ſeruilium fundorum emptores, creditorúmque nomina ac debita inde vaneſcerent, ſummo Reipubl. incommodo. Hoc præterea caſu, bonis interdictum videretur patrifamiliæ, multò arctiùs, quàm ſi Nuptialibus tabulis ipſe legitimo ſe *Dotalitio* obſtrinxiſſet. Quandoquidem iſto, hærediorum ſemis tantùm, illo autẽ cõuento *Doario*, bonorum As totus pigneratitio nexu teneatur.

Rente ſurfonciere, moindre que la Rente fonciere. Sed & prædia generatim obligata locationi perpetuæ alterius prædij, publicè væneũt ſine onere hypothecæ pro illa locatione, perpetuóve reditu alterius fundi: Salua hypotheca ſuper pretio rei venalis, locatori diſtribuendo poſt excuſſum fundũ *baillé à la Rente.*

Doarium, etiã nummario reditu conſtans, eſt reale ita prædiariúmque onus, vt licet donatarius mobilium, quęſtuũ, & trientis propriorũ apud Pictones liberet donatoris hæredes omnibus debitis & oneribus: Tamen doario à præceſſore donatoris impoſito non teneatur, niſi pro rata donatorum, & donatoris hæres, pro reliquis. Areſto Pariſ. 10. Februar. 1596. *au rapport de M. Bernart, en la. 4. Chãb. ſur vn appel des Requeſtes du Palais, entre L. Tuſſeau, & Magdel. Clauetrier appellans: & Eſtien. Marolleau, intimé.*

5 Refellens porro hęc interceſſor filius ſuggeſſit, cõtractũ priuatim *Dotalitiũ*, ceu legitimi vicarium, fundi partem exiſtimari: ac Prædiarij loco ſemiſſis, qui liberis lege defertur, conſtitui Pacto, quaſi Vectigal agrarium, Agríſque ipſis ſubſtitutum. Ex quo, natis proprium dicitur vtrumuis *Dotalitium*, ſeu conuentum, ſeu legitimum, æquo iure. Atqui verè noſtrum id neutiquàm habetur, nedum proprium ac patrimoniale, quod inuitis nobis nummario pretio auferri, eripíque poſſit. Leg. xj. Cod. De contrah. empt. l. 16. Cod. de iur. delib. Quinimò iniurioſum, ab inuito emere, putat M. Tullius, Orat. 1. contra Rullum. Ac velut diſtractæ extero Penſitationis prædiariæ Retractus eſt, Municipali familiæ Iure inſtitutus. §. 129. Pariſ. Conſuet. Ita *Doarium* indiſcriminatim, à proprietario filio venditum, redimunt agnati gentilitate Prædiorum. Vt Francicæ Conſuet. Lib. 2. expromitur, Tit. De ſucceſſ. & teſtam. Legitima dein iſtiuſmodi, quæ patriæ Legis prouidentia liberis adſignatur ita nominatim, (§. 17.) præſtanda eſt ex corporibus hæreditariis, non ex vilis pretij ſorte, quæ paulo momento abſumatur. l. ſcimus. §. repletionem. Cod. De inoff. teſtam. Bartolus diſertè, ad l. filium quem habentem. Cod. fam. herciſc. Num. 6. Subde, quòd temporarius etiam fundorum Vſusfructus præpedit iudiciariam ipſorum alienationem: niſi, ſalua antiquioris Vſusfructus cauſa, licentibus adiudicentur. Id quod, de Lutetianis ædibus, decretum Areſto, prodidit Magiſter, Curię Protopræſes. Lib. Deciſion. Cap. 44. Recentior autem nominibus creditorum, vſusfructus muliebris ęſtimatur ære, ac creditam in pecuniam vertitur: Quò minùs futurum oneret prædij licitatorem. Iaboleni leg. Partis tertiæ vſumfructum. ff. De præſcript. verb. In Senatu demũ actitata, *doarij* filij, creditorúmque Lis iſthæc, cõſilij eſſe pronũtiatur. Decimo ſeptimo Kalẽd. Quintiles, An. 1595. quùm Paſquerius pro Iac. Daneſio, creditoribúſque aliis

Rente fonciere vendue, ſubiecte à Retraict: Non aultre, conſtituée par argent.

Grand Couſtumier de France.

Verſ. *ſauf toutesfois aux autres enfans leur droit de Legitime, ou de Doüaire couſtumier ou prefix, à prẽdre ſur led. fief, &c. Lequel Doüaire, comme les Subſtitutions, eſt le ſeul moyẽ de la conſeruation des Familles, & dignité d'icelles.*

Appoincté au Cõſeil, in Parlamento. die. 15. Iunij. An. 1595. *Depuis vuidé au proffit des creanciers*, relatu Dn. Fleury in magna Camera, die. 26. April. An. 1597.

Digitized by Google

Pro Doarij filij parte, nota Molin. in Tract. Vſurar. Quæſt.20. Num. 213. Ver. donatio, legatum, &c.

oraſſet: Arnaldus, econtrà, pro Adrian. Dudraco, *dotalitij* proprietario Reditus nummarij ex paterno latifundio, quod Haſtæ ſubiiciebatur. Aſt biennio ſequenti, variatis Iudicum ſententiis, præualuit tãdé creditorũ cauſa, decretúmq; pecuniarios Reditus, qui *Doarij* titulo liberis competant in parentis bona, ex publico iſtorum pretio redimi poſſe inſtantia paterni creditoris, ac quindenæ penſionis modulo, (non duodenæ, aut vicenæ,) æſtimata ſorte diſſolui. Iudicato Curiæ Pariſ. quod. 7. cum Die & Cos. recitauimus.

Lib. 2. ſuperiore, Tit. 2. Art. 16.

Edict ſur le faict des Crees.

Affiches.

Rentes conſtituées ſur l'Hoſtel de Ville de Paris, et Rentes ſur particuliers.

Offices de la Chambre des Comptes.

Promercalis fundi programmata foribus præfigi oportet Ædis parœciacæ: cuius ſacris ille finibus contineatur. Art. 2. Principalis Edicti auctionarij, An. 1551. Mobilis quidem ſupellectilis hæreditariæ diſtractionem indicunt præcones ad valuas Curialis Templi, in quo defunctus Sacra audire conſuêrit. §. 344. Pariſ. Conſuet. At res ſoli expedit parœciacũ ad Fanũ proſcribi, cuius Eccleſiaſticæ regiunculæ includantur. Sicuti de publicis Lutetiæ Vectigalibus, priuatíſque expreſſum eſt, ſimul & de Regiis magiſtratibus Decuriæ Ratiociniorum Pariſien. §. 347. 348. 350. eiuſd. Conſuet. Illic enim ſigillatim deſignatur Ædilitia domus, ex qua, ciuibus annuæ ſint Vectigalium penſiones diſſoluendæ. Solo autem, cui ſuperſtructæ hæ ſunt Ædes, ceſſit rex Ludouicus Iunior, Communi Vrbis, An. 1141. hoc Reſcripto. In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Ludovicus Dei gratia rex Francorum, et dux Aquitanorum. Notum facimus universis præsentibus et futuris Burgensibus nostris, et Graviæ, et de Moncello. &c. Planitiem illam prope Sequanam, quæ Gravia dicitur, ubi vetus Forum extitit, totam ab omni ædificio vacuam, nullísque occupationibus impeditam, sic in perpetuum manere concessimus: Pro quo, Nos, nostríque Curiales à prædictis Burgensibus septuaginta libras habuimus, huiusque concessionis memoriam ne temporis antiquitas valeat offuscare, scripto commendari, et sigilli nostri impressione muniri, nostríque nominis subter inscripto charactere, corroborari præcepimus. Actum publicè apud castrum Lodonis, &c. Deinceps verò Karolus Sextus, Plateam iſtam, domúmque Ædilitiam, quùm Præfecto Vrbi tranſcripſiſſet. 5. Kalend. Febr. An. 1382., reſtituit Tribuniſplebis. Ianuarij luce. 20. An. 1411. Qua de reſtitutione Tribunitij iuris poteſtatíſque, Monſtreletus nuncupatim, Hiſt. Volum. 1. Cap. 85. 6

Regia conceſſio *de la place de Greue, aux Bourgeois de Paris.*

Tranſlatio regia publicæ Domus Vrbis ad Prætorem ipſius, die. 28. Ianuar. An. 1382. Et paulò antea Præpoſitus mercatorum fuerat Ioh. *Coquatrix de Bonnes*, An. 1379.

Reſtitutio, & confirmatio *de la Preuoſté des Marchans, Eſcheuinage, Clergie, maiſon de Ville, parloüer aux Bourgeois, iuriſdiction, rentes, poſſeſſions, nobleſſes, & prerogatiues des Bourgeois de lad. Ville.* Ac intereà fuêre Cuſtodes annui Præpoſituræ mercatorum, I. Iuuenal. Vrſinus, An. 1396. Ioh. *Ailgembourſe*, An 1403. Karol. *Culdoe*, An. 1405.

Publicæ emptioni intercedens auditur creditor vſquequaque, modò ante obſignatas tabulas Adiudicationis fundi proſcripti. §. 354. & 356. Pariſ. Cõſuet. Eum pariter fundum liceri, cuius permiſit vetus 7

Verſ. *ſans plus receuoir aucunes encheres.*

vetus Obſeruatio fori, donec traditum priori licitatori fuiſſet publicæ addictionis Inſtrumentum, anulo conſignatum Principali. Vt Ioh. Gallus atteſtatur, Quæſt. 2. Id quod tamen ſpontanea in venditione Forenſi non obtinuiſſe, liquet ex eodem. At noſtro ſeculo, contraliceri vetitum eſt, reíque pretium amplificare, poſt iuſtos dies augendo pretio Lege condictos. §. 49. Edicti Molinenſis An. 1566. Cum §. 8. auctionariæ Legis An. 1551. Plurimo autem licenti, re ſemel addicta, liberantur anteriores, qui vilius pretium obtulerint. Iudicio P. Caſtrenſis, in l. locatio vectigalium. ꝟ. De publican. Qui, pugnantes in ſpeciem, Bartoli & Baldi opiniones conciliauit. Burbonenſes certè, in Iudiciaria prædij locatione regrediuntur ad penultimum conductitij iuris licitatorem: vltimo, iudicatum non faciente. Art. 549. 551. Et Molineus ad Artic. 149. Borboniæ Conſuet. Qua de quæſtione, Magiſter copioſiùs, in Tract. *Des Criées*. Porro bona damnati exilio, cui frater in ea ſubſtitutus ſit à patre communi, liberè tranſeunt ad publicos ipſorum emptores: Ni ſecundus hæres iſte conteſtationem de ſuo iure interpoſuerit auctionalibus fundorum programmatis. Vt Faber apertè indicat, ad leg. Si eo tempore Cod. De remiſſ. pign. Et Ægid. Magiſter, Lib. Deciſion. Forenſium. Nam rogato quidem illo hæreditatem reſtituere poſt mortem ſuam, fideicommiſſi conditio non dicitur ante exulis obitum eueniſſe. l. antepenul. §. vlt. ꝟ. De iur. Fiſ. l. cùm pater §. hæreditatem ꝟ. De legat. 2. l. ex facto §. ſi quis rogatus D. Ad S. C. Trebell. l. ex ea parte §. in Inſulam. ꝟ. De verb. oblig. Aſt ſi interim damnati fortunæ publicitùs proſtent, vænúmque proponantur exteris, in cauſam Iudicati: Conſultius eſt ſubſtituto, illarum auctioni intercedere: ne, ſubſtitutionis die cedéte, in licitatores agens ſummoueatur, Addictionis fundorum perpetua exceptione oppoſita. Quare Prætorianum Conſilium ſubſtituto res omnes adiudicauit viui vtique hæredis, ſed relegati ad nautica ergaſtula: quas res accuſator venales proclamarat. Suprema Sententia. 13. Kalend. Martias An. 1582. pro Cl. Fauergeo, equite, contra Petronillam Meſchiniam. Alia verò muliebris *Dotalitij* cauſa eſt, cuius nomine, coniux etſi nullam ediderit conteſtationem apud Magiſtratũ, qui regia manu poſſeſſos mariti fundos iure Haſtarum alienarit, haud propterea excidit *Doario*: ſiquidem lege ſoluta viri, prouocationem interpoſuerit à Forenſi illa licitatione prædiorum. Vt ſenſit Molineus, ad §. 119. Legis Vnellorum Perticenſis, & Nos adnotauimus, in patrios Andium Mores, Volum. 3., ſecundùm liberos etiam, Dotalitij iure bonorum proprietarios: Quorum appellationi à publica rerum diſtractione, nil officit diuturni ſilentij præſcriptio, ſiue ante decretum Addictionis prædiorum, cui non interceſſerint illi, ſiue poſt eam licitationem, tametſi longa interim emptoris poſſeſſione ſubnixam. In hunc quoque ſenſum, pro liberis, cietur S. Conſultum Pariſienſe, ſolenni ritu

Cap. 18.

Cap. 31. Tract. *Des Criées.*

Mors ciuilis, in editione fideicommiſſi & ſubſtitutionis, nõn æquipollet naturali.

Magni Conſilij regij Areſtum, *en plaidant*, die. 17. Februar. An. 1582. *pour Claude de Fauerges, ſieur de Rebbe, ſubſtitue à Ioh. de Fauerges, condamné aux Galeres: Contre Perrette Meſchin accuſatrice pourſuiuant criées.*

Tit. De Præſcript. tempor. Art. 6.

Areſtum Curiæ, à Dn. Preuoſto, præſide pronunciatum Die. 14. Augusti. 1577. *Que la preſcription de l'action du doüaire couſtumier propre aux enfans ne commence à courir contre eulx, que du iour du deces de la mere doüairiere, & non du pere mort auparauant, quant la mere ha conioinctemẽt vendu auec le pere les choſes dud. Doüaire.*

Digitized by Google

recitatum pridiano die Virginis matris aſſumptæ, An. 1577. Cæterum quiſquis bonorum auctionem proſequitur, ciue interceſſor

Electio de domicile.

accedit creditor, iubetur, Domicilium in ciuitate ſibi deligere, in qua, res propalàm væneant. Regia Conſtitutione Nouembr. Menſ. An. 1517. de qua, Nos multoties anteà, tum Pariſienſ. Morum Art. 360. & 361. Iis quoque præceptum eſt, qui fundos in Iudicio mercentur, domeſticas ſedes priùs ſibi in Vrbe præſcribere, in qua, publicè illi diſtrahantur. §. 9. Henricianæ Legis, de auctionalibus fun-

Edict des Criées.

dorum præconiis, An. 1551. Quin & Henrici pater Franciſcus. 1. edixit generatim An. 1539., litigatores omnes forenſe Domicilium, conteſtato iudicio, profiteri debere: quo in domicilio alteruter requireretur, quotieſcunque ad ordinandam litem opus foret. Ne videlicet competitorum alter, alterius domum adire compelleretur, quamprimùm aliquid denuntiandum aduerſario ſuccurreret. Cuiuſmodi vocalem Domeſticæ ſedis poſitionem commendant viciſſim Innocent. ad Cap. 8. & 12. De Procurat. In antiq. Ac Ioh. Imolenſis in l. qui ante Kalendas. ff. De verb. oblig. Sed liti accedens Domicilij conſtitutio in Ædibus forenſis Procuratoris, tacitè reuocatur huius interitu, quaſi Procurationis appendix, Mandatíque morte ſo-

Edictum du reiglemẽt des Finances, & Offices comptables. Menſ. Decemb. An. 1557.

luti. l. mandatum. Cod. mand. l. inter cauſas. D. eod. Cum §. 17. Regiæ Sanctionis An. 1557. quæ, publicis etiã obnoxios Ratiociniis, adſtrinxit Domicilij in Vrbe profeſſioni, in qua, Principalium rationum Præfectura gereretur. Verùm alia cauſa eſt ſelecti ab iis Domicilij, qui prædiorum auctioni pro ſuo iure interceſſerint. Quale domici-

Concierge, & Bailly du Palais royal à Paris: Et Charte de la Conciergerie, pour Philip. de Sauoyſi eſcuyer. l'an. 1358.

lium, cum habitatoris Ædium vita, non extinguitur: ſed viuo eo, qui illud ſibi delegit, manat ad poſteros Domus poſſeſſores. Art. 360. Pariſ. Conſuet. ac ratione Iulij Pauli, in l. ſi quis, mancipiis. §. ſi impubes. ff. De inſtit. act. Ibíque P. Caſtrenſis.

Chreſtien de la Chambre, Eſcuyer, Chambellan du Roy Charles. 7., & Concierge du Palais royal de Paris, en Mars. 1445.

VBI, & apud quos Iudices auctione væneant Pariſiorum fundi 8
proſcripti, non eſt patrio More definitum. Nemo quidem ambigit, ſummæ Vrbis Prætorem addicendis venalibus latifundiis præeſſe ordinario iure. Idipſum pariter à Baſilicani Præfecti munere

M. Iacques Cottier, premier Preſident des Comptes, Concierge & Bailly du Palais, l'an. 1482. Par Lettres veriffiees en Parlement de expreſſo mãdato Regis Die. 10. Ianuar. Eod. An.

haud alienum reor: vtpote qui Territorium habeat, merúmque Imperium in Ciuitatis regiunculas quaſdam, ac Suburbanos Fani Iacobi Vicos. Sicuti præclaro Diplomate patet Karoli. 5. Franciæ Proregis, Ianuar. Menſ. An. 1358. Quod, Rex ipſe inauguratus, ſanxit Octobr. Menſ. An. 1374. dein Karolus. 7. Martio An. 1445. ac Ludouicus. XI. Nouembri, An. 1482. Intereà tamen subor-

Placitum Curiæ die. 13 Maij An. 1405. de exequendis à Præpoſito Vrbi capitalibus Sẽtentiis Bailliui du Palais.

tum forenſe diſſidium eſt inter Prætorem Vrbis, & Palatinum Iuridicum, de ſui hinc inde muneris functione. At Senatus vtrique diſtincta Officij munia præſtituit, ne alter in alterius iura ac poſſeſſiones occultè quicquam aggrederetur. S. Conſultis. 3. Idus Ma-

Areſta die vlt. Ianuar. An. 1537. & 12. Februar. An 1560. touchant les entrepriſes de Iuriſdiction.

ias An. 1405. An. 1487. tum pridie Kalend. Februar. An. 1537. ac pridie Idus Februar. An. 1560. Quorum poſteriora duo lata ſunt, orantibus cauſarum patronis. Enimverò Auditores duo Caſtelli Pariſiorum,

rum, qui inferioribus in Subſellijs ſedent, prædіti non ſunt poteſtate vendundorum Haſta publica bonorum immobilium. Quippe qui nec in rem actionibus cognitionem ſuam accommodent, ſed in perſonam agentibus duntaxat, intra vicenas æris libellas Pariſienſes. Ab vetuſta Conſtitutione forenſi Andrææ Mercatoris, Præfecti Vrbi, Quarto Idus Ianuar. An. 1414. Poſtmodùm autem, certantibus inuicem Vrbis Prætore, & Auditoribus, in Senatu Ampliſſ. hic vindicias dixit ſecundùm maiorem illum Iudicem, decreuítque, ipſum, leuicula etiam de re, * ἐν πλάτει ius reddere poſſe: quæ verò prolixiorem indaginem poſtularet, hanc ab eo reijci ad Auditores debere. Placito Curiæ fiduciario, ex forenſi patronorum diſſertatione, Septimo Idus Martias An. 1550. Iuxta Imperatoriam Valentiniani & Valentis leg. 1. Cod. de offic. Præfec. vrb. Verſ. ita, vt inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat, &c. Ne refricem iſtic præſcripta à PATRIBVS, ſtatutáque controuerſi Officij capita ſingula, inter Vicarium Lutetiani Prætoris, eáque in Prætura Conſiliarios ſeu Aſſeſſores. Decimo tertio Kalend. Iunias, An. 1501. Selecta autem libellis cognoſcendis, Senatorum Decuria quondam raro impendebat partes ſuas auctioni fundorum publicè poſſeſſorum: ſed eam curam notionémque, Max. Curia ad Præfectum Vrbi identidem relegabat. Decreto. 6. Idus April. An. 1521. ex prouocatione à delegatis Senatoribus Palatinis, quam Claudius Alauda interpoſuerat, aduerſus Ægid. Mulardum. Item decimo Kalend. Ianuar. An. 1540. ad conſimilem appellationem Ianæ Chandelieræ, contra Ioachimum Michonem, ſanctioris in Baſilica Sacelli Canonicum. Quæ Senatus placita euoluuntur Lib. 3. *des Banieres*, Caſtelli Pariſien. Deinceps tamen promiſcuè, delecti illi Iudices fundos licitantibus addixêre, déque auctionaria creditorum Interceſſione ius petentibus adminiſtrarunt. Cæteroquin miſſio in poſſeſſionem bonorum debitoris, publica eorum venditio, aliáque exequendi Iudicati munia impleta ſunt primitùs à ſolis Prouinciæ Iuridicis, cuius prædiariæ res finibus ſeptæ tenerentur. l. à Diuo Pio. §. ſententiam. ff. De re iudic. Cap. poſtulaſti. De for. compet. l. properandum. §. ſinautem reus. Cod. De iudic. l. cùm vnus. §. vlt. ff. De bon. auctor. iud. poſſid. Atque eo ſenſu accipitur Vlpiani reſponſum, l. magis puto. §. illud quæri poteſt, ſi Prætor aditus permiſerit, diſtrahi prouincialem poſſeſſionem. ff. De reb. eor. Cum leg. 1. §. & vrbe interdicere. ff. De offic. Præfec. vrb. Quemadmodùm Pragmat. Sanctionis Interpres concinnè diſtinxit, in Tit. De concubinarijs. §. 1.

Reiglement de la Iuſtice des Auditeurs du Chaſtelet, dic. 10. Ianuar. An. 1414.

* de plano.

Prouiſionale Areſtum Curiæ, *à l'audience*, dic. 9. Mart. An. 1550.

Areſtum *de Reiglement du Lieutenant Ciuil, & Conſeillers du Chaſtelet, ſur l'expedition des procez, forme de les rapporter & ſigner, & quelles cauſes led. Lieuten. peult expedier en ſa maiſon.* dic. 20. Maij. 1501.

Parlamenti decreta, dic. 8. April. An. 1521. &. 23. Decemb. 1540. *touchant les Criées euoquées aux Requeſtes du Palais, & Oppoſitions formees auſd. Criées.*

Adiudications par decret pardeuant les Iuges des lieux.

Verſ. necnon In verb. omnibus.

9 DIERVM quindecim ſpatium interponitur à prima fundi proſcripti licitatione, intra quod ſpatium, aliis libera permittitur pretij auctio, & amplificatio. §. 8. Edicti prædiorum auctionarij, An. 1551. Interdum etiam Prætor, qui publicæ Venditioni ſuum mu-

La quinzaine franche, apres la premiere Enchere. Suyuant l'Edict des Criées.

Digitized by Google

nus impertit, fundum licenti ſic adiudicat, niſi ab alio quindenum
intra diem melior conditio allata ſit, grandiúſque oblatum pre-
tium. Qua in ſpecie, apud PAT. CONSCR. mota contentio eſt,
an hoc temporis interuallum dinumeretur, præter eum diem, quo,
res ſecundùm priorem licitatorem præiudicata ſit, & in quem, li-
centibus purè addici ipſam oporteat. Pronuntiatur demùm, vtrúm-
que diem, tantilli ſpatij dinumeratione non comprehendi. Lucu-
lento Senatus iudicio. 13. Kalend. Iunias An. 1572. Poſt Oratoriam
Marij, & Ameloti, vtrinque, actionem. 3. Idus Maias anteriores. Quo
ex Decreto Curiæ dilucida manat Edicti interpretatio, de fundo-
rum præconijs, ſuprà relati. Cuius & paraphraſtes Edicti, Magi-
ſter huic videtur accedere ſententiæ. Sic lege condictam dierum
intercapedinem variè explicant I. Conſulti, vt ea aliquando de-
mantur, vel includantur extremi duo dies, pro conceptione ver-
borum formulæque Legis ipſius. Annotante Tito Caio, ad Edi-
ctum prouinciale, l. 1. D. ſi quis caution. l. à caligato milite. Cod.
De nupt. l. 3. §. minorem. ff. de minor. 25. ann. l. 1. §. dies. D. quan.
appellandum ſit. Quo de negotio, pluſcula, Nos Lib. 3. ANDE-
GAVENS. LEG.

Decretum Curiæ die. 20. Maij. 1572. *ſur le Plaidoyé du. 13. dud. Mois.*

In Tract. *Des Criées.*

Tit. De lineari Retractu, Art. 16.

OBSCVRIOR porrò ſuboritur quæſtio, de creditore, qui, 10
Auctioni oppoſito iure ſuo, debitum æs receperit ex fundi pre-
tio diuenditi, húncne ritè condicat gentilitate prædiorum. Nam,
iſta de theſi, idem dicere vſuuenit, quod Romani, de ſcopuloſa du-
biáque ſubſimili: IVS CRASSVS, ÆQVITATEM VRGET
ANTONIVS. Familiari enim alienatorum reuocationi obſiſtit
prima fronte rigidum Scæuolæ axioma, Qui diſtractæ rei pretium
participarint, eos diſtraxiſſe rem exiſtimari, ac, velut auctores, eui-
cta ipſa, teneri ex empto actione. l. 12. ff. De euict. Ob id, ſe-
cundus etiam auctor, fideiuſſórque euictionis, gentilitia repelli-
tur condictione fundorum. Opinione quorumdam, apud Tira-
quellum, qui eos aceruatim cumulat, in Tract. Protomixeos. Ad
hæc, parum ſibi conſtare videtur creditor, qui ſemel ratam pro-
batámque fundi Addictionem, redhibitoria lege conuellat, aut diſ-
ſoluat. l. in cauſæ. ff. De procurat. Leg. 4. Cod. de pact. int. empt.
l. penult. ff. De leg. commiſſ. Verùm æquiorem in partem pro-
cliuiùs feror tutelaris auitorum, familiæque bonorum Actionis.
Quod enim ex venditione fundi redactum æs accepit creditor, id
non, quaſi venditor, ſuæ rei pretium, at ſibi debitum nomen exe-
git, creditáſque pecunias reddi, vt abiret indemnis, procurauit.
Vnde elicitur, ſecutæ euictionis prædij damnum neutiquàm à cre-
ditore præſtari. l. in creditore. l. ſi plus. §. 1. ff. De euict. l. ſi
ob cauſam Cod. eod. l. 1. Cod. credit. euict. pign. non deb. Haud
abſonum deinde eſt, eundem duarum perſonarum vice defungi,
vario ac multiplici reſpectu. l. ſi conſul. ff. de adopt. l. tutor pe-
titus.

Contendeur, & plege de la Vente.

§. 1. in Ver. *ou lignagier.* Glo. 9. Num. 273.

Le Saiſiſſant, ou Opposant aux Criées, receu au Retraict lignagier de l'heritage decreté.

titus. §. 1. ϖ. De excuſat. tut. l. tutorem. ϖ. De his, quæ vt indign. aufer. Ex quo pariter, Tutor, pupillare prædium, quod alteri ære manciparit, licitè redimit ſibi priuatim: Quùm tutorio nomine geſta, proprio Tutoris iuri minimè officiant. l. cùm quædam. C. De adminiſtr. tut. l. aduerſus. §. tutoribus. ϖ. De inoffic. teſtam. Quinimò Iudex auctionis, prædium agnatione retrahit, præſide ipſo diſtractum, ac pro Tribunali ſedente. Quemadmodùm cenſuit Tiraquellus, in Lineari Retractu, ſecundùm Molinei ſententiam. Nec ad rem pertinet, quod ſupràſcriptum eſt, fideiuſſorem venditoris, Municipali redhibitione fundorum arceri, quorumdam calculis Iuris Profeſſorum. Diuerſa enim opinio, Senatorijs præiudicijs adiuuatur, rationéque Legum potiore, quam multis adſtruximus, Lib. 3. De Privil. Rvstic. Affinis prædictæ dubitatio ad Senatum delata eſt, nûm permutator rei immobilis, quam ſub Haſta venalem mercatus iactabatur, rectè laudetur auctor ab altero, in publici venditoris propinquum, redemptorem eius prædij auctione diuenditi. Cauſam hæſitandi præbet permutationis conditio, animúſque eam contrahentium: Vtì, depoſito gentilitij Retractus metu ac periculo, commutatos viciſſim fundos perpetuò retinerent. Sed quia auctor ipſum citanti, rem tranſcripſit, non quaſi patrimonialem, at purè emptitiam, debuit ille, non ignarus eſſe Iuris Prouincialis Retractvvm, proſpiceréque, ita coempta, à primi venditoris agnatis, ſibi poſſe, redhibitorio familiæ iudicio, auocari. Ex argumento Vlpij Marcelli, in l. 9. §. idem quærit. D. locat. Talis proinde euictionis diſcrimen, quæ Legibus inducatur, haudquaquàm ſubit venditor, nedùm permutator. Vt notat. in l. minor. ϖ. De euiction. Accurſ. ad l. ſi familiæ. Cod. famil. hercìſc. Ac Tiraquellus nuncupatim, in Retractu lineari, poſt Maſuerium, quem alibi recenſuimus.

> Tiraq. in §. 1. In ver. *ou lignagier*. Glo. 9. Num. 172.

> In Cap. De iure redimendi, Art. 3.

> Ex fundi euictione Legali, vel Statutaria non datur regreſſus in venditorem. De quo, Nos ſ. Lib. 2. Tit. 6. Art. 17.

> d. §. 1. Glo. 9. Num. 34. 35.

11 Mvltifariam peccatum eſt pridem in adiudicationum fundi Decretis, & ſacra Iudicantium poteſtas auctoritáſque detorta ad iniquum compendium. Nam in Municipiolis quibuſdam, extinctæ lucernæ momento, addicebantur in Foro prædiola: velutíque ad clepſydram dicenti, ita pluris licitaturo fauces, cum voce, obſtruebantur accenſi luminis extinctione. Qua quidem forenſi captiuncula, arctabatur publici commercij libertas, & gratioſior apud Iudicem quiſque, promercale latifundium, cui inhiaret, vili pretio euincebat. Talis verò gratioſi decreti ritum ac formam Senatus antiquauit, aboleuit. Supremis ſententijs. 6. Kalend. Iunias, &. 4. Kalend. Sextiles An. 1585. in cauſis agendis. Haud vno itidem S. Conſulto infirmantur nummariæ fundorum Addictiones, ſecretario in cœnaculo Fori decretæ, adiectis Iudici ſportulis. Nûm autem ſordidæ huius Adiudicationis reſciſſæ euentum præſtet magiſter auctionis emptori, diſputatum eſt. Vlpianus vtique, ſi per imprudentiam Iudicis, vel iniuriam adeo, victus eſſet

> *Decretz d'heritages faicts à eſtainctes de chandelle.*

> Iudicata Curiæ die. 27. Maij, &. 29. Iulij An. 1585.

> *Adiudications par decret, en la Chambre du Conſeil, eſpices priſes.*

Digitized by Google

emptor rei, negauit, auctoris damnum eſſe debere. l. ſi per imprudentiam. ff. De euict. l. ſi non iniuria. Cod. eod. Sicuti rurſus Connubiali pupillarium fundorum pacto adhibita Prætoris auctoritas, id conſtabiliebat Iure Ciuili: Ita ſenſim probari cœpta Magiſtratus decreto, impuberum ipſorum Connubia imparia, malóque more præfeſtinata. Quale tamen Iudiciorum ſuffragium emendicatum damnauit Armorica Rhedonum Curia. Areſto non incelebri Nonis Septemb. An. 1560. ex controuerſia Mathurinæ *de Cramou*, & Iani Lamberti. Quod Natalis Failhius Placitum Curiæ refert in ſuis Commentarijs. Eodem errore, Aruerni feruntur, nuptiis minorum annis interponere decreta conſueſſe: hoc colore, quòd dotales rerum pupillarium Conuentiones auctorem Iudicem requirant patria Lege. §. 2. Tit. De minor. 25. ann.

Nuptialium, de bonis, Pactorum Decreta iudiciaria. l. lex quæ tutores. Cod. De adminiſtr. tut. l. ſiue generalis. ff. De iur. dot. l. prædia. C. de præd. min.

Britonici Senatus Areſtum die. 5 Septemb. An. 1560. infirmans ſententiam Iudicis *de Coneſquen, ayant decreté le mariage de deux pupilles, pour eſtre executé lors qu'ils ſeroient en aage*. Ex Collectaneis Areſtor. Britonic. Natalis *Du Faih*.

PRISCO item Lutetianæ Præturæ Vſu, vænibant palàm Vrba- 12
na prædia, ac Ædificia, cum onere nummarij cuiuſuis Reditus antiquioris, hypothecarij putà & volatilis, æquè ac prædiatij. Nec tenebatur publicus emptor, annua hæc Vectigalia confeſtim luere: modò, re ampla, idoneus foret ſoluendæ quotannis Penſitationi. Id quod ciuilibus Galliæ bellis expreſſum Lutetiæ, teſtatur Diploma temporum illorum, pridie Kalend. Februar. An. 1431. ita vernaculè conceptum: *Que pour pourueoir à la decoration de la* VILLE DE PARIS, *& obuier à la ruine, diminution & depopulation d'icelle, nous euſſions par Lettres du dernier Iuillet.* 1428. *ordonné entre autres choſes, que ſi aucuns lieux, & Ædifices, comme vieux, ruinez & inhabitez, fuſſent ou ſoient criez par vertu du Priuilege pieça octroyé par les Roys aux Bourgeois & habitans de ladicte Ville, & ne ſ'apparuſt proprietaire deſd. lieux criez, ou ne fuſt diſcuté des oppoſitions aux Criées dedans demy an apres leſd. Criées, il fuſt loyſible à noſtre Procureur, aux Cenſiers, ou Rentiers deſd. lieux, de mettre derechef en Criées leſd. lieux au Chaſtelet de Paris par trois quatorzaines, & la quarte d'abondant, en le ſignifiant par vn Sergent aux oppoſans, & leſd. Criées faictes par vertu dud. Priuilege, leſd. lieux, maiſons & heritages eſtre deliurez au ſecond rapport deſd. Criées, aſſauoir du Mercredy & Samedy, & la deliurance au ſecond rapport, qui eſt au Samedy, par noſtre Preuoſt de Paris au plus offrant à Rente, pour tourner au proffit de ceux qu'il appartiendroit, laquelle Rente ſeroit racheptable, en payant auſſi par l'achepteur les fraiz des Criées. Mais pour les fraudes faictes à noſtred. Ordonnance par leſd. preneurs à Rente, eſt ordonné, que aucuns ne ſeront receuz à mettre prix de Rente ne enchere, ſ'ils ne ſont teſmoignez ſuffiſans de payer lad. Rente, à laquelle Rente, ils mettront, & iuſques à la valeur du prix d'icelle, ou que de ce ils ayent baillé caution. Item que apres les priſes & adiudications, les preneurs ſeront tenus faire viſiter les maiſons & lieux criez par expertz, & ſera faict procez verbal de la longueur & largeur deſd. lieux, & appretiation de la valeur à prix d'argent pour vne fois, tant à la charge de la Rente, à quoy elle aura eſté adiugée, comme ſans la charge*

Reſcriptum die vlt. Ianuar. An. 1431. *pour les Criées, du Priuilege aux Bourgeois de Paris, & rachat des Rentes ſur les maiſons.*

De hoc Priuilegio ciuili *des Criées des Maiſons vuides, vagues, & ruineuſes. &c.* Nos antea, in Præfat. Oper. Art. 7. Tum Lib. 1. Tit. 3. Art. 9. & Lib. 2. Tit. 8. Art. 4.

Digitized by Google

la charge d'icelle, &c. Poſteriori verò ætate S. Conſultum factum eſt, quo S. C., licitator vinculis etiam cogitur, hypothecarij Reditus ſortem deponere penes delegatum ei muneri à Prætore Vrbis. Luce. 24. Martij An. 1528. in promulgando Franciſci. 1. Edicto, de proſcriptione & auctione fundorum, Nouemb. Menſ. An. 1527. Cæterùm relapſa ciuiles in Tumultus Gallia quindenum abhinc annum, deferbuit, vt olim, licitantium calor, & frigeſcente indies Foro, intermiſſæ ſunt iſtic publicæ Addictiones prædiorum, conditis domi loculis Bellorum præſidiariis. Donec, ſedata demùm ciuili tempeſtate, prudens Senatus creditori cuique permiſit, debitorum bona Haſtæ præconis ſubijcere, ac longo ſilentio ſopita auctionum fundi Præconia, nouo ſubiuncto, conſtabiliuit. Solenni Areſto. 6. Idus Maias An. 1595. Cui, triennio pòſt, acceſſit inſigne S. Conſultum, de præuijs quibuſque Adiudicationum Formulis pignerati latifundij. Quod in ſacro Auditorio propalam recitatum eſt Nono Kalend. Decemb. An. 1598. emiſſúmque ilico Curiæ iuſſu in omnia ſui Territorij Municipia, vt pro Lege cuſtodiretur. Tali ergo prædiorum emptione publica, ſoluuntur hypothecæ anteriores, ac ſeruitutum onera, quæ illis priùs impoſita forent. Dempto ſolùm hinc, conſpicuæ & patentis iure ſeruitutis vrbanæ, vt ſtillicidij: Quale decreto non tolli adiudicationis fundi, cenſuit Curia Pariſien. Iudicato, 14. Kalend. Mart. An. 1588. ex controuerſia Fori, quam Cheualerius Senator collegis ſuis in quinta eius Ordinis Decuria recenſebat. Huc pertinent ſupràſcripta Lib. 1. Tit. 4. Art. 2.

Placitum Curiæ die. 24. Mart. An. 1528. *Où les heritages ſeront adiugez à prix de Rente, les acheteurs ſeront tenus fournir le ſort principal des Rentes conſtituees à prix d'argent, les arrerages, & le prix du decret, iuſques à leur enchere és mains du Commiſſaire.*

Parlamẽti Decretum, die. 10. Maij. 1595. *Permis proceder aux Criées & Decret: & quant aux precedẽtes Criées, il ſera faict vne. 5. ſuperabondante Criee, &c.*

Parlamentare Areſtum generale, (*touchant les formalitez des Criées, Affiches, Encheres, & autres ſolennitez des Decrets,*) publicatum iudiciariè in magna Camera die. 23. Nouemb. 1598 quod paulopòſt typis impreſſum eſt.

Arreſté en Parlemẽt, die. 16. Februar. An. 1588. *ſur le procez d'entre Blouin, & De Franes*, in. 5. Camera Inqueſtarum, Vrbanas nempe ſeruitutes viſibiles, *comme les Eſgouſts*, non purgari Decretis iudiciariis Ædium, *ſur leſquelles eſtoient leſd. ſeruitutes apparentes.*

13 SECVNDVM prædia, & prædiarios Reditus, aut volatiles, de quibus. §., Dicamus de tertio bonorum genere, quod venali Regio munere conſtans, ſubſidiò excutiunt creditores. Mirum videtur exordio ipſo, Quæſtoria officia, Fiſcíque rationibus obnoxia, proſcribi debere ad parœciacam Ædem Bartholomæo ſacram, in Inſula Pariſiorum. §. 350. Conſtitutionis Municipalis. Sed veluti miles ibi domicilium habere, vbi meret, exiſtimatur, Hermogeniani ſententia: Sic Fiſcalium præſtationum Exactores & Diſpenſatores inibi agere creduntur, ac publico fungi Miniſterio, vbi ratiocinia proferre geſti Officij compelluntur. Apud Lutetianos nempe Rationales, quorum iuridica Sedes in parœciacis D. Bartholomæi finibus eſt poſita. Nam & ampliùs ſanxit Princeps, Fiſcȩ obæratos, aut Fiſcalibus adſtrictos ratiociniis, arceri à quouis alio Magiſtratu, priuſquàm ijs, quorum notio ſit, liberatos illos Fiſci reliquis, paruerit. Edicto Decemb. Menſ. An. 1557. ac Ianuar. 1565. Quod quidem Inſtitutum minimè à ciuili Ritu abhorret exterarum Nationum. In Attica namque Politia, non licuit ei, qui ærarius eſſet, Reipubl. adminiſtrationem capeſſere: & qui ſecus feciſſet, huic grandem Athenienſes dicam impingebant. Vt refert Demoſthenes, in Orat. aduerſus Androtionem: à quo propterea latum Decretum

L. Municeps. §. miles. D. Ad municip.

Officiers comptables.

Vt directus dominus intercedere tenetur publicis fundi auctionibus pro fructuariis obuentionibus feudi ſui, *quints, reliefs, ventes, amendes, & autres droicts ſeigneuriaux eſcheux.* §. 358. Conſ. Pariſ. Sic Fiſcus, niſi

Digitized by Google

mulctæ nomine ſibi adiudicatæ, decreto fundi ius opponat ſuum, repellitur exceptione Decreti: Aliorum inſtar creditorum, qui Fiſcalibus tamen pœnis præferuntur. l. quod placuit. ff. De iur. Fiſ.

improbat ille; quia antequàm mulctatitium numum, quo Androtionis pater damnatus fuerat, diſſoluiſſet filius, Rempub. gerere, iſti nefas eſſet. Eandem Atticam legem refricat Græcus ille Orator contra Ariſtogitonem, & Pro Cteſiphonte. Romana item Iuriſprudentia compertum eſt, Reipub. debitorem ad honores inuitari nõ poſſe: niſi in id, quod debetur, Reipub. primùm ſatisfecerit. Vlpiani leg. 6. §. debitores. ff. De muner. & honor. l. 1. De debitor. ciuit. Lib. 10. Cod. Martianus itidem cenſuit, his ne legatione quidem fungi licere, ac Diuum Pium ita Claudio Saturnino, & Fauſto reſcripſiſſe. l. 4. ff. De legat. Quinetiam Fiſci debitores Pomponius tradit, Reipub. vectigalia conducere prohiberi: ne alijs ex cauſis eorum debita onerentur. Ni tales fortè obtulerint fideiuſſores, qui ære alieno ipſos eximere parati ſint. l. licitatio §. 1. ff. De publican. Per hunc modum, Calliſtratus idoneos non eſſe Municipalibus muneribus reſpondit conductores vectigalium Fiſci, ſed illa petentes repelli à Præſide, vel procuratore Cæſaris; niſi paria Fiſco feciſſe dicantur. Ne, ſi admitterentur, facultates eorum, quæ Fiſco ſubſignatæ ſint, extenuarentur. l. ſemper §. conductores. ff. De iur. immun. Ab ijs pauxillùm diſtat, quòd Catilina repetundarum reus, Conſulatum petere prohibitus ſit. Teſte Saluſtio. Atque, vt Gallicum Fori Vſum obiter his intexam, Langlæus narrat Celticæ Britanniæ Senator, hunc Armoricis Morem increbruiſſe ex Francicis Conſtitutionibus, ne qui Fiſcali Regióque æri obſtrictus ſit, Rationalium in Collegium aſſumatur, donec rationes expunxerit ad amuſſim, reſiduáque ſolida ad aſſem Principi appenderit. Otij ſemeſtr. Lib. 7. Cap. 2. In eam quoque ſententiam varia protulimus antiquorum Scriptorum teſtimonia, Lib. 3. SACRÆ POLITIÆ FORENSIS.

Hungarico Iure Conſuetudinario, Ruſticis libertas nõ datur tranſmigrandi de loco in locũ, antequàm priori domino, coloniſque, & *ſeruitoribus* eius, ſi quid debent, vel ſi quid contra eos deliquerint, ſatisfaciant. Vt Tripartito Opere Iuris eiúſce Conſuet. lectitatur.

Tit. 3. Art. 11.

INSVPER ne, profana tractantes, ſacra negligamus, obſeruare 14
eſt, in ſtruenda à Regibus Bartholomæo Æde, (cuius intra parœciam diximus Principalium rationum Præfecturam exerceri) quanta in Superos pietate exarſerit ſemper Auguſta CAPETORVM Heroum familia; quæ etiamdùm Francico Orbi diuinitùs dominatur. Huius enim Fani in media Ciuitate cõditor cietur Hugo Capetus Pariſiorum Comes, tum cœleſti numine Francorum REX. Indice Chartula Errici. 1. nepotis, An. 1030., ita deſcripta. HENRICVS, DEI GRATIA, &c. NOVERIT POSTERITAS OMNIVM SANCTÆ MATRIS ECCLESIÆ FIDELIVM, QVÒD QVIDAM VENERABILIS ABBAS COENOBII SANCTORVM BARTHOLOMÆI APOSTOLI, ATQVE MAGLORII ARCHIPRÆSVLIS, IVXTA AVLAM NOSTRI PALATII SITI, REGINALDVS NOMINE, ROGANS, NOSTRÆ SERENITATIS ADIERIT PRÆSENTIAM, QVATENVS PRÆDICTO LOCO, QVEM PIÆ MEMORIÆ HVGO AVVS NOSTER FVNDAVERAT, ET SVIS TERRIS DITAVERAT, QVANDAM ECCLESIAM ILLIVS VILLÆ, QVÆ BVXORIA VOCATVR,

Capeti Robertum filium Diuis adnumerat Clictoueus, in Tract. De vera Nobilit. Cap. 11. Et, ex priori ſtirpe Regia, Karolũ Magn. Albertus Crãtzius, adſcriptum Catalogo Diuûm à Paſchali Pontif., Metrop. Lib. 6. Cap. 46. Cuius & Magni memoriam Ludouicus. XI. in Francicis Templis coli præcepit, An. 1474. apud Gaguinum. De Ludouici. 9. Apotheoſi, Nos. Lib. 2. de ſac. Polit. Ita S. Oſualdus, Scotorum: Edmundus, & Odoardus. 1., Anglorum: Stephanus, & Vladiſlaus, Hunnorum: Olauus, Noruego-

Digitized by Google

VOCATVR, CONCEDEREMVS LIBERAM OMNI EXACTIONE, AC REDIBITIONE CVIVSLIBET DIGNITATIS PERSONÆ, &c. Quinetiam Chriſtianæ pietatis merito, Capetianæ ſtirpi Imperium ſine fine datum indicat Vilhel. Nangiſij Hiſtoria, cœnobitæ Dionyſiani: quæ ad Annum 1350. perducitur. Ait quippe, Hugoni Magno, Pariſiorum Comiti cœlitùs prædictum à B. Valerico, cuius, ſimul & D. Richarij ſacras reliquias, Normanorum antea terrore vagas diſperſáſque, reſtituerat in proprias Templorum ſedes, Magni progeniem iura daturam perpetuò Francis, ac præcelſo Diademate, præfuturam CHRISTIANISSIMO REGNO. Prima quidem Regum noſtrorum florente proſapia, Religionem ipſorum laudibus vexit B. Gregorius Apoſtolicæ Sedis Antiſtes. (Epiſt. 6. Lib. 5. Regeſti.) Secundæ rurſus auctorem Regiæ gentis, Pipinum inſigniit poſteritas Chriſtianiſſimi cognomento, ob nauatam Romano Pontif. aduerſus Langobardos egregiam operam. Sicuti Francicis Annal. liquet. Pipini item, Magnus, filius, Moguntina Synodo CHRISTIANISSIMVS dictus, VERÆQVE RECTOR RELIGIONIS, AC SANCTÆ DEI ECCLESIÆ. An. 813. Quem præterea Theganus vocauit ORTHODOXVM Imperatorem. Lib. de Geſtis domini Lodevvici Imp. Et hunc deinde Ludevvicum, PIISSIMVM nuncuparunt Præſules Aquiſgranenſis Concilij, An. 816. Aſt decurſu temporum, regij Galliæ faſces, Diuino afflatu tranſlati ſunt è Pipini ſtirpe ad Capetianam, quòd in illa, antiquus Religionis feruor, auitáque in ſacram Eccleſiam ſtudia planè refrixiſſent.

> rum: Canutus, Danorum, Ericus, Sueciæ: Sigiſmundus, Burgundionum: & Vuenceſlaus, Bohemorum Reges Sancti, patriis Annalibus prædicantur.

> Hugo Magn., D. D. Richarij, & Valerici corpora, quæ tranſlata ab Eccleſiis ſuis fuerãt in Eccleſiam S. Bertini, apud S. Audomarum, metu Normanorum Frãciam vaſtantium, de cœlo admonitus, ad ſuas fecit Eccleſias reportari.

> De hoc Pipino, Bapt. Egnatius (ſecundùm alios Lib. 3. Roman. Princip.

> Theganus, chorepiſcopus Treuirenſis.

15 MINORVM annis prædia, vt maiorum, licitè diſtrahuntur Haſta publica ob æs alienum: ſed hoc ita, ſi tutorem illi habeant, in quem, bonorum proſcriptiones, vniuerſáque Iudiciorum tela pertexatur. De eo tractatum eſt, cui, venia gratiáque ætatis facta à Principe, in litem datus ſit Curator, vt aſſolet, Nûm huius nomine, res minoris annis ritè alienetur per Iudicem, vrgente creditore. Nonnullis placuit, Iudiciariam huiuſmodi alienationem valere. At, contrà, puto: quùm, in rebus ſoli vendundis, adæquata ſit minorum annis conditio, *ſiue petita, ſiue non petita ſit ætatis venia.* Vt Iuſtiniani Phraſin vſurpem. l. 3. Cod. De his qui veniam ætatis. Proin eorum bonis indiſtinctè dandus Tutor, nec firmiùs in litem Curator idoneus eſt publicæ, quàm priuatæ fundorum alienationi. Cæſarea Galieni leg. Ad protegendam cauſam tutor, ſiue curator datus Cod. De in lit. dan. tut. In verſ. cùm ſola ſuſcepti negotij tutela mandata eſt. Huc ſpectat Romanum S. Conſultum, cùm claræ perſonæ bona vænirent. Nam vt honeſtiùs ex bonis eius, quantùm poſſet, creditoribus ſolueretur, conſtitui oportuit Curatorem, diſtrahendorum bonorum gratia, vel à Prætore, vel in Prouinciis, à Præſide. l. 5. π. De curat. furioſ. Ac veluti, orante Me in Gallico Senatu, reſciſſum fuit adiudicationis prædij decretum, in nobilem pupilli Cuſtodem interpoſitum. Sic irrita fit publica rerum minoris

> Prohibita etiam alienatione per cõtractum emphyteuticum, nedùm per Legem, concedenti ius eſt, publicam alienationem emphyteuticæ rei impedire, vt priuatam. Arg. l. vlt. Cod. de iur. emphyteu. l ſi creditor. § vlt. π. De diſtract. pign. Quùm inalienabilia, pignori dare non liceat. l. vlt. C. de reb. alien. non alienand.

> Cuſtos nobilis, eſt perſonalium tãtùm actionum, & iurium capax, non realium exercendorum. §. 270. Pariſ. Conſuet.

Digitized by Google

Curiæ Placitum, *en plaidant à la grand Chambre*, die. 17. Mart. 1597. inter Chriſtophorũ *Coiſmart*, appellantem à publico fundorum Decreto Præpoſiti Pariſ. die. 16. Decẽb. 1596., Pro quo egit Iayus, & Antonium *le Sec*, intimatum, pro quo, Nauarrotus, qui obtinuit. Eodem pariter Anno, die. 4. Decemb. confirmatum fuit à Curia, decretum adiudicationis Ædium Lutetian., nõobſtante enormi læſione: inter Ianum Guignerium tutorem liberorum appellantem, pro quo Bignonius, & Adiudicatariũ, pro quo Martelerius, dixêre.

annis alienatio, etſi donati venia ætatis: niſi legitimus alienationi huic tutor, aut Curator interuenerit. Quòd ſi vacantibus bonis datus ſit Curator, inſtantia creditorum, qui pignerata illa ſequeſtris commiſerint, haud ideo infirmatur Iudiciaria ipſorum venditio, quòd antè diſpunctas Curationis rationes præcipitata videatur. Nec enim talem Curatorem ratiociniis obnoxium, qui ſequeſtrata bona minimè poſſideat, cenſuêre Lutetiani PATRES, nec ideo retractandam fundorum mancipationem nummariam in iure contractam: etſi huic pariter vilitas pretij ſumma opponeretur. Areſto. 16. Kalend. Apriles An. 1597. Effinge verò, adoleſcentem, cui ſit Curator adiunctus, viceſimum quintum annum complêſſe, interea dùm publicè prehenſa eius latifundia à creditoribus vænum exponerentur, & Curatoris poteſtate ſolutum, nullis domicilij Sedibus certis, vagari modò huc, modò illuc: vt occurſum creditorum euitet. Quæro, præſenti quùm ipſi imminens pigneratorum fundorum addictio nunciari nequeat, quónam, latitans, domicilio monebitur proximæ licitationis? ne ex ſolennibus Auctionum quid deſideretur. §. 359. Moris Pariſien. Opinor herclè, aditi Iudicis permiſſu, rem ſimul priori Curatori denunciandam (ex l. vn. Cod. Vt cauſ. poſt pubert.) & paterno originis domicilio debitoris: Quale, niſi alio euidenter ſelecto, mutatum non videtur. Vlpiani leg. aſſumptio l. libertus. §. patris domicilium D. Ad Municip. l. priuilegio ſpeciali De incol. Lib. 10. Cod. Huc pertinet eiuſdem conſilium Vlpiani, in l. aut qui aliter D. quod vi aut cl. §. etſi fortè non ſit, cui denuncietur, neque dolo malo factum, ne ſit: amicis denique, aut procuratori, aut ad domum denunciandum eſt, &c. In ſumma, eò plus cautionis adhibendum iudiciariæ fundorum diſtractioni, quò effuſiùs in omnes, quorum intereſſe poſſit, talia Decreta protenduntur. Quibus nimirum, vniuerſim citatis programmate, ius Prætor dixiſſe exiſtimatur. l. ſi eo tempore. Et ibi Faber Cod. De remiſſ. pign. l. ſi tempora De fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſc. Lib. 10. Cod. Vnde ex facto in conſultationem collato reſpondi, Frontonem, qui, Regia manu in latifundium inuecta aduerſus Seium, eius agellum Latifundij priuatim continuò poſſederit, ſecuta purè huius Addictione forenſi, non audiendum poſſeſſorio iudicio aduerſus emptorem. Tanti enim, iudiciarium hoc Decretum eſt, vt miſſo priùs in poſſeſſionem bonorum præcone, quaſi iis publicè poſſeſſis, accedens Prætoria adiudicatio transferat illorum dominium, cum poſſeſſione, in publicum licitatorem: Niſi priuatus poſſeſſor, qui auctionem ilico non oppugnatat, ab eo ſaltem Decreto, quod in rem eſt, omnibúſque præiudicat, Senatum appellet. §. vlt. Inſtit. De offic. iudic. l. A Diuo Pio. §. ſi pignora. ff. De re iudic. l. Ædium. ff. De pecul Faber ad l. traditionibus Cod. de pact. In ver. item in ſententia. Communi itaque, huic & publico titulo rei, contraria poſſeſſio nullum producit Iuris effectum. Cap. ad decimas De reſtit. ſpoliat. In. 6. l. cùm ſolus.

Verſ. *Et où l'on ne pourroit parler à la perſonne du ſaiſy, ſuffit de faire l'adiournement au domicile dud. ſaiſy, & au proſne de l'Egliſe parrochiale du lieu, où l'heritage eſt aſſis, &c.*

Licet Iudicũ Sententiæ perſonales ſint, & perſonas litigantes non egrediantur: Iudiciaria tamen fundorum Decreta ſunt realia, & in omnes extenduntur. Sed aduerſus ea aliquando Minor, vel Eccleſia reſtituitur.

Res ſemel affecta Prætorio pignore, fit impræſcriptibilis.

Digitized by Google

ſolus. l. Celſus. ϖ. De vſucap. Imò nec priuatus emptor rei publicè poſſeſſæ, vel prehenſæ, vſu eam capit ante tricennium: maximè ſi Prætorio deuinctam pignore interea reſciuerit. Talis enim depoſiti publici nullam eſſe priuatam poſſeſſionem, ac præſcriptionem, iudicauit Senatus, An. 1595. Litis enarratore Angenouſto, de ædibus quibuſdam Turonicæ Vrbis. Optimè, quùm vſucapio ſine poſſeſſione non procedat: quæ, apud ſequeſtrum depoſita re publicitùs, nulla ſupereſt poſſeſſio efficax penes priuatum detentorem. Florentini leg. licet §. rei depoſitæ D. depoſ. l. intereſſe puto. ϖ. De acquir. poſſeſſ.

16 ORDO CREDITORVM, qui auctioni ius ſuum oppoſuêre in ſumma Curia, diſcutiebatur olim ante ſolennem fundorum venditionem: Eóque ſemel diſcuſſo ordine, non ſinebatur quiſquam, proſcriptioni bonorum intercedere, ſed promercalia ipſa duntaxat licitari. S. Conſulto facto. 7. Idus Mart. An. 1491. Aſt multò antea Faber ſcripſerat, haud priùs definiendum à Iudice, qui potiores in pignore habeantur, quàm prædium Haſtæ ſubiectum væniiſſet. In l. ſi eo tempore Cod. De remiſſ. pign. Verſ. *Sed quid, ſi fiant ſubhaſtationes*. Hancq; adeò Forenſem rerum ſeriem in Auctionibus complexi ſunt Præfecti inclytæ Vrbi, & Princeps in cæteris ſeruari Tribunalibus iuſſit. Edicto An. 1551. cui Lex Municipalis ſuccinit Pariſiorum. §. 360. Porrò in creditorum ordine, diſputatum eſt, an qui, nondum diſpunctis Tutelæ ſuæ ratiociniis, interceſſerit auctionalibus fundi præconiis tutoris ſui, editarum iam rationum reliqua iuſtè petat ex pretio alterius fundi auctione diſtracti. Recentiores quidem creditores, ſatis huic factum obtendunt priore bonorum alienatione. Nam, inexcuſſis adhuc ratiociniis, ſequentes creditores nummos ſatiſdatò præceperant, mox redditúri, poſt expunctas tutelæ rationes. Cùm enim tacita pupillis Hypotheca paretur à die datæ tutelæ, ad eum diem reflectitur poſterius tutelarium rationum examen. Vt Serbidius Scæuola innuit, l. tutoris hæres D. ex quib. cauſ. pign. Vnde colligunt creditores alij, anteriorem illum, ex pretio ab emptore obſignato vel ſuum recepiſſe, vel ab iis, qui, fideiuſſore dato, nummos abſtulerint, repoſcere nunc debere. Aſt, èdiuersò, antiquior differit creditor, ſe in omnia tutoris bona iure præditum hypothecæ: & vno debitoris alienato prædio, ſublatóve pignore, cætera manere obligata. l. creditor, qui D. ſi cert. pet. l. 26. ϖ. De ſolution. l. aduerſus Cod. De oblig. & action. Re admodùm tenui eſſe illos, qui ex alterius licitatione fundi pecuniam acceperint, ſibi reſtituendam: Nec in eorum ſponſores vtiliorem debiti æris exactionem ſuccurrere. Quinimò ſatis creditori factum non dicitur, idonei expromiſſoris, pignorúmve datione. l. ſi ſe non obtulit §. ait Prætor. ϖ. De re iudic. Et Alexandri. 3. Epiſt. Decretali. Cùm aliquibus Eod. Tit. in Antiq. Denique, cum ampliſſimis in Curia Cauſidicis, exiſtimaui, haudquaquàm repellendum ab aliis

Generale Placitum Curiæ, die. 9. Mart. An. 1491.

Legitimi creditoris ſubrogatio *aux Criees faictes* ab alio, pro non debito, nihilò plus valet, nec illas malè cœptas confirmat. l. cùm vnus. §. planc. ϖ. De reb. auctor. iud. poſſid. l. 1. §. proinde. D. Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. Et Magiſt. In Tract. *des Criees*. Cap. 27.

Abſentes etiam à Municipio, in quo ſita bona ſubhaſtātur, ſi non interceſſerint eorum ſubhaſtationi ad detrahendam inde portionem ſibi competentem, perpetuò excludũtur, nec poſtea ab illorum Decreto prouocantes audiuntur. Areſto die. 4. Mart. An. 1601. ex appellatione à Præpoſito Pariſien. *Au Roolle de Paris.* Iuxta l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pign.

creditorem anteriorem: Niſi fortè, longas inter moras excutiendarum ab eo tutelæ rationum, ij, qui debitum ſibi præoccupaſſent, ad inopiam eſſent redacti, ipſorúmque fideiuſſores. Argum. l. pupilli §. ſoror. ϖ. De ſolut. Quòd ſi minor annis nullatenùs pro ſuo iure bonorum auctioni interceſſerit debitricis ex tutela matris, ab eorum licitatione prouocans, minimè eſt ferendus. Luculento Areſto in peruigiliis Paſchalibus, ſeu. 16. Kalend. Apriles An. 1598. quod Petr. Seguerius Præſes purpurea in Toga recitauit. Diſſimilis enim cauſa videtur iuſti rerum Dominij (quod, minor ætate, ſi non oppoſuerit ſolennibus fundorũ præconiis, reſtituitur in integrum) & nudæ pro credito Hypothecæ, cuius nomine, omiſſa interceſſio, ritè acta geſtáque vix retractarit. Sepoſita illinc Fiſcalis debiti æris conditione eximia, cuius impulſu, contracta publicè rerum pupillarium venditio, neutiquàm conuellitur. Leg. quæcunque. De Fid. & Iur. Haſt. Fiſcal. Lib. 10. Cod.

Curiæ Areſtum, die. 17. Mart An. 1596.

Doarij titulo prædia ad minores annis liberos pertinentia, ſi decreto publico vænierint, conquerentibus iis, & appellantibus, redeunt ad priſtina ipſorum dominia: Vt forenſi Praxi obſeruatur.

Planè eius creditores, qui Tabernam mercimoniorum condu- 17
xerit in Lutetiana forenſi Baſilica, veniunt in contributionem pretij, quod ex iure illo conductitio palàm proſcripto, venditóque redigatur. Quippe in nouennium pacta Tabernæ conductio, Regij patrimonij, fertur mobilis potiùs, quàm res ſoli: eiúſque æſtimatio temporariæ detentionis, ſi minùs cedit occupanti, Mouentium inſtar, creditoribus certè in aſſem diſtribuitur. Iuxta ea, quæ de vniuerſorum pigneratione Mobilium ſupràſcripta ſunt. Ex §. 179. 180. Pariſien. Conſuet. Nam & qui tabernas, ſoli publici, vendidit, non ſolum, ſed ius vendidit: cùm iſtæ Tabernæ publicæ ſint, quarum vſus ad priuatos pertinet. Vlpiani leg. qui tabernas. ϖ. De contrah. empt. Verùmtamen Fiſcalis tabernæ emptio, vel emphyteuſis diuturna, immobile ius transfert in poſſeſſorem. Et hoc quidem ius, Immobilium exemplo, ſubiicitur ordini hypothecarum. Similiter quippe diuenditum ipſum ab emptoris, vel emphyteutæ hæredibus, lege redimitur Familiari. §. 148. 149. præd. Conſuet. Eadem probanda ſunt de Regio Fori Scribatu, quem quis, contracta fiducia, mercatus ſit. Huius quippe, ceu prædiarij, & hæreditarij fundi, pretium creditoribus diuiditur Hypothecario ordine, poſt Iudiciariam rei diſtractionẽ ob æs alienum emptoris fiduciarij. Quùm enim perpetuò reſolui poſſit fiduciaria mancipatio Sacri Census, eiuſdem priuatus comparator pro tempore cenſetur proprietarius quodammodò, cúmque creditoribus licitè ſupponit hypothecæ. l. ſi is qui bona §. vſusfructus. l. lex vectigali. ϖ. De pignor. l. etiam. D. qui potior. in pign. Propone autem, multis obæratum, à forenſi Auctione ſupremā Curiam appellaſſe, & hoc ſuperatum iudicio, mulctatúmque litis impendiis: quæ magiſter auctionis ab inope eo recuperare nequeat. Eáne in litem expenſa victor ab aliis repetet creditoribus tributim? Arbitror certè, in erogando particulatim fundi pretio, primam ſumptuum iſtorum rationem habendam: quibus, ſalua

Droict de loüage de Boutique du Palais, ſubhaſté ſur le locatif par ſes creanciers.

Verſ. *Loges, boutiques, eſtaux, places publiques achetees du Roy, &c.*

Greffes du Domaine du Roy, alienez à faculté de réemeré perpetuel, reputez immeubles, & ſubiects aux Hypotheques. Vt Nos §. Art. 11. Tit. 3. huius Libri.

Publicarum venditionum, quæ fierent in Foro quolibet Præpoſituræ Pariſien., Arræ nummariæ, datę in eleemoſynam Monachis D. Catharinæ Vallis ſcholarium, Lutetię. Edicto Karoli. 7. An. 1446. Ex Lib. vetere Caſtelli Pariſ.

Digitized by Google

ſalua & incolumis ſteterit omnium creditorum cauſa. Nam alioquin prædij licitator pecunias non depoſuiſſet apud Officium: inanéque ac luſorium Addictionis rei decretum, quod, facta prouocatione, ſuſpendebatur, concidiſſet. Id quod Tit. ſuperiore oſtendimus. Atque vt Prætorium pignus in fundum, quod vnus creditorum excitarit, reliquis communi eſt vſui: ita res communi ſumptu ad exitum perducenda nummariæ Auctionis, vt ſibi debitum quiſque conſequatur. Pauli leg. 12. π. De bon. auctor. iudic. poſſid. Sic reliquiæ vitæ debitoris lacerantur & diſtrahuntur in perſonas varias: M. Tullij verbis, in Quintiana.

Artic. 12.

18 Præter Iudiciale venditi fundi pretium, excutiuntur Ratiocinia curatoris pignerato prædio dati: vt eius reliquis exactis, vltimi creditores dimittantur. Sequeſter autem is in rationum Codicem infert, Pagina expenſorum, grande æs ſtipendiarium, quod proſcriptæ Ditionis Caſtellariæ Iuridico annuum perſoluerit. Oppugnant hoc rationum caput creditores, quaſi tempore, iuréque potiores nouo illo Magiſtratu, vltroneæ penſionis annuæ exactore: qui de compendiis præterea certet, non de damnis rei ſuæ. Attamen de hoc conſultus reſpondi, Caſtellariam Iuriſdictionem, fundi partem mihi videri: eíque excolendæ, fundi inſtar, adſcriptos colonos, Magiſtratus, & Officia, forenſi in Munere tuenda à Curatore bonis dato. Iulij Pauli leg. 8. π. De bon. auctor. iudic. poſſid. Ex quo, publicus ſequeſter, Caſtellariæ dynaſtiæ Iuridico iuſtum abnuere nequiit operæ pretium, ſtipendiáve annua: Quæ, fructuum prædij impendia vocat alibi Paulus, leg. 13. π. De impenſ. in res dotal. fact. Alio loco & conditione habetur temporaria penſitatio, meræ liberalitatis titulo adſignata quibuſdam à debitore multorum. Hæc quippe, creditoribus minimè nocet, anterioribus præſertim: quorum fauorabiliorem donatariis cauſam, & legatariis, ſanxit Iuſtinianus. l. ſcimus §. etſi præfatam Verſ. licentia Cod. De iur. delib. Cum Papiniani leg. 4. De ſeparat.

Compte des Commiſſaires eſtablis aux choſes ſaiſies.

Gages ordinaires d'Officiers d'vne Chaſtellenie, couchez au Chapitre de Deſpenſe du Compte des Commiſſaires d'icelle.

19 Iam de vſvris agamus iudicialis pretij fundi, quod acceptum tulerit Actuarius, interim dum creditores de ordine hypothecarum inuicem contenderent. Tametſi enim huius Apocham æris debiti licitator promat, ſibi datam à publico Scriba, non liberatur fœnebri ſortis incremento: quam nempe pretij ſortem, præſentem, nec imaginariam, numerari oportuit, minùs etiam, de ea fidem haberi. l. 15. §. ſed ſi emptor. π. De re iudic. Cui omnimodò congruit Francica Conſtitutio, de auctione fundorum proſcripta, An. 1551. Siquidem Prætori illudere, nefas, Haſtarúmque iuri publico, & creditarum à multis pecuniarum. Ita æris confeſſi Apochæ, queîs Regius Quæſtor ſubſcripſerit, non eximunt Fiſci debitorem, nec ab emptore illatum Fiſco pretium, idoneè teſtantur. Bartol. in cita. §. ſed ſi emptor, auctoritate fretus Legis, ſi ex cautione Cod. De non numer. pecunia. l. 1. §. quòd ſi in lite. Et §. ſi mutuam. D. ſi quid

Conſignation faincte du prix du decret ſoubs la Quittance du Greffier, ou du Receueur des Conſignations.

Edict des Criees.

Digitized by Google

in fraud. patr. Eòdem vergit §. 1. Legis DOMINICÆ Francici Sceptri, An. 1566. Et Art. 333. Bleſenſis Edicti, An. 1579. Aſt ſi reapſe depoſita apud Officium nummaria ſors, auellatur inde Principali iuſſu neceſſarium in vſum Reipubl., Exoneratur tùm vſuris, cum ſorte, publicus emptor, ſimul & Actuarius, penes quem obſignati ſint nummi: Vnà cum antiquo reo debendi, cuius bona propalàm vænierint. l. obſignatione Cod. De ſolut. l. Lucius. ꝶ. De euict. l. ſi in Aſia. §. vlt. l. quod Nerua D. depoſ. Idque contradicto iudicio definitum fuit Lutetiani Senatus, tertio Nonas Decemb. An. 1594. Nec enim deſunt exempla interuerſæ quondam à mandatariis Principis, ſublatæq; è Foro pecuniæ litigatorum, quæ in eo depoſita publicè fuiſſet. Gallico nimirum ciuili Bello, apud Monſtreletum, Karoli. 6. & 7. rerum narratorem, Hiſt. Lib. 1. Cap. 116. Quod Senatoriis itidem eius ſeculi Regeſtis continetur, ſeptimo Iduum Septemb. An. 1429. Qualiter ergo cunque depoſiti nummi diſpereant, cuius periculo incumbat hoc damni, ita diſcreuêre ſupremi quique Regnorum Magiſtratus, nedum Galliarum. Aut enim mutuo litigatorũ aſſenſu res nummaria ſequeſtrò ponitur, & hoc caſu in victorem litéque ſuperiorem recidit detrimentum amiſſæ pecuniæ, ex ſpontanea ipſius ſequeſtratione. Matthæi, Senatoris Neapolit. Deciſione. 172. quùm ſua cuique res ſtet, vel cadat. Aut verò in depoſitos à reo debendi loculos publicam manum inuehit creditor, quî cum ille conteſtatur in iure, ac interea à depoſitario grande æs illud decoctum eſt. Tunc eiuſce iacturæ diſpendium ferre tenetur debitor, qui numerationi pecuniæ, quam creditor vrgebat, temerè interceſſerit. Luſitanico. S. Conſulto, quod Anton. Gamma, Senator recenſuit, Luſitan. Deciſ. 189. Cùm igitur depoſitum re contrahatur, nummarium præſertim, ex publicæ Addictionis fundi pretio, forenſi Scribæ non licet, acceptam facere profiterìque eam pecuniam, cui, nuda obſignatæ Cuſtodia, pro ſuo munere commiſſa ſit. Quod de priuato etiam creditoris procuratore ſanxit Gordianus Imp. l. 4. Cod. De Nouat. Martiano tamen IVRECOS. placuit, Fiſcalium bonorum venditionem procuratori Cæſaris permitti, hac laxiori de pretio dicta lege, vt imprimìs creditoribus præcedentibus ſatisfiat, & ſi quid ſuperuacuum extet, Fiſco pendatur. Eidem procuratori fas eſſe putat Martianus iubere, nummos, quos deberi creditori priuato, fuerit probatum, exolui ei: Quod & Diuus Seuerus, cum Antonino, reſcripſerat. l. res quæ in controuerſia. ꝶ De iur. fiſ. Rurſus Zeno Imp. ſic candidè benignéque egit cum emptoribus rerũ Fiſcalium, VT QVOTIES COMPETENS SCRINIVM, GESTIS INTERVENIENTIBVS, DISTRACTARVM RERVM PRETIA SE DEPOSVERIT SVSCEPISSE, MINIMÈ POST HVIVSMODI SOLVTÆ PECVNIÆ DEPOSITIONEM, EMPTORES, QVASI NON NVMERATA EA, MOLESTENTVR, VEL IISDEM NECESSITAS IMPONATVR, SOLVTA FVISSE PRETIA,

Ordonnance, pour la conſeruation du Domaine de la Couronne.

In Vet. à deniers contens.

Curiæ decretum, die. 3. Decemb. 1594. in. 4. Camera Inqueſtarum, ad relationem Dn. *Godart*, inter Franciſc. Choparum tutorem liberorum Helenæ *Hecquet*, appellantem à Prepoſito Pariſien. Et Adminiſtratores Confratriæ S. Sacramenti, S. Spiritus, & Conceptionis in Templo S. Seuerini: *Que l'enleuement faict par le Roy des deniers conſignez en vertu d'vn decret d'heritages tombe à l'acquit du debteur, & au peril & perte de ſes creanciers.*

Regiſtrum Curiæ, die. 7. Septemb. An. 1429. ita ſcriptum. *Preſident Meſſire Philippes de Morulier, & Maiſtre Robert de Chancy, fut deliberé ſur vn depoſt de deniers, &c. Et eſt vray, que lors on faiſoit prẽdre & leuer de par le Roy tous depoſts, & faire tous emprunts aux Egliſes & bourgeois de Paris, pour payer les genſdarmes eſtans à Paris pour garder la Ville, &c.*

Confeſſio de recepto, velut nouatio quædam, facta à procuratore conſtituto ad recipiendas pecunias, nil operatur. Bart. in l. 1. §. in mutui datione. ꝶ. De reb. cred. Ancharan. in Conſil. 18. Panorm. in Cap. cùm olim Abbas, De offic. deleg.

Si Officialis Fiſci vendens fateatur, ſibi pretium eſſe numeratum, perpetuò manet ſecurus emptor.

Digitized by Google

PRETIA, PROBARE: LICET NON SOLENNEM CONSECVTI FVERINT SECVRITATEM. Leg. 2. §. ad hæc Cod. De quadr. præſcr. At noſtri homines Cæſaream huiuſmodi indulgentiam haud vſquequaque vſu receperunt. Planè ſi Regij patrimonij emptor, prolatis Tabulis ſummatim doceat, tantumdem ſibi antea debitum à Fiſco, quanti rem mercatus ſit, in ea cauſa eſt, vt poſt reſciſſam alienationem Iure DOMINICO Regni, illud repoſcat æs alienum, quod pretij vicem ſubierit emptionis. Artic. 334. Bleſenſis Edicti, An. 1579.

Reünion du Domaine de la Couronne aliené.

POSTREMA iam reſtat naufragij tabella debitori, cuius bona, Auctione vænierint, vti ea, reſtituto pretio, cum acceſſionibus, humanitatis gratia, recuperet. Hoc quippe, Phocenſi in Prouincia Galliæ cuſtoditur: modò annuum intra ſpatium debitor eam condictionem ex lege inſtituat. *Statuto* Prouinciali, quod è Regeſto Tauri excerptum eſt, fol. 70. Allobrogica verò Edicta, ſemeſtre duntaxat indulgent fundi redemptioni, qui auctione venalis proſtiterit. Aprili Menſ. An. 1560. Tantumdem temporis obligato impertiit Geneuenſis Lex, maioribus in Comitiis lata, Pridie Nonas Ianuar. An. 1573. Ac Fori Seguſianorũ Conſtitutio: Secundùm quam, Prætoriani Conſilij PATRES debitori ſex Menſes conceſſêre, ad inſignes Ditiones tres, refuſo pretio, repetundas: quæ illis in partibus ſitæ, publica Haſta vænierant. Decreto, 10. Kal. Ianuar. An. 1598. inter Ianum *de Saulx* Procomitem Tauanium, cum Gabrielide *Deſprez* coniuge, hinc: & Carolum Lotharingum Meduanæ Ducem, cum Errica Allobroge, vxore, inde, litigatores. Ne Iuſtinianea ſanctio iſtuc adducatur, quæ debitori eam in cauſam biennium irrogarat. Poſt Claudij Tryphonini reſponſum, l. ſi is, qui in aliena §. penult. Et vlt. ff. De acquir. rer. domin. Quinetiam Venetis Legibus, facilis patefit debitori regreſſus, intra luſtrum completum, ad fundos publicè diſtractos, emptori reſtituta pretij ſorte, & in rem impenſis. Ex S. Conſulto. 4. Kal. Ianuar. An. 1413. Sed in Galliæ noſtræ finitima Lotharingia, quindecenus ſolùm dies recuperandis prædijs reſeruatur eius gratia ac compendio, cuius creditores, illa, auctore Prætore, abalienarint. Patrij Moris Artic. 17. Rubr. De pigneratione bonorum. In his demùm Fráncici Imperij finibus, regulariter debitori nullus ſupereſt reditus ad fundos palàm venundatos, prętérquàm ſi, tutorio liberorum nomine, eos reuocet in familiam gentilitia Redhibitione. Quo in negotio, agitatum fuit, nûm qui à licitatore poſt decennium rem viliùs compararit, reſpondere teneatur veteri domino proprietatis, filij tutori: Vtrius etiam, publicæ, priuatævè emptionis pretium hic illi refundere compellatur. Haud dubium eſt ædepol, talem condictionem ex lege, tricennio durare aduerſus quemcunque prædij comparatorem, qui à ſuperiore domino ſoli veſtitus non fuerit. §. 130. Pariſien. Conſuet. Pretium autem reſtitui expedit, quantum licitator ſoluerit, cuius facto nunc auocetur res, non quantum ip-

Statuta Comitatus Prouinciæ.

Sabaudiæ Ordinatio, *du Rremere des terres ſaiſies, à compter du iour de la miſe en poſſeßion du creancier.*

Geneuæ Edictum in Conſilio generali, die. 4. Ianua. An. 1573. Cap. *Des Criées & ſubhaſtations.*

Statuta *du Pays de Breſſe.*

L. vlt. Cod. de iur. domin. impetr.

Magni Conſilij regij Areſtum, die. 23. Decemb. An. 1598: *touchant les Terres de Mirebel, Satonay, & Loyettes ſiſes au Pays de Breſſe, appartenans à dame Henriette de Sauoye, & depuis decretees.*

Venetor. Statutor. Libr. Inter Conſulta maiore Conſilio, die. 29. Dec. An. 1413: Poſt fundi venditionem publicam & ſolennem, quinquennali poſſeſſione ſecuta, nemo audiatur venditionem oppugnans, niſi manifeſtus emptoris dolus patuerit. Si verò ante quinquennium reuocetur venditio, omne pretium, & expenſæ ſunt emptori reſtituendæ.

Conſuet. *du Duché de Lorraine, Tit. Des Arreſtz, ſaiſies, gagemens &c.*

Digitized by Google

ſius ſucceſſor in rem ſingularis. Nam vt ſi pluris emiſſet poſterior iſte, non cogeretur redemptor aliud, quàm prioris emptionis pretium reddere. l. poſtliminium §. ſi is qui emerat. ff. De captiu. Ita viciſſim, maius anterioris pretium Addictionis fundi, cedit commodo ac emolumento ſecundi emptoris: cui prior omnia ſua iura, cum vtilitate fundi, tranſcripſerit. Ad emptorem quippe nunc poſſidentem, tranſiit periculum ſimul & commodum rei venditæ, ſeu quod, ipſius ergô, Legibus obuenerit gentilitiis. Ac veluti nouus prædij acquiſitor, quod euincitur ab agnato venditoris, ad hunc non regreditur, quaſi auctorem ſuum, damníque vicarium. Sic pinguius, auctiúſque fundi pretium ſibi lucrifacit emptor agnatitia illius redemptione, nec venditori eſt reſtituendum. Quod ciuili pariter Antiſſiodori More ſtatutum eſt, Art. 178. Ex noſtris porrò Monumentis aliis, reliqua, LECTOR, aſſumes, quæ, de prædiorum Venditione forenſi, ad hunc locum pertinebunt. Vt interim verbis Oratorum principis vtar.

Sed hoc caſu, ſecundus emptor, cui integrum pretium, quod ſoluerit, non redditur, habet regreſſum ad primum emptorem pro reſiduo pretij. d. l. poſtliminium §. ſi is qui. ff. De captiu. Niſi ſciens auctorem ſuum à Domino inueſtitum non fuiſſe, cũ eo contraxiſſet.

Lib. 3. Leg. Andegauen. Tit. vlt. Et Domanij Frãc. Volum. 3. Tit. 18.

CORONIS OPERIS.

TANDEM ad vmbilicum perducta fundorum Auctione debitoris, creditores abſoluimus, & ſuum cuique reddendum curauimus. 21 Quòd ſi Ego priuatim, communi Francorum CIVITATI patriæ debitum non perſoluerim iſtud exactè, Ciuicas in Leges ſemeſtre Opuſculum, ampliùs facturo ſatis, diem prorogari mihi poſtulabo. Quippe cui, inopum more debitorum, curta domi ſupellex, paucáque in numerato adfuerint; quæ ad publicum Æs alienum tam grande, ſubitò luendum conferrem, præcipitata noui Operis editione. Spero autem, cum longiuſculi vſura temporis, vſuras debitæ ſortis, eámque ſolidam, Reipublicæ, ſecunda editione, depenſum iri.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

DE

Digitized by Google

DE SENATORIA IN PARISIEN. LEGES, AVCTORITATE, CENSVRAQ. PRVDENTISS.

ELOGIVM.

1 NÆ EGO PLANE' videar impudens, ſi, quem nouæ LEGIS Pariſioru Municipalis Dictatorem, ab ſuis Præiudiciis, SENATVM profeſſus ſum, dictatæ ſimul Interpretem ipſum diſſimulem, noſtræque adeò in eam Legem Commentationis Ducem & auſpicem, ex ſacroſanctis Curiæ Conſultis indies, atque Decretis. Romanum Senatum M. Tullius ſcripſit, dominum eſſe publici Conſilij, quódque is creuiſſet, ab omnibus defendi oportere. Ita, vel liberiùs, ſynceriúſque apud Chriſtianos Cæſares ille explorauit horum Edicta cenſorio iudicio, & ad Iuris æquitatíſque normam reuocauit. Teſte B. Ambroſij ad Valentinianum Auguſtum Epiſtola. Gallicam pariter Lutetiæ Curiam, vocat Budæus Pariſienſis, Regiorum Edictorum moderatricem & arbitram, quæ in Senatu promulgari debeant, rei cognitione adhibita. Cùm enim in Sanctiones Regias iurati ſint PATRES CONSCRIPTI, ſi quid à Principe eblandita Placita, aut obreptione exquiſita diſcrepent à Sanctionibus, vel ab æquitate, ſuum iis iudicium accommodare ſolent more Maiorum. Ac veluti Populus ipſe primitùs ſalutem ſuam in Senatus conſiliis poſitam exiſtimauit, Prudentij Heroico.

De Legib. Lib. 3.

D. Ambroſij Epiſt. in calce Epiſtolar. Symmachi.

Bud. in Forenſ.

Aurelij Prudentij Clementis, in Symmachum, Lib. 1.

Vera ratus, quæcunque fiant, auctore Senatu.

Sic Popularium huius Prouinciæ Legum, quæ obſcuris lumen aliis Franciæ Municipalibus accendunt, auctorem penè Senatum agnoſcimus, Francicæque adeò Iuriſprudentiæ Oraculum, ſancto hoc apud omnes *Βουλαρχίας munere. Exin, publico Galliarum Elogio, tantum Beneficium commendari, par eſt, nominis ſaltem Curiæ ANTISTITVM perenni memoria recoli, eiúſque Templo Memoriæ dedicari. Haud aliter, ac priſca Romanorum S. Conſulta, ab COSS. ſingulis, qui Senatui identidem præeſſent, indito nomine, hoc in æuum vſque tranſmiſſa, ſpectamus, cum honorifica principum Ordinis mentione, recordationéque gratiſſima.

*Principatus Conſilij.

A Conſulum nomine, S.C. varia Romæ appellata.

Præſides Max.

2 PARISIENSIS itaque Senatus PRÆSIDES ſummos recenſere licet ex antiquis præſertim Curiæ Commentariis, Ianum Sarcomon-

Ioh. de Sercomõte, ex Part. 1. Styli Curiæ Parlam. Cap. 28, De Feudis §. 14.

Digitized by Google

teum, qui effloruit An.1326. Symonem Bucyum, An.1343., (de quo, Froſſartes, & Gillius, Hiſtor.) Vilhelmum Senonem, qui Roma rediens, obiit Lugduni, Nono Kalend. Nouembres An. 1373. Quo de Præſide, Ioh. Gallus, Quæſt. 3. 86. &. 198. Eidem Petrum Ordeomontem ſubnectimus, qui Regio interim, Patrúmque Decreto panegyrico creatus fuerit Præſes Max. Sed, huic mandata dein Iuris Præfectura Francica, deſignatur Arnulphus Corbia, Lutetianę Curiæ Magiſter, duodecimo Kalend. Decemb. An 1373. Quod & I. Gallus temporum illorum æqualis teſtatus eſt, An. 1384. &. 1385. In Quæſt. 23. 26. 45. 64. Corbiæ verò in Nomophylaciam Gallicam euecto ſucceſſit Ioh. Popincurtius in primatum eius Ordinis Clariſſ., Annum circiter. 1392. De eo certè Regni CANCELLARIO, Corbia, nonnihil ſcripſit coæuus Froſſartes Hiſtoricus. Exin Senatus Curio ſupremus, deligitur Erricus Marleus, An. 1403. Quem Gallus commemorat, Quæſt. 347. Senſim inde Robert. Maugêrus, Antiſtes Curiæ lectus, quùm Marleo Regij anuli Magiſterium delatum fuiſſet, Sexto Idus Auguſti, An. 1412. Secundùm autem hunc Maugêrum, Senatui præfuit Ioh. Clericus, ſub annum. 1419. Vti. I. Feronius ex Monſtreleto tradit, in Catalogo Francicor. Cancellarior. Deinceps Philipp. Moruilerius, in Senatu primas tenuit, An. 1420. Id quod literis prodidit Monſtreletus, Aſt, exauctorato Moruilerio Nonis Februar. An. 1432., decreti ſunt Roberto Pedeferreo Curiæ faſces primarij. Sicuti autographo Codice eius ſeculi habetur, qui à Pariſienſi Ciue, Diurni tùm formula exaratus, Nobis eſt in manu. Eum rurſus Ornatiſſ. Curiæ Magiſtratum geſſit Adamus Cambræus, An. 1437. Item Yuo *Deſpeaux*, Andegauus, An. 1457. Quem tamen, quarto pòſt anno, Heliæ Toreti cedere, iuſſit Ludouicus. xi., ac in ſecundis conſiſtere. 6. Idus Septemb. An. 1461. Is quoque Rex Ianum Nanterreum, quem Protopræſidem fecerat, mutatis calculis, demiſit in proximam Curiæ Sedem inferiorem, priorique Ianum Dauuetum ſubrogauit, An. 1465. Gaguino eius rei aſſertore, ſcriptoréque coætaneo Gallicorum Annalium. Maior inſuper Curiæ Præſes inſtituitur Ioh. Bolengerus, ac conſpicua in purpura ſedit pro Tribunali, tertio Nonas Decemb. An. 1471. Qua ſeriatim Dignitate inſignitus fuit Ianus Vacaria, An. 1482. Ex Gaguino, & Gillio, Francorum Hiſtoriographis: Sed horum etiam anterior, Petrum Cothardum celebrat, Senatoriæ Pariſiorum Centuriæ Ducem. An. 1499. Cuius virtutes Cothardi Budæus perpetuæ memoriæ conſecrauit, Lib. 4. de Aſſe. Tanti, ad hæc, Muneris ſuccedaneus effulſit Ioh. Gannayus, An. 1505. Eóque poſtea ſacris Scriniis Præfecto, Anton. Pratus ſpectatur Ordinis Signifer Ampliſſimi, An. 1507. Quo poſtmodùm ad Gallicæ Togæ principatum vocato, ius dixit è Tribunalitio Pariſ. Curiæ ſolio Mondotus Martonia, An. 1515. Nec diu pòſt, Iacob. Olearius Centumuiris præfuit Lutetiæ Senatoribus, An. 1516. Tùm Ioh. Selua, An. 1520. Petr. Lizetus, An. 1529. Petr. Bertrandus, An. 1550.

Symo *de Bucy*, aliàs *de Bray*: de quo, Nic. Gillius, in Frãc. Annalib. Iani Regis, Poſt Froſſartum, (Hiſt lib. 1. Cap. 179.) qui eum vocat *Chevalier en Loix*.

Guill. *le Sens*, mortuus die. 24. Octobr. An. 1373. ex Curiæ Regeſtis.

Arnoldus *de Corbie*, de quo, Ioh. Gallus, Quæſt. 73. 116. 155. &. alus.

Froſſart. Hiſt. Volum. 4. Cap. 65.

Henricus *le Coigne, dit de Marle*, Franciæ Cãcellarius electus, die. 8. Auguſti An. 1412.

Monſtrelet. Lib. 1. Hiſt. Cap. 192. & 232.

Die. 5. Februar. 1432.

Meſſ. Adam de Cambray, ſepultus in Æde Carthuſien. Lutetiæ.

Meſſire Yues Deſpeaux, ſieur de Landeuy.

Meſſ. Helie de Torettes.

Roolle des Preſidens, & Conſeillers du Parlement, retenuz par le Roy, Die. 8. Septemb. An. 1461.

Die. 3. Decemb. An 1471.

Petrus *de Cohardy, ou de Courthardy*, natus in Cenomano Vico *de Rouezay*. Quem Gaguinus nominat Ioannem Couardũ, Præſidem primariũ.

Anton. *Du Prat*, Cãcellarius Franciæ fit, die. 7. Ianuar. An. 1514.

Hic Mondotus *de la Martonnie*, fuerat antea Præſes ſummus Burdigalenſis, eoq; in Magiſtratu, Baionienſem, quã reformauit iuſſu regio, Conſuetudinẽ retulerat in Burdigal. Senatum, comprobãdã. Die. 9 Iunij An. 1514 Ex Tomo. 2. Cõſuet. Francic. Et ex Inuentario Nauarricæ Domus regiæ.

I. Oliuier.

An. 1550. Ægid. MAGISTER, An. 1551. CHRISTOPH. THVANVS, Decemb. Menſ. An. 1562. Quem & ciuilium Morum Pariſien. Cenſorem, emendatorémque obſeruauimus An. 1580. Eius denique ſucceſſor in Primatum Curiæ Franciçæ, ſalutatus eſt ACHILLES HARLEYVS, tali anteceſſore digniſſimus, Nouẽbri, An. 1582. qui ſupremo ipſius Prætorio Curiæ etiamdùm grauiſſimè præſidet, hoc An. 1603.

Noſtrarum Forenſium Actionum tres hi Præſides Iudicéſque ſummi extitêre.

3 IN SENATV pariter Regiæ Aduocationis Triumviros ſilere non poſſumus: quos nimirùm publici Iuris, populariſque vindices profitemur, tanquam Regis, Pop. Q. aſtipulatores, inſtar Senatorum ipſorum. Hinc celeberrimi promuntur, ex Fiſcalium Patronorum Ordine, apud Lutetiam iſti, quorum nomina è manuſcriptis potiſſimè Codicibus excerpſi. IOH. PASTORELLVS, An. 1301. Petr. Cunerius, qui eo munere fungebatur An. 1329. Petr. Foreſius, ſub annum. 1340. Vilhelm. Dormantius, An. 1357. (de quo, Gillius in Chron. Franc.) Circa idem tempus eluxit Ioh. Mareſius, quem, poſt diuturnũ Fiſcale patrocinium, capite luiſſe queritur Froſſartes, An. 1382., Hiſt. Volum. 2. Cap. 130. Eam quoque Prouinciam obiit Ioh. *Daillou*, An. 1374. Si Butelerio credimus, in Summa Rurali. Secundùm hos, emicuêre, Petr. Aurifaber, An. 1385. & Odardus Berthineus, An. 1388. in Aduocatione Fiſci gerenda. Teſte Ioh. Gallo, in Quæſt. 160. 229. & 337. Seipſum viciſſim, Gallus, Regium Oratorem in Senatu, factum prædicat, An. 1392. Quæſt. 309. 328. 337. Inde Ioh. Iuuenalis Vrſinus, ea auctus Dignitate, An. 1400. Andreas Cottinus, An. 1415. Petr. Marignius, An. 1420. cuius publicas Actiones enarrat Monſtreletus. Exin prodiit in medium Ianus Rapiouſtus, An. 1421. qui, poſt decenne etiam ſpatium, verſatus eſt in forenſi illa rerum Fiſci adminiſtratione. Vtì Regeſtis Curiæ edocemur. His ſubtexere eſt Ianum Barbinum, qui An. 1440., Erricum Boileuum, qui An. 1450. & Ioh. Symonem, qui An. 1456. ſeriatim, è priuatis, publici Cauſidici egêre in Auditorio Senatoriæ baſilicæ Pariſien. Inſuper extra ordinẽ adſcitus legitur Philip. Lulerius ad Fiſcales cauſas orandas. Quinto Nonas Martias, An. 1471. Vt Scribarum Curiæ Diariis continetur. Principi rursũ patronus militauit Frãciſc. Haſleus, Lutetianę Eccleſię Archidiaconus, An. 1476. Robert. Thibouſtus, An. 1483., vnà cũ Ioh. Magiſtro, collega. Aliquantò pòſt, eius functionem Muneris ſubiit Petr. Cothardus, An. 1488. Tùm Gulielm. Volãtius. An. 1500. At Iacob. Olearius, Ludouico. 12. operam præbuit, Regiis cauſis agendis, An. 1506. Roger. Barma, & Ioh. Lieureus, An. 1514. Horum verò preſſit veſtigia Petr. Lizetus, An. 1520. qui multis annis Fiſcalem illum Magiſtratum officioſè excoluit. Atque interea Martin. Ruzeus huic collega ſociúſque adiicitur, An. 1523. Poſthæc, Oliuer. Aligretus enituit, Fiſcalis Aduocationis honore decoratus. An. 1529. Sicuti & Molinei perhibetur Commentario ad priſcas Leges Pariſ. Subinde autem Vilhelm. Poyetus, huiuſce tituli acceſſione inclaruit, An. 1531. hiſque velut gradibus quibuſdam ſubuectus eſt ad Togati Ordinis faſtigium.

Aduocati, & Procuratores generales Regis, in Curia Max. Pariſ.

Cauſidici regij.

Petr. *de la Foreſt*, Archiep. Rothomagẽ. & Cancellarius Frãciæ, ſcripſit, Teſtamento ſuo Die. 25. Iun. An. 1361. (quod legi) ſe Regis Aduocatum fuiſſe in Parlam. Pariſien.

Lib. 1 Hiſt. Cap. 229. & 232.

Henricus *Boileſue*, Regis Aduocatus in Curia, obijt Decẽb. Menſ An. 1411 Tumulatus in Æde D. Iohan. Rotundi, Lutetiæ.

Philip. *L'Huilier*, Regis Aduocatus extraordinarius, à Curia receptus die: 3. Mart. An. 147.

Franc. *Haſle*, Ex peculiari Hiſt. Ludouici. 11. Regis.

Barma Franciſci. 1. Regis nomine, acceptauit leges Concordati Bononienſis, in Italia, An. 1516. (Vt Põtificia Bulla, in eo Concordato expreſſum eſt.) Reformauitq; Borboniam, Marchianam, & Bleſenſem Conſuet, An. 1520., 1521. & 1524 Eiuſd. Reg. Mandatis.

Molin. in Tit. 1. §. 1. Glo. 4.

Gulielm. Poyetus, deinde Præſes in Curia, Franciæ poſtremò Cancellarius.

Digitized by Google

Deinceps alterum ſibi patronum Princeps cooptauit Franciſcum Montholonem in Curia Pariſienſi, Annũ circiter.1533. Præterea Iac. Capellum, An.1538. Franc. Raymundum, An. 1539. Queîs ſubiungere par eſt Ægid. Magiſtrum, Fiſcalem Cauſidicum, An.1540. Gabrielem Marliacum, An.1545. Petr. Seguerium, An.1550. Dionyſ. Riâtium, An. 1551. In hoc Album redacti ſenſim, Ægid. Burdinus, An.1555. Baptiſta Meſnilius, ac Eſmund. Boucheratus An.1558. Vidus Faber, An. 1565. Auguſtin. Thuanus.1569. Barnabas Briſſonius, An.1575. Iacob. Fayus, 1580. Iac. Mangotius, An.1585. Anton. Seguerius, 1588. LVDOV. SERVINVS, 1589. & SYMO MARIVS, An.1597. Quorum omnium poſteriores decem, eloquentiſſimè orantes audiui in primario illo theatro Gallici Orbis, trinum & quadragenum abhinc Annum: ex quo, memet Foro deuoui Pariſiorum baſilicæ Palatinæ. Hactenus de Aduocatis Fiſci.

Procuratores generales Regis, in Parlam. Pariſ.

CVIVS itidem PROCVRATORES Fiſci collegi ſparſim nonnullos, qui poſteritatis memoria digniores viderentur. In his, prior locus vetuſtiſſimo dandus Symoni Bucio, cognitori Regio in Lutetiana Curia. An.1337. Ex coętaneis Senatus Actis. Vilhelmus dein SanGermanus, Regiâ Procuratione iniit, An.1367. De quo, Ioh. Feronius, in Catalogo Præfectorum Vrbi.

I Feronius Eod. Lib. ſed alio Catalogo, Franciæ Cancellarios ſingulos percenſuit.

SanctoGermani verò ſucceſſorem in Procuratorium Fiſci munus, reperio Dionyſ. Maunyum, An.1403. Proceſſit exinde ad Officij functionem hanc, Ioh. Hagueninus, An.1412. tùm Scæuola Iayerus, An. 1420. quem coniugis ſuæ paternum auum ciet I. Feronius, vbi ſ. Vilhelm.

Gaucher Iayer.

Bartholomeum his ſubdo, Actorem publicum in ſupremo Lutetiæ Conſeſſu Iuridico, An.1430. Quẽ gradatim ſecuti ſunt, Petr. Couſinotus, An.1443, Ianus Dauuetus, An.1446. Ioh. SantoRomanus, An. 1463. Ioh. Nanterreus, An.1480. Michaël Pontanus, An.1483.

Ioh. le S. Remmain, à Ludouico. xi abdicatus munere Fiſci Procuratorio, reſtitutus eſt à Karolo.8. & cum Pontano cõpetitore diſceptauit. De eo San Romano, Gaguinus coæuus, in Francic. Hiſt.

Eam dehinc Reipubl. Procurationem ſibi delatam ſumpſere Chriſtoph. Carmona, ſub Annum.1490. Ioh. Lulerius, An.1497. Ianus Burdelotus, An.1500. Vilhelm. Rogerius, An.1509. Franciſ. Rogerius, filius, An.1526. Nicol. Theobaldus, An.1533. Natalis Brulartus, 1541. Ægid. Burdinus, An.1558. IOH. GVESLEVS, An.1570. IACOBVS demùm GVESLEVS, filius, paternæ Virtutis hæres, vt Dignitatis. An.1583. Qui etiamdùm floret, Fiſcali eo magiſtratu gerundo, hoc An.1603. 4

MAXIMOS igitur Galliarum I. CONSVLTOS, à quibus conſtituta, & ad ſummum perducta eſt Iuriſprudentia patria, recenſere, Me nihilò diſpuduit magis, quàm Pomponium illum, è Gente Togata Iuriſperitos inſigniores, qui Ius Ciuile fundarint.

Enchiridij Lib. ſingulari.

Noſtro proinde SENATVI accepta fero, maiori ex parte, quæ ad Ciuicam Pariſiorum Legem interpretandam conferre hoc Opuſculo exiſtimaui. Pluribus eam illuſtraturus, ſi per negotioſam ipſius Sedem præcipuam, Lutetiámque negotiis obrutam forenſibus, mihi nunc licuiſſet.

Δόξα Τῷ Θεῷ.

TEXTVS

TEXTVS LEGIS MVNICIPALIS PARISIORVM, RECOGNITÆ AVCTÆ'Q. AN. 1580.

CVM ÆQVÆVA AVCTORIS IN EAM PRÆFATIONE.

PRAEFECTO COLLEGIOQVE DECVRIONVM VRBIS REGIÆ.

REN. CHOPPINVS, ANDEG., DE LEGE MVNICIPALI PARISIORVM.

VOBIS gratulor Ciuile veſtrum Ius non modò reſtitutum, ſed à ciue pariter, & Franciçæ Curiæ præſide primario. Decuit enim veſtratem CHR. Thuanum V.C., poſtquàm Regiis auſpiciis tot Municipiorum Leges emendauit regionatim, natali demùm Vrbi Prouinciæque ſuarum emendationem præſtare. Rurſus eundem par erat Gallici Senatus principem, principi Galliæ Ciuitati ac Metropoli ciuiles ſuos Ritus Inſtitutáque reponere, quaſi communis Patriæ leges. Hæc nempè altera Regia Phœbi, Lutetia, vt iam olim extitit REGVM SEDES, ſic Legum diſciplinarúmque Gallicarum. Vnde & Caleti ad Itium portum, quibus nullædùm ſcriptæ ſunt Municipales conſtitutiones, iam inde ex quo Francicam in ditionem rediêre, crebrò vtuntur Pariſien. Conſuetudine in diſceptandis litibus ac controuerſiis: Tametſi illius quondam expugnator Oppidi Anglus obnixè curaſſet, priſcos Gentis Mores ciuiles forenſéſque in poſterum cuſtodiendos. An. 1346. Teſte Froſſarte. Feruntur, ad hæc, Rupellani municipes, ſi qua in re Ius patrium defecerit, Lutetiæ adſcriptum ſeruare, quaſi Ius Ciuile κατ' ἐξοχὴν, quo noſtras Roma vti conſueuerit. Ex ſententia Iuliani I.C., Lib. 84. Digeſt.

Clodoueus. 1. Rex, apud Pariſios cathedram Regni cõſtituit. Ex Greg. Tur. Hiſt. Lib. 2. Cap. 38.

Hiſt. Volum. 1. Cap. 147.

PROIN Maiores veſtri, Pariſiorum leges, Gallicum Ius vulgò dixere: vt conſtat autographo exemplari vetuſtiſſimæ Conſuet. Pariſien. Cap. *De matiere feodale* §. 2. *Quand aucun fief eſt tenu aux Vs & Couſtumes de France*: cuius mentio habetur Libello renunciationis

Proceſſus verbalis, Conſuetudinis.

nis actorum in ea Conſuet. reformanda An.1510.Similiter Pariſiorum Ius moribus receptum, vocat Tiraquellus caput omnium huius Regni Conſuetudinum. In Tract. Conſuet. Pictonicæ, Tit. De Retrac. proximit. Imò & exteri Legum ſcriptores, Iuri iſti, quod Pariſiorum Moribus introductum ſit, titulum tribuunt *Gallicanæ Conſuetudinis*. Ancharani Reſponſo.163. Vt ſileam interim, Reges antiquos, Lutetiæ Romana Iura doceri vetuiſſe, in arce nimirùm Gallici huius Imperij, & auguſtiſſimo noſtratium Legum conditorio: Quibus Francia tota regatur, potiùs quàm externis, peregrinis. Ob id quoque, Bleſenſi Edicto cautum eſt, ne quis publicè profiteatur Roman. Leges in Academia Pariſien., néve quem ad ſcholaſticos eius Diſciplinæ gradus audeat prouehere. §. 69. Adde S.Conſulta, quæ AMPLISS. ORDO Pariſ., Reſponſa prudentum, quæ iſthìc forenſes Patroni edunt indies. Adde & Plebiſcita fortaſſis quorumdam opinione, qui Præfectum Ædilium Pariſ. aiunt in maioribus Gallici Pop. comitiis tenerè Plebeij ordinis principatum. Vt graphicè expreſſum videtur quodammodò in ſolenni Conuentu apud Lutetiam habito, Decemb. Menſe An. 1355. quem Froſſartes Hiſtoricus commemorat.

§. 32. Num. 102.

Huc ſpectat Pontificium Honorij.3. Reſcriptum Super ſpecula De Priuil.

Verba Froſſartis, *Leſquels Eſtats du Royaume reſpondirent, c'eſt à ſçauoir le Clergé, par la bouche de l'Archeueſque de Reims, les Nobles par la bouche du Duc d'Athenes, & les bonnes Villes, par la bouche d'Eſtienne Marcel, Preuoſt des Marchans en la ville de Paris, &c.* Lib.1. Hiſt.Cap. 155.

SICVTI tamen, ſtante Rom. Repub., non defuerunt ſuæ cuique Municipio leges ritúſque peculiares: Ita mihi dabitis Andegauo veniam, ſi dixero obiter, populares meos, ſeu è media Francia Municipes alios, Pariſienſi Conſuet. non teneri hactenus, quæque propria Lege ſint prætermiſſa, vicinæ Moribus Regionis ſupplere, aut Cæſſ. ſanctionibus conſuêſſe. Quinetiam ex Municipiis ciues Rom. facti, ſuo Iure vtebantur omnino, legibúſque Municipalibus, Gellij relatu. Et Cic. in Legibus prodidit, M. Ciceronem auum ſuum M. Gratidio in Municipio legem Tabellariam ferenti acerrimè reſtitiſſe. Larinum verò municipium, eiúſque decuriones grauiter tulerunt, Oppianicum tabulas publicas Larini cenſorias corrupiſſe: Vt idem narrat Cic. in Cluentiana.

FVISSE quidem communes olim Gallicis omnibus Prouinciolis Mores, legimus apud Cæſarem, Lib. 6. de Bel. Gall. Sed hoc minimè accepto ferendum Lutetiæ Amplitudini, quaſi matricis iam tùm ciuitatis Galliarum. Quippe quæ illis temporibus nil aliud eſſet, quàm Pariſiorum Oppidulum poſitum in Inſula Sequanæ amnis, iuxta eundem Auctorem Lib. 7. Sic eam Vrbem depinxit Iulianus Imp., in Orat. cui titulus ἀντιοχικὸς ἢ μισοπώγων, clauſula ſequenti. Ἐτύγχανον ἐγὼ χειμάζων περὶ τὴν φίλην Λουκετίαν. Ὀνομάζουσι δὲ οὕτως οἱ Κελτοὶ τῶν Παρισίων τὴν πολίχνην. ἔστι δὲ οὐ μεγάλη νῆσος ἐγκειμένη τῷ ποταμῷ, καὶ αὐτὴν κύκλῳ πᾶσαν τὸ τεῖχος καταλαμβάνει. Ne iſtuc Ammian. Marcellinum proferam, Iuliani illius memoriæ ſcriptorem, abs quo, Lutetia, Pariſiorum Caſtellum appellatur. Lib. 15. At poſtquàm Cæſareo ſucceſſit regium in Gallos Imperium, Rex ferè quiſque Lutetiam cœpit ornare: Hìc illius arma, hìc currus fuit,

Id eſt, Hyemabam ego apud adamatã Lutetiam: Sic autem appellant Galli Pariſiorum oppidulũ. Haud verò magna eſt Inſula in fluuio iacens, qui ipſam in circuitu totã complectitur.

Idem ferè de Pariſiis refert Strabo, in Sequana flumine Inſulam habentibus, vrbemque Λευκοτεκίαν. Geogr. Lib.4.

Digitized by Google

vt deinceps reliquas inter Vrbes caput extulerit Lutetia, & politioris vitæ cultum cumprimis acceperit. Eóque poſtera ætas priùs vidit, ac voluit Pariſien. Legum Codices, quàm aliarum Municipalium. Extat enim veſtrarũ Conſuet. Quaternio, manu exaratus Annos ante vel circiter quadringentos, hac Tituli præſcriptione. *Cy comence li eſtabliſſement le Roj de France ſelon l'uſage de Chaſtelet de Paris & d'Orliens & de Baronie.* Cuius Lib. Capita ſequuntur præcipua, *Quel hebergement Gentilſame det auer apres la mort ſon Seignor. Des mesfaitz dequoi li ſires perd ſon home. De requerre ſon apparegeor, & de fere homage. De fere ayde à ſon Seignor, & de ſemonre ſes apparegeors. De vauaſſ. r qui fet forban. De bailler pucelle à garder. De donner erres de mariage por enfans qui ſont en non eage. Dome qui muert deſconſes. Dome Coſtumier qui met main à ſon Segnor par mal reſpit. D'Aubains, & de baſtars qui muerent ſans oir, ou ſans lignage, li Rois eſt oirs, ou li ſires, ſous qui il eſt, ſil muert ou cors dou Chaſtel. De fauſer aſſeurement qui eſt faiz en la Cort le Roi.* Porrò eiuſdem Conſuet. celebritatem, cum vetuſtate ipſa, comprobat Gregorius. 9. Pontif., Decretali Epiſt. Conſtitutus De reſtit. in integ. Et antiqui I. C. ſententia Oldradi, qui in Romana Aula florebat (Iohanne. 22. Pontif.) An. 1320. Iuris Reſponſo. 248. Vbi multa, de ſocietate bonorum inter coniuges Pariſien. Moribus conſtituta.

Etsi verò publicè interſit, patrios eiuſmodi Ritus minimè aboleri: poſtulat tamen interdùm vel temporum ratio, vel morum, nouáque Fori diſciplina, vt Leges temperentur, immutentur, abrogentur. Hinc delecti à Principe, Conſuet. cuiúſque Reſtitutores municipatim. Non omnes pariter Solonis Draconiſve leges in XII. Tabulas relatæ ſunt per Decemviros, citra delectum, nec Tabulæ quidem ipſæ à Romanis perpetuò adprobatæ. Quin & tacito Pop. diſſenſu tollitur Ius Municipiorum, vſúque contrario. Quale iſtud, de triente bonorum mariti, vxori dando ſuperſtiti. Quod Francis olim cunctis in more poſitum, tradit Ioh. Andræas, in Addit. ad Specul. Tit. De inſtrum. edit. §. compendioſè, In verſ. ſic eſſe de Gallicana Conſuetudine. Cuius & meminerat antea Vilhelm. Cuneus, ad l. 1. Cod. de ſum. Trin. Rurſus exoleuit in multis Prouinciolis Gallicus Mos vbique teſtandi bino ſolùm teſte adhibito: Quem Baldus morem recenſet, in l. cunctos populos C. eod. Peræquè in deſuetudinẽ abiit foréſis hæc praxis Lutetianæ Præfecturæ, vt qui die condicto nec auctorem ſuum adduxiſſet in ius, nec defenſiones litigator, ſubinde cauſa caderet. Ex Ioh. Gallo, Quæſt. 365. vbi Molineus, In ver. obſoletæ. Occurrunt inſuper de ambiguo Conſuet. vſu controuerſiæ, de quo identidem, inquirentibus turmatim Curiæ Conscriptis, S. C. factum, Iúſque adeò eius perpetuum Ciuitatis: cuius pro tribunali Decretum illud ſuum recitari Curia iuſſerit, ac pro lege deinceps cuſtodiri. Huic rei argumento eſt inſigne Areſtum *des Boulars*, ſolenni purpura recitatum, pridie Idus

Decretum Senatus, die. 14. Maij. 1561. *apres informations par Turbes.*

Digitized by Google

Serapion Alexandrinus, primus in vſu & experimentis poſuit Medicinam, ad eámque, nil pertinere Rationalem diſciplinam, profeſſus eſt. 422
Seraphinus Tillius, Scriba Curiæ Pariſ., Commentaria Regiæ Franciciæ ſcripſit. 363
Seueri Auguſti diligentia, in iure ciuibus adminiſtrando. 106
Seueri Imp. in ſontes Iudices ſeuera animaduerſio. 107
Seueri Imp. Decreto, non licuit Cæſari, inconſulto Senatu, occidere Senatorem. 480
Seuerus Alexander, ætatem definijt ad publica Munia obeunda. 399
Seuerus Imp., in Byzantios rebelles animaduertit, Vrbémque captam, euerſis mœnibus, libertate ac iure ciuitatis adempto, tributariam eſſe pronuntiauit. 511
Seruiana Actio, in tertios, bonorum coloni obligatorum, poſſeſſores. 448.
Seruius Tullus Romanorum Rex, Romæ centuriata Comitia in Rempublicam intulit. 50
in Sicilia, vocantur mulieres promiſcuè ad gentilitiam *Feudi* ſucceſſionem, ceu hæreditarij & patrimonialis. 119
Siciliâ totâ, ſcriptis redigitur à Notarijs *Nuncupatiuum* Teſtamentum. 277.
è Sicilia primi Tonſores Romam adducti. 423

Digitized by Google

in Sicilia, *Balius* ſibi fructus non lucrifacit pupillarium prædiorum. 384.
in Sicilia, Apoſtolici Notarij nullæ ſunt partes de re profana: demptis Teſtaméti tabulis, maximè pias in cauſas. 471
Siciliæ Conſuet., ſponſorum oſculo, lucrum eſt donationis propter nuptias adiunctum. 212
Siciliæ More, Nuncupatiuum Teſtamentum à Notarijs in literas redigitur, cum ſepté teſtibus ſubſignantibus. 277
Siciliæ Conſuet., non creditur inſtrumentis à Notario extra Regnum confectis. 471
in Siciliæ rebelles, animaduerſio publica. 511
Siculæ mulieris, quæ cum Siculo marito poſtea Lugduni manſit, dos ſalua ſit, hypothecæ iure ex nuptialibus Siciliæ tabulis, ante poſteriores mariti creditores. 471
Sicula Obſeruatio, quatenus aratoria Ruſticorum animalia à creditoribus capi, & pignerari poſſint. 505.
Siculi vtuntur Iure Francico alij, alij Longobardico. 471
Siculo Iure, duodeuiceſimo ætatis anno, liberum fit cuique ſuis de rebus arbitrium. 243
Siculis Conſtitutionibus, res mobiles delicto confiſcantur: immobiles, hæredibus reſeruantur. 18
Siculis mulieribus nuptis, an ius ſit teſtamenti faciendi. 299
Sigiſmundus, Burgundionum Rex, patrijs Annalibus, inter Sanctos relatus. 535
Solomon Hebræus, forenſis Togæ magis, quàm Sagi militaris vſu conſpicuus. 106
Solon, quo commento leuiorem debitorum liberationem procurârit, ſimul & creditorum indemnitatem. 458
Solonis Attici ſilentium, de pœna parricidij. 327
Solonis Lege Attica, Ruſticis, ac Vrbanis prædijs conſultum. 158.
Solonis Lege vetitum, ne qui tutor curatorue foret, cum matre pupillorum habitaret. 403
Solonis opinio de priuatis debitis, tépore Belli. 458
Sorbonica Lutetiæ Capſula vetus, in quam ſuffragiorum libelluli ab opinantibus coniiciebantur. 394. 395.
Spoletana in vrbe Italiæ, mulier, abſque mariti auctoritate, nec ſtat in iudicio, nec obligationes contrahit legitimè. 184
S. Spiritus Equites Gallici, eximuntur Dominicæ laudimiorum præſtationi, quæ, Regi domino proximo, emptores alij pendere tenerétur. 88
Sipontinæ Vrbis negotiatoribus, hoſtili depopulatione vaſtatis, Theodoricus Italiæ Rex, biennes inducias dedit aduerſus creditores. 458.
Stagiritarum Lege vetitum, à quoquam auferri, quod non depoſuiſſet. 498.
Stampéſis, Belciæ, Cóſuet., poſtulandam in iudicio empti fundi redhibitionem Gentilitiam, intra anni ſpatium à die contractæ venditionis, aut Dominicæ veſtituræ. 353.
Stampenſis Mos, quam teſtatoribus ætatem adſignet. 280
Stephani de Grágia, Prçſidis, celebris Commemoratio. 267
Stephanus Marcellus, Ædilium Lutetiæ Præfectus, perduellionis Reus. 339.
Stephanus, & Vladiſlaus, Hunnorum Reges, Diuis adnumerati. 535
Subalpini Taurinenſis Senatus Priuilegia. 482
in Sueuia Germaniæ, vocantur mulieres promiſcuè ad gentilitiam feudi ſucceſſionem, ceu hærçditarij & patrimonialis. 119
Sulpitius Gallus vxorem dimiſit, quia capite aperto foris verſatam eam cognouerat. 177
Syluanecten. More, Nobilium coniugum priuilegio, viduus, aut vidua lucrifacit res mobiles, ſed cum onere debitorum. 189

Syluaneƈti Inſtitutis,cōduƈtori perpetuo abnegatur veƈtigalis fundi derelinquendi facultas. 455
Symo Bucius, Curiæ ſummus Præſes. 441
Symo·Compagnus,Scriba Curiæ Pariſienſis. 363

T.

TARRACONENSIS Regni Conſuet., nullam mobilium bonorum pignerationem admittit. 20
Tarraconenſis Regni Vſus,de Tutorum ſalario. 402
Tarraconenſis Regni Inſtitutis,inſtrumenta à Notario facta extra Regnum,non exequenda. 471
Taurinenſe Statutum,prohibitorium ciuibus Auguſtæ Taurinorum, fideiuſſorij Officij, pro debitore non ciue. 488
Templariorum Religioſorum, cum Philippo. 3. Rege,Tranſactio, de ſua Iuriſdictione ſeculari. 100
Terentius Culeo, Valerij Max. ſcriptis celebratus: qui à Pœnis captum ſe redimenti Affricano illuſtrem præbuit confeſſionem accepti beneficij, tanquam auƈtori libertatis ſuæ, patrono, ac dignitatis reſtitutori. 119
Tergeſti Italiæ oppidi Conſuetudo, de communitate bonorum inter coniuges. 169
Termiſi Vaccæorum oppidi Muri, cur à Tit. Didio eorum Duce ſolo æquati, cæſaque ad.20.millia ciuium. 511
Terrienus, Areſta Normanica,in pragmatico Neuſtriæ Iuris Volumine collegit. 2
Themiſon Laodicenus, Methodicorum Medicorum princeps. 422
Theobaldus, Campaniæ Comes, patrios Ritus contexuit de ſucceſſoria,in fundos Equitum,forma & modo. 307
Theodoricus Italiæ Rex, biennes inducias aduerſus creditores dedit Sipontinæ vrbis negotiatoribus, hoſtium depopulatione vaſtatis. 458.
Theodoſius Cæſar, in Antiochenos, coorta ſeditione,ob indictionem nouorum Tributorum, animaduertit. 511.
Tholoſana Cōſuet., de dimidio *Doario.* 181
Tholoſana Conſuet., Tutores à Coſſ. pupillo dati, non dant fideiuſſores. 396.
Tholoſani Senat⁹ Decreta,à Gerardo Maynardo, eius Curiæ Conſiliario compilata. An.1603.Libr.5. 2
Tholoſæ Conſuetudines ſcriptis redactæ, cum Cōmentarijs in eas Iohannis de Caſa-veteri. 182
Tholoſæ Conſuetudines, collectæ ac deſcriptæ, biennio poſt Regium Philippi.3. Mandatum de eo emiſſum. 237
Tholoſæ Conſuet., literis conſignatæ anno.1385.Mandato Philippi.3.Regis. 278.282
Tholoſanorum maior ætas,quoto anno compleatur. 404
Tholoſatium More,mobilis res furtiua, publico emptori auocatur à domino, qui pretium refundere paratus ſit. 21
Tholoſatium More ſcripto,Teſtamētum valet,adhibitis duobus,tribúſue teſtibus, præſente Capellano. 278.
Tholoſatium Mercatorum Tribunal. 176.
Thracia Lege,ſuperſtes puella mediā partem donatorum à ſponſo, conſequitur, modò ſponſus, tempore ſponſaliorū ſponſam fuerit deoſculatus. 212
Chr. Thuanus, Legum Pariſienſium emendator. 15
Thuringorum Lege, Fœminæ, Mobilium hæredes, non fundorum. 17.
Thurinus, Alex. Seueri familiaris, Aulicus fumi venditor, fumo punitus. 362
Tiberius Imp., Magiſtratibus pro tribunali cognoſcētibus,ſæpe adſtitit. 105.
Ticini,in Longobardia, mulier abſque

Digitized by Google

que mariti auctoritate, nec ſtat in iudicio, nec obligationes contrahit legitimè. 184
P. Ticinius Mena, primos è Sicilia Tonſores Romam adduxit. 423
Titia Lex, ne quis in pecuniam luderet, ſponſionémque in ludo faceret. 502
Toletana. 10. Synodo, puerorum, puellarúmque impuberum vota, irrita. 333.
Toletano. 4. Concilio, Ypodiaconibus, Diaconibus, ac Preſbyteris ordinandis ætas præſtituta. 399
Tornacenſes, in Gallicam ciuitatem adſcripti. 102
Tornacẽſi Conſuet., exter debitor in Vrbe deprehenſus vincitur, donec ſatiſdederit. 488
Tornacenſium Stylo iudiciario (*de Cherquinmange*) ſtandum non eſſe, Curia decreuit. 523
Tournantiæ, & Corbolienſis Præpoſituræ Mos peculiaris, de taxatione laudimiorum, Iudiciis cõtrouerſus. 128.
Traiani Imp. diligentia, in iure ciuibus dicundo. 105
Traiani ætate, vnus tantùm Senator damnatus, & quidem per Senatum, ignorante Traiano. 480
Traiectenſi, ad Hollandiam, Lege, maior ætas, quoto anno compleatur. 405.
Traiectenſes, ad Hollandiam, Municipes ante ſatiſdationem arceantur functione tutelæ. 396
Trallianus, Methodicorum Medicorum ſectam à Themiſone Laodiceno inchoatam abſoluit. 422
Trebellianica non perditur à liberis primi gradus ob defectum Inuentarij: ſed in eoſdem, Trebellianicæ prohibitioni Teſtamentariæ locus. 294. 295.
Trecenſis Conſuetudo, de Nobilium coniugum ſuperſtite, in coniugalis domus Mobilia ſuccedente. 21.
Trecenſi Conſuet., Prædij venditio ſub gratia *redemptiua*, non parit venditionalia Domino feudi. 135
Trecenſ. Conſuet., Teſtamenti executore, hæredia defuncti vendente, locus fit Retractui. 176
Triburienſi Synodo, puerorum, puellarúmque nondum pubeſcentium vota, irrita. 332
Tridentina ſanctio Synodica, de tabellari Cœnobiarchãn electione ſecreta. 395
Tridentina Synodo, immatura ætate ad Presbyterij gradum ſubuehendus nemo. 399
Tulliano iudicio, cuique fas erat, parietem directum ad parietem communem adiungere, vel ſolidum, vel fornicatum. 155. 156
Apud Turonas, Superſtes alteruter parentum defuncto, præfertur Fiſco in iure ſucceſſorio bonorum etiam patrimonialium. 340.
Turonenſi Conſuet., in *Paragio*, vacante Feudo ſenioris fratris, aut propinqui, iuniorum pars etiam, vtì vacans, de ſuperiori domino redimenda. 77
Turonenſis Cõſuet., de primogenito, à parentib. hærede deſignato in contractu matrimonij. 254
Turonẽſ. Conſuet., de acceptione nobilis ſeu ignobilis Cuſtodię. 387
Turones, Britannica perduellione, in Francici Regni corpus relati. 211
Turonẽſi Lege, feudali domino licet, iis ſolarium indicere latifundiis, quæ feudi ſui metis, ac finibus includantur. 126
Turonenſi Lege, quatenus maiores Iuridici adipiſcantur vulgò quæſitorum bona. 146
Turonenſi Concilio, cui Alexander. 3. P. præſedit, Octauianus, cum alijs ſchiſmaticis, excommunicatus fuit. 412.
Turonenſi Iure, alienato Caſtro, cedunt Martia eius munimenta, & arma. 26
Turonẽſis Mos, inſigniores Ditiones, indiuiduas ſanxit, ſalua filiabus Legitima. 328
Turonica Lege, Mobiliũ hęrès, ſeu donatarius, defungitur paſſim ære alieno hæreditario. 22
Turonico More, patrimoniorum hæres agnoſcitur is, qui à primo

hæredιorum emptore genus ortúmque ſumpſerit. 313
Turonum Conſuetudine, *Paragium* rei feudalis quanto tempore duret. 66.
Turonum Conſuet., *Gardia* minorum eſt *realis*. 388
Turonum Conſuet., aduentitiæ hæreditatis fructus non pertinet ad Cuſtodem nobilem. 389
Turonum Iure, Mola immobili ædificio cohærens, res ſoli exiſtimatur. 28. Quid ſi, mobili. Ibid
Turonum Lege, Mobile ſolo fixum à colono in eius vſum temporarium, non efficitur Immobile. 26.27
Turonum Leges, de patrimonijs ſtatuere quicquam vetant, vltra trientem. 253
Turonum Moribus, de hæreditarijs fundis, teſtari infra. 25. annum, licet nemini. 280
Turonum More, plebeius parens lucratur fructus bonorum pupillarium. 384.
Tyronēſis Monaſterij Iuriſdictio profana. 101

V.

VALENTIANA Hānonum Lex, de vſusfructus venditi redemptione intra annum. 233
Valentianarum Conſuetudine Hannonica, Reditus annui redimibiles, Prædiariam ſortiuntur conditionem: ijs exceptis, qui debentur ſuper corpore & Collegio Vrbis. 34
Valentianis Hannoniæ, nothus matri ſuccedit: ei præmorienti, mater: matri de functæ, Hannoniæ Comes. 323.
Valentianis Hannonum Conſuet; ſinitur Dominus proprietatis, venditùm alteri vſumfructum æquo pretio redimere, intra annum celebratæ venditionis à fructuario ipſo. 233.
Valentianis Hannoniæ, peregrino debitori liberum ſit, ciuilem Vrbis immunitatem ſibi parare, ne in carcerem coniiciatur: ſalua pignorum captione. 489
Valentinæ Delphinatium Vrbis Comitiſſæ Valentinenſis, portæ dirutæ ſunt Anno. 1390. ob rebellionem & iniurias à ciuibus factas Regijs *Officiarijs*. 511
Valentiniani & Valentis Impp.. Reſcripta, de graui damno à turma militum Prouincialibus non infligendo. 147
M. Valerius Coruus Dictator, ſeditionem Romæ concitatam pacauit. 45.
Valeſij Regis Priuilegium, Notariorum Caſtelli Pariſienſis. 493
Valeſio More, inualuit poſſeſſionis iudicium, quod *ſimple Saiſine* nuncuparunt. 441
Varronis ſententia, de aleæ luſu. 502
in Vaſconia, quis appelletur ciuis. 385.
Vaſcones, Anglorum rebellione, in Francici Regni corpus relati. 211.
Vaſtan, Caſtellania, è Biturica in Bleſenſem Iuriſdictionem tranſlata. 82.
Velleyani exceptio non tollitur generali Beneficiorum in fœminas Iuris renunciatione. 172
Velleyani S. C. renuntiatione nil agitur cum muliere pro marito intercedente, niſi pariter Authenticæ, Si qua mulier, renuntiet ipſa. 175.
Velleyano non reſcinditur muliebris nuda ratihabitio Actus maritalis, fœminea Legum priuilegia ſpecificè exprimentis. 186.187
Velleyano non iuuatur mulier, quæ in redemptionem captiui mariti ſe obligarit. 187
de Velocaſſini, Francici, & Normani, origine diſtinctionéque, Hiſtorica nonnulla. 62.63
Veneta Statuta, de Iure προτιμήσεως 367.
Venetorum Legibus, libri, calices, cruces, vel paramenta alia Eccleſię mobilia pignerari nequeunt pro mutua pecunia, nec aliquo modo alienari à ſacerdote. 20

Venetorum Statuta, ſequeſtrandæ Dotalis pecuniæ, donec in fundorum emptionem conuertatur. 202.
Venetorum Conſuet., Teſtamentum factum coram presbytero Parochiali tantùm, valere. 275
Venetorum Conſtitutio, non perſequitur ſeuerè debitorum liberos. 337.338
Venetorum Eccleſiaſtica bona, in quinquennium duntaxat locanda. 401.
Venetorum Statuto, Bona viri obligata ſunt mulieri à tempore quo eſt transducta, & ab eo die eſt potior creditoribus poſtea contrahentibus. 512
apud Venetos, quinquenne ſpatium indulgetur, ad reſoluendam publicam fundorum venditionem. 541.
Venetum S.Conſultum, annuam æris Penſitationem, in dubio præſumi *fundiariam*, potiùs quàm volatilem. 462
Vercingetorix Alexiæ obſeſſus, quorſum omnem ab ſe Equitatum dimiſerit. 89
Vermenſes Comites, à Ludouico. 12. Rege Mediolanique Duce proſcripti: dein reſtituti An.1519., Regio cum Cæſare Tractatu. 513.
Veromandua Lex, quam ætatem teſtatoribus adſignet. 280
Veromanduæ Conſuet. Interpretatio, de fundi à Domino retracti, cum ſuo Feudali, reunione. 375
Veromanduorum Conſuetudo, de coniugibus in coniugalis domus Mobilia ſuccedentibus. 21
in Veromanduis, mobiles reputantur quilibet Reditus ære comparati. 34
Verres, vtì oriebantur liticulæ inter priuatos, ita exoriri Edicta faciebat repentina. 362
Verres, Ius ad priuatam vtilitatem nundinatus. Ibid.
Vertiſcus Rhemorum Præfectus, ſenio confectus, dimicari tamen ſine ſe noluit. 393
Veſuntionis Oppidani, in Gallicorum iura ciuium adſciti. 102
Veſpaſianus Imp., qua ratione deformatam ruinis Vrbem Rom. reſtaurarit. 132
Vicecomitatus nomine, apud Gallos, quid intelligatur. 129
Victriaca Conſuetudo Campaniæ, de feudalis beneficij alienatione per libellum, inuitis dominis. 68
Victriacæ Conſuet. Interpretatione, Conſignata ſemel in *Retractu* pecunia, eius oblatio pecuniæ in Iudicio, minimè neceſſaria eſt. 354
Victriaci Campaniæ Municipes, vt marem hæredem fœminæ anteponunt, ſic repræſentationem in collaterali hęreditate patrui permittũt, auunculi, materteræ, vel amitæ. 310
Victriacenſi Lege, piſces in ſtagno, aut piſcina poſiti ad triennium vſque, cenſentur immobiles: exacto triennio quolibet, mobiles. 29
Victriacenſi More, Nobilium coniugum priuilegio, viduus aut vidua lucrifacit res mobiles, ſed cum onere debitorum. 189
Vidus Papa, Gratianopolitana Areſta collegit. 2
Vienna Allobrogum, à Gundebaldo Burgundiæ Rege, per aquæ ductum capta. 160
Gaufr. de *Vilette*, ad quem B. Ludouicus ius dicens, interdum cauſas remittebat. 104
Ioh. Villequinus, Curiæ Protonotarius. 363
Vilhelmus Comes veſtituram ſumpſit Mœurenſis Comitatus, à Duce Clivenſi: Ita, vt viuis ſublato eo, mares ſeriatim poſteri, ac ſecundùm hos, fœminei, Tit. pro hærede potirentur Comitatu. 113
Vilhelmo Comite Mœurẽſi extincto, Hermannus filius clientelare Duci præbuit iuſiurandum: veſtitúſque eſt Comitątu, ac Cractrouia Arce, & Creyffeldia. 113
Villia Lex annalis, quot annis nati, quemque Magiſtratum gerere poſſent. 398
Vindocinenſis Reguli, Codicillare Regimen Inſulæ Franciæ, quod Rex ipſi decreuerat. 109

Vindocinenſium Ducum impuberum, aduerſus fructuariam Tutelam, Priuilegium regium. 404
Viromandua Lege, quatenus maiores Iuridici adipiſcantur vulgò quæſitorum bona. 146
Viromandua Lex, quam ætatem teſtatoribus adſignet. 280
Viromanduorum Iure, alienato Caſtro, cedunt Martia eius munimenta, & arma. 26
Viromanduorum Lege, datur in maritum actio, ex pactionibus ab eius coniuge, mercium nomine, initis. 177
Viromanduorum Mos, de manus iniectione in fundum, & prehenſione hypothecaria. 503
Vitruuius cenſuit, piſtrina extra Villam facienda eſſe: vt ab ignis periculo tutiores ſint Villæ. 156.
Viuij Franciſci, Aquilani, regij Auditoris ſacræ Audientiæ Prouinciæ Terræ Barri, Deciſiones Regni Neapolitani. 418.432
S. Vladiſlaus, Hungariæ rex. 534
Vlpij Traiani laus, quòd omni eius ætate, vnus tantùm Senator damnatus ſit, & quidem per Senatum, ignorante Traiano. 480
Vltraiectenſe Statutum, quatenus vir vxorijs actibus, litibúſue auctoritatem ſuam abnegare valeat. 184.
Vltraiectinorum Conſtitutione, tutores dati Ratiocinia edunt annuatim propinquis impuberum, vel à Ciuitate delectis. 396
Vltraiectinorum maior ętas, quoto anno compleatur. 405
Vranius Rullus, qui binas ædes contiguas habebat, alteras venundedit Lucretio Pacato, cum hac adiectione, LVMINA, quæ nunc ſunt, vt ita ſint. 152
Vnellis Perticenſibus, quæ ætas teſtatoribus adſignetur. 280
Vuenceſlaus, Bohemorum Rex inter Sanctos relatus. 535
Vuilhelmus Brolius, in Curia cauſidicus, Pariſ. Areſta collegit. 1
Vuiſigotthorũ Lege, patria negotia, Gentis alienæ Legibus non diſcutiuntur. 24
Vuiſigotthorum Lex, de donatis à Rege vni coniugum, alteri non communicandis. 180.181
Vuiſigotthorum Lege, vidua, quæ intra annum enupſerit alteri, exuitur media opum parte defuncti. 217.
Vuiſigotthorum Lege, inter natos ex vno patre ex diuerſis matribus, paternæ facultates æqualiter diuiduntur. 312
Vuiſigotthorum Lege, Viduæ defunctorum, nullo propinquo hærede, antepoſitæ Fiſco, nedum altero ex ſtemmate cognati. 339
Vuiſigotthorum Lex, ne tutor cum pupillo paciſcatur, aut ab eo rationum liberationem exigat. 401.
Vuiſigotthorum Legibus, coniugium fieri vetitum abſque dote. 214.
Vulquecinus Comitatus, Abbatum S. Dionyſij in Francia *feudarius*. 63.

Z.

in ZEELANDIA, *Burgimagiſter* debet ex Conſuetudine facere bona pupillorum poni in Libro orphanorum. 393
Zéelandiæ Conſuetudo, de communitate bonorum inter coniuges. 168.
Zéelandiæ Conſuet., de patrimonijs, cum quæſtibus *promiſcuè*, ſcindendis inter coniugum ſuperſtitem, & alterius ſucceſſores. 188.
Zéelandiæ Conſuet., vetantur teſtatores, vltra præfinitum modum, hæreditaria bona diſponere. 292.
Zéelandico More, à legitimis tutoribus capiuntur diuites fideiuſſores, per *Burgimagiſtrum*: alioqui hic in ſubſidium tenetur. 393
Zéelandiæ Moribus, coniugis ſuperſtitis

ſtitis ius in ſemiſſem bonorum omnium communiter poſſeſſorum, non producitur extra ſuum ipſius Territorium. 170

Zéelandiæ Statutum, vetitum eſſe mulieribus, ſua abalienare, niſi maritali conſenſu. 184

Zéelandiæ Statuto Middelburgenſi, maritis fas eſt, non tantùm bona legare vxoribus, ſed eas etiam, ſalua liberorum Legitima, hæredes facere. 290

Zeno Imp., quàm benignè egerit cum emptoribus rerum Fiſcalium. 540.

Zenonia Lex, de nouis Operibus. 160

Zutphen, Comitatus, in Gheldria. 113.

Digitized by Google

RERVM AC SENTENTIARVM, QVÆ HIS LIBR. ADNOtantur, SYLLABVS LOCVPLETISS.

A.

ABBAS ſucceſſor in *Spolia* mortui *Monachi*, eſt *ſaiſitus* ipſo Iure, inſtar cuiuſuis hæredis. 432
Abnuens falſò patronum, feudum committit. 85.95
Abornamento feudi, ſeu feudalium commodorum, non cenſentur remitti pœnales fructus rei, *ſaiſienti* Domino debiti, ob moram præſtandæ fidelitatis. 91.92
Abſente marito, an mulier poſſit petere dotem, ſi reputetur mortuus. 340.
in Abſentes contumaces quomodò iudicatum fuerit, ex vetere Pariſienſis Fori Stylo. 522
Abſentes à Municipio, in quo ſita bona ſubhaſtantur, ſi non interceſſerint eorum ſubhaſtationi ad detrahendam inde portionem ſibi competentem, perpetuò excluduntur, nec poſtea ab illorum Decreto prouocantes audiuntur. 538
Abſentis dudum à Patria, mors quando præſumatur. 340.341
Acceptare rei donatæ partem, partem renuere, vetitum: niſi donator ipſe, donatario optionem reliquerit. 267.
Acceptatio literarum *Cambij* Mariti, facta ab vxore, eam non obligat firmiùs quàm alia ſimplex ipſius obligatio, Priuilegijs *legalibus* non renunciantis. 172.& ſeqq.
Acceptio in ſolutum, nummariæ æquipollet cōparationi prædiorū. 130
Acceſſione poſſeſſionis auctoris, iuuatur præſcribens. 415
Accreſcendi iure, hæres, tertij incommodo, cedere non poteſt. 295
Acqueſtuum, & Mobilium donatarius coniux tenetur, alterius hæredem, debitis Reditib. & alijs exonerare, conſtante matrimonio creatis. 35
in *Acqueſtus* nouos *manusmortuæ* Eccleſiaſticæ, Ius Regium, & Dominicum. 132.133
Acqueſtus Defuncti, auctione venditi ſuper hærede cum Inuentario, retrahi poſſunt à conſanguineis hæredis. 376.377.
de Acquirendo & āſſerēdo rerum dominio. 164
Acquiſita, multis in Regiunculis ſubrogantur vice patrimonij deficientis, aut exigui: ne de illis largiùs quàm de patrimoniis, diſponi municè poſſit. 253
Acquiſita à patre, màtreque defuncti, in duas diuiduntur lineas, paternam & maternam: nulla gradus prærogatiua. 314
Acquiſita, deficientis Patrimonij locum ſubeunt: de quibus tùm ideo diſponere nihilo ampliùs licet, quā de Patrimonio, nempe vltra trientem. 365
Acquiſita à defuncto, fiunt patrimonialia hęredis ex Inuentario. 376
Acquiſitio Feudorum, & Retrofeudorum. 93.94
de Acquiſitis matrimonio conſtante. 169.

Digitized by Google

etſi Acquiſitor fundi præproperè redemerit annuũ Reditũ, cuius cum onere, illum acquiſierat, retrahens tenetur, ei ſortem Reditus cum iuſtis acceſſionibus refundere. 356
Actibus ciuilibus idonei habiléſque, muti. 301
Actio ſubſidiaria in Magiſtratus, qui Tutorem minùs idoneum dederint. 393.
Actio Retractus *de Mydenier*, currit tantùm à die ſoluti Matrimonij. 371.
Actio Seruiana, in tertios bonorum coloni obligatorum poſſeſſores. 448.
Actio Tutelæ ſubſidiaria, in minorum propinquos, nominatores Tutoris. 394
Niſi eum, tempore nominationis, fuiſſe facultatibus idoneum, apertè docuerint. Ibid.
Actio cõtractuum reſciſſoria, præſcribitur. 10. annis. 417
Actio pro ſocio ex lege Municipali, perſonalis eſt, nec hypothecam in tertium, habet annexam. 473
Qui Actionem ad rem recuperandam habet, rem ipſam habere videtur. 135
Actiones, quo bonorum genere cenſeantur. 15
Actiones *reales* mouere non poteſt Cuſtos impuberis. 388
an Actiones Hypothecariæ, ad tempus præſcriptionũ *Statuto* indictarum, reducantur. 411
Actiones in perſonam, vel in rem pignori obligatam. 448. & ſeqq.
Actionis funerariæ priuilegium. 489
Actor, à *Retractu* per reum *acceptato* deſiſtere non poteſt: A conteſtato autem, & denegato, poteſt. 370. 371
Actuariorum Officia, Retractui lineari non ſubſunt. 361. 362
Actuarius ſecreti Conſilij Regij vetuſtiſſimus. 363
Actus anteriores, quorum executio à futuro exitu pendeat, ſubſunt Legi interim conditæ. 183
Actus perfectus non fit, duabus ſolennitatibus Actus imperfectis. 278
Actus confirmatio ſequens, non retrotrahitur in præiudicium alterius. 352.
Actus irritatur, ſolenni forma non ſeruata. 354
Actus, vltra intentionem agentium, nihil operatur, nec obligationem inducit. 389
Addictio publica prædiorum. 522. & ſeqq.
Adiudicatio bonorum *ſaiſitorum*, non retractatur ob defectum redditionis rationum à Curatore bonis vacantibus dato, nec ob enormem læſionem. 536
Adoleſcens, viceno ætatis anno Reſcriptum impetrans, licitè diſponit de Mobilibus ſuis, nõ de Immobilibus. 397
Admiſſæ regiorum vaſallorum Fidei Procuratoriæ exempla. 64. 65
Admortizatæ Eccleſijs terræ, quandiu ſeculari Emphyteutæ conceſſæ, ab eo tenentur, tandiu dominis feudi ſubiiciũtur: ſed ad Eccleſiã reuerſæ, nulli ampliùs ſubſunt feudali Domino ſeculari. 92. 93
Admortizatio Regia terrarum Eccleſię. 8.
Adſcriptitij glebæ ſerui, partes fundi cenſentur. 28
An Aduentitia feudi commoda, quæ ſemel ceſſerint, tranſeant in emptorem dominantis beneficij. 92
Aduocatiæ feudum. 44
Aduocatorum Fiſci in Lutetiano Senatu, Catalogus. 545. & 546
Ædes vetuſtate corruentes inſtaurare non cogitur fructuaria mulier, ſed hæres. 226
Ædes an, debiti gratia, demoliri fas ſit. 506. 507
Ædes perduellium, funditùs euerſæ. 517.
inter Ædes ſacras, & profanas intermittendum ſpatium. 158
Ædibus vrbanis impoſitos Reditus licet redimere. 138
Ædibus in ruinam collapſis, non admittitur eas *deguerpiendi* facultas, niſi reſtauratis

ized by Google

reſtauratis priùs ædificijs. 454
Ædificare necne cõceſſum ſit in communi pariete, altero inuito. 155
Ædificia vetera Nobilium Gallorum, & Germanorum, quæ. 70
ab Ædificijs publicis Priuata quantùm diſtare debeant. 158
Ædificijs bello deſtructis, libellarius poſſeſſor, totũ dimittendo, liberatur *fundiario* Reditu in futurum. 456
Ædificium, reſque aliæ, ſolo cohærentes. 30
Ædificium ſolo cedit. 130
Ædificiorum Forma in ędificãdo ſeruanda, quæ. 152
Ædium altitudo, qualis eſſe debeat. Ibid.
Ædium vicinarum, hortorum, & arearum clauſura, communi ſumptu curanda. 158
Ædium collapſarum reſtitutioni integræ obnoxius non ſit hæres, inſtante vſufructuario. 226
Ædium fultura, moderatáq; refectio *Doariæ* mulieri incumbit. Ibid.
in Ædium refectionem, impẽdiorum genus triplex. Ibid.
Ædium locatarum merces Priuilegiaria, eiúſque nomine hypotheca: non tamen *realis* executio, ſine authentico Inſtrumento certæ pecuniæ. 489.
Ædium refectarum merces operæ, præcipitur ex Penſione, ab inquilino debita, ante locatorem, alióſque, huius creditores priuilegiarios. 490
Ædium reparator anteponitur in earum hypotheca creditori ſpecialiter mutuanti in emptionem ipſarum. 497
Ædiles Vrbium, quos patrius Mos ſcriptus Nobiles declarat, an primigeniorum Nobilium prærogatiua fruantur. 343
Ære alieno liberatur Cuſtos impuberis, qui ob bella, bonis eius fruitus non ſit. 404
Æris alieni ſolutione publicus Status continetur. 140.141
Æs debitum ciui Pariſ., præcipitur ex bonis Fiſco commiſſis. 5
Æs alienum defuncti, mobilium, an immobilium hæres ſuſtineat. 22
Æs alienum, debitorum reſpectu, vel hæredum ipſorum, non eſt certi loci nomen, ſed vniuerſarum facultatum. 23
Æs alienum hæreditatis, qua ratione pendatur. 301
Æſtimatio nũmaria feudalium commodorum *caſualium*. 96.97
Æſtimatio frumentorum, à mercatoribus referenda in Tabularium fori, tam *ſubalterni* & Dominici, quàm Regij. 509.510
Ætas, qua teſtari liceat, Cõſuetudine locorum determinatur. 280
Ætas nobilium alia, alia ignobilium, maior definitur pro termino & meta *Gardiæ* illorum *Conſuetudinariæ*. 392
Ætas, qua, impuberum Cuſtodia finitur. 392.393
Ætas militaris Athenienſium, Romanorum, Gallorum antiquiſſimorum. 393.
Ætate capacis in ſuo Municipio, teſtamentum, ratum necne ſit in alio, grandiorem ætatem ſuis Moribus exigente. 280
qua Ætate Monachiſmum profeſſuri, poſſint teſtari ante. 25. annos. 281
Ætatis veniæ formula. 134
qui Ætatis veniam à Principe impetrarit, ſua de re mobili diſponere poteſt. 241.242
Ætatis veniam impetrantes, an reſtitui poſſint in integrum. 397
Ætatis venia, gratiáque Regiis quibuſdam Conſiliarijs facta. 399
Ætatis veniam impetranti Curator in litem datus, publicę rerum illius alienationi idoneus auctor non eſt. 535.
Agere non valenti præſcriptio neutiquam currit. 372
Agnitio hæredis vnius, remotioris gradu, à teſtatore facta, prodeſt alijs æquè remotis. 283
Agraria pẽſio, ab Agro ſecernitur, tanquam mobile ab immobili. 92
Agri venditi facta traditione, dominium transfertur laudimiáque debentur, licet menſuratio facta non fuerit. 144
Agro legato, ſtercora etiam pecorum agri, & ſtramenta continentur. 28

Digitized by Google

Alaudium ignobile, à Iuridico loci emptum, an eiuſdem naturæ per vnionem cenſeatur. 82
Alaudium, Iuridicos dominos agnoſcat, neceſſe eſt. Ibid.
Alaudium nullum, apud Bleſenſes. 83
Albanorum bona vacantia, cui *Iuſtitiario* addicantur. 101
Albinatus Frácici iure immunes, vicini Populi quidam. 102
de Aleæ ludo. 502
Alendus eſt ante omnia Altari ſeruiens, ex obuentionibus Eccleſiæ. 457.
Alienare res ſuas, mulieri ſeparatæ à viro, non licet. 291
Alienans, retenta fide, debet partem *domanij*, cum feudo, retinere. 62
Alienante, bonis interdicto, emptor non præſcribit, ceu contra Iura mercatus. 418
cui Alienare in æqualem conceſſum eſt, aliis quibuſuis vendere, prohibitum videtur. 111
Alienata, cur per Retractum in familiam reuocentur. 369
Alienatio fundorum Saxonibus vetita, abſq; propinquorum conſenſu. 20.
Alienatio beneficij feudalis, impunè contrahitur per libellum, inuitis dominis. 68
Alienatio Feudi, quatenus permiſſa. 68.69
Alienatio hæredìorum, ſine conſenſu hæredis præſumpti prohibetur, ſalua reſtitutione pretij rei venditæ. 201.
Alienatio fundi, tráſit cum ſua pignoris cauſa, & onere. 449
Alienatione Mobilium facta à debitore, euaneſcit creditorum in iis pignus conuentionale. 491
Alienator, reliquis pręfertur creditoribus, in pretio rei ſuæ. 496
Alienigenæ, in Gallorum iura ciuium adſciti, Principali indulgentia. 101. 102.
Alienigenæ, vendentis propinquo, *linearis Retractus* fundi nõ competit. 351.
Aliméta ex publico debẽtur vxoribus, hæredibúſque cęſorum pro Repub., vel publici functione officij. 47
ob Alimenta parentum, alienabile *Doarium*. 224
Ἀλληλοκληρονομία, ſeu mutuæ Succeſſionis conuentio. 287
Alodiales terræ multæ: Sed Iuriſdictio nunquam *alodialis*. 58
Alodialis nulla Iuriſdictio. 57.58
Alodialium fundorum Retractus currit tantùm à die publicationis, & inſinuationis contractus, Regio in Foro proximo factæ. 378
Altari ſeruiens, ex obuentionibus Eccleſiæ ante omnia alendus eſt. 457
Altæ *Iuſtitiæ* dono, Ius *reſſortus* non comprehenditur. 58
in Alternatiua, adiecta creditoris fauore, eiuſdem optio eſt. 463
Ambulachrorum ſubdialium ſtructuras, quantùm à vicinis diſtare oporteat. 160
Amortizata Eccleſiæ bona, ſi ad priuatos redeant alienatione rerum Eccleſiæ, ſubijciuntur prophanis oneribus fundorum reliquorũ. 367.368
an ad Amputationem pugni homo ſe obligare poſſit. 507
Animaduerſio criminum, Præfecto Vrbi Pariſ. attributa. 4
Anni. 1582. Pontificia Breuiatio, non impedit eius reſtitutionem in integrum, qui tali breuiatione temporis maior factus, *alienârit*. 406
Anni naturalis ſeu Solaris, non autem Ciuilis, in negotijs controuerſiiſque dirimendis, habenda ratio. 400.
Anno *Rachatus*, ſylua cædua & ſtagno dominus directus fruitur tãtùm pro rata vnius anni. 80.81
Annonæ ſtatuta pretia, ad reprimendam Stabulariorum, Hoſpitúmque auaritiam. 500
Annua Penſio ſeu vectigal, cedit vice fructuum Agri. 69
in Annuis legatis pijs, Hypothecaria aduerſus quemcúnque hæredum indiuidua eſt. 297
Annus Retractus, currit à die inueſtituræ. 351. Quãdo currat, publicè vẽdito fundo. 351.352
Annus ciuilis, variè quòdam, pro more Regionum, conſtitutus. 400

Annus

Index.

Annuum pium ſuper fundi certi Reditu, deficiente vel non ſufficiente eo, ſupplendum eſt ab hærede. 296
Antinomia Senatuſcõſulti Pariſiẽ. diluitur. 7
Αντιφερνα, ſeu Donatio propter nuptias, obitu mariti mulieri quæſita dicitur. 231
Apes, & Columbæ, quatenus reputẽtur mobiles, aut immobiles. 30
Apprehendere & *ſaiſire* aliena bona, perſonáſue, nefas: niſi Priuilegiaria ex cauſa. 487
Apum examen, an ſit Domus pars vel Horti. 30
Aquæ ductus ad Fonticulos Pariſ. Vrbis, priuatis Canalibus nõ diuertendi. 160
Aratoria Ruſticorum animalia, à creditoribus capi, & pignerari nequeũt. 505.
Arbitratu boni viri nõ cenſetur litem defendere, qui actorem fruſtrando, efficit, ne ad exitum controuerſia deducatur. 75
Arbitrium ſeu iudicium Artis peritorum, de vrbana Seruitute. 152
Arbores, harúmque fructus, an cum prædio tranſeant. 28
Arbores fundo inſitæ à conductore, fundi emptori non cedunt, ſed ab inſerente colono eximi poſſunt. Ibid.
Arbores Syluæ non cæduæ, immobiles. 32. 33
Arbores Eccleſiaſticæ grandes, inalienabiles. Ibid.
grãdes Arbores, ſub facultate redimẽdi emptor cędere non poteſt, pendẽte redemptiua facultate. 33
Arboribus venditis Syluæ non cæduę, Retractus ceſſat, niſi in rem Domini ſoli, cui, illa tãquam ſuperficies *reuniatur*. 371
Arboribus grandibus prædij exciſis, non admittitur *deguerpiendi* facultas, niſi refuſo priùs Arborũ pretio. 454
Arborum, quas pater vendi, & in vſum fœnebrem impuberis filij conuerti iuſſit, pretium immobile cenſetur. 37. 38.
Arborũ Rami & radices, à confini Agro diſcernendi. 162
Architectus, Ædium reparator anteponitur in earum hypotheca, creditori ſpecialiter mutuanti in emptionem ipſarum. 497
Arcium Machinæ Bellicæ, immobiles habentur, & Caſtro cedunt. 26.
Areſta Neapolitana, à quibus cõpilatã fuerunt. 2
Areſta Aragoniæ, à Martino Montero à Cueua, collecta. 2
Areſta Imperialis Cameræ, à Miſyngero exſcripta. 2
Areſtum, de priuilegio Sigilli Caſtelleti Pariſien. 3
Areſta, maleficij quæſtionem ac coercitionem, in alienarum Diœceſum Clericos in Vrbe comprehẽſos, Antiſtiti Pariſien. tribuentia. 7
Areſtum, querelã Nouitatis, pro vniuerſitate Mouentium, licitè intentari. 17
Areſtum, minorem annis circumſcriptum de re mobili, in integrum reſtitui. 16
Areſtum Rothomagenſe, ordinem hypothecarum, in rerum mobilium pigneratione, ſeruari. 16
Areſta varia, vniuerſitatem Mobilium datã, inſinuationi obnoxiam eſſe. 17
Areſtũ, pacta Societate Mobilium & *acqueſtuum* in matrimonio faciundorum, non excludi Mobilia præſentia vel anteriora, ſed *acqueſtus* tantùm limitari. 21
Areſtum, omne genus Mobilium vtrique coniugi communicari: ſiue cœlibi antea, ſiuè coniugi quæſita ſint. 21
Areſtum, quòd Mobilia capiens in vim Conſuetudinis, vel ex contractu relato ad Conſuetudinem, non tenetur ſoluere debita: niſi ad ea ſoluenda, per Conſuet. obligetur. 22.
Areſtum, negotiantes Pariſijs aduenas, haud ideò ſortiri ibidem domicilium, quòd ciuilia munera ſubeant. 24
Areſtum Normanicum, torcular, ſi terræ inhæreat, immobile dici. 26.
Areſtum Britonici Senatus, Arbores fundo inſitas à conductore, fundi

KKk

emptori non cedere, ſed à colono inſerente auelli poſſe. 28
Areſtum Pariſien., prouentus decumanos Parocho adiudicans, ex his animalibus, quæ in ſuo Territorio dietim paſcebantur. 29
Areſtum Aragoniæ, Apes cum Alueo, tanquam Villatici ſoli partem, præconia Villæ pigneratione auctionéque, contineri. 30
Areſtum Senatus Britonici, fructus etiam ciuiles, reditúſque annuos, qui nondum ceſſerint moriente fructuario, eius hæredib. deberi, pro rata Menſium Anni, quibus vixerit. 32.
Areſtum Germanicum, mobilium donatariam coniugem, Reditus annuos à viro partos iniquè petere. 34.
Areſtum Normanicum, Eccleſiaſticas grandes Arbores, inalienabiles eſſe. 33.
Areſtum Pariſien., Clericos Syluam non cæduam, ceu quoduis aliud patrimonium Eccleſiaſticum immobile, alienare non poſſe. 33
Areſtum Lutetianum, Reditus volatiles auunculis adiudicans, vt immobilium hæredibus. 34
Areſtum Imperialis Cameræ, Vectigalia temporária eſſe immobilia: etſi Pacto conuento perpetuæ luitioni obnoxia. 34
Areſta varia diuerſéque prolata, de Reditu annuo. 33.34.35
Areſtum, quòd Mobilium & *Acqueſtuum* Donatarius coniunx tenetur, alterius hæredem, debitis Reditibus, & alijs exonerare, conſtante matrimonio creatis. 35
Areſtum, quòd communione Coniugali Mobilium, veniunt Reditus volatiles, ab vno coniugum parti ante matrimonium, ex Lege quadã Municipali. 35
Areſtum, in Immobilibus ſeruandam loci Cõſuetudinem, in quo ſita ſunt. 35.
Areſtum quòd olim non cogeretur maritus, annuos Reditus vel fundos emere ex pretio priorum vxoris ſponte venditorum. 36
Areſtum, dotem maternam ad tranſuerſarios filiæ hæredes pertinere. 37.
Areſtum Curiæ, dotalem pecuniam, In emptionem fundi, deſtinatam, immobilem eſſe, reſpectu cõiugum, non ſucceſſorum vſquequaque. 37
Areſtum, maternam dotem tranſuerſarijs filiæ hæredibus, ceu maternum immobile, ac gentilitium filiæ latifundium, competere. 37
Areſtum, pecuniæ, ex proprio parentis fundo, conditionẽ filio cõpetentem, confundi in altero parente, filij illius præmortui hærede mobili. 37.
Areſtum, pretium grandium Arborũ in vſum fœnebrem Impuberis filij, immobile eſſe. 37.38
Areſtum, Reditus annui adſignationem ſuper fundo mariti, donec is dotali pecunia prædium emerit, æquipollere emptioni prædiorum. 39 40.
Areſtum, pecuniam, ex redemptione propriorum Vectigalium conſtante matrimonio facta, mobilem eſſe. 39.
Areſtum Curiæ, auiam ſuperſtitem dotatæ, quaſi mobilium hæredem, in dote propinquis anteferri, Patrimoniorum ſucceſſoribus. 40
Areſtum Rhedonenſe, aduerſus Mobilium donatariam. 41
Areſtum, in Officij ſub haſta venditi pretio, hypothecarum ordinem non ſeruari. 43
Areſtum, inſignia Mobilia Pariſijs ſita, hæreditarijs creditoribus & legatarijs pignerari licere. 43
Areſta, de Officijs ſuppreſſis, poſt reuocatis in vſum. 45
Areſta, *Officiarij* in Munere ſuo gerẽdo interfecti, Officium hypothecis omnib. immune, penes vxorem eius remanere. 46.47
Areſtum, quòd Praxis forenſis Procuratoris data ab auo, patreuè Procuratore, in anticipationem ſucceſſionis, conferenda eſt inter hæredes donatoris. 49

Areſtum,

Index.

Areſtum, nundinationem, emptionémque alienarum Procurationũ forẽſibus Cognitorib. vetitam eſſe. 49.

Areſtum, quo, caſtè integréque forenſium negotiorum Mandatarij in Officio verſari iubentur. 49

Areſtum, pro Iudice Maiori Tholoſæ electo, contra eius Officij *reſignatarium* emptorem. 50.51

Areſta varia, quib. ſingula Magiſtratuũ munia inuicem diſtincta ſunt. 51.52.53.

Areſtum Neapolitanum, quòd ſi teſtator Mouentia omnia, & ſupellectilia legarit, non creditur, ſupellectilium adiectione, generali legato Mobilium derogaſſe. 53

Areſtum, Iuriſdictionis poſſeſſionem, etiam centenariam, contra antiquum nobilis fundi titulum, nullã eſſe: Vnde Iuris reddundi in poſterum exercitio functioneq́; poſſeſſori interdictum ex priſca feudalis Beneficij lege. 58

Areſtum, quòd, feudi inueſtitura intra annum non petita, eius dominium minimè perditur. 59

Areſtum, clientem, cuius prædio Dominus fruitur iure *Releuij*, domo non pellendum, ſed Dominum vti poſſe locis ad recondendos fructus aptis. 59

Areſtum Senatus, quòd fiduciarius vaſallus, poſt ſatiſdationem ab eo præſtitam, poſſidere iubetur, pendente Dominica feudi prehenſione. 60.61

Areſtum Rothomagenſe, quod Normanici fines Territorij circumſcripſit. 62.63

Areſtum Regium vetus, Salutiarum Marchionem limitaneum, Regiæ Gallicæ clientelarem eſſe. 65.

Areſtum, feudales Pactiones ſingulares publicis Municipij Legibus nõ abrogari. 67

Areſtum, quòd ſi omnia Ditionis prædia vænierint correſpondente his pretio, citra mentionem vaſallorum, & cenſuum ex ea Ditione pendentium, nulla quoque expreſſa ipſorum penes venditorem retentione, feudalia iſthæc iura incorporea tranſiére ipſo facto ad emptorem corporei totius domanij d. Ditionis. 68.

Areſtum Curiæ, Vaſallo licere, *fundiarij* Reditus lege feudum alienare. 69.

Areſtum, Prædij conceſſione Emphyteutica, nullum ſuperiori deberi laudimiorum emolumentum. 69.

Areſtum, à præſcripta veteris Clientelæ in patronum formula deflectere nullo modo licere beneficiarijs. 71

Areſtum, maiore natu bonis abſtinente, hæredicariam eius partem cum Aſſe toto commiſceri, nec ad marẽ ſecundum, quaſi primigenium, tranſmitti. 71

Areſtum, quòd quamuis receptus ſit aliquis ad vnum *homagium* pro omnibus, non tamen remittatur aliquod *homagium*, & *releuium*. 71

Areſtum Senatus Armorici, Regem patronum ſtare non teneri conuẽtis olim à Cliẽte ſuo cum eius Subclientibus de redemptione beneficij. 77

Areſta interlocutoria, de *Rachatu* feudali in tutores, vel *Baillios* ſeu *Gardianos* pupillorum. 79.80

Areſtum Britonici Senatus, filium hęredem à vaſallo illicitè petere, quæ pater eidem anteà Ditionis ſuæ emptori fiduciario ſeorſim remiſerat. 80

Areſtum, feudi Redemptionalia deponi debere penes Dominum feudalem. 80

Areſtum, Cenſuales fundos à directo Domino emptos, ipſo Iure feudales eſſe, tanquam reunitos feudo: niſi in contrarium emptor proteſtatus ſit. 81

Areſtum, feudi reunionem inter *Conqueſtus* numerari. 81

Areſtum, plurium Ditionum vnionẽ nouam nõ mutare antiqua ſubditorum Iura & leges *Conſuetudinarias*. 83
Areſtum Curiæ, donatarijs coniugibus licere, fundũ retinere, & ęſtimationẽ cõferre, abſque petitione feudalis Releuij à Domino. 87
Areſtum intimi Conſilij Regis, Colonos priuatarum Regis Ditionum, ſumptuarijs Coronæ Rationibus minimè obligari. 84
Areſtum, ex rei prædiariæ munere collato, in contrahendis nuptijs fauoréque futuri cõiugij, recto Domino laudimia non deberi. 87
Areſtum, fiduciaria feudi venditione reſoluta, poſt emptoris obitũ, nullam ſupereſſe eius primogenito in pretiũ fundi prærogatiuam. 87.88
Areſtum Rhedonenſe, totidem eſſe fundi pretia, quot de ijs variè Pacta conuenta, tótque eſſe ſtipulationes, quot res exiſtunt. 88
Areſtum, laudimia aliquando facere pretij partem fundi venditi. 88
Areſtum, laudimia, quæ remittantur intuitu publici muneris ac priuatorum officiorum, ab extraneo retrahente condici poſſe, tãquam perſoluta. 89
Areſtum Rhedonẽſe, fiduciarium emptorem, qui inhæreret glebæ, clientelæque obſequia patrono exhibuiſſet, venditoris morte, ad luendum feudum non compelli. 90
Areſtum Taurinenſe, feudalia beneficia, quæ perpetua non eſſent, ad beneficos Dominos redire conductionum lege ſoluta. 91
Areſtum, aduerſus Celeſtinos pro vaſallo moram culpámq; purgante. 91
Areſtum, moræ purgationem à vaſallo factam, fauorabilem eſſe. 91
Areſtum, vtile feudi dominium à feudali Domino nõ præſcribi, ſed à ſucceſſore ei⁹ particulari, per. 30. annos. 92.
Areſtum, Domini eam feudi pignerationem ob fructuaria iura iã quęſita, perſonalem eſſe, non prædiariam. 92
Areſtum, reunita feudo patrimoniali, ſi vendantur, retrahi non poſſe quaſi patrimonialia, à conſanguineis. 96
Areſta Auguſtæ Taurinorum, Gallis Regioni imperantibus, prolata, rata manſêre. 96
Areſtum, Molendina *bannaria*, Furnos, Torcularia, in Præcipuo ædificio feudario ſita, primogenito quadantenus competere. 98
Areſtum Curiæ, ſtructurã Columbarij prohibitam ſubdito, tanquam nouũ opus. 99
Areſtũ, in ſua quęq; Ditione Molendinum ſtruere poſſe. 98
Areſtũ, quatenus *bannaria* Molendina ſita in nobili Domo præcipua, ad primogenitum ſpectent. 99
Areſtum, pro Iuriſdictione profana Abbæ S. Genouefæ, Prioris S. Martini Campeſtris, Capituli S. Marcelli, & Hoſpitalariorũ Templi. 101
Areſta varia, de Iuriſdictionib. Dominorum, cum Regia, præfinitis, & inuicem diſtinctis. 102.103
Areſta, pro Iuriſdictione Dominorum *ſubalternorum* Præpoſituræ Pariſien. 102.103.
Areſtum, de Marchiæ communis Pictonum, & Britonum, feudo ac Iuriſdictione. 110
Areſtum, Dominum Iuridicum, non poſſe ſui Territorij Iudicem abnuere ob malè iudicatum, mulctæ vitandæ cauſa. 112
Areſtum Curiæ, Domino ſoli non licere in perſonam emptoris agere, ſi ceſſerit fundo. 125
Areſtum, detentores fundorum compelli, mobili pignore capto, vectigal annuum Dominis appendere. 126
Areſtum, Mobilia poſſeſſoris cenſualis Domino oppignerata, Cẽſus nomine debiti, à Domino feudi capi poſſe. 126
Areſtũ, non licere *fundiario* Domino, ſua auctoritate fundũ cenſualẽ prehendere. 126
Areſtum, nouam cenſus impoſitionẽ, in detentores, Dominis territorij permiſſam eſſe. 126
Areſta, Municipali Lege ſilente de laudimijs, ea non deberi, niſi à longo tempore præſtita probentur. 127
Areſta, quòd nõ ſufficit cõſtare, fundũ eſſe de cenſu Eccleſię, ſed probãdũ, quòd ea, ab antiquo exegit laudimia. 127.

Areſta varia, de taxatione laudimiorum. 128
Areſtum, reſciſſione venditionis ex Lege, Dominica emptionalium iura ceſſare, aut ſoluta repeti poſſe. 128.
Areſtum, quòd ſi emptio venditoris culpa reſoluatur, laudimia non condicit emptor, præterquàm ab auctore ſuo: cuius fraude vel ſocordia, rē dimittere cogatur, & à fundi emptione diſcedere. 128
Areſtum, in minores Præpoſituras Municipij Pariſien. nullum ius Præpoſito Vrbi eſſe, præter *reſſortū*, iudiciáque appellationum. 129.130
Areſtum, paternis fundis filiæ datis vice pacti auri dotalis, laudimia non deberi. 130
Areſtum, laudimia nulla quæri ex gentilitio prædij Retractu extra ius agnito, & bona fide conſumpto. 131.
Areſtum Mantuani Senatus, nominationem veri emptoris ignoti intra annum fieri, ſat eſſe. 136.
Areſtum Pariſien., occulti emptoris nominationem conſtrictam eſſe bimeſtris ſpatij interiectu. 136
Areſtum Rhedonenſis Curiæ, laudimia non deberi ex noua taciti emptoris, fideiq; commiſſarij per eum deſignatione, qui paulo antea ſuum ipſi nomen empturo accommodaſſet. 137
Areſtum, Locationem fundi in perpetuum reditum pretio redimibilem, laudimijs obnoxiam eſſe. 137 138.
Areſtum, cenſum præſcribi non poſſe, etiam in Patria Iuris. 138
Areſtum, *fundiarios* Reditus non diuidi inter hæredes nobiliter, vt Cēſus, ſed ignobiliter. 139
Areſtum, laudimia non deberi ex vēditione Reditus volatilis, purèque hypothecarij. 140
Areſtum, Officiarij reſignantis creditores, Iudiciariæ reſignatarij receptioni opportunè intercedere, vt ex Officio, eiuſuè pretio ſibi ſatisfiat, ſimúlque in tributum veniant. 43. 46.
Areſtum Curiæ, die. 12. Iulij. 1597. in. 4. Camera Inqueſtarum, ad relationem Dn. *Cheſſe*, nullam eſſe hydropicæ mulieris donationem inter viuos, etſi diu poſtea mortuæ. 244.
Areſtum Curiæ Pariſien., in magna Camera, Gallandio, & Choarto orãtibus die. 18. Mart. 1603., Emptorem fundi, prætextu lęſionis enormis cōtractum reſcindere non poſſe. Inter Claudium Burgeſium appellantem, qui reſciſſionem emptionis fundi à ſe contractæ petebat, & Iacobum Goutierium, ex aduerſo, litigantem. 145.
Areſtum, Pariſienſe, reſciſſoriā actionē, ex enormitate pretij minimè emptori dandam. Quod & Tholoſanis Areſtis iudicari ſolitum, ait Girard. Maynardus, ibidem Senator, Quæſt. Iur. Lib. 3. Cap. 58. 145.
Areſtū, *Baſtardi* mortui bona, *Iuſtitiario*, apud quē ille domicilium habuiſſet, competere, tametſi Mobilia in alterius ditione pro tēpore ſita eſsēt. 146
Areſtum Chamberiaci Senatus, prohibitorium omnibus *Iuſtitiariis cottizare* ſubditos abſque permiſſu Senatus.
Areſtum Neapolitanum, proprietariū teneri eximere emptorem ſeruitutib. venditionis tabulis non expromptis. 153
Areſtum, Lutetiana Suburbia S. Marcelli & B. Germani, Vrbano tributo immunia eſſe. 154
Areſtum, Tonſores chirurgos Lutetiæ ſuburbanos, in Vrbe ſuæ artis exercitium in Bellis ciuilib. profiteri poſſe. 155
Areſtū, Vrbis latrinas, & Cloacas purgari debere. 157
Areſtum, contra Iudæos, Pariſiorum incolas. 159
Areſto, Pons S. Michaëlis, cum ſuperſtructis domibus, Regi adiudicatus. 159
Areſtum, pro ciuibus Lutetianis, de viarum publicarum munitione & refectione. 161

Areſtũ Curiæ, interceſſionẽ non eſſe neceſſariã ei, cui ſeruitus prædij debeatur, ſi ſeruitute continuò vtatur, pẽdentib. fundi auctionib., nec interpellata ſit eius poſſeſſio à ſequeſtro illius *ſaiſiti*. 163

Areſtum Imperialis Cameræ, adſtrictas eſſe vxores, cum viris, exoluendo æri alieno. 169

Areſtum *Parlamentare*, præſcribens ordinem hęredum, quoad defunctorum patrimonia attinet. 170

Areſtum, nuptijs pactam futurorum quæſtuum communitatem extendi etiam ad ea loca, vbi nulla ſit Moribus ſocietas coniugalis: ante nuptias tamen quæſitorum largitionem ſponſæ factam reduci ad modum Statuto loci ipſorum limitatum. 170.

Areſtũ, Mobilia coniugum, mutato domicilio, regi Statuto noui eorum domicilij, ſtantis, die ſolutionis matrimonij. 171

Areſtũ, Empta ante coniugium, ſed à coniugibus ſoluta, non eſſe ijs communia, ſed emẽti propria: ſaluo pretij ſemiſſe alteri. 170

Areſtum, iura matrimonialia mulieris Lutetiæ nuptæ, nonobſtante poſteriori coniugum domicilij tranſlatione in Patriã Iuris ſcripti, adiudicari ei debere. 171

Areſtum, Notarium, qui in ſchedula obligatoria ſcripſerit quòd mulier renuntiarat beneficio Legum, cõdemnatum fuiſſe proprio nomine creditori debitum ſoluere. 172

Areſtum, renuntiatione Velleyani S. C., nil agi cum muliere pro marito intercedente, niſi pariter Authenticæ, Si qua mulier, renuntiet. 174.175

Areſtum, quòd ſi coniux ſe obligans cum marito non renunciet Velleyano, vidua facta, abſque regijs Literis reſtituitur, poſt repudiationem Communitatis bonorum coniugalis. 175

Areſtum, acceptatione literarum *Cambij* mariti, facta ab vxore, eam non obligari, niſi Velleyano renuntiarit. 175

Areſtum, negotiatricem mulierem vinculis etiam cogi nonnunquam, æs alienum exoluere, etſi in poteſtate mariti conſtitutam. 177

Areſtum Curiæ, mercatricem coniugem licitè paciſci de *ijs* mercimonijs, quæ tractet, abſente marito. 177.

Areſtum, negotiatorem mercium, ætatis lubrico in integrum non reſtitui. 177

Areſtum, Maritum, communia quædam bona in præiudicium vxoris donare poſſe. 178

Areſtum, viduam pro ſocio actione teneri ex fideiuſſoria mariti cautione. 179

Areſtum Taurinenſe, vnius ex *ſocijs* obligationem, in alios exequi non licere creditori, vltra aſſem bonorum communium. 180

Areſtũ, penſatio repetitioq; vxorij patrimonij alienati, in maritum, quibus caſibus, procedat. 182

Areſtum, pretium rei particularis, in ſubſidium, ſuccedere loco rei. 182.

Areſta, cedentes bonis, cautionem dare teneri de Iudicato ſoluendo, antequàm ad litigandum admittantur. 185

Areſtum, Iudicem dare auctoritatem vxori, abnuente marito, citra fraudem ac diſpendium mariti. 185.

Areſtum, Si improbabili ratione maritus denegarit auctoritatem vxori, Iudex adhibetur auctor, ea conditione, vt Iudicata in vxorem, purè abſolutéque in res amborum communes exequi liceat. 185

Areſtum, Mulierem, quæ in redemptionem captiui mariti ſe obligarit, Velleyano non iuuari. 187

Areſto, mulier, petita reciſſione ſummota eſt interceſſionis pro marito debitore, captiuo redimendo, licet intercedens non renunciaſſet Velleyano. Ibid.

Areſtum, vxoriam ratihabitionem nu-

Areſtum

dam Actus maritalis, ſpecificè Legũ priuilegia fœminea exprimentis, non reſcindi. Ibid.

Areſtum, Inhabitãtem cõmunem domum, mercedem ſoluere nõ teneri, niſi à die cœpti Iudicij communi diuidundo. 188

Areſtum, publicos Conuentus fieri debere intra fines Patrios. 190

Areſtum, mulierem communitati bonorum renuntiantem, antiquis ſuis debitis *realibus* non liberari. 191

Areſtum Luſitanicum, quòd bona à marito acquiſita non communicantur vxori, niſi tempore acquiſitionis ſimul cohabitent. 192

Areſtum, Poſt coniugalem opum ſeparationem, ſi *cohabitent* denuò coniuges, réſque ſuas communicent, bona interim ab alterutro ſeparatim quæſita ante nouam *cohabitationem*, eſſe inuicem communicanda. 192.

Areſtum, viduam homicidæ, à contributione mulctæ iudicialis, cum hæredib., abſolutam eſſe, quamuis bonorum ſociam. 194

